

HERODOTI
HISTORIARUM LIBRI IX.
GRAECE ET LATINE.

TOMUS VI.

Adnotationes ad lib. V — IX.

ARGENTORATI

TYPIS PHILIPPI IACOBI DANNBACH.

HERODOTI
MUSAE
SIVE
HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM
DENUO RECENSUIT
LECTIONIS VARIETATE
CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA
ADNOTATIONIBUS
WESSELINGII ET VALCKENARII
ALIORUMQUE ET SUIS
ILLUSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRAEC. PROF.
ACADEMIAE REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.



TOMUS SEXTUS.

ARGENTORATI ET PARISIIS
APUD TREUTTEL ET WÜRTZ, BIBLIOPOLAS.
MDCCCXVI.



HERODOTI HISTORIAR.

T. VI. P. I.

ADNOTATIONES

AD LIB. V—VII. c. 171.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM QUINTUM.

CAP. I. 5. Οἱ γὰρ ὦν ἀπὸ Στρυμόνος) Mera haec nonnemini stribiligo: locum enim misere esse lacunosum, cui sarciendo nullum nunc remedium. Mihi alia mens. Quid illud tandem, unde lacunae suspicio? Uberior-ne de *Paeonibus* conmemoratio? At illa conmodiore loco et tempore cap. 12. sequetur; quam hic si deposuisset, longius ab instituto de *Perinthiis* sermone aberrasset. Verum abstineo me in re cuivis apertissima. WESS.

17. νῦν ἡμέτερον τὸ ἔργον) Docte *Valckenarius* hanc illustravit dictionem ad Tragici Phoeniss. vs. 447. Eustathianum παιανίσασι [*lin.* 18.] Codices aversantur, non malum alioqui, et cum vulgato, scribarum arbitrio, multifariam conmutatum apud Cl. *Dukerum* ad *Thucydid.* lib. I. 50. et *Diodorum* XIII. 16. Forte tamen *Eustath.* παιωνίσασι voluit, in quo et Παίονες liquidior παρήχησις, ab eo notata, quam quidem altero. Statim πολλῶν τε *Arch.* non absurdum ob consequens ὀλίγους, nisi in Musis πολλὸν sedem creberrime occuparet. WESS.

18. παιωνίσασι ἐπιχωρίουσι οἱ Παίονες) In his observata παρήχησις *Eustathio* in Iliad. β'. pag. 272, 22. est illa certe fortuita, qualem alibi dixit οὐ σπουδασθεῖσαν ἴσως, ἀλλ' εἰκῆ καὶ οὐκ ἐκ περιέργου παραπισοῦσαν, in Od. ί. p. 366, 18. Studiose quaesitas recentioribus, commodum oblatas alliterationes non prorsus evitarunt veteres: praeter ceteros *Reiskius* apta quaedam eam in rem collegit in Miscell. Lips. Nov. VI. p. 113. Quod sequitur, πολλὸν ἐκράτησαν, Herodoteum est, ut πολλὸν ἑσσώθησαν V. 102. Usitatius πολλῷ ἐκράτησαν est et apud *Herod.* V. 77. forsan et hic olim

lectum: πολλῶν exhibet Cod. *Arch.* In talibus autem πολλῷ saepe male transiit in πολλῶν. Ingenio *Marklandi* digna venusta est correctio, [Ev. Matth. x, 31.] πολλῷ στρουθίων διαφέρετε. VALCK.

CAP. III. 1 *seqq.* Θρηΐκων δὲ ἔθνος μέγιστόν ἐστι *etc.*) *Unius si Thraces imperio concordes regerentur, Herodoto* iudice, ἄμαχόν τ' ἂν εἴη καὶ πολλῷ κράτιστον πάντων ἐθνέων. Huic sententiae suam, nisi fallor, opposuit *Thucydides* lib. II. cap. 97., dum ἡ βασιλεία (inquit, de *Thracibus* loquens:) μεγίστη ἐγένετο χρημάτων προσόδῳ καὶ τῇ ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ· ἰσχύϊ δὲ μάχης καὶ στρατοῦ πλήθει πολὺ δευτέρα μετὰ τὴν Σκυθῶν: nullam addit gentem esse nec in Europa neque in Asia, quae posset Σκύθαις ὁμογνωμονοῦσι πᾶσιν ἀντιστῆναι. Sunt apud *Thucydidem* multa, quibus suum ab historiae patre dissensum aemulus non noluerit significatum: vere *Aristides* T. III. p. 650., ὅτι δ' ἔνεστι φρόνημα τῷ Θουκυδίδῃ εὕροις ἂν καὶ διὰ πάσης τῆς συγγραφῆς: neque tantum φρόνημα, sed et *Hellanici*, *Hecataei*, similiumque, quin ipsius etiam *Herodoti*, καταφρόνημα. Nostri locus obversabatur *Pausaniae*, lib. I. [cap. 9.] p. 22. scribenti: Θρᾳκῶν τῶν πάντων οὐδένες πλείους εἰσὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ Κελτοί; πρὸς ἄλλο ἔθνος ἓν ἀντεξεταζόντι. Optime *Gronov.* in his [*lin.* 2.] φρονέοι pro φρονέοιτο: sed quod in proximis posuit, [*lin.* 5.] ἐν γένηται, si Graecum esset in tali phrasi, hic certe sensum non admitteret tolerabilem. Redibit, opinor, scriptio vera: ἀλλὰ γὰρ τοῦτο ἄπορόν σφι καὶ ἀμήχανον μήκοτε ἐγγένηται: *nullo modo contingere poterit* τοῦτο, τὸ ὑπ' ἑνὸς ἄρχεσθαι, ἢ φρονέειν κατὰ τωὐτό. VALCK.

2. εἰ δὲ ὑπ' ἑνὸς ἄρχοιτο) Allubescit Ionicum ἀρχοίατο ex *Vind.* et *Arch.*; ac paene, ut ἢ φρονέοιεν fuisse olim opiner, adigit. Praecedens ἔθνος non moratur, ut nec similia. Tale lib. III. 113. τὸ δὲ ἕτερον γένος τῶν οἴων - - - φορέουσι. Inmanem *Thracum multitudinem Pausan.* I. 9. silentio non pressit. Quam autem caussam, cur inexpugnabiles non sint, Noster in medium ponit, eadem in numerosissima Scytharum gente apud *Thucydidem* lib. II. 97., cui in Cod. *Cassel.* adscriptum, περὶ Σκυθῶν τοῦτο καὶ Ἡρόδοτος λέγει, vero conveniet, ubi περὶ Θρᾳκῶν corrigetur. WESS.

9. Κρηστωναίων) *Stephani* Κρηστώνη, Thracum urbs, ex *Herodoto*, nusquam in Musis. Κρηστωναίους, Κρηστωναίην ex

schedis *Med.*, Κρηστωνικὴν lib. VII. 124. 127. et VIII. 116. videbimus. Γρηστωνίαν καὶ Βισαλτίαν (eidem enim regi, uti posteriore loco innuitur, parebat) *Thucydides* lib. II. 99. iungit; ubi doctissimus *Wasse* multa, oblitus Attici scriptoris τὸ Βισαλτικὸν καὶ Κρηστωνικὸν lib. IV. 109., quo Γρηστωνία nonnihil debilitatur. WESS. — Conf. lib. I. cap. 57, 3. et ibi notata. Apud *Steph. Byz.* vero forsitan sic scriptum oportebat: Κρηστώνη, πόλις Θρᾴκης. ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρήστων παρ' Ἡροδότῳ: quod inde etiam fit probabile, quod pro altera forma Κρηστώνη testimonium invocatur Lycophronis. *S.*

CAP. IV. 4. κατὰ δὲ τὸν γινόμενόν σφι καὶ ἀπογιν.) Istam consuetudinem, ut huius vitae malis congruam, laudaverat *Euripides* in Cresphonte: *Nam nos decebat coetus celebrantes domum Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus, Humanae vitae varia reputantes mala. At, qui labores morte finisset graves, Hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.* Haec ubi leguntur in *Ciceron.* Tusc. I. c. 48., Graeca dedit accuratius scripta *Io. Davis.* quam fecerant *Grot.* in *Stob.* p. 495., aut *Gataker.* Advers. Misc. cap. x. Τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά, non τὸν ζῶντα, praebent *Aeschin.* Socr. in Axiocho pag. 142. *Plut.* T. II. p. 36. E. *Dion. Chrys.* pag. 276. D. et *Aristid.* T. III. pag. 326. *Lugebant infantem natum Trausi*, secundum *Herodotum*, [*lin.* 7.] ἀνηγεόμενοι τὰ ἀνθρωπήϊα πάντα πάθεα: istam scripturam satis adfirmavit Diss. *Herod.* p. 84.; alterà, ἀνοιγεόμενοι, non Graecà, sicut multis mendosis, abusus est *Wetsten.* in *Lucae* Ev. xxiv, 45. Qui Herodotea quoque transscripsit *Stobaeus*, haec e *Nicolao* dederat *Damasc.* p. 603. Καυσιανοὶ τοὺς μὲν γενομένους θρηνοῦσι, τοὺς δὲ τελευτήσαντας μακαρίζουσι. Huius populi nomen *Zenobio* Cent. V. Prov. p. 123, 2. restituendum putat *Davisius*; ex *Herodoto Trausorum* nomen Ampl. *Bouhier.* in *Ciceron.* Tusc. p. 88. VALCK.

7. ἀνηγεόμενοι) Expuli ineptum illud ἀνοιγεόμενοι, dignissimum obscurissimi inventoris tenebris. Credo operas vocabulo sordes adspersisse, minime a *Galeo* et aliis detersas. De *Trausis*, et, qui eorum morem illustrant, *Euripidis* cultissimis e *Cresphonte* versibus, praestat tacere. Uberrime *Bouhierius* et *Davisius* ad *Ciceronis* Disput. Tuscul. lib. I. cap. 48. et, eorum vestigia premens, *Uptonus*

in *Arrian.* pag. 250. [ad Epicteti Dissert. lib. IV. cap. 5.] WESS.

8. γῆ κρύπτουσι) Obsequor schedis et scriptori, cui crebrum: mox cap. 8. ἢ ἄλλως γῆ κρύψαντες: et lib. I. 140. τὸν νέκυν Πέρσαι γῆ κρύπτουσι: tum IV. 103. Quae quidem abunde videntur. WESS.

CAP. V. 2. ἔχει γυναῖκας ἕκαστος πολλάς) Eadem de Paeonibus c. 16. Vere itaque de Thracia, ἵν' ἐν μέρει λέχος Δίδωσι πολλαῖς εἷς ἀνὴρ κοινούμενος *Euripides* Androm. vs. 215. Vere *Strabo*, ἐξ ἱστορίας in *Menandri* fabula Getam fari, Γαμεῖ γὰρ ἡμῶν οὐδὲ εἷς εἰ μὴ δέκ', ἢ ἕνδεκα γυναῖκας, δώδεκά τε, πλείους τινές. Lib. VII. pag. 455. c. [p. 297. ed. Cas.] Quod polygamiae studium, Graecorum plerisque odiosum, in barbaris nunc et olim celebrabatur. WESS.

5. ἣ τις αὐτέων ἐφιλέετο μάλιστα) Dorum Aeolumve ἐφίλετο valeat, ubi poterit: quod reduxi, commatis Ionici. Getarum legem, τὸ ἐπισφάζειν τὴν γυναῖκα τῷ ἀνδρί, *Stephan. Byz.* attigit in Γετία, de certamine silens, quale in Indis receptissimum nostra et superiore aetate in *Diodori* lib. XIX. 34., ubi vide, et quae nuperrime Cl. *P. Burmannus Secund.* ad Antholog. lib. I. p. 185. WESS.

Ibid. ἐφιλέετο) Hoc ex *Aldi* potuerat Ed. revocari: quod in alias irrepserat ἐφίλετο, verbum nobis in *Porti* Lexicon introduxit velut Ionicum φίλημι, et φίλημαι. Auctor idoneus *Heraclides* docet Dorica fuisse Φίλημι, Πόθημι: Aeolica, Φίλειμι, Πόθειμι. Hunc etiam tangens *Herodoti* locum, *Stobaeus*, pag. 614., ex *Nicolao Damasc.* Indorum uxores memorat, hoc certamine Threïssis magis nobilitatas. *Cicero* Tusc. V. 27. *Cum est cuius earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: - - - quae est victrix, ea laeta, prosequentibus suis, una cum viro in rogum imponitur; victae moestae discedunt.* Ibi plura *Davis.* p. 402, et ad *Aeliani* Var. Hist. VII. 18. notant *Scheffer* et *Perizon.* Tale certamen inter duas Indas mulieres in Eumenis exercitu narrat *Diodorus Sic.* XIX. c. 33. et 34. Multo magis mirabile, quod de tribus eiusdem familiae Graecis mulieribus memoriae tradidit *Pausanias* lib. IV. [cap. 2.] p. 284., quae πᾶσαι τοῖς ἀνδράσιν ἑαυτὰς ἐπικατέσφαξαν. VALCK.

CAP. VI. 7. καὶ τὸ μὲν ἐστίχθαι, εὐγενές) *Artemi-*

dorus Onirocr. I. 9. *στίζονται παρὰ Θραξὶν οἱ εὐγενεῖς παῖδες*, bene quidem, quamquam non soli. Thracum *τὰς γυναῖκας τὰς ἐλευθέρας στιγμάτων μεστὰς, καὶ τοσούτῳ πλείονα ἐχούσας στίγματα καὶ ποικιλώτερα, ὅσῳ ἂν βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων δοκῶσι*, ex visu *Dio Chrysost.* proponit Or. XIV. p. 235. D. Caussam vero et originem eorum stigmatum, sed fabulosam, *Phanocles* in *Stob.* Serm. LXII. p. 400. Verum de his locupletissime *Io. Rhodius* in *Scribonii Largi* Conposit. Med. 231. p. 310. Quod his cohaeret, [*lin.* 8.] *ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον*, in priscorum etiam Germanorum moribus apud *Tacitum* de Mor. Germ. c. 14. WESS.

8. *ἀργὸν εἶναι, κάλλιστον*) Quando *γῆς ἐργάτην* opponit, ipsisque *τὸ ζῆν ἀπὸ πολέμου* itidem *κάλλιστον* habitum scribit, primam *Herodotus* vocis respiciens significandi dotem, qua notat *ἀργὸς ab opere rustico vacantem*, *honestius* intelligit *otium*, quodque homines bellicosos non dedeceret. *ἀργὸν εἶναι*, et *πολεμικὸν*, in talibus tantundem paene valent. Talem *ἀργίαν ἀδελφὴν τῆς ἐλευθερίας* dixerat *Socrates*, si dicti legitimum nobis patrem tradidit *Aelian.* Var. Hist. X. 14, Ostendere voluit *Maximus Tyr.* Diss. XXIX. *ὅτι λυσιτελέστεροι τῇ πόλει οἱ προπολεμοῦντες ἢ οἱ γεωργοῦντες.* Ad perficiendum civitatis corpus optimi rectores utrumque genus aeque censuerunt necessarium. *Hippodamus* sive Thurius seu Milesius in libro de Rep. tres civitatis partes constituit ap. *Stobaeum* p. 248., *τὸ βουλευτικὸν*, quod velut *optimum* deberet *ἄρχειν: τὸ βάναυσον*, quod ut deterius deberet *ἄρχεσθαι: τὸ ἐπίκουρον*, velut *μέσον*: hanc partem conficiunt bellatores; secundam, agricolae, artifices, et mercatores. Artibus abstinentes sellulariis agroque colendo, atque adeo *ἀργοὶ*, apud plerasque gentes amantiores libertatis habebantur honoratiores: vide *Herod.* II. cap. 167. Quod vero *Socrati* tribuit *Aelianus*, dixerit-ne suavissimus agriculturae laudator addubito: certe dixit in *Xenoph.* Oeconom. p. 482, 25., Regem Persarum, *ἐν τοῖς καλλίστοις τε καὶ ἀναγκαιοτάτοις ἡγούμενον εἶναι ἐπιμελήματι γεωργίαν τε καὶ τὴν πολεμικὴν τέχνην, τούτων ἀμφοτέρων ἰσχυρῶς ἐπιμελεῖσθαι.* De sellulariis opificiis minus ille iudicabat honorifice. VALCK.

CAP. VIII. 4. *θάπτουσι κατακαύσαντες*) Igne sepeliunt, *θάπτουσι πυρί*, ut in *Aeliano* de Nat. Anim. X. 22.

Diodoro Siculo, atque aliis. Humationem certe ab illa ignium sepultura nitide distinguit. WESS.

CAP. IX. 6. τοῖσι οὔνομα εἶναι Σιγύννας) Perperam sibilantem litteram nationis titulo *Med.* abstulit. Σίγυννοι *Apollonio Rhod.* IV. 320. *Straboni* Σίγιννοι, sed in Asia, qui ἱππαρίοις δὲ χρῶνται μικροῖς δασέσιν - - τίθεισιν δὲ ζευγνύουσι, prorsus ut hi Europaei, bene *Casaubono* adnotante, lib. XI. p. 790. B. [p. 520. B. ed. Cas.] Quod autem olim hariolabar, *Zosimum* hac narratione deceptum de Hunnis vulgasse, εἴτε οὓς Ἡρόδοτός φησι παροικεῖν τὸν Ἴστρον, σιμοὺς ἀσθενείας ἀνθρώπους, lib. IV. c. 20. necdum abiicio. Audiit de *Sigunnis*, inque illis *Hunnos* latere censuit, his erronee tribuens, quod *Sigunnarum* equis conveniebat. Equidem in Musis nihil scrutando inveni, unde *Novae Historiae* scriptor dicta excusare queat. WESS.

15. γίνοιτο δ' ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ) *Sophocles* in Aiac. dixerat vs. 655. Ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος Φύει τ' ἄδηλα, καὶ φανέντα κρύπτεται. Κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν. Proxima Σιγύνας δ' ὦν καλέουσι - - - τὰ δόρατα, merito tanquam adulterina Criticis hinc furcillis deturbanda censuit vir summus in Diss. *Herod.* p. 55. Ponitur in his articulus usitato Grammaticis more; qui, iam traditus ab *Henr. Stephano* App. de Dial. Att. p. 221. ignoratus tamen homines saepe decepit rerum antiquarum peritissimos; hoc in loco turpissimum in errorem induxerat interpretes *Herodoti*, quod monuit Erud. Auctor *des Essais de Critique sur les Traductions d'Herodote* p. 157. VALCK.

15 *seqq.* Σιγύννας δ' ὦν - - - τὰ δόρατα) Non videntur Herodotea, sed iusto officiosioris Scholiastae. Turbant certe orationis seriem, indigna Patre historiarum. Qui quaeso illi οἱ ἄνω ὑπὲρ Μασσαλίης Λίγυες, aut, ut *Laurentius* habuit, Λίβυες, *Poeni?* Somnia grammatici. Σιγύννους δὲ καλοῦσιν οἱ Κύπριοι τὰ ἀκόντια interpretes *Apollonii Rh.* II. 99. *Suidas*, Σιγύνη καὶ Σιγύνους, τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. Sic hoc de genere solent, non *Herodotus*. WESS. — Vetus admodum fuerit oportet adsumentum, quod libri omnes, qui diversis ex familiis ad nos pervenerunt agnoscunt. Equidem, cur *Herodoto* indigna ista iudicarem, nullam vel vidi vel exputare caussam potui. *S.*

CAP. X. 3. καὶ ὑπὸ τουτέων οὐκ εἶναι etc.) Nihil ve-

rius. Fabulabantur apum examina trans Istrum agminatim volare, aditumque hominum inpedire. Similis fabella in fusis pennis, visu transituque prohibentibus: *οὐκ οἷά τε εἶναι ἔτι προσωτέρω οὔτε ὁρᾷν, οὔτε διεξιέναι, ὑπὸ πτερῶν κεχυμένων* lib. IV. 7. Quod adnectitur, apes esse *ζῶα δύσριγα*, a veritate quidem haud deflectit, non aptum tamen ad apes septemtrionis regionibus eiiciendas. Secus habet, nec reticuit *Aelianus* Hist. Anim. II. 53. Nostro *ἀκοὴν ᾄδειν* exprobans. WESS. — De *Aeliano*, ista respiciente, et contraria *Herodoteis* narrante monuit etiam *Valck. S.*

CAP. XI. 7. *Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν*) Dixit *Aeschylus* *Ἠδωνίδα αἶαν* in Pers. vs. 495. adprobans quodammodo *τὴν Ἠδωνίδα Arch.* et *Vind.* At receptum c. 124. redibit. Hoc *Tzetzae* vide Chil. III. vs. 508. *Ἥ τις Μυρκῖνος Ἠδωνὸς πρότερον ἐκαλεῖτο*, ubi res *Ἠδωνῶν* requireret, nisi eodem modulo iteraretur versus Chil. IX. 221. Et talia tamen ex *Herodoto*. Ecce tibi aliud. Schol. in *Thucydid.* II. 99. *Ἠδωνοὶ καὶ μεταπλασμῷ Ἠδῶνες καὶ Ἠδῶναι· οὕτως Ἡρόδοτος.* Atqui is *Ἠδωνοὺς* semper. Scripserat Criticus *Ἡρωδιανὸς*, quemadmodum et *Cassel.* in schedis, monente Cl. *Dukero.* WESS.

Ibid. *Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν*) *Myrcinum Edonidem*, *Valla*: concinit *Arch.*; *τὴν Ἠδωνίδα* recipiet, opinor, *Herod.* Hinc *Berkelii* firmatur coniectura in *Steph. Byz.* *Ἠδωνίδ' αἶαν* dixerat *Aeschylus* in Pers. vs. 495.; quaeque sacris operabantur Bacchi, sunt e Latinis etiam Poëtis *Edonides* notissimae. *Μύρκινος, Ἠδωνικὴ πόλις* audit *Thucydidi*, IV. 107. *Ἠδωνικὸν πολισμάτιον*, *Diodoro* XII. 68. Darius apud *Io. Tzetzen* Chil. III. vs. 503. *Τὸν Κώην* (non *κώμην*) *μὲν τῆς συμβουλῆς ἕνεκα τῆς προτέρας Ἐξ ἰδιώτου τύραννον ποιήσας Μιτυλήνης Τῷ Ἱστιαίῳ δίδωσι κτίζειν δὲ τὴν Μυρκῖνον.* VALCK.

CAP. XII. 4. *Ἦν Πίγρης καὶ Μαντύης ἄνδρες Παίονες*) Si vel in optimis libris scriberetur *ἦσαν - - - ἄνδρες Παίονες*, ego tamen inusitatius *ἦν* a novatore [*Herodoto*] veterumque Poëtarum imitatore positum censerem. *Τοιοῦτον καὶ παρ' Ἡσιόδῳ τὸ, Τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ, Ἦν δ' ἐρωδιοὶ μακροκαμπυλαύχενες, (καὶ, Ἦν δὲ νάρκαι, - - - ἦν δὲ ζύγαιναι·) Τίτρακές τε σπερματολόγοι, κἄγλααὶ συκαλλίδες*, *Eustath.* in Iliad. ρ'. p. 1148, 41. Integros *Epicharmi* duo trochaicos *Athenaei* praebuit Epitome: vide II. p. 65. E. Interiecta petita sunt ex alio eiusdem comoediae loco, quem

habet *Athen.* VII. p. 286. c. conf. p. 278. A. Lacon in *Aristoph.* Lys. vs. 1263. Ἦν γὰρ τὤνδρες οὐκ ἐλάσσως Τᾶς ψάμμας τοὶ Πέρσαι. In epigrammate apud *Aeschin.* contr. Ctes. vulgatur p. 80. Ἦν ἄρα κἀκεῖνοι ταλακάρδιοι: ubi scribi debuerat Ἦ ἄρα. Non reperietur illud ἦν, pro ἦσαν, apud alios historicos veteres sic adhibitum: neque tamen ignoro Herodoteum usum ab Epicharmeis esse diversum; sed illinc multo magis distant, quae prima facie forsan alicui videri possent simillima, qualia multa dedit in doctis suis ad *Charitonem* collectaneis Clar. *D'Orvillius.* VALCK.

11. ἄγγος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσαν) Ad ista tria vel de suo quartum adiecit *Aelianus*, aut, quod verius arbitror, alium in his sequutus est auctorem, de Nat. An. VII. 12. Paeonides enim feminae secundum *Aelian.* τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὑδρίαν, - - - ἐξαρτήσασαι δὲ τοῦ κόλπου θηλάζουσι τὰ βρέφη, καὶ - - - ἵππον εἰς ἀρδείαν ἄγουσι, καὶ ταῖς χερσὶ νήθουσι λῖνον. Ubi *Herod.* dicit κλώθουσαν λῖνον, [*lin.* 12.] *Med.* Cod. habebat κλῶσαν: nota sunt ἐρίου κλώσματα, quae levi pollice deducebant αἱ κατάκτριαι. De sorore Pigretis et Mantyis sic agit *Io. Tzetzes* Chil. X. 200. etc. ut solum sequi videatur *Herodotum*; atque eidem alter fratrum dicitur Μαντύης, ut in *Med.* Herodoteae vel eamdem vel simillimam narrat historiam, sed quam evenisse scribit sub Alyatte, *Nicolaus Damasc. Valesii*, p. 497. VALCK.

12. κλώθουσαν λῖνον) *Euripidis* κλωστὴρ λίνου apud *Polluc.* VII. 31. et alia in re *Aeschyli* Choëph. vs. 505. congruunt. *Nic. Damascenus* simili in historia νήθουσαν ἐκ τῆς ἠλακάτης τὸν ἄτρακτον. In *Med.* et *Ask.* κλῶσαν aut κλώσασαν [quae quo pertinerent ignorare se professus *Gron.* erat] nullum mysterium; prius ex κλάω, posterius ex κλόω formarunt, natalibus τοῦ κλώθω et κλώσκω indicatis. Quod deinceps [*lin.* 13.] *Suidas* ἐπιμέλεον τῷ Δαρείῳ, in menda cubat, hinc, quod *Portum* et *Kuster.* haud fugit, detcrenda. WESS.

21. φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς) *Nic. Damascenus*, quod significavi, candem de muliere Mysa ex Thracia narrationem in *Constantini* Porphyrog. proposuit lib. I. de Themat. c. 3. quae Alyattis, Lydorum regis, aetate contigerit. *Gronovii* vero ex Marmorib. Oxoniens. p. 127. picturam et interpretationem multo risu *Lacrozius*, *Fabricius* et *Wolfius* exploserunt in Thesauro Epistol. Lacroziano T. II. p. 97. WESS.

Ibid. φέρουσα τὸ ὕδωρ ἐπὶ τῆς κεφ.) *Nicolao* dicitur *Damasc.* ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βαστάζουσα στάμνον. Ubi paulo ante legebatur, ἦρσε τὸν ἵππον, [*lin.* 19.] invenisse videtur *Eustath.* ἦρδε, quod interpretatur ἐπότιζε in Iliad. β'. p. 591, 36. et in ista sede vulgato non est deterius. Ἄρδειν, hic *Aeliano* εἰς ἀρδείαν ἄγειν, *potum agere*, multo est usitatius quam ἄρσαι. In historia Herodotea scribi debuit a *Io. Tzetze* Chiliad. X. vs. 207. Ἡ δὲ ποτοῦ κορέσασα τὸν ἵππον, ὅνπερ εἶπον: non, quod vulgatur, κεράσασα. VALCK.

CAP. XIII. 4. οὐκὶ πρόσω σκοπιὴν etc.) Expressit, *Porto* monitore, Homericum Ἠέλιος γάρ οἱ σκοπιὴν ἔχεν, Odyss. θ'. 302. Reduxi οὐκὶ, in οὔ κη olim etiam conversum lib. IV. 155. [At non solum percommodus hic locus alteri scripturae οὔ κη πρόσω, *in vicinia alicubi*: sed et per se parum commodus isti οὐκὶ, quae vocis forma negationi vim addit, ut sit *nequaquam, neutiquam*; quod est ab hoc loco alienum, ubi satis omnino erat, *haud procul.*] locus autem in *Galeum* Celeb. Editoris ob Λυδικὰ et πόρτατοι abesse debuerat, aut certe civilior; siquidem in posteriore manifesta operarum aberratio, prius, nisi scribae Λυδιακὰ voluerint, tueri, sicubi necessarium foret auxilium, Λυδικὴ λίθος *Hesychii* possit. Verum ab his abstineo manum. WESS.

10 *seq.* ἡ Παιονίη - - - πεπολισμένη) Omnia ex vero si *Appianus* scripserit, οὐ πόλεις ᾤκουν οἱ Παίονες, ἀλλ' ἀγροὺς ἢ κώμας κατὰ συγγένειαν, Illyr. p. 12. Ed. Hoesch. [cap. 22. nostrae edit. T. II. p. 859.] Sed illi Panonii Dravum inter Savumque et Danubium: his ad Strymonem Paeonibus suas fuisse urbes, deinceps clare adfirmatur. *Paeonia*, πεπολισμένη, *urbibus instructa et distincta. Strabonis* χώραν πολίζειν huc pertinet, erudite a *Casaubono* explicitum, lib. VIII. p. 560. [p. 364. D. ed. Cas.] WESS.

CAP. XIV. 7. λαβὼν ἡγεμόνας ἐκ τῆς Θρηΐκης) ἡγεμόνα *Valla* legit vertitque, *sumpto e Thracia duce. Duces* isti Gallos interpretes deceperunt, ignorantes *Herodoto* quoque *ducem itineris* dictum ἡγεμόνα, VIII. 35. quales plene dixerat ἡγεμόνας τῆς ὁδοῦ, VIII. 31. et forsan V. 100. ubi hoc praebent margo *Steph.* et *Valla.* Sic vulgo loquuntur recentiores: *Iuncus* apud *Stobaeum* p. 593, 43., οὐχ ἡγεμόνος ὁδοῦ τυγχάνων, - - - οὐ στέγης (male vulgatur ὥστε γῆς)

εὐπόρων, οὐ τροφῆς: est tamen et apud *Thucyd.* ἡγεμὼν τῶν ὁδῶν, III. 98. Alibi *Thucydidi* talis simpliciter dicitur ἡγεμὼν, sicut *Sophocli* Oed. in Col. vs. 1538. *Eurip.* Phoen. 1610. *Aristoph.* Πλουτ. 1162. sed nemini frequentius quam *Xenophonti*. *Zonaras* in Lex. et *Suidas*: Ἡγεμὼν, ὁ τῆς ὁδοῦ ἡγούμενος. Ξενοφῶν· (Κυρ. Ἀν. lib. IV. p. 189, 3.) καὶ τὸν ἡγεμόνα δήσαντες παραδιδόασιν αὐτοῖς. VALCK.

CAP. XV. 13. Σιριοπαίονες) Sic utcunque bene; melius Σιρισπαίονες ex *Steph. Byz.* in Σίρις et *Holstenii* suspicione. Oppidum Σίρις ἡ Παιονίη lib. VIII. 115. consulto ita positum, sicuti et Σίρις ἡ ἐν Ἰταλίῃ eiusdem libri c. 62. WESS.

CAP. XVI. 1 *seqq.* Οἱ δὲ περὶ τὸ Πάγγαιον *etc.*) Fuit qui ad istum modum sequentia, οἱ δὲ περὶ - - - καὶ Δόβηρες καὶ Ἀγριᾶνες καὶ Ὀδόμαντες, καὶ - - - Πρασιάδα ἴχοντες, οὐκ *etc.* corrigebat, omnes extra Paeoniae fines semovens; nimium, ut censeo, caute. *Paeones* enim olim cis et uls Strymonem latissime coluerunt, plures nationes conplexi apud *Plinium* lib. IV. 10. Adhaerent arte illis *Doberes* et *Paeoplae* c. 113. Polymniae, haud aliter atque hic. Δόβηρος quoque Παιονικὴ *Thucydidis* lib. II. 98. originem et situm testatur. WESS.

16. τὰ δὲ νήπια παιδία δέουσι τοῦ ποδὸς σπάρτῳ) Convenit, non neglectum a *Berglero*, istud *Heliodori* Aeth. lib. I. p. 11. ἕρπειν δὲ ὀρεγόμενον (τὸ παιδίον) εἰ αἴσθοιτο, ἱμάντα τῶν σφυρῶν ἐξάψας, ὅσον ἐπ᾽ ἄκρω τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς ἐπιβαίνειν ἐπέτρεψε. Cetera non describo, haud dissimile praedonum in Aegypti Bucoliis vitae institutum, quale *Prasiadem paludem habitantium*, enarrantia. Ceterum insolens minime iumentis pabulum pisces. *Athenaeus* de Thraciae quadam parte lib. VIII. p. 345. E. οἶδα καὶ τοὺς περὶ Μόσυνον τῆς Θρᾴκης βοῦς, οἳ ἰχθῦς ἐσθίουσι, παραβαλλομένους αὐτοῖς εἰς τὰς φάτνας: in quibus ego *Mosynum* Thraciae non novi, nisi si ligneas Prasiadis paludis domos scriptor indicarit. Μόσυνοι, μόσσυνοι, μόσυνες, Thracum et vicinorum erant sermone ξύλινοι οἶκοι in Schol. *Apollon.* Rh. II. 379. Ut ut illud ceciderit, *pisces iumentis* saepe *esui* in frigidis et maritimis Europae tractibus esse, multi inque his *Thorm. Torffaeus* Hist. Norveg. Part. I. lib. II. 24. prodiderunt. *Aeliani* Παιονίδα λίμνην, eiusdemque pisces, victui bubus, de An. XVII. 30. recte cum Prasiade lacu contulit *A. Ortelius*. WESS.

Ibid. δέουσι τοῦ ποδὸς σπάρτῳ) Horum, ut puto, meminerat *Heliodorus*, vitam enarrans in Aegypti paludibus degentium lib. I. p. 11. παιδίον ἔρπειν ὀρεγόμενον εἰ αἴσθοιτο, ἱμάντα τῶν σφυρῶν ἐξάψας ὅσον ἐπ' ἄκρου τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλιᾶς προβαίνειν ἐπίτρεψε, καινόν τινα χειραγωγὸν αὐτῷ τὸν δεσμὸν τοῦ ποδὸς ἐπιστήσας. In vicinia [*lin.* 15. *et* 20.] θύρης meminit *Herodotus* καταπακτῆς, διὰ τῶν ἰκρίων κάτω φερούσης ἐς τὴν λίμνην. Miror non intelligere, qui quidem legerit πυκινὰς θύρας, et πύλας εὖ ἀραρυίας. Invenerat ille θύραν ἐπιῤῥακτὴν in *Plutarchi* T. II. p. 781. D. sed nusquam θύραν καταῤῥακτήν: tantum ὁ καταῤῥάκτης fuisse videtur receptum, sed hic quem tandem usum habuisset *cataracta?* VALCK.

20. τὴν θύρην τὴν καταπακτήν) Ex hariolatione Cl. *Reiskii* τὴν καταῤῥακτήν, et supra θύρης καταῤῥακτῆς, *ianuae demissilis*, sive, *quae attolli et demitti posset*. Ansam καταπακτὴ dedit, nusquam obvia et in Thes. *Stephani* sine pari, quae tamen eadem ac καταπηκτή. Accessit fortasse θύρην ἀνακλίνῃ, in *Vallae* Latinis *ianuam resupinaverit*, at pravis: siquidem ἀνακλίνειν ac ἀνακλίνεσθαι de *foribus*, cum *aperiuntur*, quod alias indicare ex *Homero* et *Procopio* memini, reversurum Vitae *Homeri* c. 33. Habet praeterea καταῤῥάκτης semper sibi sociatam vim et inpetum, uti porta καταῤῥάκταις ὀχυρά, quibus subito demissis occludi poterat, apud *Plutarch.* T. II. p. 705. et pontes (καταῤῥάκται) superne in naves hostium deiecti *Appiani* Bell. Civil. V. p. 1141. [cap. 82.] Qua quidem violentia in ianuis patefaciendis uti vulgo non solent. Sane si schedae veteres καταπηκτὴν obtulissent, quae tandem querelae caussa? Pertinent ad sequentia διοσαὶ σχοινοτινέῖς σπυρίδες inter piscatorum instrumenta Anthol. lib. VI. 3. p. 548. [Anal. Brunck. T. II. p. 218.] WESS.

CAP. XVII. 6. σύντομος χάρτα) Malunt σύντομον, ob συντομώτατον VII. 121. et σύντομα τῆς ὁδοῦ lib. I. 185. Sed consimiliter *Aristoteles* Gener. Anim. IV. 4. μὴ κύκλῳ περιεῖναι παρέντα τὴν σύντομον. *Metalla*, *unde* Alexandro, Amyntae F., tam *copiosa argenti* vis, forte eadem quae Philippus, Alexandri M. pater, ingenti deinceps lucro exercuit apud *Appian.* Civil. IV. p. 1040. [cap. 106.] quamquam et aliae isthic auri atque argenti fodinae in Nostri VI. 46. et VII. 112. Fuit sane prisco tempore, fortasse et nunc,

modo sollers cura accederet, illa Thracum regio utriusque metalli uberrime ferax. Multa Cl. *Blas. Caryophilus*, Opusc. de Auri, Argenti, etc. Metall. p. 76. Post nonnulla [*lin.* 10.] vir doctus οὐρὸς ἐστι ὑπερβάντα, ad structuram recte, repetundum tamen ex narrationis exordio, Ἔστι δὲ ἐκ τῆς Πρ. WESS.

CAP. XVIII. 4. ταῦτά τε ἐδίδου) Explevi orationem, quae ἐπὶ ξείνια si haberet, a Scriptoris consuetudine haud dissideret. Vide lib. II. 107. IV. 154. VI. 34. etc. WESS. — Quemadmodum IX. 109, 15. ἐδίδου intelligitur *promisit*, *spopondit*, *daturum se ait*, sic et h. l. ταῦτα ἐδίδου reddi poterat, *haec se traditurum* vel *tradere dixit*. Similiter apud *Appianum*, frequentem *Herodotei* styli aemulatorem, Hist. Syriac. cap. 29. διδοὺς et δοῦναι idem valent ac ὑπισχνεῖσθαι, *offerre, promittere, daturum se spondere*. Quo de usu huius verbi etiam *Reiskius* in Indice Graecitatis Demostheneae monuit, et nos in *Lexico Polybiano* monuimus; ubi quidem quod ad *Indicem Graecitatis Appianeae* amandavi lectorem, in eo me memoria fefellerat: nempe in exsilio tunc, turbatis patriae rebus, vitam agebam, procul a meis laribus, libris omnibus destitutus, paucis exceptis qui ad coronidem Polybio meo imponendam necessarii visi erant; quumque recordatus essem, in Appiano passim mihi occurrisse eumdem verbi huius usum, putabam in Indice Appianeo me illum adnotasse, quod quidem secus esse nunc demum animadverti. *S.*

7. Illud ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἐγίνοντο διαπίνοντες, et lib. IX. 16. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἔσαν, διαπινόντων etc. illustravit *P. Leopard.* Emend. VII. 1. *Tullii* vero *invitatio ut more Graeco biberetur*, tum, *poscunt maioribus poculis*, ad διαπίνειν egregia; nec minus, inpudens Rubrii flagitatio, *Quaeso cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes?* Cui Philodamus, homo summa gravitate, *negavit moris esse Graecorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres*, lib. I. Verr. c. 26. ubi plura Herodoteis non absimilia. WESS.

Ibid. ὡς δὲ ἀπὸ δειπ. ἐγιν. διαπίνοντες) De Persis iterum lib. IX. 16. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἔσαν διαπίνοντες. Quando compotores dicuntur διαπίνειν, significatur, poculis sese plusculum invitantes *bibendo certasse*; quod Persas praesertim fecisse vel ex iis constat, quae prorsus egregia nobis e

Dinone forsan solus tradidit *Aelianus Var. Hist.* XII. c. 1. ubi vid. p. 712. Οἴνῳ χρωμένους ἐπιπλέον καὶ διαπίνοντας dixit *Plutarch.* in Sympos. p. 715. cuius eruditus interpres ista T. II. p. 58. E. διαθέων πρὸς Ἀλέξανδρον, recte reddiderat, *cursu eum Alexandro certans.* Praeter illa quae dederunt *Kuster.* in *Aristoph.* Eq. vs. 1400. *T. Hemsterh.* Miscell. Obs. V. 3. p. 53. et *Abresch.* Dil. Thuc. p. 457. inveniuntur huius generis verba, διαπαλαίειν· διαπυκτεῦσαι· διαπληκτίζεσθαι· διαξιφίσασθαι· διαριπτίζεσθαι· διαφιλοτιμεῖσθαι. In *Isocrat.* Panathen. p. 266. D. οὐδὲ νῦν αἱ μέγισται τῶν Ἑλληνίδων πόλεων αἰσχύνονται διακολακευόμεναι πρὸς τὸν ἐκείνου πλοῦτον, *adulando certantes.* διαλοιδορεῖσθαι habet *Herod.* II. 121. et διαναυμαχέειν, VIII. 63. VALCK.

19. ἀντίαι ἵζοντο) Satis ἀντία protectum, modo per codices licuisset. Admissum redibit, non sine controversia, statim, et ἵζοντο ἀντίαι lib. VI. 77. ἱζόμεθα ἀντίοι lib. IX. 26. ἀντίοι σταθέντες *Eurip.* Orest. vs. 1479. et passim. Dubites vero, ridiculum-ne κελευόμεναι *Arch.* et *Vallae* sit: *vocatae* venerunt, sed *iussae*, ad rem moribus gentis turpem et insuetam. WESS.

23. ἀντίας ἵζεσθαι) Herodoteum praebet *Arch.* ἀντία ἵζεσθαι. *Quae* spectantium ex adverso *cruciarent oculos*, mulieres Macedonicas frigide vocari [*lin.* 24.] ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν, *Herodoti* iudicat admirator *Longinus* π. Ὕψ. IV. 12. [sect. 4 extr. ubi tamen adiicit excusationem, quod *barbaros sic loquentes* inducit Scriptor.] Quid potissimum culpandum censuerit, docet *Za. Pearce.* Comparavit illud *Ios. Scaliger* ad *Propertii* II. El. XIX, 76. *Quantum sic cruciat lumina vestra dolor?* VALCK.

24. ἀλγηδόνας σφι ὀφθαλμῶν) Fluxit hoc fonte istud Alexandri ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ Περσίδες, in Regis Vita apud *Plutarch.* p. 676 F. *Longini* taxantem horum censuram, explosam a *Pet. Victorio*, *Fabro*, *Tollio*, *Gronovio*, non moror. *Herodoti* dictionem attigit *Olearius*, collato Isaei Rhetoris verbo, quo rogitanti Ardui, εἰ ἡ δεῖνα αὐτῷ καλὴ φαίνοιτο, modestissime (μάλα σωφρόνως) respondit, πέπαυμαι ὀφθαλμιῶν: h. e., docto viro interprete, *oculorum se morbo laborare desiisse.* Verum simili in negotio ὀφθαλμιᾶν et ἐποφθαλμιᾶν *vehemens desiderium* explicant, sive ἐπιθυμίαν τῶν ὀφθαλμῶν ex *S. Ioannis* Epistola primori. Sic

Polybius lib. I. 7. πάλαι - - - τὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ὀφθαλμιῶντες, *felicitati oppidi oculos cupiditatis adiecerant*, bene *Casaub.* nec discordat in Exc. Legat. p. 1319. [Polyb. XXXII. 2.] nedum *Aelian.* de Anim. I. 12. etc. WESS.

CAP. XIX. 6. πρὸς Ἀμύντεα) Etsi Ἀμύντην saepe dederint scribae, optima haec productio et Ionici saporis, uti Ἀρισταγόρεα, Κανδαύλεα, Μιλτιάδεα, conpluresque apud *Portum*. Quod deinceps prudens, sed meticulosus, pater filio, [*lin.* 12.] σχεδὸν γάρ σευ ἀνακαιομένου, *Valla*, uti in *Arch.* ἀναγομένου, *hinc me summoventis*, etiam postrema in Edit., per sane inconmode. Latina nunc Graecis respondent. WESS.

15. ἵνα μὴ ἐξεργάσῃ ἡμέας) Talia *Euripidis* Hippol. vs. 607. Ὦ πρός σε γονάτων, μηδαμῶς μ᾽ ἐξεργάσῃ, *ne me perdas quaeso.* Helen. vs. 1104. Κούρη Διώνης Κύπρι, μή μ᾽ ἐξεργάσῃ. WESS.

Ibid. ἀνέχευ ὀρέων τὰ ποιεύμενα) Hic recte cepit *Valla*; ista lib. I. c. 206. ἡμέας ἀνέχευ ὀρέων ἄρχοντας τῶν περ ἄρχομεν, perperam interpretatus, *nos sine finium quorum sumus principes esse*: οὔρων, *finium*, esse credidit participium ion. ὁρέων. Istà solet, ut aliis, (vid. ad *Eurip.* Phoen. vs. 550.) *Herodoto* quoque verbum adhiberi structurà: lib. I. c. 80, οὐκ ἀνέχεται οὔτε τὴν ἰδέην αὐτῆς ὁρέων, οὔτε τὴν ὀδμὴν ὀσφραινόμενος. II. 37. κυάμους οἱ ἱρέες οὐδὲ ὁρέοντες ἀνέχονται: sic et V. 48. VIII. 26. VALCK.

CAP. XX. 12. ἐσθῆτι σκευάσας) Non indigemus conposito διασκευάσας, quantumvis in *Plut.* Anton. p. 926. A. γυναῖκες εἰς Βάκχας, ἄνδρες καὶ παῖδες εἰς Σατύρους καὶ Πᾶνας διεσκευασμένοι. Nostri prius est: Ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες πανοπλίῃ lib. I. 60. et cap. 12. huius Musae. Statim [*lin.* 13.] παρῆγε reduxi, non oblitus τὸν δὲ Κῦρον ἦγον ἔσω lib. I. 116. namque repetitione eiusdem verbi Scriptor delectatur saepenumero. WESS.

19. ἐπιδαψιλευόμεθα) Nollem *Medic.* scripturae primas datas: disconveniunt enim ποιεύμενα, ποιεῦνται, similiaque. De verbo post accuratissimam *Hemsterhusii* nostri operam ad *Luciani* Dial. Mort. XXX. p. 452. adiungo nihil: praeclara isthic omnia. Qui in vulgatis deinceps [*lin.* 22.] ἀνὴρ Ἕλλην Μακεδὼν ὕπαρχος, verius Μακεδόνων, sicuti Αἰγυπτίων et τῆς Αἰγύπτου ὕπαρχος lib. IV. 166. et Σαρδίων ὕπαρ-

χος infra c. 25. Ἀμυντέων ὕπαρχος c. 27. Diversa sunt Ἀμύντης ὁ Μακεδὼν et Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών, et bene habent. WESS.

19. ἐπιδαψιλευόμεθα ὑμῖν) Verbi vim hoc etiam in loco more suo Vir summus explicuit ad *Lucian.* p. 452. Absurdissimum illud quod sequitur, [*lin.* 22.] ἀνὴρ Ἕλλην Μακεδὼν ὕπαρχος mirum videri posset in *Herodoto* tamdiu ab illis etiam relictum, qui Μακεδόνων genuinum in codicibus invenerant flexum; nisi constaret, quantum superstitionis esset imperium in hoc quoque liberrimo literarum genere. VALCK.

24. ὡς γυναῖκα τῷ λόγῳ) *Quos feminas esse aiebat; Valla.* Nemo tam parum Graece doctus est, qui non illud sentiat indignum *Herodoto.* Alexander imberbes iuvenes Macedonas adsidere iussit singulis Persis singulos, *tanquam mulieres videlicet.* Saepius adhibitum *Herodoto* τῷ λόγῳ significat id, *quod primo videatur adspectu.* Ὡς γυναῖκα δὴ poni potuerat et hic in eumdem sensum: ut apud *Plutarch.* T. II. p. 247. c. muliebrem in modum vestitos viros οἱ φύλακες παρῆκαν ὡς δὴ γυναῖκας. Narrant Herodoteae simillimas historias antiquiores, *Pausan.* in Messen. p. 288., *Polyaen.* I. xx, 2.; recentiorem, quae Thebis evenit, *Xenophon.* Ἑλλ. V. p. 331, 28. ubi, qui temulentos amatores contrucidarent, viros Phyllidas ὡς γυναῖκας ἐστολισμένους cum introduceret in conclave, εἰσήγαγεν, inquit *Xenoph.* τὰς ἑταιρίδας δὴ, καὶ ἐκάθιζε παρ' ἑκάστῳ. *H. Steph.* corrigens ἑταιρίδια, *quem enim*, ait, *locum particula* δὴ *habere hic potest?* Suum habet in ironia aptissimum locum: τὰς ἑταιρίδας δὴ, *meretriculas scilicet!* Apud eumdem pro ἤδη scribendum p. 359, 42. ἦ δὴ γὰρ ἡγήσεσθε κατὰ θάλασσαν; *vos, scilicet! mari duces eritis?* *Thucyd.* p. 173, 77. ἡμεῖς δὲ αὐτόνομοι δὴ ὄντες, καὶ ἐλεύθεροι τῷ ὀνόματι. *Demosth.* p. 52, 37. ἵνα δὴ αὐτόνομοι ὦσιν. Ut in re minuta, saepissime fuit in hac vocula peccatum, velut apud *Euseb.* c. Hierocl. p. 445. f. qui se Deum dixerat, strenue dicitur Iarchas bibisse, οἷα δὴ θεός, *tanquam Deus videlicet! Olearius* ista contextu censebat eiicienda. Ceterum ad Herodotea *Brissonius* de R. Pers. II. p. 275., comparavit egregium locum eadem narrantis *Iustini* lib. VII. c. 3. Laudatur ob illud facinus Alexander in Epist. *Socrat.* 28. p. 28. sed Xerxi tribuitur, quod fecerat Darius. VALCK.

CAP. XXI. 5. ἅμα πᾶσι κείνοισι) Rediit, quod expulsum citra gravem caussam fuit. Putares *Libanium* T. II. p. 490. c. *Megabazum* ipsum fuisse peremtum opinari; sic enim, οὐδὲ γὰρ οἱ τοὺς περὶ Μεγάβαζον ἀποκτείνοντας ἐν Μακεδονίᾳ, μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκφερομένους εἰς Ἀφροδίτην ἄδικον ὑπὸ τῆς μέθης: h. e., *Morello* vertente, *neque enim qui Megabazum interfecerant in Macedonia* etc. Recte, ita si scripserit. Liber ab errore Rhetor erit, modo τοὺς παρὰ Μεγαβάζου pingatur, intelliganturque, *missi* eius *legati*. Περὶ et παρὰ ab amanuensibus misceri, norunt omnes. ὁ παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναῖκος, *Alcmenes nuncius*, in *Luciani* Dial. Deor. X. 1. WESS.

9. δεὺς δὲ ταῦτα κατέλαβε) A *Suidae* interpretatione, ἐπέλαβεν, ἐπίσχε τῆς ὁρμῆς, non abhorreo, uti neque *Abreschius* Dil. Thucyd. p. 509. Ordo autem horum Herodoteo more confusior. Potuisset, ἀνδρὶ Πέρσῃ τῷ διζημένῳ τοὺς *etc.* ex *Reiskii* divinatione; cui equidem praepono, in msstorum hoc silentio, *Valckenarii* elegantem sententiam. *Gygaeam*, Alexandri sororem, lib. VIII. 136. praeteriit minime. WESS.

10. τῶν διζημένων τοὺς ἀπολομένους τῶν στρατηγῶν) Ut suum Noster recuperet, spero equidem in Codicibus inventum iri τῷ στρατηγῷ. *Bubares*, cui dedit et pecuniam et sororem suam Gygaeam Alexander in matrimonium, *dux fuit eorum, qui missi fuerant ad inquirendos Persas interfectos*, a patre Megabazo illuc missus, lib. VII. cap. 22. Historiae tamen obscurata veritate *Iustinus* VII. 3., *Interfectis omnibus, ignarus rei Megabazus, cum legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubarem, ut in bellum facile et mediocre. - - - Sed Bubares, amore filiae Amyntae captus, omisso bello nuptias facit, depositisque hostilibus animis in adfinitatis iura succedit.* Aut vocem non legit, aut lectam *Valla* non immerito censuit interpretatu difficilem: quod posuit vir clar. *uni ex inquisitoribus interfectorum ducum*, tolerari non potest: nam primum nusquam in tota narratione missi septem a Megabazo legati *duces* dicuntur, aut etiam dici poterant; qui suo singuli duntaxat venerant servitio comitati: deinde non nobiles isti tantum Persae perierant, verum διεφθάρησαν αὐτοὶ καὶ ἡ θεραπηίη αὐτέων. Ceterum suo iterum more turbavit ordinem vocabulorum *Herodotus*,

qui fuisset naturalis, si sic legerentur collocata: κατέλαβε δὲ (*repressit eorum impetum*: vid. Cl. *Abresch* Diluc. *Thuc.* pag. 509.) Ἀλέξανδρος, δοὺς ταῦτα (pecuniam et sororem) Βουβάρῃ ἀνδρὶ Πέρσῃ, τῷ στρατηγῷ τῶν διζημένων τοὺς ἀπολομένους. VALCK.

CAP. XXII. 4. καὶ οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ) Omitti negligique subinde ante urbium ac regionum nomina praepositionem, dictum aliàs ad lib. II. 53. *Herodotus* ἐν Ὀλυμπίῃ solet lib. II. 160. VIII. 134. *Hellenodicas* et eorum collegium *Scaliger*, *P. Faber*, *Valesius*, *Perizonius* ad *Aeliani* Var. tali in luce collocarunt, ut tenebricosi nihil duret. Hic eorum tamen nomen ex scholio venisse codices testantur. WESS.

4. *et seqq.* οἱ τὸν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα *etc.*) Τὸν Ὀλυμπίᾳ ἀγῶνα *Pindarum* decet: ne Poëtarum quidem imitator *Herod.* voculam ἐν omittere poterat, a Florentini Codicis scriptore praetermissam. Aliunde recipietur, opinor, οἱ τὸν ἐν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα Ἑλλήνων, reiecta voce Ἑλληνοδίκαι, interpretamenti loco posità. *Alexandrum* [*lin.* 7 *seq.*] οἱ ἀντιθευσόμενοι ἐξεῖργον, φάμενοι οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέων εἶναι τὸν ἀγῶνα, ἀλλὰ Ἑλλήνων: sic scribendum arbitror e marg. *Steph.* pro ἀγωνιστέον. Macedoniae Principem antagonistae ἐξεῖργον. Hieronem Themistocles ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια quamobrem εἶρξε τῆς ἀγωνίας, tradit *Aelianus Var. Hist.* IX. 5. sed tanta Themistoclis fuit auctoritas, ut venienti totius Graeciae coetus in Olympicis ludis adsurrexerit, teste *Pausania* VIII. pag. 701. In *Herodoto* non significat ἐξεῖργον *arcebant*, sed *arcere nitebantur*; irritum enim fuisse conatum sequentia manifestant, ἐκρίθη τε εἶναι Ἕλλην, καὶ ἀγωνιζόμενος στάδιον συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ. In his addubito num forte scribi praestet, καὶ, ἀγωνισόμενος στάδιον, συνεξ. *et stadio decertaturi nomen una cum primo nomine sorte excidebat*: hoc mihi significare videtur verbum, alia in re magis usitatum: *primum sorte nomen excidit*, legitur apud *Livium* XXIII. cap. 3. *ut primam ipsius et antagonistae sortem exiisse optimus auctor significet*; quae verba sunt haec Herodotea tractantis *P. Fabri* Agonist. III. cap. 12. extr. qui tamen aliam etiam ponit interpretandi rationem. Ab Hellanodicis Alexander ἐκρίθη εἶναι Ἕλλην, atque adeo, qui ante Ὀλυμπιάσιν ἐκινδύνευσεν ἐκκριθῆναι, cete-

B 2

ris etiam ornatus candidatorum dotibus, *ἐνεκρίθη τὸ στάδιον*: quae duo hac in re propria habent in eadem narratione *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 300, 15. et *Plutarch.* T. I. p. 603. B. vid. *Philo Iud.* de Nom. Mutat. pag. 1061. c. *Is. Casaub.* in *Athen.* VI. c. 12. [Animadv. in Athen. T. III. nostrae edit. p. 453.] et *Io. Kühnius* in *Diog. Laërt.* VIII. 47. *Habitus* autem *est Alexander* a severissimis iudicibus *Graecus*, non Macedo, *ἐπειδὴ ἀπέδειξε ὡς εἴη Ἀργεῖος*, [*lin.* 9.] postquam Perdiccam, a quo genus ducebat, originis esse demonstrasset Argivae et Heraclidem: vid. *Herod.* VIII. 137. *Demosthenes* quidem Graecam Macedoniae Regibus denegat originem, Philippum ut barbarum Macedonem traducens, cuius mentionem facit in Philipp. III. p. 69, 36. [p. 119. ed. Reisk.] tanquam *οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος, οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' - - - ὀλέθρου Μακεδόνος*. Sed concionatoris ista sunt Attici atque osoris Philippi; modestius orator umbraticus *Isocrates* barbaros quidem Macedonas esse fatetur, Macedoniae vero Reges agnoscit origine Graecos, et reges legitimos, quippe qui non in Graecos at barbaros exercerent imperium, in Suasoria ad Philippum, laudis artificiose dispensatae plena, pag. 103. et 104. *Sibyllae* dicuntur *Αὐχοῦντες βασιλεῦσι Μακηδόνες Ἀργεάδῃσιν*, apud *Pausan.* VII. p. 543. *Thucydidi* Regum maiores *Τημενίδαι, τὸ ἀρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους*, lib. II. c. 99. et V. 80. vid. *Isocrat.* p. 88. D. Epist. *Socrat.* XXVIII. et *Maxim. Tyr.* XX. 8. Apud *Livium* XXVII. 30. *Argos venit* (Philippus, Persei pater:) *et curatio Heraeorum Nemeorumque suffragiis populi* dicitur *ad eum delata, quia se Macedonum Reges ex ea civitate oriundos referunt*: ipsos etiam istius aetatis Argivos *ab se oriundos* credidisse, docet aliunde ad istum locum *Dukerus.* VALCK.

8. *οὐ βαρβάρων ἀγωνιστέων εἶναι*) Detersi sordes, orationem turpantes. Nunc ea Graeca est, non prius. Graecis autem solis, non utique peregrinis, hoc est, aliunde quam e Graecia mera et antiqua oriundis, aditum ad Olympicum agonem patuisse, optime hinc colligit eruditissimus *P. Faber* Agonist. lib. III. c. 12., illud etiam *συνεξέπιπτε τῷ πρώτῳ* ad *conmissionem, sortito fieri solitam*, recte adplicans, ut *prima Alexandri et antagonistae sors exiisse* significetur. De Argiva ex Heraclidis Alexandri origine accurate *Noster* lib. VIII. c. 137. WESS.

CAP. XXIII. 4. *ἔτυχε μισθὸν δωρεὴν φυλακῆς*) Inferius c. 124. Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν - - - παρὰ Δαρείου δωρεὴν λαβὼν Histiaeus; quod et hic abunde fuisset. Nunc vocum sede mutata, ἔτυχε δωρεὴν, μισθὸν φυλακῆς, viri docti *Pavius* ac *Reiskius* praeoptant. [At traiectio verborum est usitata Nostro.] Convenit nonnihil hoc *Metrodori* ex Epigram., *Diophanti* Arithmetic. lib. V. pag. 269. addito, Πιστοτάτοις δμώεσσιν ἐλευθερίην καὶ ἄποινα, Μισθὸν ὑπηρεσίης. Plenius, sed copulà interpositâ, Antigoni dictum, Ἀλλ' ἐγὼ, ὦ μειράκιον, ἀνδραγαθίας οὐ πατραγαθίας μισθὸν καὶ δωρεὰς δίδωμι, in *Stob.* Serm. LXXXV. p. 497. WESS.

10. *ἐγκτίσασθαι πόλιν*) Memini, ἔγκτησιν, sive *ius possessionum adquirendarum*, saepe in foederum tabulis obviam: in Thes. Muratorii p. MXLIX, 1. ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ ΑΥΤΟΙΣ ΓΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΙΑΣ ΕΓΚΤΗΣΙΝ, sic oportuit: eadem formula in *Demosthen.* Or. de Coron. p. 151. [p. 265, 7. ed. Reisk.] neque multum diversa apud *Xenophont.* Rer. Graec. lib. V. pag. 555. D. Vulgatum-ne vero, an ἐγκτήσασθαι scribarum peccatum sit, manet in dubio. Receptum simile habet in ἐνστρατοπεδεύεσθαι, ἐμμαχέσασθαι, ἐμβόσκεσθαι, aliisque pluribus. Elegans et hoc *Taciti* Ann. XI. 19. *ac ne iussa exuerent, praesidium immunivit.* WESS.

Ibid. δοὺς ἐγκτίσασθαι πόλιν ἐν Θρηίκῃ) Neque κτίσασθαι alibi memini me legere, neque ἐγκτίσασθαι, hinc in *Porti Lex.* receptum. Variant in talibus scripti Codices, et hic forte dabunt ἐγκτήσασθαι, veram, ut autumo, lectionem. Quam a Dario petierat Mileti tyrannus Histiaeus in Edonide regionem, Μύρκινον dictam, impetravit, V. 11., βουλόμενος ἐν αὐτῇ πόλιν κτίσαι: in urbe condenda deprehendit occupatum Megabazus, et, simulatque Sardes venisset, docet ille Regem minus fecisse prudenter, qui permiserit hominem Graecum in Thracia ἐγκτήσασθαι πόλιν, *urbem sibi possidendam acquisivisse.* Frequenter occurrit in monumentis etiam lapideis ἔγκτησις: quo sensu docebit ὁ πάνυ Ti. *Hemsterh.* ad *Hesych.* in voc. Ἐμπάμμῳ, occasione vocis Ἐμπάσεις, ad quam vid. Clar. *Alberti. Quidquid agrorum* seu *aedium quis in terra* sibi *patria* comparatum *possidebat*, voce κτήματων significabatur; ἔγκτημα *possessio* dicebatur *in regione peregrina; ἔγκτησις, ius istiusmodi sibi possessionis acquirendae.* Κτήματα sic et Ἐγκτήματα distinguit *Demosth.* p. 53. §. 49.

[Or. de Halonn. p. 87. ed. Reisk.] et *Ulpian.* Hinc *Ammonium*, ut in Addendis notatum, emendavit *H. Vales.* Emend. IV. c. 9. Ἐγκτήματα talia memorantur *Numeror.* xxxi, 9. vocum collectoribus praetermissa. Scripsisse videtur *Andocides* de Pace p. 25, 20. Χεῤῥόνησον καὶ τὰς ἀποικίας καὶ τὰ ἐγκτήματα (vulg. ἐγκλημ.) ἵνα ἀπολάβωμεν. [ἐγκτήματα recepit *Reisk.* p. 96.] Talia sunt quae *Xenophon* vocat Ἀπομν. II. [cap. 8, 1.] p. 441, 19., τὰ ἐν τῇ ὑπερορίᾳ κτήματα, opposita τοῖς ἐν τῇ Ἀττικῇ, sive τοῖς ἐγγαίοις. Verbum legitur *Genes.* xxxiv, 10., ubi Emmor ad filios Iacobi, ἡ γῆ, inquit, πλατεῖα, ἐγκτᾶσθε ἐν αὐτῇ. *Demosth.* c. Polyclem p. 667, 13. [pag. 1208. ed. Reisk.] meminit τῶν τε δημοτῶν καὶ τῶν ἐγκεκτημένων: hi sunt qui in demis non suis praedia vel agros possidebant. VALCK.

12. πολλοὶ κωπέες) *Remiges* audiunt *Vallae*, *Porto*, aliis: error est, tolerabilis ille quidem, non tamen propagandus: cur enim, obsecro, *multi remiges* in Edonide Myrcino fuissent, et quamobrem hic illi commemorarentur? Imo *multum* illic fuit *ligni ad remos faciendos apti*: abietes ad naves fabricandas, ἴδη dicuntur ναυπηγήσιμος: succedunt κωπέες, *ligna in remos*. In *Aristidis* Themistocle T. III. pag. 336. τὰ νήϊα, σχοινία *Scholiastes* mstus [editus etiam in *Photii* Biblioth. p. 698. ed. Hoesch.] interpretatur, Κωπέας δὲ, τὰ ξύλα τὰ πρὸς τὰς κώπας ἐπιτήδεια: remos male *Canterus*. *Hesychius*: Κώπεις, [Κωπεῖς oportebat,] τὰ εἰς κώπας εὔθετα ξύλα. *Andocides* Or. II. p. 21, 11. [p. 80. ed. Reisk.] εἰσήγαγον εἰς στρατιὰν ὑμῶν οὖσαν ἐν Σάμῳ κωπέας. *Aristoph.* Acharn. vs. 551., Τὸ νεώριον δ' αὖ κωπέων πλατουμένων: πλαγιευμένων forte scripserat: [vulgatum *Brunckius* tuetur:] non erat *navale plenum remigibus*, quod absurdum cogitatu, sed *lignis ad remos fabricandos aptis*; ut bene *Bergler.* sequutus *Scholiasten*. Frequentius in his quoque fuit erratum. VALCK. — Et mihi quoque, iam tunc licet meliora in commentariolos meos relata habenti, tamen quum in hoc convertendo loco versarer dormitanti, accidit, ut *remiges* hic ponerem, pro quibus *ligna conficiendis remis idonea* reponet prudentior Lector. *S.*

CAP. XXIV. 3. μετὰ δὲ ἄγγελον πέμψας) Corrigitur *Lipsiae* μετὰ δὲ ἀγγέλων vel ἀγγέλου: cohaerere enim cum ἔλεγε: *nuntiavit ipsi per nuntios.* Atqui μετὰ δὲ loco

μετὰ δὲ ταῦτα, *post*, *deinde*, Ἰακὸν est, sicuti μετὰ sine additamento, teste *Galeno* in *Hippocr.* de Rat. Vict. pag. 84., et sexcenties in Musis. Crebra quoque de nunciis et litteris, πέμψας Δαρεῖος ἱππέα - - - ἔλεγε τάδε, lib. IV. 126., et Tomyris πέμψασα κήρυκα ἔλεγε τάδε, I. 206. WESS.

16. καὶ ἐς λόγους μοι ἀπικέσθαι) Bonum foret, modo schedae faverent, ἐς λόγους σοι ἀπικ. At reluctantur cunctae, regiae auctoritatis et eminentiae specimen ostentantes. Quod de possessione veri amici rex, si fraus et simulatio afuisset, praeclarum, et de Cyri sententia apud *Xenophont.* Κυρ. Παιδ. lib. VIII. p. 235. E. WESS.

CAP. XXV. 2. Ἀρταφέρνεα) Mssti Ἀρταφρένεα, eiusdemque filium Ἀρταφρένεα τὸν Ἀρταφρένεος παῖδα nuncupant lib. VI. 94. et VII. 74. Eadem nominis scriptura in *Aeschyli* Pers. vs. 21. et, ceu Graeca esset origine, vs. 769. Φρένες γὰρ αὐτοῦ θυμὸν οἰακοστρέφουν. Clarius ibidem Critici, Ἀρταφρένης ἐξ ἐτυμολογίας λέγεται ὁ τὰς φρένας ἔχων ἀρτίας καὶ ἀκεραίας. Male, ut opinor, in Persico hominis titulo; cui similis Ἰνταφρένης in schedis lib. III. 70. At Μεγαφέρνης, Τισσαφέρνης, et Persica plura, eorum scriptionem sollicitandam negant. Placuit καταστήσας, sicuti lib. VII. 105. καὶ ὕπαρχον ἐν τῷ Δορίσκῳ τοῦτον καταστήσας, et huius Musae cap. 94. Nam καταστησάμενοι τύραννοι c. 92, 1. usu discrepat. WESS. — Forsan utroque fere modo Persicum nomen pronuntiare indigenae adsueverant, *Artaphernes* et *Artaphrenes*. Sed credibilius est, Graecos, graecas quodammodo formas externis nominibus induere solitos, idem in hoc nomine fecisse, adeoque *Artaphernen* suo arbitrio in *Artaphrenen* mutasse. Similiter *Artaxerxis* nomen, cui cum vocabulo ἄρτος cognationem quamdam intercedere putarunt, in *Artoxerxem* frequentes mutarunt. *S.*

5. τῶν παραθαλασσίων ἀνδρῶν) Absentia ἀνδρῶν ex manu exaratis ingrata non foret, nisi iterum στρατηγὸς δὲ τῶν παραθαλασσίων ἀνθρώπων lib. VII. 135. Illud [*lin.* 7.] ἐπὶ χρήμασι ἄδικον δίκην ἐδίκασε, in iudice Sandoce, pecunia corrupto, redibit VII. 194.; nec longe abit ἐπὶ κόσμῳ χρήματι lib. III. 38. Belle quoque *Eustathius* ἀνθρωπηΐην [*lin.* 8.] exemplis ταυρείης, λεοντείης, αἰγείης, videlicet δορᾶς, contra insultus munivit. WESS.

8. ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην) Talia *Herodoto* pe-

culiaria non debuerant a *Porto* praetermitti. Multa colligens, in quibus δορὰ supprimitur, *Eustathius* in Iliad. γ'. p. 283, 36., παρ' Ἡροδότῳ, ait, κεῖται καὶ Ἀνθρωπείη, ἡ τοῦ ἀνθρώπου δορὰ ἐν τῷ, σφάξας *etc.* Attigit et in Od. κ'. p. 379, 40. Latet illud apud *Athenaeum* alicubi. [Fieri potest: sed nec nunc memini equidem, nec adnotavi.] Crudele supplicium, quo vivis hominibus cutis detrahebatur, Persis in usu fuisse *Brissonius* docet de Regn. Pers. II. p. 330. conf. clar. *Wesseling.* in *Diodori* XV. 10. Ex *Herodoto Valerius Max.* VI. c. 3. ext. 3., *Cambyses*, inquit, *mali cuiusdam iudicis ex corpore pellem detractam sellae intendi, in eaque filium eius iudicaturum considere iussit.* Quod sequitur [*lin.* 9.] σπαδίξας, probae notae est, et in *Glossar.* redditum ἐκδείρας: quid sit σπάδιξ, ibidem traditur atque alibi. VALCK.

9. σπαδίξας δὲ) Rarissimum vocabulum explanat Scholiastes, Σπαδίξας, ἐκδείρας. Σπάδιξ γὰρ φλοιὸς ῥίζης πρινίνης· οἱ δὲ, φοίνικος ῥάβδον. Male fortasse ἐκδείρας, *pellem detrahens*: cetera ad verbi originem proba. Σπάδιξ, *avulsus e palma termes cum fructu*, apud *Gellium* Noct. Attic. II. 26., φυτῆς σπάδιξ, *diffractus eius ramus*, πηγάνου κλάδος, in *Nicandri* Alexiph. vs. 528., neque a vero alienum, quod Glossator de cortice radicis ilignae discerpto. Ea omnia σπαδίζειν, ex σπάω progenitum, *scindendi* potestate instruunt, *lancinatam*que et *dissectam* Sisamnis proponunt *cutem*. Non nescio eruditos aliorum conatus, neque tango; *Stephanum*, *Portum*, *Salmasium*que ad *Solin.* p. 291. secutus. Addo obiter *Agathiam Schol.* lib. IV. p. 93. huiuscemodi supplicii auctorem haud consulto Saporem regem perhibuisse, ac male de eodem addubitasse *Ammianum* lib. XXIII. 6. Melius *Diodorus* lib. XV. 10., cuius rationem non neglexit *Valesius*, uti nec Nostri. WESS.

CAP. XXVII. 6 *et seqq.* Αἰτίη δὲ τούτου ἥδε *etc.*) *Lycaretum* haec si tangunt, quae plerorumque opinio, sequentia violentae eius mortis caussam explicabunt: tum ἄνεως κακῶν ἦν [*CAP. XXVIII.* 1.] necessario mutationem subibit, daturam aut αἰνῶς κακώθη, *dira perpessus est*, ex *Pavii* hariolatione, aut ἀνάπλεως κακῶν ἦν, *malis coopertus est*, ex mea olim, aut ἄνευ κακῶν, ut *Portus*, aut aliud quidpiam consimile: neque enim id, quod legitur, ad necem ducit truculentam. At de Lycareto mollissime Scri-

ptor τιλευτᾷ, nulla flagitii adspersa macula, neque, ut alioqui solet, κακῶς τὸν βίον τιλευτᾷ. Lemno praeterea is praeerat, orae maritimae nequaquam, sed *Otanes*, [cap. 26, 1 seq.] τότε διάδοχος γενόμενος τῆς στρατηγίης Megabazi; qui quidem Persa origine, et memor paterni supplicii, *alios neglectae in Scythas militiae, nonnullos ob divexatos* post infaustam expeditionem *Persas* arcessere potuit, ad opprimendos certe hoc colore uti. Bene de illo τοσαῦτα ἐξεργάσατο στρατηγήσας, *haec in praefectura designavit.* Ex his consequens est, ut ἄνιως κακῶν ἦν de *Otane* dicatur. *Hesychius* Ἄνιω, ἄφωνοι, ἐννεοὶ, ex Poëta Iliad. γ'. 84. ubi Schol. ἥσυχοι, ἄνευ ἰαῆς, τουτέστι, φωνῆς καὶ θορύβου. Addit Cl. *Alberti*, dictum Nostri elegans esse, atque ab aliis non intellectum. Mihi de prima voce dubitatio nulla: qui utramque coniunxerit, nullum novi. Id constat, multa *Herodotum* sibi priva habere, et florente Ionismo vigere potuisse quae ob desuetudinem nobis molestiam creant. Utcunque fuerit, in constantissimo Codicum consensu acquiescam, donec melior et hilarior adfulserit lux. Clar. *Reiskii* suspicio ἄνεσις κακῶν ἦν laude non caret. WESS.

Ibid. Αἰτίη δὲ τούτου ἥδε *etc.*) Cum vicinis ista, me iudice, non satis apte cohaerent. Quae sequuntur, πάντας ἠνδραποδίζετο usque ad στρατηγήσας, illa non Lycaretum, sed spectant Otanen, τὸν τῶν παραθαλασσίων στρατηγὸν, qui Megabazo successerat: forte versus aliquot hic interciderunt. [*CAP. XXVIII.* 1.] Ἄνεως κακῶν non videtur *Eustathio* lectum, Homeream vocem ἄνεω saepe tractanti, quam poëticam censet λέξιν, καὶ ἀσύμβολον εἰς λόγον πεζόν. *Reiskio* quod venit in mentem, ἄνεσις κακῶν mihi quidem non displicet. VALCK. — Mihi vero, unice hoc verum esse, persuasum erat, etiamque nunc est. *Hesychius*: Ἄνεσις, ἀνάπαυσις. *Fuit* igitur *Ionibus*, maritimam oram incolentibus, (cap. 25, 5.) *brevis* quaedam *malorum intermissio.* Caeterum vide *Var. Lect.* in *Cap. XXVII*, 6. et *XXVIII*, 1. *S.*

CAP. XXVIII. 6. καὶ τῆς Ἰωνίης ἦν πρόσχημα) *Ornamentum*, sive, uti *Thomas M.* et *Triclin.* ad Soph. Elect. vs. 683., καλλώπισμα. Tale *Strabonis* lib. X. p. 691. B. [p. 450. c. ed. Cas.] τὸ δὲ παλαιὸν πρόσχημα τῆς Ἑλλάδος ἦν ταῦτα τὰ πολίσματα: et lib. XI. pag. 786. [pag. 516. D. ed. Cas.] ex *Apollodoro Adramytteno*, τῆς συμπάσης Ἀριανῆς πρό-

σχῆμα εἶναι τὴν Βακτριανήν. Talia *Plutarchi*, *Aristidis*, *Appiani*, atque aliorum, quae exscribere non vacat. WESS. — Quod in nostro exemplo καὶ Ἰωνίης legitur absque articulo, id typothetae lapsu factum, voculam τῆς temere praetermittentis; qui error diligentiam Correctoris effugit. *S.*

8. Πάριοι κατήρτισαν) Hoc malui ex scriptis, quemadmodum cap. 29. οὕτω Μιλησίους κατήρτισαν, et *Musonius* in *Stob.* Serm. I. pag. 20. φίλους διαφερομένους καταρτίζοιμι. WESS.

Ibid. κατηρτίσαντο) Syllabam delerem male geminatam, ut legatur κατήρτισαν, quod praebet margo *Steph.* quodque paulo post recurrit, οὕτω Μιλησίους κατήρτισαν Parii; quos sibi dissidentes Milesii *pacis* sumserant *reconciliatores*, καταρτιστῆρας, qualis Cyrenaeis fuerat Demonax Mantinensis, IV. 161. Φίλους διαφερομένους καταρτίζειν legitur apud *Stobaeum* pag. 20, 46. et alibi. Propriam verbi vim *in scissis resarciendis* sitam propius respicit *Herod.* V. 106. ἵνα τοι κεῖνα πάντα καταρτίσω ἐς τὠυτό, prouti legitur in msto, et recte scribit *Wetsten.* in *Matth.* IV, 21. VALCK.

CAP. XXIX. 6. ὅκως τινὰ ἴδοιεν ἀνεστηκυίῃ etc.) Adstipulor *Reiskio* et *Abreschio*, ἐν ἀνεστηκυίῃ primitus fuisse arbitratis, praepositionemque a praeeunte verbo absorptam: neque inprobo ἀνεστηκυίην χώρην de *neglecta* et *desolata* regione, etsi apud *Themistium*, quem *Abreschius* subministravit, Or. XXII. p. 280. τόπος ὑψηλός τε καὶ ἀνεστηκώς. Clarum est, χώρην ἀνάστατον hic indicari. *Acclivis regio* debetur *Gronovio*, neglexerat *Valla*. WESS. — Mihi hoc innuere visus erat Scriptor, in planitie, in vicinia urbis, agrorum culturam fuisse neglectam, in *superiore* vero *regione* diligentes nonnullos prudentesque cultores fuisse repertos. ἀναστήματα γῆς sunt *edita loca*. βουνοειδῆ ἀναστήματα τόπων γεωργήσιμα, de alia quidem regione agens, memorat *Diodorus Sic.* V. 40. E *superiore* dein regione in urbem rursus κατέβησαν (*descenderunt*) arbitri. *S.*

12. καὶ τῶν δημοσίων οὕτω etc.) Probabilis ratio, qua et *Aeschines* in Timarch. p. 22. pr. conficit, ὅν τινα τρόπον (ὁ κρινόμενος) διοικεῖ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ὡς παραπλησίως αὐτὸν καὶ τὰ τῆς πόλεως διοικήσοντα: et Icti Romani, *tutorem suspectum ex eo, quod in alia male versatus sit*, lib. III. 8. Digest. *de*

Susp. *Tutor.* Non addo in re, usu saepe cognita, *Luciani* Epigr. apud *Stob.* Serm. XV. p. 152. WESS.

CAP. XXX. 2. ἄνδρες τῶν παχίων) Saepe παχεῖς in Musis *ditiores*, quorum ὄλβος ἄγαν παχυνθεὶς, *opulentia valde crassescens*, uti graviter *Aeschylus* VII. contr. Theb. vs. 777. Contra aliorum usu οἱ παχεῖς, quorum mens (sive, ex Sacris Litteris, καρδία) ἐπαχύνθη, stolidi crassoque sub aëre nati. Culte de his omnibus Cl. *Schultensius* in *Salomon.* Prov. c. XIV, 24. WESS.

11. δύναμίν τινα) *Aliquantum copiarum; Valla.* Fac tantillum petiisse copiarum, qui noverant, ὀκτακισχιλίην ἀσπίδα Ναξίοισι εἶναι, unde tandem pendebunt sequentia καὶ κατέλθοιεν ἐς τὴν ἑωϋτῶν? an ab ἐδέοντο? Non opinor: voculam τινα mutemus in ἵνα: ut exules Naxii rogarint Aristagoram, εἴ κως αὐτοῖσι παράσχοι δύναμιν, ἵνα κατέλθοιεν ἐς τὴν ἑωϋτῶν, *vellet-ne sibi copias dare, ut in patriam possent restitui:* voce depravata, καὶ necessario debebat interseri. Saepissime, quando praecedit εἰ, subiectum ἵνα iungitur optativo: necesse non arbitror ut in eam rem exempla congeram. Ut hoc tempore plebis iniurià Naxiorum optimates per seditionem e patria fuere fugati, similis seditio quinquaginta circiter annis ante Naxum agitaverat, quam ex *Aristotelis* Rep. Naxiorum narrat *Athen.* VIII. p. 348. B. VALCK. — Speciosa utique viri doctissimi coniectura; quae tamen, quum nullum in libris patrocinium inveniat, quumque locum tueri vulgata scriptura possit, in contextum ab Editore recipi non debuit. *S.*

22. τῶν δ' ἐπιθαλασσίων τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ) Ultima prudenter et circumspecte addita. Dederat orae maritimae praefectum Otanem cap. 25., eius praefectura eopse tempore fungentem: verum in Thracia illa, atque ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Hic Artaphernes Asiam, in Aegaeum porrectam mare, procuravit. Duo, florentibus Persarum rebus, orae maritimae videntur praepositi fuisse, Europaeae et Asiaticae: hanc Hydarnes, regnante Xerxe, sibi iniunctam habuit, lib. VII. 135. *Thucydidi* στρατηγὸς τῶν κάτω audire solet, qualis Tissaphernes in eius lib. VIII. 5. WESS.

CAP. XXXI. 2. ὡς Νάξος εἴη νῆσος) Laudare non debeo codices e quibus νῆσος exulat. Persae cum Cycladum insularum nullam tenerent ditione, qui potuit Ari-

stagoras, nisi inprudenter, *Naxum*, tacita illius positura et indole, Persac occupandam propinare? De *Cycladibus Eustath.* in Pericg. vs. 525. et eo prior *Strabo* lib. X. pag. 743. B. [p. 485. ed. Cas.] WESS.

4. χρήματα δ' ἔνι πολλά) Quandoquidem *Eustath.* et tot membranae, χρήματα δὲ ἔχει dilucide ostendunt, eo in dissensu electionis arbitrium est. Accedo *Gronovio*, editumque amplector. Sic lib. I. 181. ἄγαλμα δ' οὐκ ἔνι οὐδὲν αὐτόθι ἱδρυμένον: et cap. 183. ἔνθα ἄγαλμα μέγα τοῦ Διὸς ἔνι κατήμενον χρύσεον. Plura se ultro offerent, collecta a *Raphelio* in *S. Paulli* Epist. ad Galat. III, 28. WESS.

9. ταῦτα μὲν γὰρ δίκαιον) Nolo, rixosus ne videar, hoc proscribere, probe gnarus, ab *Aldo* si δίκαιον venisset, et *Florentiae* δίκαια maluissent, primas fuisse ablaturum. Olim certe ita loquebantur. Noster lib. VIII. 111. οὕτω τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι τὰ χρήματα: et IX. 22. οὐ ποιέετε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι. *Thucydides* VIII. 106. καὶ ἐνόμισαν σφίσιν ἔτι δυνατὰ εἶναι τὰ πράγματα --- περιγενέσθαι, ubi doctissime *Dukerus*. Alia consulto negligo. Post nonnulla [*lin.* 15.] αἱρεθῆναι *Arch.* glossam olet. Conf. cap. 97. WESS.

17. Σὺ ἐς οἶκον τὸν βασιλῆος) Fluxit ex Orientis more, quo οἶκον βασιλῆος *regnum regiamque familiam* describebant. Tale Hebraeorum בית חמלך, οἶκος βασιλέως, et saepissime iteratum בית יהודה, tum בית ישראל. Sic lib. VI. 9. νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω τὸν βασιλῆος οἶκον: et lib. IX. 106. Rex quoque *Artaxerxes* in litteris, modo genuinae fuerint, ad *Hippocratem*, φίλον οἴκῳ βασιλέως τίθετο, μὴ φειδόμενος ὄλβου. Quo super titulo nonnulla *Casaubonus* Exercit. ad *Baron.* XIII. p. 214. WESS.

CAP. XXXII. 10. εἰ δὴ ἀληθής γε ὁ λόγος) Non reluctabor, ubi ex scriptis γέ ἐστι accesserit. Hinc autem dilucide patet, *Herodoto*, haec eum commentaretur, cognitam non fuisse *Pausaniae*, qua Xerxis filiam sibi procatur, epistolam apud *Thucydidem* lib. I. 128. quem *Diodorus* et *Cornelius Nepos* auctorem habent. Liquet insuper, ἡρμόσατο non ultra desiderium porrigi oportere. WESS. — Similiter cap. 47, 2-4. Philippus quidam memoratur ἁρμοσάμενος quidem Τήλυος θυγατέρα, ψευσθεὶς δὲ τοῦ γάμου. *S.*

CAP. XXXIII. 4. ἐς Καύκασα) Si *Casus* Chio fo-

ret vicinior, ex ea Καύκασον formatum putares, uti in his *Aristidis* T. I. p. 546. ed. *Iebb*: καὶ νῦν Κάρπαθον μὲν καὶ Καύκασον, καὶ ἄλλας νήσους, οἰκουμένας ἐστὶν ἰδεῖν. Rhetor enim καὶ Κάσον dederat. Verum situs et ventus Boreas *Casum* excludunt. *Caucasus*, an *Caucasa*, portus is, seu navium statio, vero nomine fuerit, non finio. Tacent veteres, *Delphinium*, *Phanas*, et Γερόντων λιμένα insulae tribuentes: posterior est in Hist. An. *Aeliani* lib. XII. 30. WESS.

12. διελόντας) Nonne ad sententiam διελῶντας accommodatius? Διελῶντας - - κατὰ τοῦτο, *ad hunc modum per navis foramen traiicientes, ut caput* etc. Simili confusione ἐξελόντα Πεισιστρατίδας et ἐξελῶντα membranae lib. V. 63. Vulgatum, ex *Hesychio* διαμερίσαντας, διακρίναντας, indicabit. WESS. — Et recte quidem διελόντας habere videtur; nam, quum caput foras spectaret, corpus vero introrsum, erat adeo homo ille quasi *divisus*, et per foramen illud *medius interceptus*; qua notione simile huic verbum διαλαμβάνω, quum alibi, tum lib. IV. 68, 9. positum vidimus. Iam vero κατὰ τοῦτο non significabit *hoc modo*, sed *eam ob caussam*, ut frequenter alias, V. 3, 6. 37, 2. VI. 1, 5. 44, 19. etc. Itaque delendum *comma* fuerit, quod post δῆσαι parum commode a nobis interpositum est: connexa enim sunt δῆσαι κατὰ τοῦτο. *S.*

16. παραιτέετο τὸν Πέρσην) *Persam exorare nitebatur poenam deprecando.* Huc spectans *Schol.* in *Aristoph.* Vesp. vs. 1249. Παρῃτεῖτο, ἀντὶ τοῦ ἐλιπάρει, παρεκάλει, παρ' Ἡροδότῳ: verba tum excitat quae hic leguntur; eademque dedit *Suidas*. Plene *Xenophon*, Ἀπομν. II. [c. 2, 14.] p. 433, 10. τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι, εἴ τι παρημέληκας τῆς μητρός. *Zonaras* in Lex. msto: Παραιτοῦμαί σε, καὶ παρῃτήσατο τὸ πρᾶγμα, καὶ παρῃτήσατο αὐτὸν, οὐ δεῖ λέγειν· ἀλλ' οἷον, ὅτι παραιτοῦμαί σε συγγνώμην ἔχειν, καὶ, παραιτοῦμαί σε μὴ χαλεπαίνειν. Ξενοφῶν, τοὺς μὲν θεοὺς παραιτήσῃ συγγνώμονάς σοι εἶναι. Ista non dedit *Suidas*, qui multa descripsit ex Zonarae Lexico, quod ex *Io. Sambuci* Bibliotheca *Fr. Sylburgius* habuit utendum: ad Xenophontem spectantia *Io. Leunclavius* illinc excerpserat: haec excerpta ad *H. Stephanum* missa non recepisse se queritur *Leunclav.* in Append. *Xenoph.* p. 1142. Pervenerunt ad *Is. Vossium*, hinc in Bibliothecam Leidensem. VALCK.

18. ἐσπέρχετο) *Succensuit Aristagorae;* nam lene nimis, *vituperavit.* In *Apollonio Rh.* III. 516. Τελαμῶνι δὲ θυμὸς ὀρίνθη σπερχόμενος δ' ἀνόρουσε θοῶς. *Pindarus* Nem. Od. I. 59. Ἀλλὰ θεῶν βασίλεια σπερχθεῖσα θυμῷ, ubi praeter alia Critici, ὑπερζέουσα τῷ θυμῷ. Quod post pauca [*lin.* 20.] ἐμὲ πείθεσθαι, tanquam singulare et rarum lib. I. 126. examinavimus. Utrumque auctoritatem codicibus, qui superius c. 29. τούτων ἴτεξαν πείθεσθαι, addit; atque, in talibus caute procedendum, neque falcem criticam temere sumendam, commonefacit. WESS.

19. Σοὶ δὲ καὶ τούτοισι τοῖσι πρήγμασι τί ἐστι;) *Valla: quid tibi, inquit, est cum istis negotiis?* Noverat vir Doctissimus, non sic loqui solere Romanos; sed, *quid isthic tibi negotii est;* et, *quid tibi cum istis est negotii.* Non aliter Graeci solent. Videor mihi suum Herodoto restituisse corrigendo: Σοὶ δὲ καὶ τούτοισι πρῆγμα τί ἐστι; οὐ σὲ ἀπίστειλε etc. *Quid vero tibi cum his est negotii? an non te misit* etc. Iam primum vide mihi quaeso quantilla sit mutatio; ex τούτοισι male repetitum, ut millies evenit, τοῖσι delevi: deinde πρῆγμα in talibus est ex more recepto; saepius tamen omitti solet ut apud Latinos. Quod apud *Terentium, Quid tibi rei mecum est?* apud *Plautum* dicitur, *Quid mecum est tibi?* Stichi II. 2, 9. Eadem ellipsi *Livius* VIII. 25. *Lucani atque Apuli, quibus gentibus nihil ad eam diem cum Romano populo fuerat, in fidem venerunt.* Bene loquitur *Herodot.* V. 84. οἱ δὲ Αἰγινῆται ἔφασαν, σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρῆγμα: qui locus vel solus, ut puto, correctionem satis adfirmaret. *Demosthenes.* qui c. Aphob. p. 517, 48. scripserat, τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ βασάνῳ; plene dixit pro Cor. p. 186. διομνύμενος μηδὲν εἶναί σοι καὶ Φιλίππῳ πρᾶγμα. Comicus *Nicomachus* apud *Athen.* VII. p. 291. B.

Ἔστω· γεωμετρικῇ δὲ καὶ σοὶ πρᾶγμα τί;

Variat structuram *Plutarch.* T. II. p. 52. c. In eundem sensum *Comicus* apud *Stobaeum* p. 501, 4. Τίς γὰρ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία; *Philostr.* p. 662. Σοὶ δὲ τί καὶ Πρωτεσίλεῳ κοινόν; hoc in talibus multo frequentius tandundem valet ac in *Herod.* πρῆγμα. VALCK. — Velles in uno saltem vetere libro vel levissimum vestigium emendationis Viri doctissimi exstaret. Potuit atque adsuevit Scriptor noster variare formas orationis. Sed, verum si quaeris, nihil omnino

habet vulgata scriptura, cur mutatam malles. τί ἐστι utique idem valet ac τί πρῆγμα ἐστί; At quidni, ut sexcenties aliàs, utque in illo *Demosthenis* τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ βασάνῳ; et in notissimo illo τί ἐμοὶ καὶ σοί; sic et h. l. omitti vocab. πρῆγμα potuerit, cuius ingrata futura fuisset repetitio. Denique planissima verbis sententia inest: *Hae res quid ad te pertinent? S.*

CAP. XXXIV. 5. καὶ τεῖχος ἐσάξαντο) Duo verba καὶ τεῖχος, ex anterioribus, ut hariolor, huc migrantia, si deforent, neutiquam reducerem. Turbant orationis habitum ac iuncturam, sive ἐσάξαντο cum *Valla* et *Porto* ex σάξασθαι, *farcire*, seu ab ἐσάξασθαι derivaveris. Prius insolitum mihi quid praefert, respuitque σῖτα καὶ ποτά, non profecto ita farcienda sarciendaque, ac τὸ τεῖχος fortasse; posterius, ista si exulent, aut ἐς τεῖχος, quae Cl. Reiskii suspicio, scribatur, vero non disconven'et. Ipsemet scriptor viam emunit lib. I. 190. ubi Babylonii προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν, *ante plurium annorum conmeatum inportarunt:* et VIII. 20. οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, οὔτε προεσάξαντο Euboeenses. WESS.

Ibid. καὶ τεῖχος ἐσάξαντο) Non miror in forma verbi, Grammaticis haud animadversa, *Vallam*, *Portum* similesque haesisse literatores; ille *murorum refectionem*, quam ἐπισκευὴν vocant, significari credidit: *Portus* reddidit *muros muniverant*, retulitque ad Σάττειν. Verum vidissent, si similia comparassent *Herodoti* I. 190. Babylonii κατειλήθησαν ἐς τὸ ἄστυ, in urbem autem, obsidione praevisa, προεσάξαντο σιτία ἐτέων κάρτα πολλῶν, *iam ante comportaverant permultorum annorum commeatus*: id ipsum *Portus* etiam adnotavit, intellexitque VIII. 20. οὔτε ἐξεκομίσαντο οὐδὲν οὔτε προεσάξαντο. Non facile reperietur, qui praeter *Herodotum* adhibuerit ἄξασθαι, ἐσάξασθαι, προεσάξασθαι. Quae habet ἧκται et ἐσῆκται, illa reperiuntur et apud alios istius etiam aetatis. Iam vero καὶ τεῖχος ab imperito positum suspicor, et ab *Herodoto* scriptum, *ad oppugnationem autem tolerandam sese paraverant*, καὶ σιτία καὶ ποτὰ τὸ τεῖχος ἐσάξαντο, id est ἐς τὸ τεῖχος ἥξαντο, *et esculenta potulentaque curaverant intra urbem importari.* Primum ἐσηνείκαντο τὰ ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐς τὸ τεῖχος: *ex agris omnia comportaverant in urbem*, quae quidem essent mobilia; pro more degentium in istiusmodi regio-

nibus, in quibus una praesertim urbs tantum esset muro munita. De Naxiis locupletibus scribit *Aristot.* in Rep. Naxiorum apud *Athen.* VIII. p. 348. A. τῶν παρὰ Ναξίοις εὐπόρων οἱ μὲν πολλοὶ τὸ ἄστυ ᾤκουν, οἱ δὲ ἄλλοι διεσπαρμένοι κατὰ κώμας. Eadem ratio fuit in Attica; saepius itaque leguntur, in historia quoque recentiori, tempore Philippi et Alexandri, (*Demosth.* p. 140, 68. *Diodor. Sic.* T. II. p. 162.) omnia mobilia e pagis in Athenas Attici comportasse; inprimis bello Peloponnesiaco: praeter *Thucyd.* testis est *Aristoph.* Ἱπ. vs. 789. et 802. Ἀχ. vs. 72. Εἰρ. 631. ubi *Schol.* διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν πολεμίων εἰσβολὰς ἐσκευαγωγήσαντο εἰς τὴν πόλιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀγρῶν. VALCK.

13. ἀπαλλάσσοντο) Male *Mediceo* eveniat, cuius imperio Graecis inauditum ἀπαλλάσσαντο sermonis ornatum foedavit. Sexcenties illibatam sedem, quod restituimus, tuetur, et inconsulto unius iussu novam induere speciem debuit? WESS.

CAP. XXXV. 2. ἐκπληρῶσαι) ἐκτελέσαι *Arch.* acceptum glossae fero. WESS.

5. ἀπαιρήσεσθαι) ἀπαιρεθήσεσθαι instauratum a *Gron.* laudibus fert *D'Orvillius* ad *Chariton.* lib. I. 12. p. 127. Ego ἀπαιρήσεσθαι non adspernor: tritum enim olim, cui passivum recentiorum acumen substituit crebro. Dederat *Aldus* πολλὸν ἐλασσώσεσθαι: maluerunt ἐλασσωθήσεσθαι lib. VI. 11. Talium copiam post *Küsterum* et *Dukerum* conduxit *Hemsterhusius* ad *Thomae* Τιμήσεται et *Piersonius* in *Moerid.* p. 367. WESS. — Sic c. 34, 4. πολιορκησόμενοι, ubi πολιορκηθησόμενοι exspectasses. *S.*

7. τὸν ἐστιγμένον τὴν κεφαλὴν) „*Aeneas in Poliorcetico et Polyaenus l. 1. idem tradunt.*“ *GALEUS.* Quae *Gellio* vocatur *Noct. Att.* XVII. c. 9. *inopinabilis latebra barbarico astu excogitata*, sic ipsi denarratur, ut alium sequutus videatur auctorem, qui fraudem magis fecerit verisimilem. Ex *Herod.* rem enarrat *Tzetzes* Chil. III. vs. 512. et IX. vs. 228. *etc.* Sic autem *Aeneas* in Poliorcet. c. 31. ut ipsa retinuerit pleraque omnia *Herodoti* verba: Ἱστιαῖος βουλόμενος τῷ Ἀρισταγόρᾳ σημῆναι (exeidit ἀποστῆναι·) ἄλλως μὲν οὐδαμῶς εἶχεν ἀσφαλῶς δηλῶσαι, ἅτε φυλασσομένων τῶν ὁδῶν, καὶ οὐκ εὔπορον (ὂν addendum:) γράμματα λαθεῖν φέροντα· — tandem τὰ δὲ στίγματα, inquit, ἐσήμαινεν ἃ δεῖ ποιεῖν: secundum *He-*

rod. ἀπόστασιν. Auctore *Polyaeno* I. 24. capiti hae literarum incrant notae: Ἱστιαῖος Ἀρισταγόρᾳ. Ἰωνίαν ἀπόστησον. VALCK.

CAP. XXXVI. 7. ὁ λογοποιός) Idem *Hecataeo* titulus lib. II. 143. V. 125.; etiam Aesopo lib. II. 134. sed diversa ratione; hic fabulator, ille historicus, ex iusta *Vossii* de Histor. Gr. lib. IV. 3. opinione. Bene *Harpocratio*, Λογοποιός, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος, ex *Isocrate* et Nostro, ubi docte *Maussacus* et *Valesius*. Ἑκαταῖος ὁ λογοποιὸς *Arriano* Ἀναβ. II. 16. Λογοποιοὶ, *historiarum scriptores*, *Xenophonti* Κυρ. παιδ. VIII. p. 229. D. aliisque. WESS. — Pari ratione ipse etiam *Herodotus* noster, quum aliis, tum *Arriano* Ἀναβ. III. 30. λογοποιὸς nominatur. *S.*

11. ναυκράτεες τῆς θαλάσσης) Una voce θαλασσοκράτορες *Thucydidi* lib. VIII. c. 83. dicuntur Chii Milesiique; qua forma *Herodoto* VI. 9. sunt ναυκράτορες: hanc ego vocem *Thucydidi* libenter restituerem p. 391, 98. [lib. VI. c. 18.] ubi vulgatur in Alcibiadis oratione: καὶ ἀπιλθεῖν αἱ νῆες παρέξουσιν αὐτοκράτορες γάρ ἐσόμεθα καὶ ξυμπάντων Σικελιωτῶν. *Athenarum* quidem civitas ratum erat habitura quidquid egissent Alcibiades et collegae, imperatores αὐτοκράτορες constituti: sed hic vocem non convenire sensit et *Schol.* Corrigo primum παρέξουσι· ναυτοκράτορες γάρ, *navium enim copia praestabimus omnibus Siciliensibus*: sed scripsisse puto *Thucydidem* ναυκράτορες: ubi vulgatur alterum, ναυκρατόρων praebent optimi Codd. p. 370, 84. p. 373, 91. In *Herod.* si vel codex daret ναυκράτορες, alterum satis adfirmaret nomen usitatissimum Ναυκράτης. VALCK.

20. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν λόγων) Non dissentio a msstis. Alibi ἐν τοῖσι πρώτοισι τῶν λόγων, lib. VII. 93. uti et *Strabo* lib. XV. p. 1011. B. [p. 690. A. ed. Cas.] Τὰ vero ἐν Βραγχίδῃσι *Croesi donaria* lib. I. 92. annumeravit; quae ex *Hecataei* saniore suasu Aristagoras in usum si vertisset, multo fuisset contra Persas instructior, ac Xerxi ea intervertendi atque auferendi praecidisset occasionem. Geographum vide lib. XIV. p. 941. B. [p. 634. C.] WESS.

CAP. XXXVII. 4. Τερμερέα) Auspiciis utor Schedarum, quibuscum *Steph. Byz.* Τέρμερα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Τερμέρου. ὁ πολίτης Τερμερεύς. Fuit in Cariae Lyciaeque finibus. Cariae Τερμέριον et χωρίον Τέρμερον agnoscit *Strabo*

lib. XIV. p. 971. A. [p. 657. B. ed. Cas.] cui Cariae in situ *Herodotus* lib. VII. 98. congruit. WESS.

9. ἰσονομίην ἐποίησε τῇ Μιλήτῳ) Laurentius *statum reipublicae Mileti constituit*, haud plene. Ἰσονομίη et Τυραννὶς contra se ponuntur; estque illa *iuris quaedam inter cives aequabilitas*, qualis populari in statu. Maeandrius post Polycratis, tyranni Samii, fata dilucide, ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν τιθεὶς, ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω, lib. III. 142. Vise ibid. c. 80. WESS.

CAP. XXXVIII. 4. οἱ πλεῦνες ἀπίεσαν) Expunxi [αὐτῶν] pronomen, ex praegressis inculcatum temere. Tyranni abierunt quidem, sed civium voluntate dimissi; Histiaeus, Tymnae filius, in castris deinceps Xerxis fuit lib. VII. 98. Atque ea expedita satis: molestissima, quae consequuntur, [*lin.* 9.] ἔδεε γὰρ δὴ συμμαχίης - - - ἐξευρεθῆναι: ultimum si nusquam foret, leni flueret oratio tractu: cum mordicus tamen scripti retineant libri, *Pavii* molimen ἔδει - - συμμαχίη τινὸς οἱ μεγάλη ἐξευρεθῆναι reformat; *Reiskii*, συμμαχίην τινὰ οἱ μεγάλην ἐξευρεθῆναι. Utri adplaudam, haesito, ob Herodoteae abundantiae morem. WESS. — Structura orationis in hunc modum fuerit concipienda: ἔδει γὰρ δὴ συμμαχίης τινὸς μεγάλης (ὥστε) ἐξευρεθῆναί οἱ: *opus enim fuit magna quapiam armorum societate, quae illi erat exquirenda, invenienda.* Similem structuram habes in *Euripidis* Med. vs. 1396. ubi vide quae *Porsonus* adnotavit. *S.*

4. οἱ πλεῦνες αὐτῶν ἀπίεσαν) Ionice *Herodoto* ἀπίεσαν significat *dimittebant*: hic itaque scribendum ἀπῄεσαν, id est ἀπηλλάσσοντο, quod huius etiam vice reponendum est ex Codd. p. 425, 18. [VII. 142, 2. Immo vero ἀπίεσαν (*dimittebant, dimiserunt*) recte h. l. tenent libri omnes.] In istis, [*lin.* 9.] ἔδεε γὰρ δὴ συμμαχίης τινὸς οἱ μεγάλης ἐξευρεθῆναι, postremum non sane delendum, ut ille putabat; superfluum adiicitur more Herodoteo: sic ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, p. 102, 7. [II. 36, 5.] atque alibi similia reperiuntur. VALCK. — At longe diversa utriusque loci ratio. In illa ῥήσει, II. 36, 5. Αἰγύπτιοι - - - ἀνιεῖσι τὰς τρίχας αὔξεσθαι, legitime omnia procedunt, nec poterat verbum αὔξεσθαι abesse: hic contra, si abesset verbum ἐξευρεθῆναι, reliquo sermoni per se sententiaeque ratio constaret; ipsumque verbum adiectum videri poterat structuram orationis turbare. *S.*

CAP. XXXIX. 4. Ἀναξανδρίδῃ γὰρ ἔχοντι γυναῖκα *etc.*) De *Anaxandride* eiusque duabus uxoribus narrata contraxit in pauciora verba *Pausan.* in Lacon. p. 211. [lib. III. c. 3.] Apud hunc Anaxandrides Lacedaemoniorum μόνος γυναῖκάς τε δύο ἅμα ἔσχεν, καὶ οἰκίας δύο ἅμα ᾤκησε. *Herodotus* [c. 40, 10.] γυναῖκας, ait, ἔχων δύο, διξὰς ἱστίας οἴκεε, ποιέων οὐδαμῶς Σπαρτιητικά: quinimo nec in universum Ἑλληνικά. Nam, quidquid nonnulli nobis narrent, nusquam in Graecia florente licuit duas simul uxores habere, nisi certas interdum ob rationes, permissu magistratuum vel populi; praesertim διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, quod semel Athenis accidisse legitur. Est in his, *cap.* 40. [*lin.* 7.] rara vox ἐξίσιος de *repudio* posita, quam enotatam *Eustathio* supra iam fuit observatum ad lib. III. c. 148. VALCK.

8. Εἴ τοι σύ γε σεωυτοῦ) Placuit scriptura, priore commodior. Per autem egregie *Med.* pluresque alii, γενὸς τὸ Εὐρυσθένεος γενέσθαι ἐξίτηλον. Vulgatum enim antea, optimo *Gronov.* iudice, absurdissimum. *Procopius*, sollers priscorum aemulus, Bell. Pers. lib. I. 5. ὅτι μὴ ἐξίτηλον παντάπασι γένους τοῦ βασιλείου (*Persarum*) ὄντος: et lib. II. 22. WESS.

12. ἐπεί τε τοι οὐ τίκτει ἐκ σέο, ἄλλην δὲ γῆμον) In ambiguo animus fuit, retinendum-ne *Aldi* ἄπες, an furcillis eiiciendum: tot tandem conspirans Codicum imperium hanc in partem inpulit. Videntur (quae Celeb. etiam *Gronovii* sententia) consulto infaustum vocabulum silentio Ephori pressisse, eaque solum subiecisse, quae divortium innuebant clarissime. *Pausanias*, eodem in negotio occupatus, τὴν γάρ οἱ (Anaxandridae) πρότερον συνοικοῦσαν, ἀρίστην τὰ ἄλλα οὖσαν, συνέβαινεν οὐ τίκτειν, ubi ἀρεστὴν vere *Steph. Berglerus*, quo καταθυμίαν doctissimus scriptor et Nostri sectator industrius explicuit, Laconic. c. 3. p. 211. WESS. — Ut supra scriptum, οὐ τίκτει ἐκ σέο, ἄλλην δὲ γῆμον, sic edidit *Wess.* et sic in msstis, qui ad nos venerunt, legitur cunctis. Qua in scriptura primum illud observandum, post ἐπεί τε τοι οὐ τίκτει, (*quoniam tibi non parit*) non modo supervacaneum esse quod adiicitur ἐκ σέο, sed prorsus etiam incongruum. Tum vero, ante ἄλλην δὲ γῆμον desiderari aliud verbum in imperativo positum, cum *Valla* (qui, *ea repudiata aliam ducito*, in latinis posuit) pulcre vir doctus viderat qui *Aldinam* curavit *editionem*;

ideoque ex coniectura verbum *ἄπις* adiecit, quod alii omnes tenuerunt editores, donec a *Wesselingio* eiectum est, qui luxatam claudicantemque repraesentare orationem maluit, quam verbum admittere contra consentientium librorum auctoritatem insertum. Quod nemo viderat, id *Schaeferi* non effugit perspicaciam: nempe in importuno illo *ἰκ σίο* latebat, immo tantum non planissime inerat, illud ipsum quod desiderabatur verbum *ἔξεο*, *dimitte*, imperativus mediae formae verbi *ἐξίημι*: unde nomen *ἔξεσις*, (*dimissio*, *divortium*) derivatur, quo idem Scriptor noster paullo post (cap. 40, 7.) eadem in narratione utitur. Literam Ξ antiquitus duabus literis ΧΣ exprimi solitam fuisse, e vestustis inscriptionibus docuit *Montfaucon* Palaeogr. p. 131. et 139 seq. Facile credas, multos etiam scribas ΚΣ pro Ξ posuisse; quod vulgo Aeolibus in usu fuisse veteres Grammatici adnotarunt. Vide *Gregor. Corinth.* de Dial. Aeol. §. 39. et Grammaticum Meermannianum in *Bastii* editione Gregorii p. 661. §. 14. *S.*

CAP. XL. 7. *τῆς ἐξέσιος*) *Eustath.* *ἀπόπεμψιν γυναικὸς ἤτοι διαζύγιον* verissime exponit, Homericum *ξύνεσις τε δύω ποταμῶν* illuminans. Quo de genere in *Aristotelis* Eth. Nicom. II. 7. *ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος ἐν μὲν προέσει*, *abiiciendis opibus*, *ὑπερβάλλει*: et apud *Clement. Alex.* Paedag. II. 10. p. 223. *εἰς δὲ τὴν πρόεσιν αὐτοῦ* (*σπέρματος*) *ἀνδρωπάσῃ*. Merum itaque interpretamentum, quod *Ask.* offert, *ἐξώσιος*. Sequens *ποιέων οὐδαμῶς Σπαρτιητικά* [*lin.* 11.] perite *N. Cragius* lib. III. Rep. Lacedaemon. p. 234. *Clementi* obiecit *Alex.*, Spartae *ἐπιτίμιον μονογαμίου*, *monogamiae poenam*, sancitam olim prodenti, Stromat. II. p. 505. *Κακογαμίου* poenam isthic Lycurgi statuerant leges, fortasse (quae doctissimi viri elegans divinatio) *Clementi* restituendam. WESS.

CAP. XLI. 3. *ἔφεδρον βασιλέα*) *Camerarii* ac *Porti* haud repudio *successorem*. Putes Clearchi illud apud *Xenophontem* Ἀναβ. II. p. 159. ed. *Hutch.* *πρὸς βασιλέα τὸν μέγιστον ἔφεδρον ἀγωνιζοίμεθα* esse geminum, sed discrepat: *vindex* est, quod *Budaeum* non latuit. Alias vocabuli notiones, ab ill. *Spanhemio* ad *Callimachum* atque *Aristophanem* explanatas cum maxime haud moror, nedum [*lin.* 5.] *ἔχουσαν δὲ αὐτὴν ἀληθέϊ λόγῳ*, sive conmuniore dictione *σχοῦσαν ἐν γαστρὶ* *Pausaniae*: quod iterum iterumque succedit [*lin.* 11.] *ἰθέως ἴσχει*, lucem praecedenti adspergit. WESS.

[5. συντυχίῃ ταύτῃ χρησαμένη) Idem hoc valet ac κατὰ δαίμονα, qua de formula et similibus disseruit *Valck.* ad III. 153, 6. ubi p. 154, 10. nostrae huius editionis, pro *Herod.* I. 3. oportebat *Herod.* I. 111, 4. *S.*]

CAP. XLII. [2. ἀκρομανής τε) *Admodum furens* reddidit *Gronov.* idque tenuit *Wess.* Similiter *Portus*: „ἀκρομανής, *summe insanus, supra modum insanus*," suffragante *Schneidero* in Lexico crit. At profecto in colloquio cum Aristagora (cap. 49-51.) non admodum insanum aut furiosum se praestitit hic Cleomenes. Et progressu quidem temporis *incidisse* eum *in furorem* (ὑπέλαβε αὐτὸν μανίη νούσος) ipse *Herodotus* VI. 75. tradit; antea vero nonnisi ὑπομαργότερον fuisse, id est, *hebetiore ingenio, haud satis compotem mentis*, ibidem ait. Itaque commodius mihi visum est id quod *Valla* hic posuerat, *mentis inops*; et *fere furiosus* in Latinis nostris posui: poteram *semifuriosus*, aut *subinsanus.* Nempe, quod praeeunte doctissimo Viro *Corayo* ad *Athen.* III. 119. a. (Animadv. T. II. p. 331.) et ad *Athen.* IX. 385. *b.* (Animadv. T. V. p. 116.) monui, vocab. ἄκρος aliis nominibus adiectivis praepositum minuit nonnihil et temperat vocabuli significationem, fere ut in latino sermone particulae *sub* aut *semi* nominibus praepositae. Caeterum vile et triviale (εὐτελέστερον) vocabulum ἀκρομανής iudicavit *Pollux* VI. 125. *S.*]

8 *et* 9. αἰτήσας ληόν) Tralaticium est ac leve, nec tacendum: novum enim specimen audaciae amanuensium. Ecquis in animum inducet, modo λαόν, modo λεώ II. 129. hic ληόν, nulla praesertim variandi necessitudine, scribere decrevisse? Ἄγον (posthabito, qui Ionum mos, augmento) et ἄγε *Aldus* et Codices nonnulli dederunt I. 70. 166. 170. II. 125. etc. Mutatur ἦγον et ἦγε ex reliquorum consuetudine Graecorum. Mihi institutum non placet. WESS. — Teneri utique ionicum ἄγε debuit. Sed, ad ληόν quod spectat, unde, quaeso, hanc vocabuli formam, qua quidem et alios nonnullos auctores, sed eos paucos admodum, usos esse constat, (vide mox Adnotat. *Valck.*) arripuisse putabimus librarios, nisi vetustis in libris eam reperissent? Varietatem non in rebus modo exponendis, sed in ipsis etiam vocabulorum formis amare *Nostrum*, iam saepenumero observavimus. Et quidni hanc veniam

concedemus luculentissimo Scriptori, qui natione quidem Doriensis, ionico tamen maxime idiomate *Musas* conscripsit suas, caeterum in Attica colonia maiorem fere vitae partem transegit, ac diversissimis et temporibus et locis *Historias* hasce, quibus nobis licitum est frui, composuit? *S.*

Ibid. αἰτήσας λῃὸν Σπαρτιήτας ἦγε ἐς ἀποικίην) *Pausan.* III. [cap. 3 extr.] p. 211. Δωριεὺς (οὐ γὰρ ἠνείχετο ὑπακούειν Κλεομένει μένων ἐν Λακεδαίμονι) ἐς ἀποικίαν στέλλεται. Vulgabatur in *Herod.* αἰτήσας λαὸν Σπαρτιήτας, ἄγε. λῃὸν Σπ. ἦγε dedit Vir Cl. ex *Med.* et utramque mutationem vocat *perelegantem.* Vellem parcius ista talia viris egregiis exciderent: cur ἦγε censeretur elegantius Homerico et Herodoteo ἄγε? Λῃὸν nusquam alibi praebet *Herod.* neque etiam *Portus* aut *Maittairius* invenerunt: hoc tamen facile commendant νηὸς, *Hesychius*, et *Heraclidis* auctoritas. *Eustath.* in Od. β'. p. 93, 32. [p. 1443. ed. Rom.] Ληός, ὁ λαός, οὗ μέμνηται Ἡρακλείδης, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Νηός, ναός, καὶ παός, πηός, ὁ ἐξ ἀγχιστείας προσγενής (lege πρὸς γένους) οὔπω δὲ ἦν ἐπὶ Ὁμήρου ἐν χρήσει τὸ Ληός. Apud *Hom.* πηὸς frequentatur. Ubi παῶν habet *Nicand.* Ther. vs. 3. ibi *Schol.* ἐν ἐνίοις, ait, δωρίζει. VALCK.

13. ἄνδρες Θηραῖοι) Iure ita *Med. Valla* et alii. *Eustathii* ἀποικία δέ ἐστιν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηβαίων, ad Perieg. vs. 213. simillima in macula erat, bene a *T. Fabro* lib. I. Ep. 9. erasa. Κάλλιστον Libyae *tractum*, χῶρον, quem colonis *Dorieus* occupavit, ad amnem Cinypem, lib. IV. 175. et 198. offert. Haud vero scio, praestet-ne ex schedis οἴκισε. Favet opinanti γῆν κτίσων, superius [*lin.* 10.] positum, quo colonia designatur manifesto. Haec autem continuo nexa et sequentia, [*lin.* 15.] *expulsum Dorieum esse* ὑπὸ Μακέων τε καὶ Λιβύων, procederent inductâ copulâ melius. Omnes *Afri*, Λίβυες: eorum natio, cuius advenae in agris consederant, *Macae.* Carthaginienses optime disiunguntur, quippe originis alius, nec veri Λίβυες. Quas etiam in partes Cl. *Pauw* discessit. WESS.

15. ὑπὸ Μακέων τε καὶ Λιβύων) Distinguuntur quidem interdum Φοίνικες sive Καρχηδόνιοι, et Λίβυες, sive veteres indigenae: sed Μάκας et *Libyas* quis alius ista ratione distinxit? Μάκαι, Λιβυκὸν ἔθνος, memorantur *Herodoto* IV. 175.

et aliis. Ex *Scylacis* p. 112. licet aestimare, cur hi potissimum illinc expulerint Spartiatas. Secundum *Herod.* Macarum Gindanes fuere vicini, horum Lotophagi: Λωτοφάγων δὲ (IV. 178.,) τὸ παρὰ θάλασσαν ἔχονται Μάχλυες. Fortasse Μαχλύων, aut alterius Africani populi nomen, non Λιβύων scripserat *Herodotus*. VALCK. — Possis καὶ Λιβύων intelligere tamquam esset καὶ ἄλλων Λιβύων. Sed ne opus quidem est ut eo confugiamus. Ad Herodoti morem loquendi attentus lector iam frequenter observaverit, ita solere illum subinde τε καὶ inter duo nomina interserere, ut non distinguatur alterum ab altero, sed ut (quemadmodum fere in *adpositione* quam vocant Grammatici) alterum altero declaretur. Sic iam haud procul a principio operis, lib. I. c. 2, 9. ἐς Αἶάν τε τὴν Κολχίδα, ait, καὶ ἐπὶ Φᾶσιν ποταμόν. I. 16, 4. Κυαξάρῃ τε -- ἐπολέμησε καὶ Μήδοισι. I. 27, 9. ἐς Σάρδις τε καὶ ἐπὶ σέ: et similia alia multa. Pro ἐξελαθεὶς, quod *lin.* 14. cum aliis editoribus tenuimus, potuerat perinde asperior forma ἐξελασθεὶς probatis e codicibus recipi. *S.*

CAP. XLIII. 2. ἀνὴρ Ἐλεώνιος) Eiusdem Cl. *Pavii* Ἑλικώνιος coniectura est, quandoquidem nulla in Peloponneso urbs *Eleon*, notissima *Helice*, cuius gentile Ἑλικώνιος lib. I. 148. Esto: unde *Anticharem* domo Peloponnesium fuisse discimus? an, quod eam in regionem reduci Dorieo consilii rationem proposuerit? Non opinor. Ἐλεῶνα Poëta memorat Iliad. β'. 500. et *Strabo* prope Tanagram [in Boeotia] lib. IX. p. 622. [p. 405. ed. Cas.] Hinc Ἐλεώνιος apud Ethnicographum in Νεών. *Erycem* quod attinet et *Herculem, sibi posterisque certa lege Erycinam regionem adquirentem*, ad *Diodori* lib. IV. 23. expositum satis puto. WESS.

3. ἐκ τῶν Λαΐου χρησμῶν) Quibus veteres innotuerant fatidici, his equidem crediderim hoc in loco *Laium* saepe fuisse suspectum; quo nomine vatem oracula edidisse non alibi, credo, legerant. In *Luciani* T. III. p. 241, 23. *Solanus*: *Quis*, ait: *unquam fando audivit Telephum inter vates habitum?* Sed cui non innotuit Τήλεμος Εὐρυμίδης, ὃς μαντοσύνῃ ἐκέκαστο? huius nomen illic non dubitanter ponendum pro Τήλεφος. Hic vellem aeque commode τῷ Λαΐου verum nomen a me posset substitui: longum Grae-

corum χρησμολόγων catalogum erudite contexuit *Clemens Alex.* Strom. I. p. 398 *seq.* Nullus inter istos Λάϊος: literas proximum accedit Ἰάμου nomen. *Iamus* notissimus, a quo genus ducebat πολύκλειτον καθ᾽ Ἕλλανας γένος Ἰαμιδᾶν, *Pindaro* celebratum Ol. VI. 120. sed neque Iami memorantur oracula. Forsan usitatius hic latet nomen Βάκιδος, ex eodem agri Tanagraei pago nati, unde fuit hic Herodoteus Antichares, ἀνὴρ Ἐλεώνιος dictus, ut certe fuit unus Bacidum ἐξ Ἐλεῶνος τῆς Βοιωτίας, *Schol.* in *Aristoph.* Εἰρ. vs. 1071. vid. *Scheffer.* et *Iac. Perizon.* in *Aeliani* Var. Hist. XII. c. 35. Hoc Spartiatae consilium dedit Eleonius Antichares, Heracleam conderet in Sicilia, ἐκ τῶν Λαΐου (vel cuiuscunque taudem) χρησμῶν φὰς, Ἔρυκος χώρην πᾶσαν εἶναι Ἡρακλειδέων. Doriea ceterosque in Siciliam colonos profectos scribit *Pausan.* III. p. 247. τὴν Ἐρυκίνην χώραν νομίζοντας τῶν ἀπογόνων τῶν Ἡρακλέους εἶναι, καὶ οὐ βαρβάρων τῶν ἐχόντων. Quem sequenti *CAP. XLIV.* [*lin.* 3.] memorat *Sybaritarum Regem* Τῆλυν, is primum fuisse videtur δημαγωγὸς, ut dicitur *Diodoro* XII. c. 9. ubi notat *Wess.* VALCK. — Quidni vero τοὺς Λαΐου χρησμοὺς intelligeremus *oracula Laio data?* Sic quidem percommode *Larcher* accepit, ut sit Λαΐου *genitivus obiecti* quem Grammatici vocant, quemadmodum in illo *Sophoclis* Oed. Tyr. vs. 907. Λαΐου παλαιὰ θέσφατα: et Electr. 343. ubi τἀμὰ νουθετεύματα, non sunt *consilia a me data*, sed *mihi data.* Plura eiusdem generis exempla *Aug. Matthiae* collegit in uberiore Grammat. Graec. §. 313. quibus, si quis id agat, alia ex *Herodoto* adiici poterunt. *S.*

CAP. XLIV. 3. καὶ Τῆλυν) Tyrannidem occupaverat, eadem prius deiectus quam Sybaritas inter et Crotoniatas bellum exardesceret, ni *Heraclides Ponticus*, quod arbitror, fallat in *Athenaei* XII. 4. p. 521. [cap. 21. nuperae edit.] Potior *Herodoti*, illi propioris tempori, auctoritas; cui *Diodorus* lib. XII. 9. paria facit, δημαγωγὸν adpellans, quippe blanda vulgus oratione ad ditiores exilio multandos, unde belli, Pythagorae aetate gesti, origo, concitantem. Consimili δημαγωγοῦ titulo Cypselum, Corinthiorum tyrannum, *Aristoteles* ornat Polit. lib. V. cap. ult. WESS.

11. τῶν Ἰαμιδέων μάντιν) Laurentii *Amadeorum* vel *Iamideorum vaticinum* castigavit *Faber* lib. I. Ep. 19. qui de

Iamo et *Iamidis* plura, et *Pet. Victorius* lib. XIII. Var. c. 15. Adsolebat τὸ πολύκλειτον καθ' Ἕλλανας (verba sunt *Pindari*) γένος Ἰαμιδᾶν inter vaticinandum, Criticis testibus ad Olymp. Od. VI., τῇ διὰ τῶν ἐμπύρων μαντείᾳ uti, quorum observationi *Pausanias* adstipulatur lib. VI. 2. Atque illa sunt Nostri ἱρὰ [*lin.* 13.] τὰ οὐ προεχώρεε χρηστὰ θυομένῳ *Calliae*: neque enim in dubitationem venit, quin Cl. *Gronov.* praeclare ex schedis instauraverit. Peperit, quod ante legebatur, crebra in προσχωρεῖν et προχωρεῖν confusio lib. VIII. cap. 108. *Thucyd.* II. 5. atque apud alios. Mox [*lin.* 14.] ταῦτα δὲ οὐκ οὗτοι λέγουσι integrae sanitatis forent, modo infitians vocula, a *Valla* non versa, exularet. Vulgato succurritur, ταῦτα δὲ ὡς οὗτοι λέγουσι a *Pavio*, ταῦτα δὲ κου οὗτοι a *Reiskio*. Mihi ineptissimum οὐκ exilio in tenebras damnandum censetur. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

CAP. XLV. 3. παρὰ τὸν ξηρὸν Κράστιν) Laurentianum *prope Crastin, lapidum maceriam*, unde processerit, non exputo. *Ortelius*, *Pinedo*, et *Galeus* ob Κράστον *Arch.* comparant *Stephani* Κράστον, πόλιν Σικελίας τῶν Σικανῶν, longe aberrantes. Haec Siciliae urbs; Κρᾶστις amnis Italiae. De Sicula *Crasto* bene *Ph. Cluverius* Sicil. Antiq. II. p. 391. *Crastin* (tametsi de Sybari et eius positura diligenter) ne verbulo tangens, Ital. Antiq. III. p. 1265. Equidem, quod olim [in Diss. Herod. p. 184.] professus sum, Κρᾶθιν et Ἀθηναίῃ ἐπωνύμῳ Κραθίῃ scripsisse *Herodotum*, non muto. Sybaris sita erat ἀνὰ μέσον δυεῖν ποταμῶν, τοῦ τε Συβάριος καὶ Κράθιος in *Diodori* XI. 90. et XII. 9. De *Crasti* silentium. Porro ubi de Aegis Achaiae Noster I. 145. ἐν τῇ Κρᾶθις ποταμὸς αἰνναός ἐστι, ἀπὸ τοῦ ὁ ἐν Ἰταλίῃ ποταμὸς τὸ οὔνομα ἔσχε, alludente et eadem imitante *Pausania* VII. 25. Cur illum quaeso Achaiae *perennem amnem*, αἰέναον ποταμὸν, vocat, si idem Italico conveniret? Παρὰ τὸν ξηρὸν Κρᾶθιν ubi hic valuerit, discriminis in aperto caussa. Torrens hieme *Crathis* fluebat, aestatis tempore saepe ξηρὸς, *siccus*: par indoles *sicco Tanagro* in *Virgilii* Georg. III. 151. ubi *Servii* ex vero adnotatio, *Sicci ad tempus aestatis relatum est: est enim hieme torrens.* Bene in Glossis: Ξηροπόταμος, *torrens.* WESS. — Quantumvis probabilem emendationem nihilo magis tamen, quam ipse Vir praestantissimus, in contextum recipere ausus sum. Fieri potest, ut idem

rivus, ille praesertim Italicus, promiscue utrolibet nomine, *Crastis* et *Crathis*, fuerit adpellatus. *S.*

14. πολλαπλήσια) Iustum hoc. Sic VII. 48. τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα φαίνεται πολλαπλήσιον ἔσεσθαι τοῦ ἡμετέρου: tum VIII. 140, 1. ἄλλη παρέσται πολλαπλησίη: et c. 143. WESS.

CAP. XLVI. 1. Συνέπλεον δὲ Δωριέϊ etc.) Praeter populares Spartiatas nullos e veteri saltem Graecia habuit Dorieus συγκτίστας: non certe *Atheniensem*, qualem nobis interpres praebet *Pausaniae* p. 247. ubi Ἀθήναιος, *Athenaeus*, proprium fuit Spartiatae nomen, uni τῶν ἑκοῦ Δωριεῖ -- σταλέντων ἐς Σικελίαν: quale nomen hic apud *Herod.* inter συγκτίστας est Θέσσαλος. Memorantur in historia Graeca Atheniensis Λακεδαιμόνιος, Lacon autem cui nomen fuerit Ἀθήναιος: hoc vero nomine insignes fuerunt plurimi. Talia frequenter sunt ab interpretibus obscurata. De *Dorieo*, qui *perierit in Sicilia* ab Egestaeis interfectus, iterum *Herod.* VII. 158. et 205. Una cum illo hic *CAP. XLVII.* periisse traditur *Philippus Crotoniata*, cuius Olympionicae, ob formae praestantiam ut herois ab Egestaeis culti, meminit ex *Herod. Eustath.* in Iliad. γ'. p. 290, 35. [p. 383. ed. Rom.] VALCK.

5. Ἐγεσταίων) Variare in urbis *Egestae* scriptura Codicum exaratores locuples testis Cl. *Wasse* ad *Thucydid.* VI. 6. est. ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ numi apud *Parutam* id postulant, quod exstat. Idem in *Thucydide*, *Diodoro*, (non tamen sine discordia lib. IV. 23.) *Pausania*, *Stephano*; etiam infra VII. 158. in *Arch.* aliisque. [ubi vide *Var. Lect.*] Legendus est doctissimus *Sylburgius* ad *Dionys. Halicarn.* lib. I. Ant. Rom. p. 42. WESS.

[6. περιεγένετο τούτου τοῦ πάθεος) Requirebam ἐκ τούτου: sed praepositionem ignorant libri omnes, quae adeo subintelligenda fuerit. *S.*]

10. Πειθαγόρεω) Numero msstorum Πυθαγόρεω nomen vincit. Dubia tamen in re pati possum, suum cuique ut sit arbitrium. [Nec vero mirum est, nomini minus noto vicinum omnibus notissimum praetulisse librarios.] Oppressos Dorici ab Egestanis comites non praeteriit *Pausan.* lib. III. 16. De Carthaginiensibus et belli in hos colonos ambitioso colore *Diodor.* IV. 23. Vide Musam VII. 205. Iam τυραννίδα ἐπεχείρησε *Arch.* [*lin.* 11.] non sine exemplo:

quale τοὺς ἐπιχειρέειν huius libri princ. et πάντα ἐπιχειρεῖ *Clem. Alex.* III. Paedag. p. 264. Plura *Perizonius* ad *Aeliani* Var. VII. 13. et *Reiskius* Animadv. in *Dion. Chrysostom.* p. 14. WESS. — Hiscc praeeuntibus auctoribus *Schaeferus* structuram verbi paullo rariorem, quam cod. *Arch.* offerebat, vulgatae praetulit scripturae. Quod uti non improbo factum, sic de exemplo ex Musis petito, ad quod *Wesselingius* provocavit, monere debeo, admodum illud quidem dubium esse: nam quod V. 1, 8. legitur, τοὺς δὲ ἐπιχειρέειν, aut valde equidem fallor, aut τοὺς non ad *Perinthios* refertur, sed ad *Paeones*, qui iubentur illos adgredi, subintelligitur autem dativus αὐτοῖς, nempe Περινθίοις. *S.*

[13. ἐπὶ Διὸς ἀγοραίου βωμόν) De *Iove* ἀγοραίῳ vide *Taylor* ad Lys. p. 191. pag. 70 seq. ed. Reisk. *S.*]

CAP. XLVII. 4. οἴχετο πλέων) Mendam agnoverunt docti homines. *Pavius*, *D'Orvillius*, *Reiskius*, *Abreschius*, a *Stephani* operarum peccato ortam et propagatam. Prudentior *Aldus*, quem insuper habitum miror. Mox τὸ ἑωυτοῦ κάλλος [*lin.* 8.] non oportere in κλέος abire, *Eustathii* indicio constat; qui etiam rectissime αὐτὸν ἱλάσκοντο, ut *Arch.* et *Vind.*, postulante sermonis serie omni. Designatur, quid fieri solebat Egestae. WESS. — At, cur potissimum ἱλάσκοντο praeferendum praesenti ἱλάσκονται iudicaremus, non magis equidem, quam *Schaeferus*, exputare potui. *Eustathii* quidem testimonium pro scriptura ista invocari non debuit: rem ille ex *Herodoto* refert, non ipsa Scriptoris verba repraesentat. *S.*

CAP. XLIX. 4. χάλκεον πίνακα) *Aeneam laminam*, *tabulam* vocat *Geographicam*, in qua γῆς ἁπάσης περίοδος ἐνετέτμητο. Ad opulenti iuvenis superbiam deprimendam ubi dicitur Alcibiadi monstrasse Socrates, quantillum in orbis tabula spatium occuparet Attica, πινάκιον vocat *Aelianus* ἔχον γῆς περίοδον, Var. III. 28. Notant ibi *Kühn.* et *Perizon.* Pleraque huc spectantia iam delerat *Marsil. Cagnatus* Var. Obs. IV. e. 5. Omiserunt ex *Theophrasti* testamento locum, quo iubet ἀναθεῖναι τοὺς πίνακας, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοί εἰσιν, εἰς τὴν κάτω στοάν, apud Diog. Laërt. V. 51. VALCK.

8. τὰ κατήκοντα) Laurentii ex Stoae forulis, *officia enim sunt talia*, merito recusavit *Reiskius*. Τὰ κατήκοντα, et τὰ

κατήκοντα πρήγματα, *res sunt urgentes et praesentes.* περὶ τῶν κατηκόντων λέγοντες, *de praesenti rerum statu colloquentes*, lib. I. 97. et ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα εἶναι, lib. VIII. 19. *Portus* eadem animadvertit. Stoicorum τὸ καθῆκον ex *Cicerone* Offic. I. 3. et *Diogene* VII. 108. atque aliis cognitissimum. WESS.

17. τόξα καὶ αἰχμὴ βραχέα) *Gronovius* ad haec bene. *Valla*, *Brissonius*, *Stanleius*, breves hinc arcus et breve spiculum sumentes, βραχέα numero multitudinis videntur intellexisse, eaque structura, qua II. 132. τὸν αὐχένα δὲ καὶ τὴν κεφαλὴν φαίνει κεχρυσωμένα. Hic βραχέα, loco βραχέη. Tetigit hanc quoque rem *Hutchinson* ad *Xenoph.* Κυρ. 'Αναβ. III. p. 239. *Gronovii*, eadem docentis, oblitus. WESS.

23. τὰ θυμῷ βουλόμενοι) Non illaudabili opera θυμῷ βαλλόμενοι vir eruditus [*Reisk.*], modo animi deliberationem exprimat. Sic lib. I. 84. ἐφράσθη καὶ ἐς θυμὸν ἐβάλετο. Sic *Menander* Eclog. Leg. p. 95. ἐν νῷ βαλέσθαι τὸν πόλεμον, οὕτως ἄδηλον πρᾶγμα, *bellum, rem adeo ancipitem, animo agitare*: etiam *Iosephus* Belli Iud. VII. 8. p. 430. ταῦτα τίς ἐν νῷ βαλλόμενος, ἡμῶν καρτερήσει τὸν ἥλιον ὁρᾷν; Poëtarum, *Apollonii Rh.*, *Aeschyli*, *Sophoclis* ἐν θυμῷ βαλέσθαι et θυμῷ βάλλειν congruunt Latino *in pectus demittere*, alienaque sunt. Quid multis? In vulgato, cui omnes assurgunt Codices, licet acquiescere: θυμῷ βουλόμενοι, *ubi animo volente fueritis*, ἢν θυμὸς ὑμῖν ἐστι, ut Noster aliàs. His autem quae artissime adhaerescunt, incundissimam Scriptoris γλυκύτητα manifestant. WESS. — Post τὰ leviter incisam volebam orationem: τὰ, θυμῷ βουλόμενοι, αὐτοὶ ἂν ἔχ. S.

Ibid. τὰ θυμῷ βουλόμ. *etc.*) *Quibus vos, si potiri libuerit, poliemini*, recte vertit *Valla*. Quod viro Doctiss. venit in mentem, θυμῷ βαλλόμενοι significaret *animo considerantes*. Hic narratis congruit θυμῷ βουλόμενοι, *cupide volentes*, vel *animose desiderantes*, ἐπιθυμητικῶς πρὸς ταῦτα διακείμενοι. Idem fuisset: τὰ, εἰ τῶνδε ὑμῖν ἂν ᾖ θυμὸς, αὐτοὶ ἂν ἔχοιτε. VALCK.

36. Κιλίκων δὲ τῶνδε ἔχοντ' 'Αρμένιοι) Evitat scilicet! vocalium concursum *Herod.* atque idcirco diphthongos etiam elidit. Per omnes Edd. illud ἔχοντ' 'Αρμ. propagari non debuerat, et absque Codicibus scribi ἔχονται 'Αρμένιοι εἴδε. Critico facile patet erroris origo. Dum scribit *Eustath.* in

Dionys. vs. 694., Ἡρόδοτος τοὺς Ἀρμενίους Φρυγῶν ἀποίκους φησὶ, λέγων καὶ ὅτι πολυπρόβατοί εἰσι, duo respicit *Herodoti* loca; hic enim tantum *pecoris divites*; Φρυγῶν ἄποικοι, quod nihil huc faciebat, suo loco dicuntur infra VII. 73. Secundum *Eudoxum*, Armenii τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι, apud *Steph. Byz.* voc. Ἀρμενία. VALCK.

39. τόνδε Χοάσπην) Patrius casus Χοάσπεω I. 188. tueretur τὸν Χοάσπεα, si ex membranis fluxisset. At illae restitutum probant, quod et in cap. 52. De *ingentibus Persarum* divitiis, et *thesauris*, *Susis adservatis*, *Strabo* XV. p. 1059. A. [p. 728. ed. Cas.] et nuper praeclare *H. Venema* ad *Danielis* Vatic. pag. 214. WESS. — In Χοάσπην h. l. cum aliis omnibus codicibus haud dubie etiam consentit *Med.* sed scripturam hanc ex illo enotare neglexerat *Gronovius*: itaque mendosum Χοάσπια, quod erat in superioribus editis, tacite ita correxit, ut Χοάσπεα ederet. *S.*

42. τῷ Διῒ πλούτου πέρι ἐρίζετε) *Cum Iove divitiis certare poteritis.* Attigit illud *Eustathius* in *Dionys.* vs. 1073. De incredibili pecuniae summa huc in thesauros regios congestae *Brisson.* egit de Regn. Pers. I. pag. 158. qui p. 60. iam dederat Herodotea. In talibus facile concessa fingendi licentia regalem etiam Iovis in coelo domum humanae cupiditatis opplevit irritamentis: hinc venusta *Herodoti* loquendi forma, Poëtis usitata, qua *certandi* verbum ponitur in comparatione de similitudine. Lib. IV. cap. 152. divitiis cum Aegineta Sostrato οὐκ οἷά τέ ἐστι ἐρίσαι ἄλλον: postea temporis cum illo populares certare potuissent Lampis et Charops. *Theocritus* Eid. IV. vs. ult. τό τοι γένος ἢ σατυρίσκοις Ἐγγύθεν ἢ Πάνεσσι κακοκνάμοισιν ἐρίσδει. Apud *Athen.* III. p. 75. E. *Lynceus Samius*: τὰ ἐρινεὰ τοῖς Λακωνικοῖς ὥστε συκάμινα σύκοις δοκεῖν ἐρίζειν: id est nullo posse modo inter se comparari. Eleganter *Callistratus* p. 894., Indi χαίτην dixit ἐκ τῶν ἄκρων πρὸς κόχλον Τυρίας ἄνθος ἐρίζουσαν. Nativa venustate *Horatius* Epoda II. 20. *ut gaudet insitiva decerpens pyra, Certantem et uvam purpurae!* Plura collegit *Lambin.* ad II. Carm. VI, 15., ubi *viridi - - certat Bacca Venafro.* VALCK.

[45. μάχης ἀναβάλλεσθαι) De hac dictione vide quae in *Var. Lect.* ad hunc locum disseruimus. *S.*]

49. παρέχον δὲ --- ἄρχειν) Persimile vulgato est παρεὸν δὲ οἱ ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι VI. 72., saepiusque alibi. Hic vero vehementer παρέχον δὲ blanditur ob codicum copiam, et verbi frequentem in *licentia* usum: παρεῖχε ἄν σφι, *ipsis licuisset*, lib. IV. 14., ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε, *non illi licuit*, VIII. 8. Alia se sponte offerent, collecta a *Porto*. WESS.

Ibid. παρεὸν δὲ τῆς Ἀσίης πάσης ἄρχειν) Παρέχον nisi Codex scriptus praeberet, nemini suspectum foret παρεόν. *Euripidis* est in Phoen. vs. 523., Ἄρχειν παρόν μοι, τῷδε δουλεῦσαι ποτέ; Ipse *Herod.* I. 129. παρεὸν αὐτῷ βασιλέα γενέσθαι. Sed multo rarius παρέχον a librariis expectari non poterat. παρέχει apud alios interdum, inprimis tamen apud *Herodotum*, notat ἔξεστι, πάρεστι. Legitur in eadem phrasi, III. 142., ἐμοὶ παρέχει νῦν ὑμέων ἄρχειν, ut hoc loco. IV. 140. παρεῖχε ἄν σφι --- εὐπετέως ἐξευρέειν τοὺς Πέρσας. In oratione Candaulis, παρέξει, per παρέσται interpretatur *Dionys. Halicarn.* qui nec ipse participium παρασχὸν in eumdem adhibere sensum dubitavit: vid. *G. Canteri* Nov. Lect. lib. III. c. 27. Frequentatur *Thucydidi* praesertim εὖ παρασχὸν, et παρασχὸν καλῶς, *occasione commodum oblata*: p. 76, 22. 326, 29. 355, 30. VALCK.

CAP. L. [2. ἦλθεν ἐς τὸ συγκείμενον) Vide quae mox ad *lin.* 12. notamus. *S.*]

5. καὶ διαβάλλων ἐκεῖνον εὖ) Longe eos, qui de *excellente sapientia* διαβάλλειν capiunt, falli, vera est *Eustach. Swartii* animadversio Analect. I. 14. et *Lamb. Bos* Obs. Critic. c. 7. Unum hoc vide: Ἱστιαῖος μὲν λέγων ταῦτα, διέβαλλε, *Valla* interprete, *haec Histiaeus fallendi gratia dicebat*, cap. 107. huius Musae. Erravit praeterea Aristagoras in corporis cultu et Ionico luxu, a severis Spartanorum moribus inmaniter discrepante, ἐσθῆτα ἔχων πολυτελῆ καὶ τὴν ἄλλην τρυφὴν τὴν Ἰωνικὴν, uti de eo *Zenobius* Cent. V. 57. et *Suidas* in Οἶκοι τὰ Μιλήσια. WESS.

12. οὐδένα γὰρ λόγον εὐεπέα λέγεις Λακεδαιμονίοισι) Advertit animum ex *Arch.* exscriptum λόγον εὐεπιτέα sive εὐπετέα, cui, plures si suffragarentur, patrocinium haud abnuerem; suppeditaret enim Philosophus *Eusebius* εὐπειθίην εὐπετία in *Stob.* Serm. XLIII. p. 308., et Noster, vocabuli usu delectatus, alia. Gaudeo consensu *Valckenarii*. WESS. —

Quomodocunque capias, nulli minus λόγον desiderabant εὐεπέα, quam Lacedaemonii, qui neque *speciosa* solebant anteponere salutaribus. εὐπετέα enotatum ex *Arch. Rem facilem*, λόγον (ut puto) dixerat εὐπετέα. VALCK.

[Pro eo quod *Gronovius* in versione posuerat, *nec enim sermonem auditu gratum dicis Lacedaemoniis*, in Graecis εὐπετέα recipiens *Wesselingius*, in latinis, fere ut *Valckenar.* voluerat, *nec enim rem factu facilem dicis Lacedaemoniis*, scripsit. Potuerant doctissimi duumviri *Vallae* etiam invocare testimonium, qui et ipse sua in versione vocabulum εὐπετέα expressit. Sed, ut dicam quod sentio, mihi ista sententia minus huic loco opportuna videtur. Qui *ante solis occasum urbe excedere* hunc hominem iubet, is haud dubie gravius quidpiam ei voluit exprobare, quam *proponi ab illo rem factu difficilem Lacedaemoniis.* Nempe ex his, quae apud *Zenobium* et *Suidam* locis paullo ante citatis leguntur, intelligitur, alterum hunc Aristagorae cum Cleomene congressum in publica Lacedaemoniorum concione aut certe in Ephororum consessu locum habuisse, ibique insigni cum fastu et ambitioso adparatu verba fecisse Milesium. Is igitur egregie et perquam probabiliter verba fecisse (εὐεπῆ λόγον εἰπεῖν) sibi videbatur: cui ille respondet, *talem sermonem minime esse* εὐεπῆ Λακεδαιμονίοις, aliis fortasse posse probari, *Lacedaemoniis neutiquam placere, sed odiosum esse et procul amandandum.* Eadem occasione unus ex Ephoris dixisse homini fertur, Οἴκει τὰ Μιλήσια! Denique vero ex ipsa codicis *Arch.* scriptura (εὐπετέα) intelligi par est, hunc etiam scribam εὐεπέα debuisse, et inter scribendum demum ad vocabulum sibi magis notum aberrasse, aut duas lectiones, alteram genuinam, alteram ex coniectura priori adiectam, imprudenter in unam confudisse. *S.*]

CAP. LI. 3. *et* 4. ἐπακούσας, et προσετήκει) Placet et marginis lectio, ab *Arch.* firmata, ἅτε ἱκετεύων ἐπακοῦσαι, et *H. Stephani* παρεστήκει. VALCK.

Ibid. ἐπακοῦσαι ἐκέλευε *etc.*) Pristinam, schedis auspicibus, faciem sermo induit. *H. Stephanus* aptabat ἱκετεύων ἐπακοῦσαι, *ut aurem sibi daret suppliciter petens*, nec vere, neque commode. *Aristagoras*, uti *supplicum* mos (quo de lib. I. 35.) ferebat, in intima domus penetralia ipsum

que adeo ad focum se contulit; id ἐσελθὼν ἴσω ἅτε ἱκετεύων: tum Cleomenem, semotis arbitris ablegataque filia, *ut auscultet rogat*. Quae sanequam planissima. *Stephani* praeterea παρεστήκεε, *assistebat*, loco προεστήκεε, non equidem, si praesidium haberet, repudiarem. WESS. — Nobis commodiorem scripturam libri nostri dederunt. Vide *Var. Lect.* *S.*

13. διαφθερέει σε) Cleomenis Gorgo apud *Plut.* in dictis Laconic. p. 240. D. καταφθαρεῖ σε, ὦ πάτερ, τὸ ξενύλλιον, ἐὰν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς, eleganter, nec sine convicio in Aristagorae staturam, sed alio ex fonte. Διαφθορέει Codicis *Passion.* Ionismum sapit, legiturque lib. IX. c. 41. WESS.

Ibid. Πάτερ, διαφθερέει σε ὁ ξεῖνος) Ut Attice plerosque *Xenophon*, Ionice Laconas *Herodotus* semper facit loquentes: multa *Plutarchus* Laconum dicta Dorice effert; hoc etiam suavissimum *Gorgûs*, partim saltem, T. II. p. 240. D. Καταφθαρεῖ σε, ὦ πάτερ, τὸ ξενύλλιον, ἐὰν μὴ τάχιον αὐτὸν τῆς οἰκίας ἐκβάλῃς; Legit-ne apud *Herod.* ἀποστήσῃς? sed scripserat noster, prout vulgatur, ἢν μὴ ἀποστὰς ἴῃς. Apud *Hesych.* vulgatissima vox Ἀποστὰς auctoritate legitur *Aeschyli* munita, quae pertinet ad glossam praecedentem. Dixisse videtur Gorgo καταφθαρεῖ, et ξενύλλιον. Dorice Φθαίρειν dicebatur, ut κταίνειν: *Etymol.* p. 269, 50. et *Eustath.* in Od. κ'. p. 382, 29. [p. 1649. ed. Rom.] Non patrio sibi more vestitum Milesium Spartiatae filiola ξενύλλιον vocabat, more Graecis usitato, hac forma suum illa contemptum indicans: ἐπύλλιον et κρεΰλλιον similiter adhibentur; et ob eamdem rationem ἀνδρίον, ἀνδράριον, et ἀνθρώπιον. *Theocrit.* Eid. V. vs. 40. Φθονερὸν τὺ καὶ ἀπρεπὲς ἀνδρίον. *Aristoph.* Ἀχαρν. vs. 516. ἀνδράρια μοχθηρὰ, παρακεκομμένα. Φύσει κίναδος ἀνθρώπιον, *Demostheni* dicitur Aeschines pag. 180. Venuste Μενέλεων, ἀνθρώπιον λῷστον dicebat *Silenus* in *Eurip.* Cycl. vs. 184. Ionium Aristagoram luxuriose vestitum Spartam venisse monstrat proverbium, Οἴκοι τὰ Μιλήσια: prout eius originem explicant *Zenobius* Cent. V. Prov. 57., quique dicitur *Plutarchus*, c. 55. p. 306. et *Suidas.* VALCK.

CAP. LII. 1. Σταθμοί τε πανταχῆ εἰσι) Haec, si numeris ratio constaret, forent egregia, docerentque modulum et proportionem inter σταθμοὺς et παρασάγγας. In Xe-

nophontis 'Αναβ. IV. pag. 297. ἐντεῦθεν δ' ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, παρασάγγας πεντεκαίδεκα: iterum p. 299. ἐπορεύθησαν σταθμοὺς τρεῖς, διὰ πεδίου, παρασάγγας πεντεκαίδεκα. His gemina ferme *Nostri* τρεῖς εἰσι σταθμοὶ, παρασάγγαι δὲ πεντεκαίδεκα καὶ ἥμισυ. Qui tamen modulus haud perpetuus. *Herodoti* enim σταθμοὶ plerumque quaternos parasangas aut paullo amplius aequiparant: nec in *Xenophonte* eadem ubique proportio. Nam p. 240. τρεῖς σταθμοὺς παρασάγγας δέκα, et lib. I. p. 17. σταθμοὺς τρεῖς παρασάγγας εἴκοσιν conparat, ubi doctissimus *Hutchinson* nonnulla super ista re; quae, nisi plurima Attici scriptoris loca dixeris mendosa, non procedent. Possent et auxilio esse haec *Procopii*, si quidem eundem viae modum explicarent, Hist. Arc. c. 30. 'Ες ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ σταθμοὺς κατεστήσαντο, πῆ μὲν ὀκτὼ, πῆ δὲ τούτων ἐλάσσους, οὐ μέν τοι ἧσσον ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἢ κατὰ πέντε. *In via, quam expeditus viator diurno itinere conficit, octonas ferme mutationes, alicubi pauciores, infra quinque tamen nusquam Persae posuere.* Sed ea discrepant. *Procopii* cursus est vehicularis: hinc plures *mansiones* et ad iumenta mutanda *mutationes* illa in via: *Herodoti* pedestre iter, ubi singulos in dies tot mansionibus non opus. WESS. — De Itinerario, quod hoc capite continetur, praeter Geographos, consulendus est Parisiensis Academicus *De la Barre*, cuius est commentatio huc spectans, Tomo VIII. Actorum Acad. Inscript. inserta; et *Heeren* in *Ideen über die Politik etc.* T. I. p. 829. et seqq. *S.*

6 *seq.* Ἅλυς ποταμός· ἐπ' ᾧ πύλαι τε ἔπεισι) *Portas*, πύλας, fossis aquae coërcendae, et, si usus requirebat, emittendae caussa adpositas, habemus lib. III. 117. Quo e genere πύλαι ποταμῶν, שערי הנהרות, quibus laxatis urbi Nino ex Tigride inundatio in Prophetae *Nahumi* cap. 2, 6. Hae in ponte fluvii Halyos fuerunt, nec *Bochartum* fugerunt Phal. IV. 19. Μέγα, quod sequitur, φυλακτήριον, *munimentum* ad regionis tutelam, omnes ex *Aeschine*, *Aristotele*, *Iosepho* norunt, *Morello* excepto, in *Libanii* T. II. p. 133. c. enormiter lapso. WESS. — Popularis sui *De la Barre* lapsum, qui πύλας h. l. *angustias inter montium praecipitia* intelligit, notavit *Larcher*. Illa notione paullo post idem vocab. ponitur; quamvis et ibi fortasse veris portis vel claustris praecludi transitus potuerit. *S.*

[10. *μέχρι οὔρων τῶν Κιλικίων*) *Usque ad Ciliciae fines.* *Montes Ciliciae* intelligit *Heeren* p. 831. quos si designare *Herodotus* voluisset, *οὐρέων* erat scripturus. *S.*]

22. *Τίγρης*) Quum in *Aldi Camerarii*que exemplis et msstis duobus *Πίγρης* scribatur, debuerat pars ista Salmasianae disputationis ad *Solin.* p. 489. sine culpa relinqui. Mihi *Πίγρης* non placet, dubio *Τίγρης* an *Τίγρις* potior sit. *Τίγρις*, uti hic scripti quidam et *Eustathius*, sic lib. I. c. 189. et 193. II. 150.; *Τίγρης* VI. 20. [Equidem cum *Schaefero* priorem tenens scripturam, non idcirco alteram improbo.] Hunc autem perhibet ex Armeniis fluere, nec discordant scriptorum alii. Secundi fontes et scaturigo in Matienis: *ὁ δὲ ὕστερον* [*lin.* 25.] *alter* vertitur a *Valla.* Unde igitur tertium labitur flumen? Hoc praeter exspectationem tacetur. Pinge itaque cum Cl. *Pauw*, *ὁ δὲ ὕστερον ἐκ Ματιηνῶν*, et secundi ac tertii patescet origo. Certe in Matienis scaturiebat Gyndes, de quo lib. I. 189. WESS. — Ille, *ὁ μὲν πρότερος*, Viro docto *Tigris* est; unde in sequentibus turbae exsistunt, quae nullae sunt, si cum *Larchero* et aliis *priorem* illum et *alterum* intelligamus duos illos cognomines, quorum nomina minus nota silentio praeterit Scriptor. Esse autem illos *maiorem minoremque Zabatum* vel *Zabatem*, cum *Larchero* probabiliter statuit *Heeren.* *S.*

28. *ἐσβάλλοντες*) *Arch.* *ἐσβάλλοντι*, ob consequens *μεταβαίνοντι*, ego primas darem. In *Pausania* nihil hac frequentius structura. Sed usus editum, monente *Galeo*, cum non spernat, servatum illud est: nam *ἐσβάλλοντες* quo tibicine fulciatur, *Gronovius* docere noluit, nedum quo nectantur modo *σταθμοί εἰσι τέσσερες*, quae alium utique participii casum sibi desiderant. Hic vero *manifesta* se prodit *lacuna;* desunt parasangarum notae et numeri, difficulter ex dubia inter mansiones et parasangas proportione restituendi. WESS. — Tum in *Addendis* IDEM Vir doctus haec adiecit: „Si defectus expleretur, quae *Kluitii* „coniectura, *σταθμοὶ εἰσι τέσσερες καὶ τριήκοντα, παρασάγγαι δὲ ἑπτὰ καὶ τριήκοντα καὶ ἑκατόν*, stathmo„rum et parasangarum numerus rotundaretur. Aliquid „hic deesse certum arbitror." — Eodem modo eisdemque verbis, diu ante *Kluitium*, explendam videri lacunam docuerat *De la Barre*, T. VIII. Actor. Acad. Inscr. p. 343. At

ea ratione ultra modum promoveri *Matienae* fines, et absque meliorum codicum praesidio nihil hic definiri posse censuit *Larcher*, Adnot. 108. ad hunc Herodoti librum, p. 230. cui hactenus adsentiuntur *Heeren* (pag. 988.) et *Mannert* Geogr. Graec. et Rom. T. V. P. II. p. 206. ut nullam ne coniecturam quidem conati sint proponere. *S.*

53. οἱ πάντες σταθμοί εἰσι ἕνδεκα καὶ ἑκατόν) Ratio non constat. *Mansiones* sive σταθμοὶ in praecedentibus duntaxat LXXXI. Neque convenit parasangarum summa: numerantur tantum CCCXIII. Quia tamen *parasangis quadringentis et quinquaginta*, quot se posuisse significat, accurate stadiorum collectio congruit, bene illi habent. Vitia in mansionum et parasangarum numeris, suis olim locis iuste signatis, inflicta haerent, aliorum fortasse mstorum auxilio eluenda; nostri enim in eodem sunt luto. WESS. — Nec nostri meliora dedere. *S.*

CAP. LIII. [5. τὰ βασιλήϊα τὰ Μεμνόνια καλεόμενα) Conf. c. 54, 8. Adde *Strab.* lib. XV. p. 728. et *Steph. Byz.* voc. Σοῦσα, eiusque Interpretes. *S.*]

9. ἡμέραι ἀπαρτὶ ἐνενήκοντα) Critici ad Comici Plut. vs. 388. Κέχρηται αὐτῷ (ἀπαρτὶ) Ἡρόδοτος λέγων, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδια δύο ἀπαρτί: quod scholion *Suidas* in Ἀπαρτὶ describens, pro στάδια δύο praebet στάδιοι ὁ sive ἑβδομήκοντα. Unde *Aristophanis* interpres ea acceperit, an memoriae vitio haec spectarit, quis certo decreverit? In *Herodoto* hactenus invenit nemo, et sunt profecto nusquam. Vide *Hemsterhusium* ad *Plutum* et *Alberti* in *Hesychii* Ἀπαρτί. WESS. — Vide II. 158, 20 seq. ibique Var. Lect. et Adnot. *S.*

CAP. LV. 7. ἐτυραννεύοντο - - - οὐδὲν ἧσσον) Neque enim *Harmodius et Aristogiton*, sed, *Herodoto* iudice, verius *Alcmaeonidae* Athenas ἐλευθέρωσαν, lib. VI. c. 123.; et fuit *Hippias*, exacerbatus fraterna caede, [V. 62, 5.] patre fratreque longe τυραννικώτερος. Aristogiton et sodalis non habebantur tantum, ut erant, tyrannicidae; sed vulgo laudabantur Athenis, tanquam qui sublata tyrannide suam patriae reddidissent libertatem. In hanc etiam Atticae plebis opinionem inveteratam dici poterat *Dioni Chrys.* pag. 190. E. τὸ πιστεύεσθαι πολὺν χρόνον ὑπὸ ἀνθρώπων ἠλιθίων οὐδέν ἐστιν ἰσχυρόν. Sed sapientiores etiam nonnunquam minus loquuntur considerate: praeter ceteros *Io. Meursio* ci-

tatos in Pisistrato, et ad *Aeliani* Var. Hist. XI. 8., nobilissimos istos iuvenes primum *Hieronymus* [*Rhodius*] statuit exemplum, alia quoque commemorans, quibus demonstret, ὅτι τὸ τῶν νέων πρὸς ἀλλήλους ἑταιρικὸν συμφρονῆσαν πολλὰς τυραννίδας καθεῖλε, apud *Athen.* XIII. p. 602. A.; sequitur Peripateticus *Aristotelis*, quin et *Platonis* iudicium in Symposio. Culpat *Platonem Iac. Perizon.* ad *Aelian.* pag. 692., velut hac in re dissentientem a se ipso in Hipparcho: sed si suspicionem, quam solus forte movit *Aelianus* Var. VIII. 2., ad examen vir Eruditissimus revocasset, illam forsan agnovisset legitimam, atque in Hipparcho multa reperiri, quae faciem praebeant ab illa *Platonis* diversissimam. Neque magni mihi videtur momenti criminatio *Dionis Chrys. Perizonio* memorata, culpantis Athenienses, quod Harmodium et Aristogitonem πάντων μάλιστα τιμῶσιν ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, καὶ ἀνελόντας τὸν τύραννον, Or. XI. p. 191. Hipparchum certe sustulerunt; quodque recuperandae libertatis gratia facere sibi proposuerant, imperfecto licet opere, fecisse tamen ab acerrimis tyrannorum osoribus censebantur, ob incoeptum illud opus digni habiti qui cumularentur omni honorum genere. Solum etiam occidendi tyranni conatum Athenienses factum existimabant pulcherrimum; quod luculento demonstrari potest documento. Post eiectos xxx. tyrannos psephisma condiderunt, ab auctore sententiae *Demophanti* dictum, servatum nobis ab *Andocide* de Myst. pag. 13. secundum quod iurare cogebantur Athenienses: *tyrannidis auctorem vel fautorem* ἐάν τις κτείνων ἀποθάνῃ, ἢ ἐπιχειρῶν, *si quis aut occidens moriatur, aut immoriatur incoepto* (sive *tantum opus adgressus*; id enim est ἐπιχειρῶν, nempe κτείνειν·) εὖ ποιήσω αὐτόν τε καὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἐκείνου, καθάπερ Ἁρμόδιόν τε καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τοὺς ἀπογόνους αὐτῶν. Hoc respicit decretum *Demosth.* contr. Leptin. pag. 312., dum meminit τῆς Δημοφάντου στήλης, cui insculptum iusiurandum: ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δώσειν δωρεὰς, ὥσπερ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι: vulgato nomini Διοφάντου alterum ex Codd. debuerat substitui: vid. *Lycurgus* pag. 165, 43. Longe recentius et diversissimi generis Διοφάντου fuit ψήφισμα. Oratio c. Leptineu, docte nuper atque eleganter Gallice conversa a *Ged. le Cointe*, eadem opera potuerat

aliquoties expoliri, ut Graeca quoque legerentur emendatius. VALCK.

7. ἐπ' ἔτεα τέσσερα) *Thucydides* VI. 59. Hippiae post fratris necem tyrannidem *tribus annis* terminat, totidem *Plato* in Hipparcho p. 229. B., nihil admodum *Herodoti quatuor annis* officientes, modo cum *H. Dodwello* Annal. Thucyd. p. 42. tres integri et quartus inchoatus Hippiae tyranno post Hipparchi violentam mortem relinquantur. Quod Criticus autem ad *Aristophan.* Lysistr. vs. 619. κατέσχε δὲ ἡ τυραννὶς ἐπὶ ἔτη γ'. οἱ δὲ, δ'., Ἡρόδοτος δὲ στ'. errore non vacat, et mutata verborum sede tolli potest. Nam *sex* eum *annos* hic reperisse, non credo. WESS.

CAP. LVI. 5. Τλῆθι λέων *etc.*) In versibus, *Hipparcho* fatalem exitum praesagientibus, nihil innovo. Vir doctus [*Reisk.*] Τλῆθι δ' ἐών, *i ergo, tolera*, et οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν fingebat, longe a *Brodaei* ad Anthol. iudicio recedens. WESS.

7. ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι) Eadem τοῦ δεισιδαίμονος religio eleganter in *Theophrasti* Char. c. 16. expicta: ad quam ἀπειπάμενος τὴν ὄψιν etiam [*lin.* 8.] pertinere opinor, neque adeo *spretam visionem*, sed eius expiationem et ἀποτροπιασμὸν innui. Vide *Casaubonum* ad *Theophrast.* et *Spanhemium* in Comici Ran. vs. 1379. WESS.

CAP. LVII. 1. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι *etc.*) *Gephyraeos, necis Hipparchi auctores, Bochartus* Canan. lib. I. 21. et *Meursius* Att. Lect. V. 31. tali diligentia et eruditione illustrarunt, ut aliis otium fecerint. *Plutarchum* neglexerunt, malignitatis crimine, cuius *Herodotum* postulat T. II. p. 860. E., haud inmunem. Ea-ne malignitas, gentis veram et peregrinam originem vestigare et declarare? Sed doctus scriptor dum rodit, sui obliviscitur. WESS.

Ibid. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι *etc.*) Ubi in *Aristidis* Panathen. T. I. p. 190., velut ab Atheniensibus recepti praeter ceteros dicuntur Ταναγραίων οἱ μεταστάντες, Δωριέων Πελοποννήσου κρατησάντων, ὑπὸ τῶν εἰξάντων ἀναστάντες: *Scholiasta* mstus hic *Herodoto* narrata respicit: τούτους, ait, τοὺς Ταναγραίους, μὴ βουλομένους αὐτῶν ὑπακοῦσαι, οἱ Θηβαῖοι ἐξέβαλον· οἱ δὲ εἰς τὰς Ἀθήνας ἐλθόντες ᾤκησαν· μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας Ἡρόδοτος, Γεφυραίους τοὺς Ταναγραίους καλῶν. [Attigit etiam *Suidas*, et

Zonaras in Lexic. voc. Γεφυρεῖς.] De his egerunt Gephyraeis *Io. Meurs.* Att. Lect. V. 31., et *Sa. Bochart.* Geogr. Sacr. II. 1. cap. 21. *Gephyraeos* istos non *Eretrienses* origine, sed *Phoenices* videri *Herodoto*, atque illinc ortum *Aristogitonem* dici, id vero permoleste tulit *Plutarch.* de *Herod.* Mal. pag. 830. E. Ἀριστογείτονα --- ἄντικρυς διὰ πυλῶν εἰς Φοινίκην ἐξελαύνει, Γεφυραῖον γεγονέναι λέγων ἀνέκαθεν· τοὺς δὲ Γεφυραίους --- Φοίνικας εἶναι φησὶν, αὐτὸς οὕτω πεπεισμένος. VALCK.

CAP. LVIII. 3. ἐσήγαγον διδασκάλια) *Iob. Ludolfum*, Virum Clar. διδασκαλίας emendantem Comment. Hist. Aeth. p. 208. non sequor. *Suidas*: Διδασκάλιον, αὐτὸ τὸ μάθημα. Sic *Basilius M.* Homil. III. in Hexaëm. p. 28. c. κατάδειξον μεθ' ἡμῶν τὸ διδασκάλιον: et Homil. V. pag. 43. E. ἵνα πρῶτον ἐκεῖνο πρόσταγμα διδασκάλιον τῇ Φύσει γένηται, subministrante Cl. *Abreschio.* Iam ὡς ἐμοὶ δοκέειν [*lin.* 5.] relinquo, *Herodoti* de *litterarum prima inter Graecos origine* professionem continens. Non defuisse, qui Pelasgis litterarum primordia ante Cadmi in Graeciam transitum vindicarent, ad *Diodori* III. 66. disputatum fuit. WESS.

5. πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες etc.) Obscuriorem orationis seriem explanant ista *Arch.*, πρῶτα μὲν τούτοισι ἐχρέωντο, κατάπερ καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες: *et primo quidem iisdem utebantur, sicuti omnes utuntur Phoenices.* Gephyraei nempe primis temporibus non alias usurpabant litteras, quam quarum apud Phoenices usus erat. Merae itaque tum Phoeniciae fuerunt, sicuti et sermo; quo deinceps paullatim inmutato, μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων, [*lin.* 7 *seq.*] itidem *litterarum modum, figuram et scriptionis seriem* novarunt. Quam in rem praeclara Cl. *Salmasii* ad Inscript. Herod. p. 34. opera exstat. Esse memini, qui τὸν ῥυσμὸν τῶν γραμμάτων hic praeferunt, prorsus oblitos *Aristotelis* Θαυμασ. p. 578. *Ed. Erasm.*, ubi in Apollinis Ismenii apud Thebanos templo ἀναθήματά τινα ὁμοίους ἔχοντα τοὺς ῥυθμοὺς τῶν γραμμάτων ἀρχαῖα, seu ἀρχαίων potius. Quae philosophi, sive cuiusvis alius, ad hanc rem accommodatissima, etiam propter *Ismenium*, quod statim [cap. 59, 3.] consequetur. Pertinet huc docta disputatio Benedictinae familiae eruditorum in T. I. Hist. Nov. Diplom. p. 587. WESS.

14. καὶ τὰς βίβλους διφθέρας καλέουσι) Bene *Vallae*

Latina ex *P. Leopardi* praescripto Em. VII. 19. correcta sunt, quibus male in postrema editione *penuria biblorum Aegypti et Syriae* accessit: nihil enim utraque de regione Scriptor. Certissimus autem *pellium rasarum*, sive διφθερῶν, variis olim in nationibus ad rerum memoriam prodendam usus. Persarum διφθέρας βασιλικὰς habet *Diodorus* II. 33. et *Agathias Schol.* II. pag. 66. A., aliorum alii. Contra ea ab errore inmunis haud est *Varronis* de papyro, Alexandri demum Magni aetate reperta, opinio apud *Plinium* Hist. Nat. lib. XIII. XI.; melior Nostri et *Cassii Heminae* cap. XIII. eiusdem Pliniani libri. Βύβλους porro et βύβλων, ex prisco more, *Passion.*; namque ita potius, quam βίβλους scriptitasse, ad *Hom. Eustathius* p. 1913, 30. [ad Od. pag. 765, 38. ed. Bas.] auctor est. Hinc βυβλίνων ὅπλων mentio et scriptura lib. VII. 36. WESS.

Ibid. τὰς βίβλους διφθέρας καλέουσιν) *Vallam* fefellit articulus; errorem iam correxit *P. Leopard.* Em. VII. c. 19. eumdem tamen errarunt et alii; quod monitum ab Auctore *des Essais de Crit.* pag. 161. Adpellationis suo quoque tempore, quin et recentiori, satis usitatae rationem repetit ab antiquissimo more *Herodotus*, barbaris etiam isthac aetate noto. Vellus aureum fuisse βιβλίον ἐν δέρμασι γεγραμμένον videbatur incerto scriptori περὶ Ἀπίστων, c. 3. conf. ad *Palaeph.* cap. 31. *Galeus.* Persica sua se *Ctesias* hausisse scribebat ἐκ τῶν βασιλικῶν διφθερῶν, teste *Diodoro Sic.* II. cap. 32. ubi vid. Clar. *Wess.* et *Ti. Hemsterh.* ad *Poll.* X. 57. cuius libro VII. 211. haec prostant *Herodoti*, loco quem *Leopard.* excitavit. Ὑπομνήματα βασιλικὰ vocat et *Diodor.* III. 38.; *commentarios regios*, *Livius* XXXIII. 11. Philippi Macedonis Μακεδονικὰ τῆς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήματα, *Lucian.* Demosth. Encom. §. 26. Arcturus qui Prologum agit in *Plauti* Rud. vs. 15., (*Malorum*) *referimus nomina exscripta ad Iovem*: vs. 21., *Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.* Istas Iovis tabulas διφθέρας dicebant: *Diogenian.* III. Prov. 2., ἡ διφθέρα, ait, ἐν ᾗ δοκεῖ ὁ Ζεὺς ἀπογράφεσθαι τὰ γινόμενα, παμπάλαιος. Quae praeter *Diogenian.* IV. 95., *Zenobius* habet Cent. IV. Prov. 11., senarium efficiunt, e veteri quodam dramate propter elegantiam custoditum: Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας. Vanissimus *Auctor* Philopatr. inter *Lucianea* T. III. pag. 603., πολλούς γε γραφέας φὴς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι. VALCK.

CAP. LIX. [2 *seq.* ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπολλ. τοῦ Ἰσμηνίου) Conf. *Wesselingio* ad cap. 58, 5. notata. *S.*]

5. ὁ μὲν δὴ εἷς τῶν τριπόδων) Sollemne fuit in *Ismenii Apollinis fano tripodas* dedicare; quorum ἐπιφανὴς μάλιστα ἐπί τε ἀρχαιότητι καὶ τοῦ ἀναθέντος τῇ δόξῃ τρίπους, ἐστὶν Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα, in *Pausaniae* Boeot. cap. 10. p. 730., non alius fortasse atque hic descriptus: congruunt certe ambo, tum antiquitate, tum *Amphitryonis* illustri titulo. De *inscriptis litteris* in *Pausania* silentium, quas *Herodotus* magnam partem *Ionicis similes*, *Cadmeas tamen* fuisse conmemorat. Hinc consequens videtur, ut ἐπὶ τὰ λαιά, uti alibi *Pausanias*, ἐκ δεξιῶν, *a dextera in sinistram processerint*, quemadmodum Phoeniciae: et ut quinque caruerint litteris, quarum posterius inventum, Υ. Φ. Χ. Ψ. Ω. Non sum nescius, inconparabiles viros, *Scaligerum* ad *Euseb.* et *Salmasium* in Inscript. Herod. p. 54. in diversiora tendere; sed Herodotea sententiae ab Ampl. *Bouherio* (Ep. ad ill. *Maffeium* Antiq. Gall. pag. 168.) adprobatae, favent. Eiusdem, credo, moduli ac figurae characteres tabellae erant, repertae apud Haliartios in Alcmenes tumulo: γράμματα θαυμαστά, ὡς παμπάλαια *Plutarcho* de Socrat. Gen. pag. 577. E.; namque additum ibidem, ἴδιός τις τύπος καὶ βαρβαρικὸς τῶν χαρακτήρων, ἐμφερέστατος Αἰγυπτίοις, ex docti scriptoris suspicione fluxit, parum utique, ubi Alcmenae et Amphitryonis aevum, scribendique tum temporis mos, in consilium venerint, probabili. WESS.

7. Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων) Correxeram olim, Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκ', ἀνιὼν ἀπὸ Τηλεβοάων: *cum huc rediisset a Telebois victis*: simplex ἰὼν forte praeferetur, e *Bergleri* coniectura indicata in Diss. *Herod.* pag. 167. Quidquid a *Scaligero* super literis his Cadmeis dissidet *Salmas.* ad Inscript. Herodis Att. pag. 32. et seqq., consentiunt, opinor, in Graeciam illatas primum duntaxat XVI.; atque illud egregie docuit *Salmasius*, sedecim istas postea, reliquis iam inter Ionas in usum introductis, dictas Ἀττικὰ γράμματα. De *literis Cadmeis Plutarchus* T. II. p. 738. E. illas, ait, τετράκις ἡ τετρὰς γενομένη παρέσχε: eidem p. 1009. E. οἱ παλαιοὶ dicuntur διὰ τῶν ἑκκαίδεκα στοιχείων φράζοντες ἀποχρώντως καὶ γράφοντες. Mirifice scribuntur haec epigrammata viro summo ad *Euseb.* p. 121. In primo versu

legi debuit ad mentem *Salmasii* MANETHEKEN EON. Unica litera adiecta sensum daret diversum, neque absurdum: ἰόντ' ἀπὸ Τηλ. ut se tripus diceret *dedicatum de victis Telebois*. In istiusmodi rebus dedicatis ἀπὸ hoc sensu frequenter legitur apud *Pausaniam*; qui nonnunquam prisca quoque commemorat epigrammata, literis antiquis Atticis scripta, veluti VI. [c. 19.] p. 498. ult. ἐπίγραμμα ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασιν: IV. [c. 17.] p. 420, 3., γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα: V. [c. 22.] pag. 435., ἐλεγεῖον γράμμασιν ἐστιν ἀρχαῖον (lege ἀρχαίοις) ὑπὸ Διὸς τοῖς ποσί: et VIII. [c. 25.] p. 648. VALCK.

Ibid. ἰὼν ἀπὸ Τηλεβ.) Nisi ἔων ex prisco ἔω *eundi* notione, quae *Reiskii* opinio, censeatur, mallem ἰών cum *Slado* et *Berglero*. *Amphitryon*, parta de *Telebois* victoria, qua de *Apollodorus* lib. II. 4. et *Plautus* Amphitr. I. 1. 61., Thebas redux, tripodem consecravit. Vidimus ἰὼν et ἐὼν conmutari lib. I. 157., nec monere *Eustathius* neglexit ad Iliad. γ'. vs. 277. [Mireris vero, simplicissimam restituendae verae scripturae rationem (μ' ἀνέθηκε νέων ἐκ Τηλ.) doctissimorum virorum acumen praeteriisse.] Illa vero [*lin.* 8.] ἡλικίην ἂν εἴη κατὰ Λάϊον sincera sunt. Amphitryonem Laio, Herculem Oedipodi aetatem egisse aequalem, generationum in *Apollodori* Bibliotheca series dilucide patefacit. WESS.

CAP. LX. 6. τὠυτὸ οὔνομα ἔχων τοῦ Ἱππ.) Vel ex margine *Steph.* recipi debuerat τῷ Ἱπποκόωντος: in Latinis autem a correctoribus poni, *idem Hippocoontis filio nomen habens*: non, *Hippocoontis filii*: isthoc modo Graecismum saepius expresserunt usitatissimum Romani. Non requiritur in his articulus, neque adeo τῷ τοῦ, quod *Reiskio* placebat: *filius Hippocoontis* paulo dicitur ante ὁ Ἱπποκόωντος: et Λάϊος ὁ Λαβδάκου, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Κάδμου. VALCK. — Bene τῷ Ἱπποκόωντος dedere codd. mssti. Animadversio *Herodoti* iusta est. *Scaeus*, *Hippocoontis* si fuerit *filius*, vixit *Oedipodis* tempore, quippe una cum patre ab Hercule peremtus. Est autem *Scaeus* iste in *Apollodoro* lib. II. 10. p. 200. WESS. — Conf. *Heyne* ad *Apollod.* II. 7, 3. *S.*

CAP. LXI. 7. ἐς τοὺς Ἐγχέλεας) Quos vocat Ἐγχέλεας, eosdem memorat IX. 42. oraculum, quo Persas designari putabat Mardonius, scribens ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν

Ἐγχέλεων στρατὸν πεποιημένον. VALCK. — *Pausanias* lib. IX. 5. *Laodamantem*. ab Argivis victum, ἐς Ἰλλυριοὺς abiisse scribit; de *Cadmo* antea, ἐς Ἰλλυριοὺς καὶ Ἰλλυριῶν τοὺς καλουμένους Ἐγχελέας: vere, sicuti ex *Apollonio Rh.* IV. 519. constat. Sequentia [*lin.* 7.] οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες, *Gephyraei autem cum in suspicionem venissent*, verterat *Valla*: hinc quid ille legerit, quaestio. *H. Stephano* placuit ὑποπτευθέντες, *L. Bos* ὑποληφθέντες, quae melior opinatio, cum ὑπολειφθέντες et ὑποληφθέντες toties convertantur. At in errore Laurentius fuit ex schedarum consensione; loci sententiam Cl. *Gronovius* optime perspexit. WESS — ὑπολειφθέντες tenens *Gronovius*, ῥῆσιν istam latine sic convertit: *Gephyraei autem d e r e l i c t i postea ab Boeotis recedunt Athenas.* In *Notis* autem idem *Gronov.* monuit, non post ὑπὸ Βοιωτῶν, ut in ipsius contextu et in superioribus editionibus factum, sed post ὑπολειφθέντες *comma* debuisse interseri. *Wesselingius*, in Graecis neutro loco incidens orationem, versionem *Gronovii* ita tenuit, ut *comma* post *derelicti* poneret. Atqui *ab Boeotis recedunt* graece non sonat ὑπὸ Βοιώτων, sed ἀπὸ vel ἐκ Βοιωτῶν. Praepositio ὑπὸ, quam tenent h. l. libri omnes, genitivo iuncta *caussam* significat; ut in frequenti formula ὑπὸ δέους, et similibus: conf. V. 10, 3. IV. 7, 16. Intelligendum igitur, *prae Boeotis*, *propter Boeotos secessisse illos*, id est, *metu Boeotorum*, sive *a Boeotis coactos*; quam in sententiam commode L a r c h e r, *les Boeotiens les obligèrent par la suite à se retirer à Athènes.* Sic φεύγειν ὑπό τινος, *in exsilium mitti ab aliquo*, *ad fugiendum cogi.* Si quid obscuri verbis inesset, sententiam suam ipse Scriptor cap. 57, 8. perspicue declaraverat, ὑπὸ Βοιωτῶν ἀναστάντες. Verbum ὑπολειφθέντες vero, nec *derelicti* verti debuit a *Gronovio*, nec a *Larchero* his gallicis verbis reddi, *on les laissa alors tranquilles.* Ὑπολειφθέντες simpliciter sunt *relicti*, *qui in sedibus suis manserant*, *nec ab Argivis erant eiecti. S.*

11. Ἀχαιίης Δήμητρος *etc.*) *Cereris* Ἀχαιίης, quae et *Gephyraea*, *templum et sacra* praetereo. Cupidis abunde labor *Io. Meursii* Lect. Att. V. 31. et *S. Bocharti* lib. I. Canaan. c. 21. crit. WESS.

CAP. LXII. [11. Λειψύδριον. Sic scribitur apud *Hesych.* hac voce et alibi, et apud *Suid.* in Ἐπὶ Λειψυδρίῳ: item in Scolio apud *Athen.* XV. 695. E. et apud *Etymolo-*

gum p. 361, 31. et 34. et p. 563, 8. denique apud *Eustathium* loco mox citando: quibuscum quum nostrae membr. F. consentiant, non negligere debui hanc scripturam, caeterum ne alteram quidem (Λιψύδριον) utique damnans. *S.*]

12. τὸ ὑπὲρ Παιονίης) Menda his se turpis insinuavit: quid enim cum Atticae locis commune *Paeoniae*, longissime in Macedoniam remotae? *Eustath.* ad Hom. p. 461, 20. [p. 351, 13. ed. Bas.] ὑπὲρ τῆς Σπάρτης Lipsydrion locans, eadem inquinatus est macula, vero tamen propiore. *Hesychius* et *Suidas* ὑπὲρ Πάρνηθος, *supra Parnethem*, idque certissimum. Πάρνης Atticae mons erat, supra quem *Lipsydrium* Alcmaeonidae exsules munierunt. Proinde τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος iure hoc refinxit loco *L. Küsterus*, ad *Suidae* Ἐπὶ Λιψυδρίῳ. Ipsum autem illud Grammatici testimonio est, Alcmaeonidis ad Lipsydrium rem pessime cessisse, adfirmatque elegans cantilena in *Athenaei* lib. XV. p. 695. F.; *Io. Meursius* in Pisist. c. 16. plura. WESS.

Ibid. Λιψύδριον τὸ ὑπὲρ Παιονίης) Πάρνηθος, si mei res esset arbitrii, recuperaret *Herodotus*; et vera *L. Küsteri*, Cl. *Wesselingio* probata, coniectura Diss. *Herod.* p. 110., omnibus hic anteponeretur Codicibus. Cui eadem erant ad manum, quae *Küstero*, *Io. Meursius* in Pisistr. c. 16., *Eustathio* legitimum quidem restituit Attici montis nomen; in *Herodoto* aut veram non vidit lectionem, aut illum a veteris librarii per omnes deinceps Codices propagato errore corrigendo deterruit quae multos insidet religio, non illa minus fortasse damnanda quam aliorum est inconsiderata temeritas. Locum *Etymologi* prout recte corrigit Clar. *D. Ruhnken.* in *Tim.* Lex. p. 150. [pag. 208. ed. sec.] codex exhibet mstus. Nihil impedit quo minus hic suum Iovi restituatur cognomen, cui in Parnethe monte sacratum altare, Βωμὸς Σημαλέου Διὸς dicitur apud *Pausan.* p. 78. f. [lib. I. c. 32.] Hinc *Semaleus* Iupiter *Gyraldo*, *Meursio*, aliisque innotuit: auferatur primum litera male repetita: ἠμαλέου facile dabit genuinum, ut arbitror, Ἰκμαλέου *pluvii* Iovis nomen, in Attica saepe siticulosa solemni precum formula evocati, quam *M. Antoninus* nobis servavit V. 7. Idem paene nomen turpius deformatum latet apud *Clement. Alex.* Strom. VI. p. 753, 27.

ubi sacra fecisse legitur in insula Ceo Aristaeus Ἰσθμίῳ Διΐ: sed nullus fuit Iupiter *Isthmius*: hic sine ulla controversia emendandum Ἰκμαίῳ Διΐ. *Probus* in *Virgil.* Georg. I. vs. 14. *Aristaeus*, ait, *aram Iovi Iemaeo* (*Icmaeo*) *constituit*, etc. -- *Traditur haec historia de Aristaeo in Corpore* (an *opere?*) *Argonauticorum a Varrone Atacino*: nobis superest, quem *Varro* interpretabatur, *Apollonius Rhod.* cuius Aristaeus II. 524. βωμὸν ποίησε μέγαν Διὸς ἰκμαίοιο. VALCK. — Virorum doctorum emendationem ὑπὲρ Πάρνηθος, a *Schaefero* in contextum receptam, tenuit etiam *Iacobs*, hanc Historiarum *Herodoti* partem *Atticis* suis inserens, p. 333. ed. sec. At constantem librorum omnium Herodoteorum scripturam, ὑπὲρ Παιονίης, defendens *Larcherus*, ex *Harpocratione* voc. Παιανιεῖς καὶ Παιονίδαι coll. cum *Pausan.* II. 18. p. 151 seq. eodemque *Pausan.* I. 2. p. 7. et cap. 34. pag. 83. et 84. et *Plutarch.* (sive quisquis fuerit auctor Vitae X. Oratorum) pag. 842. E. opportune docuit, fuisse Atticae pagum, cui Παιονία sive Παιωνία fuerit nomen. Situs fortasse hic pagus erat in radice *Parnethis* montis, eamque ob caussam auctor ille, e quo Grammatici a Viris doctis citati sua hauserunt, *Lipsydrium* ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος situm dixit; nisi is fortasse scripserat ὑπὲρ Παιονίας ἐπὶ τῆς Πάρνηθος. *S.*

14. τὸν νηὸν --- τὸν νῦν ἐόντα) Eadem lib. II. 180., unde et, prius templum fortuito casu in cineres abiisse, discimus: culpa incendii tamen in Pisistratidas fuit, testibus Criticis ad *Pindari* Pyth. Od. VII., collata: qui quidem cum Olymp. LXIII. 2. patri successerint, illo ipso anno templum Delphicum deflagrasse, *Dodwellus* Annal. Thucyd. pag. 41. constituit. At officit vehementer illi temporum finitioni mors Amasidis, isti anno coniuncta; quippe dona, dum superesset, Delphis ad aedis instaurationem, uti lib. II. 180. proditur, liberaliter conferentis; validissime vero *Pausaniae* doctrina de templo Delphico Olymp. LVIII. 1. exusto, in Phocic. cap. 5. Quae de *Pisistratidis* autem *Pindari* Scholiastae, modo tamen veritati concinant, familiam indicabunt atque ipsum conplectentur Pisistratum, quo modo *Pisistratidae* deponuntur saepius. Vide ad Comici Vesp. vs. 500. WESS.

18. πωρίνου λίθου) In *Iungermanni* exemplo Παρίνου ope-

rarum est peccatum, cui ipse medelam adhibitam in *Pollue.* VII. 123. volnit. Isto de lapide docti Onomastici interpretes, et Cl. *Taylor* Lect. Lysiac. p. 619. [pag. 254. ed. *Reisk.*] WESS. — Vide *Tayloro* laudatum *Plinium*, Hist. Nat. lib. XXXVI. cap. XVII. sect. 28. et, quem ibi *Harduinus* citavit, *Theophrastum* περὶ λίθων pag. 392. ed. Dan. Heinsii. *S.*

CAP. LXIII. [1. Ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι) Λακιδαιμόνιοι requirebam, ubi nunc in Ἀθηναῖοι consentiunt libri. Sane non *Athenienses*, sed *Lacedaemonii* videri debent id crimen *Alcmaeonidis* impegisse. conf. cap. 90. huius libri. Mox *lin.* 4. pro χρησόμενοι, praeter necessitatem, χρησάμενοι invitis libris omnibus edidit *Iacobs* l. c. p. 334. *S.*]

2. *et seq.* ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι *etc.*) *Herodotum* sequutus *Schol.* mstus in *Aristid.* Panathen. Ἱππίας, ait, ὠμῶς ἐκράτει τῶν Ἀθηναίων· μὴ φέροντες τούτου τὴν βίαν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι ἐξῆλθον ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ Κλεισθένης, ὃς τὴν Πυθίαν, τουτέστιν ἀδελφοῖς (in margine Codicis *Burm.* corrigitur ἐν Δελφοῖς: recte; modo scribatur τουτέστι τὴν ἐν Δελφοῖς) ἱέρειαν παρεκάλει ἐπὶ τὸ χρῆσαι τοῖς Λακεδαιμονίοις βοηθῆσαι ταῖς Ἀθήναις. Accepto oraculo, misisse dicuntur Lacedaemonii [*lin.* 6.] κατὰ τῶν Πεισιστρατιδῶν Ἀγχιμόλιον μετὰ στρατιᾶς, ὃς ἐτελεύτησεν ἐν τῷ πολέμῳ. Non unam ob rationem Herodotea criminatur *Plutarchus*, (T. II. p. 860. D.) oraculorum patriaeque superstitionis defensor ingeniosissimus; sed idcirco praesertim, quod ille Pythiam vatem pecunia corruptam non dubitavit ut ψευδόμαντιν traducere. Noster fraudem etiam a Lacedaemoniis agnitam fatetur atque adeo publicatam c. 90. Libro VI. c. 66. Cleomeni conciliatus Delphus Cobon Περίαλλαν τὴν πρόμαντιν ἀναπείθει τὰ Κλεομένης ἐβούλετο λέγεσθαι λέγειν: fraude patefacta Cobon Delphis aufugit mulierque fatidica ἐπαύσθη τῆς τιμῆς. Secundum *Pausan.* etiam III. [cap. 4.] p. 212. Cleomenes τὴν ἐν Δελφοῖς πρόμαντιν ὠνήσατο. Quin iam olim a Lycurgo legislatore pecunia commota Pythia semper eius leges ut utiles civitati commendabat: ἡ προφῆτις χρήμασι πεπεισμένη ἀεὶ συμφέρειν (τὸν νόμον) ἔχρα, *Polyaen.* lib. I. c. 16, 1. Donis corruptae, nec mirum in hac fraudum opificina, recentior historia Graeca plura praebet documenta: vid. *Anton. van*

Dale de Orac. Orig. c. 16. Paulo post [*lin.* 9.] apud *Herod.* iussui divino, ut quidem putabant, postponentes Lacedaemonii humanae hospitalitatis iura, τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. Ad iudices suos Socrates *Platonis* in Apolog. p. 29. c. ἐγὼ ὑμᾶς, ait, ὦ ἄνδρες Ἀθ. ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ θεῷ μᾶλλον ἢ ὑμῖν: quae commodum admota sunt *Lucae Act. Ap.* v, 29. In hoc cardine *Sophoclis* versatur Antigones cum Creonte certamen vs. 460. et seqq. VALCK.

4. προφέρειν σφι) Sugillantur a *Plut.* de Malig. p. 860. D., ac si καλλίστῳ καὶ δικαιοτάτῳ liberandarum Athenarum ἔργῳ sceleris atque inpietatis calumniam Noster affricuerit; ultro oblitus, Themistoclem (quem propterea laudibus in Vit. magni viri fert p. 116. F.) consimiliter Pythiam, ut ad animi sui sententiam et circumscribendos Athenienses vaticinaretur, perpulisse, usosque tali fraude, quam quidem *piam* vocant, Graecorum plures. Qui mox [*lin.* 8.] ξείνιοι τὰ μάλιστα, eosdem *Pisistratidas* vulgatiore dictione ξείνους τὰ μάλιστα c. 90. et 91. nuncupat. WESS.

[11. προσσχὼν) Vide *Var. Lect.* I. 2, 5. *S.*]

17. ἄνδρα Κονιαῖον) Nullam in Thessalia eiusque vicinia urbem recordor tali nomine. Cogitaveram de *Gono* sive *Gonno* in Perraebis, atque adeo Thessaliae. Sed discrepat scriptura, et gentile urbis vocabulum. Eruant itaque, qui poterunt. WESS. — Nec vero necessitas ulla urget, ut patriam huius regis Thessalorum in *Thessalia* quaeramus: quin potius ipsa formula qua utitur Scriptor, ἄνδρα Κονιαῖον dicens, indicare videtur extra Thessaliam fuisse natum. Itaque nihil impedire videtur quo minus cum *Larchero* Κονιαῖον ἄνδρα intelligamus *Conio* oriundum Phrygiae oppido, *Plinio* lib. XXXVI. c. XXXII. sect. 40. (ubi conf. *Harduini* Emend. num. XCV.) et *Hierocli* in Synecd. p. 666. memorato; neque enim incredibile esse, cognationem quandam Thessalis intercessisse cum Phrygibus, idem doctissimus *Herodoti* interpres ostendit. *S.*

23. ἐς τὰς νέας κατέρξαν) Laurentii *ad naves repulit*, desiderat κατήραξαν, quod forte olim hic fuit. *Dio Cass.* lib. XLVII. pag. 396. καὶ ἐκείνους εἰς τὸ τεῖχος κατήραξαν· et lib. XLVIII. p. 416. καὶ τοὺς πεζοὺς εἰς τὸ τεῖχος καταράξαντος. *Noster* V. 106. καὶ ἐσαράξαντές σφεας ἐς τὰς νέας.

Equidem relinquo, quod schedae magno consensu volunt, etsi pro praelii ratione et devictorum lenius. *Pausanias* de apibus lib. I. c. 32. οὐδὲ σφᾶς ἐς σίμβλους κατειρξαντες ἔχουσιν, *nullis eas alvearibus coërcentes*. WESS. — Conf. *Nostrum* VI. 102, 2. ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελ. τείχεϊ habes cap. 64, 12. *S.*

24 *seq.* Ἀγχιμολίου εἰσὶ ταφαὶ) *Unius Anchimolii* εἰσὶ ταφαὶ numero plurali? Non opinor; sed illud potius suspicor, Lacedaemoniorum qui ceciderant hic olim etiam factam fuisse mentionem. Fac scribi potuisse: (τῶν δὲ Λακεδαιμονίων, vel τῶν δὲ ἄλλων) καὶ Ἀγχιμολίου εἰσὶ ταφαὶ τῆς Ἀττικῆς Ἀλωπεκῆσι, ἀγχοῦ τοῦ Ἡρακλήου τοῦ ἐν Κυνοσάργεϊ. De isto Herculis fano *Meursius* egit in Athen. Att. lib. II. c. 2. Ex hoc *Herodoti* loco situs Attici pagi poterit constitui, si conferantur initium Axiochi *Aeschinis Socrat.* et orator *Aeschines* contr. Timocr. p. 14, 11. VALCK. — *Sepulcrum* graece proprie τάφος est; ταφή, *sepultura*, ut apud Nostrum I. 24, 12. 112, 16. Videndum igitur, ne eidem Nostro αἱ ταφαὶ (plur. num.) idem valeant ac ὁ τάφος in singulari. Id si minus placet, nullo certe incommodo αἱ Ἀγχιμολίου ταφαὶ, nullo etiam alio verbo adiecto, intelligi posse videntur *Anchimolii et eorum qui cum illo ceciderunt sepulcra. S.*

CAP. LXIV. 6. ἡ τῶν Θεσσαλῶν ἵππος *etc.*) Huc pertinere puto quod, *Polyaeno* praetermissum, *Frontinus* narrat Stratag. II. cap. 2, 9.; nam per equitatum, quo praevalebat Hippias, *Thessali* videntur *equites* intelligendi. VALCK.

9. ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίης) Praeferrem ἰθὺ ἐπὶ Θεσσαλίης, sicuti ἰθὺ ἐπὶ Λιβύης *Plutarchum* apud *Nostrum* lib. II. 119. invenisse, Cl. *Valckenarius* docuit. Ἰθὺς tamen τῆς ἀρχῆς τῆς Τομύριος ἐλᾶς lib. I. 207. et Poëta Iliad. ν'. 601. ἰθὺς Μενελάου κυδαλίμοιο Ἤϊε, tum *Callinus*, ἀλλά τις ἰθὺς ἴτω apud *Stob.* Serm. XLIX. pag. 356. Stragem equitatus Tessalici sociorumque Hippiae explicat in Lysistr. vs. 1154. Comicus. WESS.

CAP. LXV. 1. Καὶ οὐδέν τι πάντως) Haud opinor οὐδέν τι μᾶλλον πάντως fuisse olim, in eo msstorum silentio: superius cap. 34. οὐδὲν πάντως προσεδέκοντο ἐπὶ σφέας τὸν στόλον τοῦτον ὁρμήσεσθαι: et clarissime lib. VI. 3. Nihil quoque in brevi secuturis, [*lin.* 7.] ἡ αὐτὴ αὕτη σύμμαχος, quid-

quam novo: ad loci sententiam aliena non sunt ex lib. IV. 129. τὸ δὲ τοῖσι Πέρσῃσί τε ἦν σύμμαχον, καὶ τοῖσι Σκύθῃσι ἀντίξοον. Verum eo in genere, ubi multa saepe coniectantibus blandiuntur, integrum suum cuique iudicium. Ceterum τεῖχος Πελασγικὸν, *quo conclusi tenebantur Pisistratidae*, [*CAP. LXIV.* 12.] malo ipsis omini fuit, quippe iam olim diris devotum apud *Thucydid.* lib. II. 17., situm eius prope arcem urbis designantem, Nostro lib. VI. 137. nihil dissentiente. WESS.

7. *ὑπεκτιθέμενοι - - - ἥλωσαν*) Non illi *capti sunt ὑπεκτεθέντες*, quem sensum hic quaerebat Vir doctus; sed, *dum furtim ex Attica emitterentur* alicubi occultandi. More tamen minus usitato tum ponitur τὸ ὑπεκτιθέμενοι: nam qui liberos vel uxores, obsidionem toleraturi, alio transferunt, veteribus dicuntur παῖδας ὑπεκθέσθαι, *Thucyd.* I. 89. *Lycurg.* contr. Leocr. p. 154, 32. τοὺς υἱοὺς καὶ τὴν γυναῖκα ὑπεκθέσθαι. *Demosth.* de Falsa Legat. pag. 242., οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ ὑπεξέθεντο τὰς θυγατέρας παιδία οὔσας εἰς Ὄλυνθον. Ubi iubet *Aeneas* Poliorcet. c. 9. ζεύγη ἢ ἀνδράποδα ὑπεκτίθεσθαι εἰς τοὺς προσοίκους, morem antiquum et verbum illud declaravit *Casaubonus.* Quae de *Pisistratidis* paulo post dicuntur, [*ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα* etc. *lin.* 13 *seq.*] de patre filiisque intelligenda docuerunt *Periz.* ad *Aeliani* Var. Hist. III. 21. et *Bouhier* Diss. sur l'Hist. d'*Herod.* cap. 14. VALCK.

12 *seqq. ἐς Σίγειον etc.*) Vide Terpsichores c. 94. et *Thucydid.* VI. 59. Annos *Pisistratidarum* tyrannidis *Aristoteles* Polit. V. 12. xxxv. numerat, *Noster* xxxvi., levi discrepantia, fortasse ex annis inchoatis aut diversa Pisistrati conputatione exiliorum nata. *Io.* autem *Meursii*, annos istos Hipparcho et Hippiae, patris ratione non ducta, tribuentis in Pisistr. cap. 5. manifesta aberratio est, reprehensa a *Bouherio* Diss. Herod. c. 14. et *Ed. Corsino* Fast. Attic. T. III. p. 96., oblitis tamen calcare se viam, dudum sollertissima *H. Valesii* cura ad *Diodori* Excerpta T. II. pag. 557. emunitam. WESS.

CAP. LXVI. 4. *ὅσπερ δὴ λόγον ἔχει*) Potuisset ὅνπερ δὴ λόγος ἔχει, quomodo lib. VII. 5. ἵνα λόγος σε ἔχῃ. *Euripid.* Med. vs. 419. οὐκέτι δυσκέλαδος φάμα γυναῖκας ἕξει. Verum elegans ea linguae copia et varietas. ἔχει δέ τινα

φάτιν καὶ Διονυσιοφάνης posuit IX. 83., at τούτους μὲν τοιαύτη φάτις ἔχει VII. 3. Plura Cl. *Abreschius* Dilucid. Thucyd. p. 247. WESS. — De *corrupta Pythia* vide paulo ante, cap. 63. *S.*

5 *seq.* ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν *etc.*) Hic paulo forsan acerbior est iocus, quam decebat historicum; neque iniuria hinc saltem κακοηθείας exemplum petens *Plutarch.* II. p. 860. c. Ὡς εἰώθει, ait, παραμιγνὺς πίστεως ἕνεκα τοῖς ψόγοις ἐπαίνους τινάς· Ἰσαγόρας δὲ, φησὶν, ὁ Τισ. οἰκίης μὲν ἦν δοκίμου, θύουσι δὲ οἱ συγγενέες αὐτοῦ Διὶ Καρίῳ. εὔρυθμός τε καὶ πολιτικὸς ὁ μυκτὴρ τοῦ συγγραφέως, εἰς Κᾶρας, ὥσπερ εἰς κόρακας, ἀποδιοπομπουμένου τὸν Ἰσαγόραν. Cives Attici veluti Deos habebant Penates Apollinem πατρῷον, et Iovem ἑρκεῖον: Herodotei Isagorae συγγενέες, ut originis vilissimae homines, atque e comoedia Cariones, θύουν Διὶ Καρίῳ. Praeter cetera memorat *Strabo* XIV. p. 974. A. [p. 659. B. ed. Cas.] ἱερὸν τοῦ Καρίου Διὸς, κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, οὗ μέτεστι καὶ Λυδοῖς καὶ Μυσοῖς, ὡς ἀδελφοῖς. Ex his gentibus servi veniebant in Graeciam. Vim dicti intelligunt, quibus notum proverbium, ἐν Καρὸς αἴσῃ. Non cepit *Flor. Christian.* illud in *Eurip.* Cyclope vs. 650. ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύσομεν. *Aristides* T. III. pag. 256., οὐδ' ἐν Καρῶν σχήματι καὶ μοίρᾳ θρέψεσθαι. *Cicero* pro Flacco, c. 27. *Si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum.* Eximia dedit Clar. *Ti. Hemsterh.* ad argum. Pluti *Aristoph.* VALCK. — *Iovem Carium*, cuius in *familia Isagorae* mentionem et cultum malignitati Scriptoris tanto posterior, saepissimeque iratior quam oportebat, *Plutarchus* contribuit, vidimus lib. I. c. 171. WESS.

9. τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους δεκαφύλους ἐποίησε.) Huc respicit *Herodotum* citans *Pausan.* I. [c. 5.] p. 12. Secundum *Aristotelem*, Politic. III. p. 62, 25. Clisthenes eiectis tyrannis πολλοὺς ἐφυλέτευσε ξένους καὶ δούλους μετοίκους: scripsisse potius videtur δούλους, καὶ ξένους μετοίκους. *Aristoph.* Eq. vs. 346. εἴ που δικίδιον εἶπας εὖ κατὰ ξένου μετοίκου. Cur *tribus quatuor* in *decem* distraxerit, veram rationem pandit idem *Aristot.* Politic. VI. c. 4. conf. *Casaubon.* in *Aeneae* Poliorcet. p. 1734. In *Aristid.* Panathen. T. I. p. 336. *Schol.* ineditus: Τεσσάρων οὐσῶν φυλῶν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις Καλλισθένης ἢ Ἀλκμαιωνίδης (Κλεισθένης ὁ Ἀλκμ.) δεδιὼς μὴ ἔν τινι καιρῷ μία τῶν Δ'. φυλῶν βουληθεῖσα τυραννῆσαι προσποιήσῃ ἑαυτῇ τὴν ἄλλην

(τῶν ἄλλων) μίαν, καὶ ἐκ τούτου κρατήσῃ τῶν ἄλλων δύο φυλῶν, λαβὼν Ρ'. ἡρώων ὀνόματα ἦλθεν εἰς Πυθίαν, μαθεῖν βουλόμενος ἐκ ποίων ὀνομάτων καλέσει τὰς φυλὰς ἃς μέλλει κτίζειν. λαβὼν τὸν χρησμὸν, καὶ ἐλθὼν Ἀθήνησι ἐποίησε δέκα φυλὰς, ἵνα καὶ, ἐὰν βούληται μία τῶν δέκα τυραννῆσαι, μὴ δύνηται πεῖσαι τὰς λοιπάς. In his heroum numerus centenarius, Ρ'. in Ι'. mutato, facile posset in denarium converti; sed secundum *Schol.* Clisthenes Pythiae facit eligendi de multis potestatem. In proximis [*lin.* 10.] Γελέοντος nomen adfirmavit *Wess.* in Diss. Herod. p. 164., ut ea lis decisa videatur. VALCK.

10. Γελέοντος) Hoc in editis ante *Gronov.* omnibus, plerisque etiam schedis. *Valla* in prima versionis editione *Ionis filiorum Leontis*, unde eum legisse suspicio est, παίδων γε Λέοντος. De *Medic.* silentium, in tituli mutata scriptura utique mirabile. Puto tamen Τελέοντος ex *Ask.* et *Pass.* consensu habuisse. [Vide *Var. Lect.*] Apud alios par discordia. *Stephani Byz.* vetera exempla et scripta Γελέοντες in Αἰγικόρεως. [vide ibi *Holsten.*] In *Plutarchi* Solon. p. 91. olim Γεδέοντες, quod ob vicinam Λ. et Δ. idem. *Euripidis* in extrema Ione verba, et *Pollucis* VIII. 109., in controversiam venerunt. *Guil. Canterus* utraque ad *Nostri* praescriptum conformat, Nov. Lect. V. 19., contra venit prohibetque *Is. Casaubonus* ad *Strab.* VIII. p. 588. [ad pag. 383. suae editionis,] Τελέοντας defendens, qua quoque sunt opinione docti *Pollucis* interpretes; neque plausibili instituti ratione deficiuntur illi. Quod si enim quatuor hae populi Attici partes, non ab Ionis filiis, ut *Euripides* et *Herodotus* censuerunt, sed a vitae genere, quod uni cuique parti fuit assignatum, cognomina inpetrarunt ex *Strabonis* et *Plutarchi* doctrina, commodissime Τελέοντες explicabuntur γεωργοὶ, *rustici*, ab opere et collationibus in rem publicam. Verum omnes has opinationes *Marmor* dissipat *Cyzicenum*, luci ab ill. comite *Caylus* expositum in *Recueil d'Antiquit.* T. II. pag. 207., ubi clarissime iisdem titulis et serie fere eadem ΓΕΛΕΟΝΤΕΣ, ΑΡΓΑΔΕΙΣ, ΑΙΓΙΚΟΡΕΙΣ, ΟΠΛΗΤΕΣ, tribus Cyzicenae quatuor; haud dubie ex metropoli Mileto derivatae, atque ad hanc ab Atheniensibus, Milesiae coloniae auctoribus, sicuti praeclare generosus Comes conmonstravit. Est quidem Τελέων virile inter Atticos nomen apud *Apollon. Rhod.* I. 96., quod, ut hic valeat,

necesse non est. *Αἰγίκορις* et *Ἀργάδης* in marium propriis nominibus, quantum recordor, non sunt, neque *Γελέων*. Aptissime, sicuti *Ὅπλητες*, *milites*, vitae studia in *capris* alendis et *agris* colendis illustrant; unde *Γελέοντες*, principe loco Athenis et Cyzici habiti, haud alii ac *εὐπατρίδαι* sive *λαμπροί*, *illustres*, *splendidique*. *Γελεῖν*, teste *Hesychio*, idem ac *λάμπειν*, *ἀνθεῖν*, aut *αἴθειν*. *Γελᾷν*, cuius in *risu* sedes, olim in *splendendo* ac *renidendo*, uti *Eustath.* ad Hom. pag. 159, 26. [Iliad. p. 120, 31.] significat, terebatur usu. Hinc *Γέλων*, Syracusanus rex, hinc *Γελέοντες* Attici non absurde propagantur: cuius ego originationis auctorem et suasorem laetus *Ti. Hemsterhusium* produco. [Conf. *Lennepii*, ex *Hemsterhusii* schola progressi, Etymolog. Ling. Graec. P. I. p. 210.] De *decem Φυλαῖς*, earumque titulis et iusto ordine docte post *Meursium* nuper *Ed. Corsin.* Fast. Attic. T. I. p. 119. WESS.

[14. *καὶ σύμμαχον ξεῖνον ἐόντα*) Post *σύμμαχον* leviter incidi debuerat oratio; et latinam versionem in eam sententiam, quam *Valla* iam expresserat, reformatam velim: *hunc vero, etsi peregrinum, tamen ut vicinum et socium, adiecit. S.*]

CAP. LXVII. 3. *Κλεισθένεα τὸν Σικυῶνος τύραννον*) Aequalem hic habuit Solonem, eius belli dux, quo Amphictyones ulti Cirrhaeos sunt, in Apollinem Pythium ingratos et contumeliosos apud *Pausan.* lib. X. 37. et II. 8., ubi pater illius Aristonymus, avus Pyrrho, cuncti fortasse ex Orthagorae familia, quae centum annis Sicyonem tyrannide pressit, *Aristotele* Polit. lib. V. 12. teste. WESS.

5. *τῶν Ὁμηρείων ἐπέων εἵνεκα*) Significatum voluit, quod scribit *Chamaeleon* apud *Athen.* XIV. p. 620., *μελῳδηθῆναι οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου, καὶ Ἀρχιλόχου*, aliorumque poëmata. *Rhapsodos* autem *Homeristas* primus Athenis Demetrius Phalereus ibidem dicitur *εἰς τὰ θέατρα παραγαγεῖν*: ex *Athenaeo* sua hausit *Eustath.* in Iliad. Ω'. pag. 1497. Sed dudum tamen ante Rhapsodos istos, odiosum hominum genus, etiam Athenis doctis fuisse molestos aestimari potest ex Ione praesertim *Platonis* I. p. 530-542. et Socraticis *Xenophontis* p. 462. et 513. [Vide *Memorab.* IV. 2, 10. ibique *Ernest.* et *Zeun.*] De *Homero*, *Hesiodo*, ceterisque poëtis, in Lyceo verba facientes Sophistae

dicuntur *Isocrati* Panathen. pag. 236., οὐδὲν μὲν παρ' αὐτῶν λέγοντες, τὰ δ' ἐκείνων ῥαψῳδοῦντες: idem in antiquitatis studiosos iactant οἱ εὑρετικοί. VALCK. — Etiam hunc Scriptoris nostri locum minus recte a me administratum esse intelligo. Primum in Graecis *post* ἀγωνίζεσθαι debebat *comma* interseri: quod quum vulgo abesset, imprudens ego verba τῶν Ὁμηρείων ἐπέων εἵνεκα, quae ad ἔπαυσε ῥαψῳδοὺς pertinent, ad ἀγωνίζεσθαι retuli. Nunc latina sic rescripta velim: *Rhapsodos Sicyone vetuit carminibus decertare*, (sive *carmina publice canere*,) *propter Homericos versus*, etc. *S.*

6. τὰ πολλὰ π ά ν τ ω ν ὑμνέαται) Ex *Herodoto* vicina enarrans *Eustathius*, habet διότι Ἀργεῖοι καὶ Ἄργος τὰ πολλὰ ἐν αὐτοῖς ὑμνοῦνται, ad Iliad. β'. pag. 218, 35. Posuit ἐν αὐτοῖς, quod sensum commodum dabat; sed lectum πάντων forte minus intellexit. Voculam in talibus *Herodoto* paene peculiarem, quam ellipsium venatores omitti non potuisse fatebuntur, restituendam hic censeo, ut legatur τὰ πολλὰ δ ι ὰ πάντων ὑμνέαται, *prae omnibus*. Lib. VI. c. 63. ἀνδρὶ εὐδοκιμέοντι διὰ πάντων δὴ τῶν Βασιλήων. VII. 83. κόσμον πλεῖστον παρείχοντο διὰ πάντων Πέρσαι. VIII. 69. Artemisiae τετιμημένη διὰ πάντων τῶν συμμάχων: conf. lib. I. c. 25. et VIII. 142. Talia praetermitti non debuerant *Porto*. Recte tuetur illud *Reisk*. in *Dionis Chrys*. Corinth. p. 458. ult. VALCK. — Immo unice verum erat τὰ πολλὰ π ά ν τ α, quod praeeuntibus probatis codicibus, quibus et noster *F.* accedit, merito *Schaeferus* recepit. Vide ad lib. I. 203, 7. notata. Ob eamdem, quae hic significatur, caussam divinis honoribus *Homerum* prosecuti sunt *Argivi*; quia *universam* qnidem carminibus suis illustravit Graeciam, ἔξοχα δ' Ἀργείους, ut est in Epigr. CDXCVII. T. III. Analect. Brunck. p. 256. *S.*

12. ἐκεῖνον δὲ λ ε υ σ τ ῆ ρ α) *Dio Chrys*. Pythiae istud responsum alludens Or. III. de Regn. p. 43. B. πολὺ δὲ μᾶλλον τύραννον καὶ λῃστῆρα, ὅ ποτε προσεῖπεν ὁ Ἀπόλλων τὸν Σικυώνιον τύραννον: unde *Casaubon*. λῃστῆρα *praedonem* hoc reponit loco; quem quidem sequi, etsi cupido adest, haud possum. Λευστὴρ *Suidae* in voce, ὁ καταλευσθῆναι ἄξιος, *dignus qui lapidibus obruatur*; qualis profecto Sicyonius iste Clisthenes: paullo diversior, neque alienus tamen, *Aeschyli* λευστὴρ μόρος, [*lapidationis supplicium*,] VII. c. Theb. vs. 205. At quidni λευστὴρ, *tyrannus*, φονεὺς, *cives lapidibus quasi cooperiens*,

uti in *Hesychio?* [ubi videndus *Alberti.*] Tale certe *Aeliani* apud *Suid.* ἵνα τὸν τῶν κακῶν αἴτιον καὶ λευστῆρα ἀφανίσωσι. Alibi crudelissimum Apollodorum, τὸν Κασσανδρέων λευστῆρα dabit idem *Aelian.* Hist. An. V. 15. WESS. — Et ipsa nominis forma activum postulare significatum videtur. *S.*

Ibid. ἐκεῖνον δὲ λευστῆρα) Primum ponam quae huc pertinent, notata *Casaubono*, Diatribe in *Dionis. Chrys.* p. 43. „*Cum ita scribit,* οὐκ ἂν εἴποιμι τὸν τοιοῦτον ἄρχοντα ἢ „αὐτοκράτορα ἢ βασιλέα· πολὺ δὲ μᾶλλον τύραννον καὶ λῃστῆρα, „ὅ ποτε προεῖπεν ὁ Ἀπόλλων τὸν Σικυώνιον τύραννον: *respicit ora-* „*culum a Pythia olim Clistheni redditum, Sicyoniorum tyran-* „*no. Herodotus* Terpsichore: - - - - ἐκεῖνον δὲ λῃστῆρα. *Edi-* „*tiones Herodoti praeferunt* λευστῆρα, *mendose.*" Sicut *Reiskio*, mihi quoque *Casauboni* placuit olim coniectura: apta *Regem* inter et *Latronem* videbatur oppositio: de se et Annibale Alexander apud *Lucian.* [Dial. Mort. XII. 5.] T. I. p. 386. οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεύς, οἷος δὲ οὗτος λῃστὴς ἐγένετο: ubi τοῦ - - - λῃστοῦ τῶν Ἑλλήνων e *Demosth.* (p. m. 81, 50.) mentionem fecit ὁ πάνυ. Nunc in *Herodoto* λῃστῆρα quidem legisse videtur *Dion;* sed alterum invenisse suspicor in suo Codice *Aelianum*, qui de Nat. An. V. 15. crudelissimum Cassandrensium tyrannum Apollodorum vocat τὸν Κασανδρέων λευστῆρα: et, ne hic quoque de vocis dubitemus sinceritate, faciunt ista *Suidae:* Λευστήρ, ὁ καταλευσθῆναι ἄξιος, τουτέστι λιθοβοληθῆναι. καὶ Αἰλιανός, ἵνα τὸν τῶν κακῶν αἴτιον καὶ λευστῆρα ἀφανίσωσι. *Digni qui in barathrum coniicerentur,* βάραθροι dicti sunt Atticis, vocem inprimis ὄλεθρος frequentantibus in istius modi sensum, aliasque nonnullas. Rarissima sunt πίδων, pro πιδῶν ἄξιος, et Τύμβε, pro ταφῆναι ἄξιε, quorum hoc in *Aristoph.* est Lys. vs. 372., illud habet *Eustath.* in Iliad. Θ'. p. 616, 43. [p. 725. ed. Rom.] qui in Od. Κ'. p. 391, 33. [p. 1654. ed. Rom.] Dorienses scribit τοὺς ἐπονειδίστους vocasse Φόνους, quasi dicerent ἄξια φόνου δεδρακότας. Tandem Λευστήρ proprie idem est ac λιθοβόλος: atqui hoc ipsum, sive λαβόλος, in eumdem alicubi sensum fuit a Grammaticis inventum; nam ista prostant apud *Hesych.* Λαβόλε, λιθοβόλε, ἄξιε λιθασθῆναι. Haec, ni fallor, etiam adversus *Casaubonum* tueri poterunt vulgatam in *Herodoto* lectionem; quam solus forsan interpretum Anglus, plerumque tamen Latina *Vallae* sequutus, optime hic

expressit, minus recte notatus Auctori *des Essais de Critique* p. 165. VALCK.

16. Μελάνιππον τὸν Ἀστακοῦ) Quid moverit amanuenses ad τὸν Ὀστακοῦ pingendum, non reminiscor, neque exputo: aliis omnibus Melanippi pater *Astacus*. *Astacides Menalippus*, sive, ex legitima *Barthii* coniectura, *Melanippus*, apud *Statium* Theb. VIII. 718. et *Ovid*. in Ibi vs. 517., ubi *Salvagn*. et *Burmannus*; adde *Valckenar*. ad Tragici Phoeniss. p. 784 seq. WESS. — In adpellativo nomine, pro ἀστακός, quod *cancri* quoddam genus est, vulgo Atticos vocali α cum ο permutatâ ὀστακὸς dixisse docet *Athenaeus* III. 105. b. Idem in proprio nomine fecit is qui primus Ὀστακοῦ h. l. pro Ἀστακοῦ scripsit. *S.*

22 *seq*. Μηκιστέα - - - Τυδέα) *Herodotum* more suo sequitur *Pausan*. IX. p. 745. *Mecistem* qui scripserunt, nihil erat adeo cur viro docto notarentur; non certe reprehenderet Ἀχιλλέα, Ὀδυσσέα, Περσέα, latine scribentes *Achillem*, *Ulyssem*, *Persen*. Forma nominum fuit Aeolica, Πέρσης, Ὀδύσσης, Ἀχίλλης: observante *Ios. Scaligero* ad *Propert*. p. 289. Duplici forma dicebatur Μηκιστῆς et Μηκιστεύς· Ἀντιφάτης et Ἀντιφατεύς. VALCK.

30. τραγικοῖσι χοροῖσι) Vero bene si concinat, Sicyonios *tragoediam invenisse* primos, Athenienses *consummasse*: (*Themistius* Or. XXVII. p. 337. B. Τραγῳδίας εὑρεταὶ μὲν Σικυώνιοι, τελεσιουργοὶ δὲ Ἀττικοὶ ποιηταί:) certa, inquam, ea si sint, *choris tragicis* ante Thespim Adrastus Sicyone honorari potuit. Ceteroqui Thespis, tragoediam Athenis docens Olymp. LXI. una generatione Clisthene tyranno iunior est. Dici posset, ante eam Olympiadem, qua *Alcestin* fabulam produxit, alias recitasse, ex *Plutarcho* et *Diogene Laërtio*: difficile tamen ad credendum, *tragicos choros*, quorum in Adrasti cultu vetus ante tyrannum usus, ex iuvenis poëtae rudi invento Sicyonem migrasse tam cito. Immo vero, si fallit *Themistii* fides, citra prolepsin quandam salvi non manebunt hi *chori*; quorsum inclinat R. *Bentleii* in Dissert. Phalar. Ep. p. 293. erudita explicatio. WESS.

CAP. LXVIII. 5. αὐτὰ τὰ τελευταῖα ἐπέθηκε) Quod αὐτὰ τὰ τελευταῖα intelligere se negat *Reisk*. atque idcirco miris modis sollicitat, retractatum intellexisset, *ipsam nominum terminationem* significari in -άται: ex vocibus enim

ὑός τι καὶ ὄνου (καὶ χοίρου) prodierunt Ὑᾶται, Ὀνεᾶται et Χοιρεᾶται. VALCK. — Nimia docti viri hariolatio, μετατιθεὶς αὐτοῖς ὀνόματα τὰ γελοιότατα ἐπέθηκε. Sincera est et durabit oratio, modo αὐτὰ, i. e. μόνα, τὰ τελευταῖα ἐπέθηκε, *solas* et non nisi *terminationes addidit*, explanetur, ut fine vocabulorum, ne audirent ὗες, ὄνοι, χοῖροι, differrent. Sic mecum sentiens *Abreschius*. WESS. — Potuerat *lin.* 4. καὶ χοίρου adiicere Scriptor, si libuisset; nec vero adiecto hoc vocabulo utique erat opus: quare quum ignorent illud libri omnes, non obtrudi debuit Scriptori ab Editore. *S.*

11 *seqq.* μετέπειτα μέντοι *etc.*) Quae de *mutatis* post Clisthenis excessum contumeliosis *titulis*, et revocatis Doriensium tribuum nominibus, lucem ex *Steph. Byz.* in Δυμᾶν et notatis *Hemsterhusii* ad Comici Plut. vs. 385. mutuantur. WESS.

12 *seqq.* ἐς τοὺς Ὑλλέας καὶ Παμφ. *etc.*) Nomina Sicyonii, quibus innotuerant ante Clisthenem, vetera revocarunt, Doriensium tribubus imposita. Apud *Steph. Byz.* voc. Δυμᾶν memorantur Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες: de quibus egerunt *Ti. Hemsterh.* ad *Schol.* in *Arist.* Plut. p. 114. et *Henr. Vales.* Emend. l. c. 32. Ad ista tria quartum nomen adiecerunt, secundum *Herodotum*, ab Adrasti filio ductum, Αἰγιαλέας. Sed, ipsam Sicyona dictam olim Αἰγιαλὸν vel Αἰγιαλοὺς, testis est *Strabo* VIII. p. 587. A. [p. 382. D. ed. Cas.] et *Pausanias* II. [c. 6.] p. 125. Ἀπὸ τούτου --- ἡ γῆ Σικυωνία, καὶ Σικυὼν ἀντὶ Αἰγιάλης ἡ πόλις ὠνομάσθη. Altera pars Peloponnesi maritima, ὅσα πρὸς θαλάσσῃ τῆς Ἀργείας, *Pausan.* II. p. 145., Ἀκτὴ dicebatur: vid. *Wess.* ad *Diodori* T. I. p. 507. T. II. p. 226.; incolae, οἱ τὴν Ἀργολίδα ἀκτὴν οἰκοῦντες. In parte septemtrionali ad maris litus (αἰγιαλὸν) habitantes Achaei praesertim, ut erant, dicebantur Αἰγιαλέες, sive Αἰγιαλῆες. Nonnulla dedit ill. *Ez. Spanh.* ad *Callim.* hymn. in Del. vs. 73. Accommodum heroico versui nomen apud Poëtas latius patuit: *Theocrit.* Eid. XXV. vs. 174. Ἔλπομαι οὐχ ἕτερον τόδε πλήμεναι Αἰγιαλήων. Ista prostant in *Etymolog.* M. p. 189, 5. Βασιλεύτωρ· --- Ἀντίμαχος ἐν πρώτῳ Θηβαΐδος --- οἵ οἱ ἔσαν βασιλεύτορες αἰπαλήων: ubi postremum nomen, omissum in Cod. Leid. msto, frustra tentabat *Sylburg.* Corrigi debet Αἰγιαλήων. VALCK.

CAP. LXIX. 6 *seq.* πρότερον ἀπωσμένον, τότε πάντα

etc.) Varie haec sollicitantur: mihi iuncturam sententiamque absolvunt schedae. Alioqui ordine vocum immutato ἀπωσμένον πάντων, τότε *etc.* arripi potuerat; ut *omnibus liberae civitatis iuribus depulsus* innueretur *populus.* [Probabilem hanc emendationem in contextum recepisse *Schaeferum* in Var. Lect. monui.] Maior difficultas in δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένεμε ἐς τὰς φυλάς: [*lin.* 10 *seq.*], *atque etiam decem demos distribuit in tribus*, ut *Valla.* Ergone decem duntaxat Athenis δῆμοι? et, si plures, quid factum illis? Longe autem eos denarium excessisse numerum, indices τῶν δήμων a *Meursio* collecti, et *Sponii Corsinique* diligentia egregie aucti, manifestant. Proinde δέκα *decem* non sibi τοὺς δήμους *populos*, sed φυλάς nectit. Clisthenes Athenienses δεκαφύλους fecit, et in *decem has tribus* omnes Atticos *populos* divisit. Vidit loci hanc sententiam *Ed. Corsinus*, Fastor. Att. T. III. p. 128. WESS. — Nempe naturalis verborum ordo talis concipiendus: καὶ κατένεμε τοὺς δήμους ἐς τὰς δέκα φυλάς. Studiosum *Herodoti* lectorem talia non admodum debent morari: quo magis miratus sum, etiam doctissimum *Valckenarium* in his haesisse; cuius vide Adnotationem proxime sequentem. *S.*

11. ἦν τε, τὸν δῆμον προσθέμενος) Quae *Galeo* sincera videbatur, non absurda certe lectio codicis *Arch.* ἦν τε, τῷ δήμῳ προσθέμενος, πολλῷ κατύπερθε τῶν ἀντιστασιωτέων, converti poterat: *eratque, cum populi se partibus adiunxisset, multo superior contrariae factionis fautoribus.* Hoc sensu frequentatur προσθέσθαι τινί: ego tamen et hic vulgatam praefero. Dum favebat optimatibus inprimis Isagoras, adversarius in administranda republica Clisthenes restituit plebis auctoritatem; quam, in imperio populari constitutam a Solone, Pisistratus filiique labefactaverant. Supra c. 66. Clisthenes τὸν δῆμον προσεταιρίζεται: in eamdem sententiam scribi potuit τὸν δῆμον προστίθεται, vel προσάγεται, vel προσποιεῖται: atque adeo hoc loco dici, τὸν δῆμον προσθέμενος, *cum plebem suam fecisset*, adversariis multo fuisse superior. Hoc idcirco genuinum iudico quia Herodoteum est; προσθέσθαι autem τινὶ apud Nostrum tantum dicuntur, qui alterius adstipulantur sententiae. *Amicos sibi conciliare* vel *adiungere* φίλους προστίθεσθαι dicitur I. 53. idem est cap. 56. προσκτήσασθαι φίλους: ista duo permutantur etiam lib. III. c. 74.

In *Thucyd.* VI. 18. προστιθέμεθα αὐτοὺς recte *Schol.* explicat. In iis, quae proxima praecedunt, insunt non sane pervulgáta, quale hoc videtur: [*lin.* 10.] δέκα δὲ καὶ τοὺς δήμους κατένειμε ἐς τὰς Φυλάς: an in singulas tribus decem demos contribuit? sed, qui ex decem huius temporis tribubus esse censerentur, demi nostris in libris memorantur circiter cxx. Conferenda certe sunt quae ex *Aristotelis* Repub. Athen. de Clisthene tradit *Schol.* in *Aristoph.* Nub. vs. 37. VALCK. — Vide proxime praecedentem Adnot. *S.*

CAP. LXX. 2. ἐπικαλέεται Κλεομένεα) *Pausaniae* III. [c. 4.] p. 212. Cleomenes στρατεύσας ἐπ' Ἀθήνας primâ quidem expeditione, *Herodoto* supra narratâ, laudem sibi dicitur civibusque suis peperisse; ὕστερον δὲ Ἀθηναίου χάριτι ἀνδρὸς Ἰσαγόρου, τυραννίδα οἱ συγκατεργασάμενος Ἀθηνῶν: ubi praestiterit συγκατεργασάμενος. Haec vero *tertia*, secundum Herodotum, *Cleomenis* fuit *expeditio.* [conf. ad c. 74, 6. et 76, 1. not.] Quod vero mox ait, τὸν δὲ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φοιτᾷν παρὰ τοῦ Ἰσαγόρεω τὴν γυναῖκα: hoc *Plutarchus* intactum non dimisit T. II. p. 860. D. Quod primum fecisse dicitur misso nuncio Cleomenes, ἐξέβαλε Κλεισθένεα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἄλλους πολλοὺς Ἀθηναίων, id respicit *Thucyd.* [I. 126.] p. 82, 96. hinc explicandus. VALCK. — Quam *tertiam Cleomenis expeditionem* adversus Athenas susceptam *Valckenarius* dicit, eam *Herodotus* cap. 74. et seq. exponit: sed, ut tertia illa, sic iam et secunda, de qua c. 72. agitur, in *Aristagorae* gratiam suscepta est. *S.*

7. ἐξέβαλε) *Expellendi conatum* et voluntatem indicat, ut saepe numero. Vide I. 68. III. 53. [Praecone misso Clisthenem multosque cum eo alios *urbe excedere iussit:* sed tunc quidem *unus Clisthenes* paruit mandato, reliqui in urbe manserunt. cf. c. 72, 1-5.] Τοὺς ἐναγέας [*lin.* 8.] et Κυλώνειον ἄγος, cuius Alcmaeonidae accusabantur, post *Herodotum* explicuit *Thucydides* lib. I. 126. accuratissime, ibique Cl. *Dukerus.* WESS.

CAP. LXXI. 2. ἦν Κύλων *etc.*) Quae huc spectant aliunde pleraque sunt notissima. Perpaucis *Herodoto* narrata *Thucydides* explicatius exsequitur, eleganter etiam et perspicue; sic ut hac in parte historici Principes a suo quisque more secessisse videantur: est enim passim noster ille *dulcis et fusus, densus et brevis Thucydides;* illius σύνθε-

σις ἡδεῖα καὶ καλή, huius αὐστηρά. *Thucydides*, iudice *Hermogene* p. 511. εἶπεν καὶ γλυκύτητα ἔχει, μάλιστα μὲν ὥσπερ ἀλλότριόν τι τῆς ἰδίας αὐτοῦ ἐκφαίνεται τὸ μέρος ἐκεῖνο. Sophista *Theon* in Progymn. p. 22. τὸ Κυλώνειον, inquit, ἄγος μᾶλλον τοῦ Ἡροδότου (καὶ Εὐφρονος) ἐξείργασται Θουκυδίδη. Si vulgaretur κατ' Εὐφρόνιον, ignotus nos non cruciaret historicus, cuius nomini substituendum adverbium suspicor, quod sensui conveniat. Sed hoc certe non dubitanter statuo, errasse Virum egregium, [*Dukerum* in Annot. ad Schol. Thucyd.] dum ipsi *Leo* in Scholiis ad *Thucyd.* esse videbatur *Leo Alabandensis vel alius.* Ad *Thucydideam* nempe de *Cylone* narrationem lib. I. c. 126. tres diversorum adnotatiunculas *Scholia* praebent in vs. 56. quarum postrema nugatoris est Graeculi, minime digna quae viros exerceret eruditissimos; secunda, ut est captus Grammaticorum, ista non inelegans: Ὅτι τοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Κύλωνα τὴν σαφήνειαν τινὲς θαυμάσαντες εἶπον, ὅτι Λέων ἐγέλασεν ἐνθαῦτα, λέγοντες περὶ Θουκυδίδου. Postrema virum clar. in his minus attentum revocasse debuerant ab errore: horridus *Thucydides* ob torvam veluti structurae faciem magistris istis *Leo* dicebatur, qui, dum in his facilis videretur et iucundus ὁ λέων, aiebant, ἐγέλασεν ἐνθαῦτα. Iudex idoneus *Dionysius Halic.* in Epist. ad Pomp. p. 210, 3. Καλαὶ μὲν αἱ ποιήσεις ἀμφότεραι· - - - διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο μάλιστα ἀλλήλων, ὅτι τὸ μὲν Ἡροδότου κάλλος ἱλαρόν ἐστι, φοβερὸν δὲ τὸ Θουκυδίδου. VALCK.

7. τῶν Ναυκράρων) Laurentii *Naucratiorum* mendosum et forte operarum peccatum est: sunt enim hoc de genere quam plurima in versionis editione principe. Nobiliss. *Palmerii* Ναυκραρίων spernunt *Aristoteles*, *Harpocratio*, et *Suidas*. Quinam Athenis olim Ναύκραροι fuerint, praeclare *P. Leopardus* Emend. lib. VII. c. 19. et post deinde *Maussacus* in *Harpocrat.* Ναυκραρικὰ conmonstrarunt. Cur autem ἔνεμον placuerit, adscripta lib. I. 59. docebunt. WESS.

Ibid. οἱ πρυτάνιες τῶν Ναυκράρων) Ut *Magistratus* antiquitus Ναυκράρους dictos doceat, citat hunc locum *Harpocration.* Apud *Thucyd.* [I. 126.] p. 81, 88. dicuntur Cylonem et sodales ἀναστῆσαι οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακήν: custodiendos autem commiserant τοῖς ἐννέα Ἄρχουσι: τότε δὲ, addit, τὰ πολλὰ τῶν πολιτικῶν οἱ ἐννέα Ἄρχοντες ἔπρασσον. Haec

non satis perspicio quo modo eum Grammaticorum possint observatis conciliari περὶ Ναυκράρων, quae prae ceteris diligenter collegit *Leopard.* Em. VII. 19. nisi statuatur, in his etiam ab *Herodoto* diversum auctorem sequutum *Thucydidem*. *Pausaniae* VII. [c. 25.] p. 588. οἱ ἔχοντες τὰς ἀρχὰς διέφθειραν τῆς Ἀθηνᾶς ἱκέτας τῶν Κύλωνι ὁμοῦ τὴν ἀκρόπολιν καταλαβόντων. VALCK.

7 seq. ὑπεγγύους πλὴν θανάτου) Non male *Valla*; quem *Portus* haud circumspecte deseruit, vertendo, *qui Athenas, suae potestati subiectas, incolebant, excepta capitis poena.* Namque ὑπεγγύους non ad Ἀθήνας referendum, sed τούτους ἀνιστᾶσι, pingendaque ὑποστιγμὴ post Ἀθήνας. Cylonei dira fame pressi ex arce *accepta fide incolumitatis* descenderunt, ita tamen ut iudicio se sisterent, sive ἐπὶ δίκῃ, quemadmodum *Plutarchus* in Solone. Pactum illud de incolumitate, πίστιν τῆς σωτηρίας ἐχέγγυον alia in re *Dio Cassius*, memorat clarissime *Thucydides* lib. I. 126. ἀναστήσαντες δὲ αὐτοὺς - - ἐφ' ᾧ μηδὲν κακὸν ποιήσουσι: *quum induxissent eos, ut descenderent, hac conditione, nullo se eos malo adfecturos:* atque haec supplicum privilegia olim. Ἀλλ' ὥσπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον Ῥύου με κἀκφύλαττε, propterea *Oedipus Colon.* in *Sophoclis* fabula vs. 275. Verum haec uberius, *Herodoti* mentem optime assecutus, Cl. *Dukerus* ad *Thucyd.* dictum lolum. WESS.

CAP. LXXII. 17. πρὶν ἢ τὰς θύρας αὐτὸν ἀμεῖψαι) *Priusquam intraret.* [potius, *priusquam intrasset.*] *Aeschylus* Choëph. vs. 569. Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βηλὸν ἑρκείου [ἕρκειον] πυλῶν: *Si limen transiero.* Cultum et *Theophylacti* Epist. VII. τὸν ἀδελφιδοῦν ὑπερορᾷς θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντα. Haec tamen convertentur, ubi in aedibus agens facessere et exire iubetur. *Sophocl.* Philoct. 1256. Ἔξελθ' ἀμείψας τάσδε πετρήρεις στέγας. *Euripides* Elect. 750. ἄμειψον δώματα, *exi.* Ceterum quae superius φήμη, ea mox κληδών, [*lin.* 21.] sive, ut lib. IX. 9. κληδών: differunt enim nihil, itaque de *admonitu* non bene *Valla*. Vid. *Odyss.* Υ'. 100. WESS.

22. ἐξέπιπτε μετὰ τῶν Λακεδ.) Huc spectat *Aristophan.* Lysistr. vs. 273. οὐδὲ Κλεομένης, ὃς αὐτὴν (τὴν ἀκρόπολιν) κατέσχε πρῶτος, Ἀπῆλθεν ἀψάλακτος· ἀλλ', ὅμως Λακωνικὸν πνέων, Ὤιχετ' ὅπλα παραδοὺς ἐμοί. VALCK. — Ἐξέπιπτε *Valla, a proposito decidit: excidit,* Gronov. Possis, *pulsus, eiectus est;*

certe, *excedere coactus est.* (conf. supra *lin.* 12.) Sic VIII. 141, 4. ἐκπίπτειν ἐκ Πελοποννήσου ὑπὸ Μήδων. Mox κατέδησαν τὴν ἐπὶ θανάτῳ, scil. δέσιν: conf. ad I. 109, 2. notata. *S.*

24. Τιμησίθεον τὸν ἀδελφεόν) Ne quis in posterum *Isagorae*, vel alterius, in Timesitheo *fratrem*, quaerat, spero equidem Τιμησίθεον τὸν Δελφὸν *Herodoto* restitutum iri ex veraci *Palmerii* coniectura, a Clar. *Wess.* firmata in Diss. *Herod.* p. 165. Δελφοὶ et ἀδελφοὶ alibi quoque male inter se permutantur. VALCK. — *Fratrem eius* Laurentius ex coniectura; nam αὐτοῦ, quod nullis in codicibus, legisse, non opinor. Macula τὸν ἀδελφεὸν foedavit turpis, vixque mihi tempero, quin ea detrita τὸν Δελφὸν ex Nob. *Palmerii* admonitu, siquidem nihil certius, refingam. Rem constituet *Pausanias*, Τιμασίθεον τὸν Δελφὸν, Isagorae amicum, in occupanda arce Attica adiutorem, et capite propterea poenas dantem, clarissime describens lib. VI. 8. Vitii origo in scribarum socordia, ἀδελφὸν et Δελφὸν confundentium, veluti in *Plutarchi* T. II. p. 825. B. et *Photii* Bibl. p. 481, 30. Veritatem utrobique *Xylander* et *H. Steph.* perspexerunt, quos simili in re duces habeo. WESS.

25. καὶ λήματος) Semper ita veteres de *fiducia animique praesentia.* Λῆμμα, *captura* illis, et *lucrum*; quod scriptionis affinitate saepe prius incrustavit. Testantur editi et scripti libri passim. Herodotei mssti omnibus locis perbene. *Gronovius* tamen, quoniam Florentiae auspicium negabatur, novare ausus non fuit lib. VII. 99. errorem agnoscens, quae et *Porti* doctrina. Confer ad *Diodor.* II. 58. et in primis *Graevium* in *Luciani* Soloecist. c. 5. *Valckenar.* ad *Ammon.* lib. II. c. 15. et *Pierson.* in *Moerid.* p. 246. WESS.

CAP. LXXIII. [5. γάρ σφι Λακεδαιμονίους --- ἐκπεπολεμῶσθαι) De praepositione πρὸς, ante Λακεδ. perperam vulgo intersertâ, a nobisque abiectâ, vide quae in *Var. Lect.* monuimus. Quisquis et Herodoti et aliorum Scriptorum loca consideraverit, quae vel ibi a nobis, vel a *Wesselingio* ad III. 66, 11. vel a *Valck.* ad *Ammon.* lib. I. c. 18. vel ab aliis viris doctis ad *Moeridem* p. 305. et ad *Thomam Mag.* p. 703. citata sunt, non dubitaverit, puto, temere vulgo invectam illam voculam fuisse. *S.*]

10. ἀπεκορύφου) *Suidas* προφανῶς ἔλεγεν explicat *Hesychius* εἰς κορυφὴν (τὸ τέλος) ἦγεν: ubi Cl. viri *Küsterus* et *Al-*

berti. Verius erit, *summatim dixit.* Κορυφούμενος εἰς ἓν ἀριθμὸς, unam qui in summam cogitur, in Epigr. *Alcaei* Anthol. lib. III. p. 331. [Analect. Brunck. T. I. p. 492. num. XXI.] συγκορυφῶσαι τὴν διήγησιν, summatim absolvere, *Dionys. Halicarn.* T. II. p. 140. At in *Polybio* notione diversa de Arare et Rhodano, insulam suo concursu fastigantibus, ἀποκορυφοῦσι αὐτῆς τὸ σχῆμα κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν, lib. III. 49. Habet nonnulla ad *Theophrasti* Charact. c. 2. *Duportus*, non mala, sed ex *Aem. Porti* Lexico. WESS.

CAP. LXXIV. 6. ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα) Hoc fecisse secundum alios credebatur Cleomenes, dum ex Athenarum arce, quam ceperat, eiectus, et dimissus ὑπόσπονδος, in Peloponnesum rediret: vid. *Pausan.* III. p. 212. In *Scholio* veteri in *Aristoph.* Lys. vs. 273. qui τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε, Cleomenes, πολιορκηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἀφεθεὶς ὑπόσπονδος, ἀπιὼν οἴκαδε πάλιν Ἐλευσῖνα κατέσχε: tum facinoris istius cum Cleomene socii cives Attici dicuntur a libertatis statoribus poenis subiecti, quibus patriae solebant affici proditores; aeneam columnam cui illorum inessent nomina, ἔστησαν ἐν πόλει παρὰ τὸν ἀρχαῖον νεών: ubi per πόλιν *arx* est intelligenda: sic *Thucydidi* lib. VI. p. 412, 33. memoratur ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα: alibi apud eumdem legitur στήλας στῆσαι --- ἐν πόλει παρ' Ἀθηνᾷ. vid. Celeb. *Hemsterh.* in *Aristoph.* Plut. p. 261. VALCK. — Nullam equidem alios inter auctores et *Herodotum* ea in re, de qua hic agitur, video dissensionem. Superiorem *Cleomenis* adversus Athenas expeditionem, qua mox arce occupata eiectus domum rediit, l. c. prorsus silentio praeteriit *Pausanias.* (conf. ad c. 70, 2. et ad 76, 1. notata:) *Scholiastes* vero *Thucydidis*, non (ut *Valck.* ait) *dum --- in Peloponnesum rediret;* sed, *postquam in Peloponnesum rediisset Cleomenes*, denuo Atticam invasisse eum tradit, cum *Herodoto* planissime consentiens. *S.*

8. Ὑσιάς) *Harpocrationi*, *Steph. Byz.*, *Suidae* Ὑσίαι πόλις Βοιωτίας: [apud *Steph.* quidem etiam Ὑσία, sing. numero:] a quibus non abit *Pausanias*, Ὑσιῶν καὶ Ἐλευθερῶν, urbium olim Boeotorum, ἐρείπια ad Cithaeronem describens IX. 2. Qui quidem quin has *Hysias* in animo habuerit, dubium nullum: nam *Herodoti* Hysiae non longe ab Eleutheris

iuxta Cithaeronem lib. VI. 108. et IX. 15. et 25. etiam in *Plutarchi* Aristide, ut alias ostendetur. An *Hysiae*, Boeotorum finibus proximae, conditionem mutarunt, et lapsu temporis Atticae esse desierunt? Ita videtur: *Herodoti* aetate in Atticis populis censebantur. Vide quoque *Wasseum* ad *Thucydid.* lib. III. c. 24. WESS.

Ibid. Οἰνόην αἱρέουσι καὶ Ὑσιάς) Ὑσιὰς qui demum dixerit Attices, neminem habuit *Meursius*, praeter *Herodotum:* ego ne *Herodotum* quidem dixisse suspicor. *Oenoë* pagus Attices, qui hic venit in censum, Eleutheris erat, adeoque Boeotiae, conterminus, δῆμος ἔσχατος τῆς Ἀττικῆς. Huius pagi situm definiverunt viri summi *T. Hemst.* ad *Lucian.* p. 438. et *P. Wess.* ad *Diodor.* I. p. 305. Inter Oenoën et Hysias, praeter Eleutheras, mons Cithaeron interiacebat. Plataeis Thebas abeuntibus ad dextram erant Hysiae et Erythrae, quas omnes Boeotiae contribuunt, etiam aetate *Herodoto* proximi: ipse quin etiam *Herod.* VI. 108. et IX. 15., ubi Mardonius παρῆκε τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων, (non Ἐρυθραίων, *Erythraeis;* sed *Erythris;*) κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν: et cap. 25. ἤϊσαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος περὶ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν. Apud *Thucyd.* III. 24. Plataeenses primum viam ingressi, quae recta Thebas ducebat, illinc deinde, divertentes ad dextram, iter Cithaeronem versus flectebant ἐς Ἐρυθρὰς καὶ Ὑσιὰς, tandem monte superato venerunt in Atticam. Ferri nequit quod legitur in eadem historia apud *Polyaen.* VI. c. 19, 3. οἱ Πλαταιεῖς, ἐκ τῆς Θηβαϊκῆς ἐκκλίναντες, ἐπανῆλθον ἐς τὰς Θήβας κἀκεῖθεν Ἀθήναζε διεσώθησαν: corrigendum puto ἐπανῆλθον ἐς Ὑσιάς. Ad *Thucyd.* plura dedit de Hysiis *Wasseus*, alterum etiam *Herodoti* locum; omisit quem minus forsan emendate scriptum legerat, *Eurip.* in Bacch. vs. 750. ad Asopum collocantis Ὑσιάς τ' Ἐρυθράς θ', αἳ Κιθαιρῶνος λέπας Νέρθεν κατῳκήκασιν. Ex *Harpocr.* constat *Boeotiae* Ὑσιῶν *Euripidem* etiam mentionem fecisse in Antiope, quae geminos, ut notum, in monte Cithaerone pepererat. Haec si benigno vultu fuerit ab hominibus eruditis excepta dubitatio, coniecturam periclitabor super Attices pago, qui hic commemorari potuerit. VALCK. — Suam super eo pago coniecturam, quam hic silentio pressit Vir doctus, an alibi aperuerit, compertum non habeo. *Larcherus* in Adnot. ad h. l. Φυλὴν

se pro Τεγέας maluisse professus est: at ea quidem nimis violenta novatio foret. *S.*

CAP. LXXV. 2 *seqq.* Κορίνθιοι μὲν πρῶτοι --- μετεβάλλοντο) Ob unius ego Codicis dissensum non sollicitassem olim vulgatum μετέβαλλόν τε καὶ ἀπαλλάσσαντο: id est μεταβαλόντες (vel μεταβουλευσάμενοι) ἀπηλλάσσοντο: praesertim cum veteribus et *Herodoto* Μεταβάλλειν, ut Latinis *mutare*, pro *mutari* et μεταβάλλεσθαι, frequenter adhibeatur: vid. *Gataker.* in *M. Antonini* V. 13. Hic *Herodoto* tradita multis enarrans *Schol.* mstus in *Aristid.* οἱ Κορίνθιοι, inquit, ἅτε δὴ εὐσεβεῖς ἤρξαντο ἀναβαλλέσθαι τὴν συμμαχίαν, φάσκοντες μηδὲν ἀδικεῖσθαι ὑπ' Ἀθηναίων. Lector *Herodoti* diligens de Corinthiis scribit *Dio Chrys.* in Corinthiaca p. 459. A. quod *Casaub.* veretur *ne sit* ἀνιστόρητον, *et e librarii menda, non auctoris mente:* mihi facili nominis Isagorae transpositione cum historia *Dion* in concordiam videtur posse redigi, si dicantur Corinthii, τὰς Ἀθήνας ἀπὸ τῶν τυράννων ἐλευθερώσαντες, πρότερον μὲν ἀπὸ Ἱππίου, ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεομένους καὶ Ἰσαγόρου· καὶ μετὰ ταῦτα, ὡς αὐτοὶ πρᾶγμα ποιεῖν ἐπεχείρουν Ἱππίον (Λακεδαιμονίοι· hic nomen Ἱππίου idem valet ac τυράννου·) καὶ τυραννίδα τῆς Ἑλλάδος καθίστασθαι, πρῶτοι μὲν αἰσθόμενοι, μάλιστα δὲ ἀλγήσαντες, ἡγεμόνες τοῖς ἄλλοις τῆς ἐλευθερίας καταστάντες. Ex his tribus postremum spectat non sane tempora recentiora, quibus a Lysandro captas Athenas cum Thebanis Corinthii *delendas esse* censebant; sed *Herodoto* narrata c. 91. et 93. Secundum ad hanc pertinet expeditionem. Primum non commemorat *Herod.* c. 64. in Corinthios interdum magis, quam decebat historicum, iniurius: Cleomenis tamen in exigendo Hippia Corinthios etiam adiutores fuisse verisimillimum faciunt in sequentibus narrata. VALCK.

11. παραλυομένου δὲ τουτέων τοῦ ἑτέρου) Manifesta haec *altero de rege*, soluto lege et necessitate expeditionis. Alia omnia Cl. *Gronovius*, cui equidem calculum non addo. In *altero Tyndaridarum*, *domi relicto*, magna obscuritas. Nob. *Palmerius* Exercit. p. 26. *Tyndareos* vel *Tyndaridas* hic [*lin.* 12.] dici suspicatur, *non quod de stirpe Tyndarei nati forent*, *sed quod Castoris et Pollucis Tyndaridarum, in numerum divorum relatorum, erant sacerdotes et* ὑποφηταί; dubitans tamen, neque inmerito: nullus enim hariolationi auctor, color nullus. Haec vide: *Tyndaridae* semper Casto-

res sunt, lib. IX. 72. quos Spartani auxilium flagitantibus non nunquam, ut suppetias ferrent, dederunt. Locri certe Epizephyrii, cum bellum Crotoniatarum horrerent, ἔπεμψαν, verba sunt *Zenobii* Cent. II. 17. εἰς Λακεδαίμονα συμμαχίας δεόμενοι. Responsum legatis fuit, non se copias daturos, τοὺς δὲ Διοσκούρους sive *Castores* missuros: quibus consona *Eustath.* in *Hom.* p. 268, 6. Spartae itaque *Castor et Pollux* rei militari auspicia dabant. Iam duo cum essent, sicuti totidem reges civitatis, aequum videbatur, ut regum altero domi manente, alter dumtaxat Tyndaridarum in expeditionem assumeretur: accedebat fortasse forma et habitus signi, quo indigetabantur apud *Plutarch.* περὶ Φιλαδελ. pr. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται ΔΟΚΑΝΑ καλοῦσι: additur, fuisse δύο ξύλα παράλληλα δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα, *duo ligna aequaliter distantia, duobusque transversius iuncta.* Quae quidem in castra si fuerint portata, uno Tyndaridarum cum rege in bellum pergente, disiungi necesse fuit. Atque haec, ubi probabuntur, obscura dispellent. WESS.

12. τῶν Τυνδαριδέων τὸν ἕτερον) *Palmerium* miror, *ignorare se prorsus*, fatentem, *qui fuerint isti Tyndarei;* Castores enim *Palmerius*, sive Therapnaeos *Tyndaridas*, si quis alius, habebat certe notissimos. Fratres isti, eximia Spartae religione culti, in sermone quoque quotidiano dicti τὼ Σιώ, quia concordes regnaverant, a Regibus ad bellum simul exeuntibus, ut arbitror, boni ominis gratia, et *velut auxiliatores* solenniter *evocati*, binos Imperatores comitari credebantur: Σωτῆρες (ὄντες,) κἀγαθοὶ παραστάται, a nescio quo Tragico dicti apud *Aelian.* Var. Hist. I. 30. Πρότου γὰρ δή, inquit *Herodotus*, καὶ οὗτοι ἀμφότεροι ἐπίκλητοί σφι ἐόντες εἵποντο. Regum imperatorum concordià Demarati secessione violatà, hanc tulerunt *legem* Spartiatae, *ut in posterum alter tantum Regum educeret exercitum; alteri* autem *Regi, qui domi maneret, Tyndaridarum etiam alter veluti custos relinqueretur et tutelaris.* Alteram legis partem *Cragius* hinc attigit de Rep. Lac. lib. IV. c. 4. Tyndaridas *Cragius* et *Meursius* suo loco reliquerunt. Ut alibi, sic Spartanis etiam Castores dimicantibus adfuisse credebantur salutares: *adfuturos proeliantibus persuasit* Archidamus, *Frontin.* I. c. XI, 9. *Polyaen.* l. c. 41, 1. ὡς οἱ Διόσκουροι συμμαχήσοντες

ἥκοιεν. Apud eumdem II. c. 31, 4. Lacedaemonii sibi persuadent, Διοσκούρων ἐπιφάνειαν γεγονέναι: vicina corrigit *Hemsterh.* in illa luculenta de Castoribus adnotatione ad *Lucian.* [Deor. Dial. XXVI. 1.] p. 284. Apud *Herod.* V. 80. auxiliares petentibus Thebanis suos heroas Aeginetae ἐπικουρέειν τοὺς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν, quorum auxilium imbecillum experti Thebani τοὺς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπεδίδοσαν, τῶν δὲ ἀνδρῶν ἐδέοντο: ad istum locum, *Iustini* quaedam excitat Clar. *Gronov.* ex lib. XXII. c. 2. quae huc vel in primis pertinent. VALCK.

CAP. LXXVI. [1. *seqq.* Τέταρτον δὴ τοῦτο *etc.*) Poterat πέμπτον dici: nam, singula si reputes, *quinta* haec fuit expeditio. De prima, quae *Codro* regnante accidit, quam uno solum verbo tangit Scriptor noster, videndus praeter alios *Pausanias* lib. I. c. 39. p. 95. *Secundam*, duce Anchimolio parum felici successu susceptam, exposuit Noster cap. 63. *Tertiam*, quae prima fuit *Cleomenis* in Atticam expeditio, qua ex Attica profugere coacti sunt *Pisistratidae*, exposuit idem cap. 64. et seq. Iam quarta numerari expeditio poterat ea, quae secunda *Cleomenis* fuit; qua arcem Athenarum Cleomenes occupavit: (cap. 72.) sed quoniam exiguam admodum manum (c. 72, 3.) tunc secum Cleomenes habuit, et paucos post dies excedere Atticà coactus est; illius nunc expeditionis *Herodotus* (quemadmodum etiam *Pausanias*, loco in Adnot. ad c. 70, 2. citato) rationem non habet: et *quartam Doriensium expeditionem in Atticam susceptam*, illam numerat quae c. 74. et 75. exposita est. *S.*]

CAP. LXXVII. 4. τοὺς Βοιωτοὺς) τοὺς βοηθοὺς parum abest quin probem. Vitabitur ita toties iterata Βοιωτῶν mentio, auribus minime iucunda. Atticas autem has contra Boeotos et Chalcidenses expeditiones ad *Herodoti* exemplum floride ornavit *Himerius* Eclog. p. 44. ed. *Steph.* Rhetoris locum adscripserat *St. Berglerus.* WESS.

11 *seq.* ἐπὶ τῶν ἱπποβοτέων τῇ χώρῃ) Optime *Plutarch.* in Camillo p. 164. F. Χαλκιδέων δὲ τοὺς ἱπποβότας λεγομένους, πλούτῳ καὶ δόξῃ διαφέροντας, ἐξέβαλεν *Pericles*; cui cum congruat *Strabo* X. p. 685. c. [p. 447. B. ed. Cas.] et *Aelian.* Var. VI. 1. laudo instauratum eorum ex msstis titulum. Fuerunt iidem haud dubie et ἱπποβάται, sed plus priore

indicatur. *Scholiast.* ad *Eurip.* Orest. 1001. Ἀτρέως ἱπποβότα, ἵππους τρέφοντος, καὶ ἵππους ἐπιβαίνοντος: qui mihi tali glossa significat, in aliis Tragici exemplis Ἀτρέως ἱπποβάτα fuisse, sicuti *Sophocl.* Aiac. vs. 620. οἰοβότας, et Philoct. 217. ἀγροβότας variabatur olim. Dices, disputatis haud parum nocere ἱπποβοτέων Chalcidensium commemorationem lib. VI. 100. sed aliter habet res, ex Codicibus promulganda: neque ergo male Cl. *Abr. Gronov.* ad *Aelianum.* Restat τῶν κληρούχων numerus, longe in *Aeliano* minor. Δισχιλίους ex scriptis viri celeb. *Perizonius* et *Iac. Gronovius* Praef. ad T. IV. Thes. Ant. Graec. expulso vetere τεσσαράκοντα, probant et urgent, opinati insuper satis eum amplum videri, *Herodoti*que τετρακισχιλίους (sic *Gronovius*) partim in *Hippobotarum* agros, partim aliorsum commigrasse: quam recte, non indico. *Aeliani*, sedulo ut dicam, τεσσαράκοντα, ubi nota numerali pingantur, ex *quatuor* Nostri *millibus* progigni facili potuerunt partu. WESS.

12. οἱ δ' ἱπποβόται ἐκαλέοντο οἱ παχέες) Equidem non opinor sic ab *Herodoto* potuisse scribi; sed, articulo omisso, ἱπποβόται δὲ ἐκαλέοντο οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων: quod supra iam indicavi in lib. I. c. 180. Forma nominis ista, ἱπποβόται hic erat in *Flor.* Cod. [quam recepit quidem, sed] cuius tamen bonitatem vir clar. non [diserte in Notis] commendavit; memor, ut puto, alterius loci VI. 100. ubi ad vulgatum, τῶν ἱπποβοτέων Χαλκιδέων, nihil ex *Med.* reperiebat enotatum. Ad *Aelian.* Var. Hist. VI. 1. incerti fluctuant, utrum opulentiores inter Chalcidenses ἱπποβόται dicti sint, an ἱπποβάται. Sequor iudicium utriusque *Gronovii*, suffragantium *Casaubono*; pauca quidem attulit is ad *Strabon.* sed quibus mea saltem opinione planissime demonstravit dictos ἱπποβότας. Ne *equites* quidem commode dici potuisse putem ἱπποβάτας: sed, ut οἰοβότης, αἰγιβότης, sic *qui equos aleret*, erat ἱπποβότης. *Quorum* autem *census equis alendis sufficeret*, atque adeo *opulenti*, vocabantur apud Chalcidenses ἱπποβόται. Comparari quodammodo possunt οἰκίαι τεθριπποτρόφοι: [Herod. VI. 35, 3. et 125, 26.] Rarius illud *Antigoni Carystii* de patre Polemonis apud *Diogen. Laert.* IV. 17. illum τῶν πρώτων τε εἶναι πολιτῶν καὶ ἁρματοτροφῆσαι: nam sic ista scribenda sunt. Qui Athenis olim opibus eminebant γεωμόροι, qui Syracusis et alibi, γαμόροι di-

cebantur: non sane *rusticos* ista vox notat aut *aratores*, sed *agrorum possessores*; quales hodiedum in Frisia nostra rempublicam gerunt. In Thessalia T. Quintius Flamininus *potentiorem eam partem civitatum fecit, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat:* haec ubi scribit non protrita *Livius* XXXIV. 51. tacent commentatores. VALCK.

15. ἐς πέδας δήσαντες) Herodoteum ἐμπεδήσαντες monstrat non esse deterius ἐν πέδαις δήσαντες, quod hic habet *Arch.* Istas πέδας in arce dedicatas memorat hinc *Schol.* mstus in *Aristid.* Panathen.; historiam ex *Herod.* lib. 5., quem citat, enarrans. Athenienses ibi Boeotos vicisse dicuntur καὶ Χαλκιδέας τῆς αὐτῆς ἡμέρας· ἀνέθηκάν τε τοὺς παῖδας (τὰς πέδας leg.) ἐν ἀκροπόλει, αἷς τοὺς αἰχμαλώτους ἔδησαν, καὶ χαλκεῦς τεθρίππου (leg. χαλκοῦν τέθριππον) ἀπότισιν τῶν λύτρων. Istae πέδαι ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ, inquit *Herod.* [*lin.* 18.] ἔσαν περιεοῦσαι, κρεμάμεναι ἐκ τειχέων περιπεφλευσμένων. Multa notat ad postremum illud *Portus*: sincera scriptio videtur περιπεφλοισμένων πυρὶ, a περιφλοίζειν: περιπεφλογισμένων forte legit *Valla*. In ista forma loquendi alibi habet σῶον: ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν σῶον, II. 181. IV. 124. VIII. 39. Ut hic, [sic fere] lib. I. c. 66. αἱ πέδαι, ἐν τῇσιν ἐδεδέατο, ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν σῶαι ἐν Τεγέῃ, περὶ τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης κρεμάμεναι. VALCK.

15. χρόνῳ δὲ ἔλυσαν) Eliminavi ὕστερον, obsecutus codicibus; neque sane necessaria eius hic praesentia. WESS.

16. διμνέως ἀποτιμησάμενοι) *Pollux* δίμνως legit, sicuti εἰκοσίμνως de viginti minis apud *Lysiam*. Vide *Kühnium* et *Iungermann.* [Conf. *Var. Lect.* h. l.] Erant autem *binae minae* sollemne in singulos captivos redemtionis pretium apud Graecorum multos. vide lib. VI. c. 79. Porro [*lin.* 19.] τειχέων περιπεφλυσμένων malebat Cor. *de Pauw*, ob Comici, suspicor, τοὺς δὲ ζῶντας περιφλύει, Nub. vs. 395. Rectius *Portus*: φλέω, φλύω, φλεύω, quo fonte alia manarunt plura, auxilio advocavit. WESS.

27. δισμῷ ἐν ἀχλυοέντι) Docta *Gronovii* cura lucem et auctoritatem *Medic.* ἀχνυνθέντι quaesivit, nato fortasse errantis calami ductu ex vulgato, ut *Hesychii* ἀχλυθέσσης ex ἀχλυοέσσης. Sequentia [*ibid.*] dicto *Heracliti*, Ὕβριν χρὴ σβεννύειν μᾶλλον ἢ πυρκαϊὴν, apud *Diogen.* IX. 2. firmantur; et *currus aereus* ex decimis Chalcidensium et Boeotorum *Pausan.* I. 28. WESS.

CAP. LXXIX. 3. ἐς πολύφημον) *Concionem sive coetum*, recte *Pauw* et *Reiskius*. Poëta Odyss. Β'. 150. Ἀλλ' ὅτε δὴ μέσσην ἀγορὴν πολύφημον ἱκέσθην: ad quae *Hesychius*, πολύφημον, πολύφωνον, ἐπιθετικῶς· ἢ ἐκκλησία, [fors. ἤγουν ἐκκλησίαν,] ἐν ᾗ πολλαὶ φῆμαι καὶ κληδόνες εἰσίν. Pythia more suo ambigue respondet. WESS. — *Homereum* illud consultoribus non fuit obscurum, oraculum usitato more referentibus *ad populum:* oraculum οἱ θεοπρόποι ἀπήγγελλον ἐς τὸν δῆμον, *Herod.* VII. 142. Hoc alibi *Nostro* dicitur ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον: *Thucydidi*, ἀνενεγκεῖν ἐς τὸν δῆμον. VALCK.

CAP. LXXX. 3. τὸ μαντήϊον) Sic praestat; idem lib. II. 152. Opportune Critici in *Pindari* Nem. Od. IV. 30. Θήβη γὰρ καὶ Αἴγινα, Ἀσωπίδες· καὶ φασὶ Θηβαίοις πολεμοῦσιν Ἀθηναίοις ἐκπεσεῖν λόγιον, τοὺς συγγενεῖς ἑλέσθαι συμμάχους· δι' οὗ τοὺς Αἰγινήτας ἑλέσθαι, hac forte ex narratione. WESS.

10. τοὺς Αἰακίδας συμπέμπειν ἔφασαν) Etsi haec priscae superstitionis pars in densa sit caligine, συμπείθειν *Med.* et *Ask.*, docte a celeb. Viro expositum, recepto non antepono. Spartanorum Locrensibus responsum apud *Zenobium*, de quo superius, [Adn. ad c. 75, 12.] τοὺς δὲ Διοσκούρους αὐτοῖς ἐπιπέμψουσιν, stat contra istos Codices: tum, quod continuo subsequitur, τοὺς μὲν Αἰακίδας σφι ἀπιδίδοσαν, eosdem, quo tandem cunque modo, accepisse innuit Thebanos. Accedat *Philostrati* illud, Heroic. lib. XIX. p. 743. ἐπειδὴ ναῦς ἐς Σαλαμῖνα ἐξ Αἰγίνης ἔπλευσεν, ἄγουσα ἐπὶ συμμαχίᾳ τοῦ Ἑλληνικοῦ τὸν τῶν Αἰακιδῶν οἶκον. Advexit itaque ea navis suppetias Graecis *Aeacidas*. Atque hoc est, quod lib. VIII. 64. perscribitur, missam tum fuisse navem ἐπὶ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας in Aeginam, quam reducem dabit c. 84. Hoc amplius; Locri Italiotae Aiacem, Oilei F., inpetrarunt ab Opuntiis apud *Pausaniam* lib. III. 19. simili consilio; cui quidem cum in instructa acie χώρην κενὴν, *vacuum locum*, Locri reliquerint, teste *Conone* Narrat. XVIII. utique probabile accidit, arcessitos hos supplicationibus Heroas fuisse et in speciem abductos, ut omen praelio et spem praesidii praeberent. *Plutarchus* certe pugna Salaminia Aeacidas παρακεκλημένους εὐχαῖς πρὸ τῆς μάχης ἐπὶ τὴν βοήθειαν in Themist. p. 119. E. perhibet, propositis auctoritatem concilians. Hinc ἐπεκαλέοντο Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος lib. VIII. 64. et ἐπίκλητοι Tyndaridae supra c. 75. h. e. σύμμαχοι, *Hesychio* interprete. WESS.

CAP. LXXXI. 6. ἐχούσης ἐς Ἀθηναίους) Hoc fastidire non debui. Talia lib. VI. 2. ταῦτα ἐς τὴν ἀπόστασιν ἔχοντα: et cap. 19. τὸ μέν νυν ἐς αὐτοὺς Ἀργείους ἔχον *oraculum:* denique VIII. 144. τὴν προνοίην, τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν. Sic schedae: prius erat, hoc ut loco, τὴν πρὸς ἡμέας ἐοῦσαν. WESS.

Ibid. ἐούσης πρὸς Ἀθηναίους) Ex duobus minimum Codicibus enotata lectio, ἔχθρης - - ἐχούσης ἐς Ἀθηναίους Herodotea videtur, ἔχειν ἐς saepius in aliis locutionibus frequentantis. Hic illa ἔχθρη c. 82. dicitur προοφειλομένη ἐς Ἀθηναίους: infra VI. 65. ἔχθρη memoratur Leotychidae ἡ ἐς τὸν Δημάρητον. τὴν ἔχθραν ἐς τοὺς Ἀργείους dixit *Thucyd.* p. 142, 9. quem scripsisse suspicor p. 103, 94. οὕτως ὀργῆς εἶχον οἱ πλείους ἐς τοὺς Ἀθηναίους: ὀργῆς ibi *Reiskio* venit etiam in mentem: *Sophocleum* est, ὡς ὀργῆς ἔχω: dicitur quidem ὀργῇ λέγειν, κελεύειν, κολάζειν: sed vereor ut dicatur ὀργῇ ἔχειν Ἀθηναίους. Quod hic vulgatur, absque codicibus certe nemini suspectum esset. VALCK.

11. Ἀθηναίους ἐσινέοντο) Mutationi Florentinae recte diffidit *Gronovius*; unde ἐξικνέοντο fingere si velis, verbi in Musis usus refragabitur. Forma est insolentior, qualis ferme in ἀσινέοντες *Eusebii* apud *Stob.* S. XLIV. p. 310. sed obvia in msstis: οἱ δὲ εἶχον οὐδὲν σινέεσθαι lib. IV. 123. *Arch.*, et ἐσινέοντο πᾶσαν τὴν στρατιὴν IX. 48., σινεόμενος c. 85. eiusdem libri. Quae libuit coacervare. WESS.

Ibid. ἐσινέοντο) Neque Ionice dicitur σινέεσθαι. Nisi forte quis Codex daret ἐδηλέοντο, scriberem ἐσινέατο: hoc Ionicum pro ἐσίνοντο: ex utraque forma conflatum ἐσινέοντο. Deterior lectio Cod. Med. ἐσικνέοντο: quodque paulo post legebatur, οὐδένα καρπὸν ἀπεδίδου, vel ἀνεδίδου, praestat eiusdem libri scripturae. VALCK. — In ἐσινέοντο consentiunt h. l. libri omnes: nam, et codicem *Med.* hoc debuisse, ipsa eius aberratio in ἐσικνέοντο demonstrat: quo minus aspernanda Editori illa verbi forma fuit. Observavimus autem passim alia verba in εω a Scriptore nostro formata, quae vulgo in nudum ω exeunt: in his συμβαλλέομενος, I. 68, 16. VI. 63, 8. alibique. Et fuisse olim plura talia, ostendunt futura in ησω exeuntia (veluti μελλήσω, βουλήσομεν) in verbis quorum tempus praesens, quale vulgo in usu est, vocalem ε ante terminationem non agnoscit. *S.*

CAP. LXXXII. :. ἔχθρη ἡ προοφειλομένη) Pristina inimicitia, quae Aeginetas et Athenienses collidebat, consideratur ut vetus *debitum*: προοφειλόμενος φόρος, lib. VI. 60. Quae tamen cum increverit isto tempore, orsique Aeginetae sint πόλεμον ἀκήρυκτον, haud scio, praestet-ne προὐποφειλλομένη, *adaucta*? Iuvat non nihil *Vindobon.* scriptura. Certum mihi est, τοιῆσδε sollicitari non oportuisse. Vide c. 88. WESS.

5. Δαμίης τε καὶ Αὐξησίης) Utriusque apud *Pausan.* memoria; et *Auxesiae*, Αὐξησίης, in *Themistii* Or. IV. p. 54. c. ubi *Petavius* Romanorum *Damiam*, sive *bonam Deam*, ex *Festo* optime contendit, et eiusdem sacra. opertanea cum ταῖς ἀῤῥήτοις ἱερουργίαις apud Epidaurios c. 83. Paria *Reiskius* in Miscell. Lipsiensibus. WESS.

Ibid. Δαμίης τε καὶ Αὐξ.) Mihi quidem sincerum videtur Δαμίης nomen: facile tamen alicui in mentem veniat Θαλλίης, cui notae fuerint Θαλλὼ et Αὐξώ: de quibus agens ad *Poll.* *Kühnius* VIII. 106. τὴν Αὐξὼ apud *Herod.* dictam scribit Αὐξησίην. Binis in locis Deas ex *Herod.* commemoravit *Pausanias*, cuius editum exemplar utrobique Δαμίαν nobis offert et Αὐξησίαν, lib. II. [c. 30. et 32.] p. 186. f. et 181. m. Cur alteram scriptionem praeferendam censeat, tacet ibi *Kühnius*. Ταμίαν bis nuncupat, sive Ταμίην, *Scholiast. Aristid.* ined. in codice Clar. *Burm.* primum in Panathen. T. I. pag. 268. ad Αἰγινητῶν. Τὴν μάχην, inquit, αἰνίττεται τὴν περὶ τῶν ἀγαλμάτων. Ἐπιδαυρίοις γὰρ λιμώττουσιν ἔχρησεν ὁ θεὸς ἀγάλματα ποιήσασθαι Ταμίης καὶ Αὐξησίης, δαιμόνων τινῶν ἀπὸ ξύλου ἐλαίας ἱερᾶς τῶν ἐν ἀκροπόλει. In eodem Cod. scholion est hanc in rem memorabile in *Aristid.* Themist. T. III. p. 309. (ad verba τὸν πρὸς Αἰγινήτας) Ἐπιδαύριοι λιμῷ διεφθείροντο· ἔχρησεν αὐτοῖς ἡ Πυθία, ἐκ τῶν ἐλαιῶν τῆς Ἀθηνᾶς τῶν ἱερῶν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἀγάλματα ἱδρύσασθαι Δήμητρος καὶ Κόρης, Ταμίας καὶ Αὐξησίας. Hinc discimus, sub istis fuisse nominibus *Cererem* et *Proserpinam* cultas, sive *Matrem* et *Liberam*: τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ, est ap. *Herod.* VIII. 65, cuius haec ipsa narratio idem facile persuasisset attendenti; nam quum terra fruges non daret Epidauriis, iussi sunt divinitus istarum signa Dearum dedicare, veluti θεῶν Καρποφόρων, qua adpellatione Tegeatae Cererem colebant et Proserpinam, teste *Pausan.* VIII. p. 707. f. Sed rem

plane adfirmat *Pausan.* II. p. 181., τὰ ἐς Αὐξησίαν καὶ Δαμίαν -- εἰπόντες Ἡροδότου -- οὔ μοι γράφειν κατὰ γνώμην ἦν εὖ προειρημένα· πλὴν τοσοῦτό γε, ὅτι εἶδόν τε τὰ ἀγάλματα, καὶ ἔθυσά σφισι κατὰ (κατὰ τὰ) αὐτὰ, καθὰ ἤδη καὶ Ἐλευσῖνι θύειν νομίζουσιν. Eodem ritu Deabus istis, veluti θεαῖς μεγάλαις, variis in locis sacra fiebant. [Caeterum] Cereri non disconvenit nomen Δαμίης: quae Epidauriorum populo, τῷ δάμῳ, sive δήμῳ, fruges daret, et Αὐξησίη, *alimentaque mitia terris. Festi* verba e voc. *Damium* valde adposita huc commodum attulit *Reiskius.* Bona Dea *Damia* dicebatur: apud *Macrob.* Saturn. I. c. 12. p. 245. *Auctor est Cornelius Labeo, eamdem esse bonam Deam et terram; --- bonam, quod omnium nobis ad victum bonorum causa est.* VALCK.

7. κότερα χαλκοῦ ποιέονται;) Scriberem ποιέωνται, quia ἀεὶ τὰ ἀπορίαν ἐμφαίνοντα ὑποτακτικοῖς συντάσσονται, ut monuit Schol. in *Eurip.* Hec. vs. 85. In *Thucyd.* p. 426, 55. pro ἢ μένομεν, poni quoque malim, ἢ μένωμεν, ἕως ἂν ἕκαστοι κατὰ πόλεις λήψωμεν; *Xenoph.* Ἀπομν. I. pag. 418, 29., πότερον βίαν φῶμεν ἢ μὴ φῶμεν εἶναι; Ubi mox Atheniensium oleae habitae dicuntur sacratissimae, quae praeterea leguntur: [*lin.* 11 *seqq.*] Λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι ἔσαν (ἦσαν) ἄλλοθι γῆς οὐδαμοῦ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἢ Ἀθήνῃσι, vel ἐν Ἀθήναις: illa, si abessent, a nemine certe requirerentur. De his etiam cognoscere desidero quid sentiat ὁ πάνυ, qui alia hominum ineptorum emblemata, Herodoteis inculcata, proscribere non dubitavit. VALCK. — Vide mox quae ad *lin.* 11. a *Wess.* notantur, ubi nullam νοθείας suspicionem vir praestantissimus significat. *S.*

9. ξύλου ἡμέρης ἐλαίης) *Kluitii* coniectura, ξύλου ἱρῆς ἐλαίης, ob proxime sequentia et Scholiastae Aristidis verba, ἀπὸ ξύλου ἐλαίας ἱερᾶς, ingeniosa est; dubito an necessaria. WESSELING. in *Addendis.*

11. λέγεται δὲ καὶ ὡς ἐλαῖαι etc.) Falsa res est, nec fugere potuit Scriptorem. Iactantiam Atheniensium et saepe inculcatam sibi gloriationem tangit. Ecce ex *Sophoclis* Oed. Col. vs. 691. Ἔστιν δ' οἷον ἐγὼ γᾶς Ἀσίας οὐκ ἐπακούω, Οὐδ' ἐν τᾷ μεγάλᾳ Δωρίδι νάσῳ -- φύτευμα --- Ὃ τᾷδε θάλλει μέγιστα χώρᾳ Γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας. Hoc sufficit. Statim Ἀθήνῃσι, pro quo saepe ἐν Ἀθήνῃσι lib. VI. 85. VIII. 79., facile se tuebitur. WESS.

14. Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι) Non *urbicam*, neque *urbanam*, sed interpretari debuerant *praesidem arcis*: sic *Livio* τὴν Πολιοῦχον vocari (XLV. 28.) monuerunt *Vales.* ad *Harpocr.* p. 133. et *Hemsterh.* in *Arist.* Plut. vs. 772. Praeter ceteros, *Gyraldo* memoratos, Ἀθηνᾶν Πολιάδα coluerunt Megalopolitani, Erythraei Iones; quin et Gortynii Cretenses, qui iurare tenebantur et Ἀθαναίαν Πολιάδα, secundum foederis formulam, quam ex marmore Cretensi *Gruterus* exhibet Thes. Inscr. p. 505.; emendatius scriptam *Edm. Chishull* in Antiq. Asiat. p. 133. Hoc istius est formulae initium: Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν ΑΟΡΑΤΡΙΟΝ καὶ Ζῆνα Δικταῖον. Auctor Indicis in *Gruteri* Thes. vir illustr. [*Ios. Scaliger*] *Aoratrium* in Deos retulit; me iudice, cum Dea *Epagesima*, coelo deturbandum: in vacua sede *Cretensem* poterimus *Iovem* collocare. Suspicor in lapide sculptum fuisse, non Ῥάτριον, sed Πάτριον: atque adeo, Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν Πάτριον Ζῆνα Δικταῖον. En aliud e Creta iusiurandum *Reinesio* vulgatum Inscr. Class. VII, n. 26. et in Antiq. Asiat. pag. 136. Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρηταγενέα. Doctis si coniectura probari poterit, ne hic quidem alieno censebitur loco proposita. VALCK.

CAP. LXXXIII. 3 seq. καὶ δίκας - - - ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων) Primum duas voculas restituendas censeo, ut legatur: Αἰγινῆται Ἐπιδαυρίων ἤκουον τά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ δίκας etc. Sic scribere solet *Herod.* saepenumero: καὶ vulgatur alicubi, ubi καὶ δὴ καὶ praebent Codices. Velut in subditos Aeginetas Epidaurii *iuris* etiam illis Epidauri *dicendi potestatem* exercebant: καὶ δίκας διαβαίνοντες ἐς Ἐπίδαυρον ἐδίδοσάν τε καὶ ἐλάμβανον παρ' ἀλλήλων Αἰγινῆται. Athenienses opibus et maritima praesertim potentià superbi, quos *socios* adpellantes miseros vexabant insulanos, cogebant πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε; *Xenoph.* p. 404, 20. *Aristoph.* Avib. vs. 1422, 1455. Orationem *Antiphontis* XIV. dixit Athenis Mitylenaeus caedis accusatus. In talibus δίκας δοῦναι καὶ λαβεῖν solemnis erat loquendi formula. *Demosth.* contr. Aristocr. p. 413, 102. de Halon. p. 59, 16., ἐκ Μακεδονίας πλεῖν Ἀθήναζε δίκας λη↓ομένους. Attigit *H. Vales.* in not. *Mauss.* p. 333. *Xenophon* p. 404, 31., τὸν δῆμον κολακεύει τῶν Ἀθηναίων εἰς ἕκαστος τῶν συμμάχων, γιγνώσκων ὅτι δεῖ μὲν ἀφικόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι καὶ λαβεῖν. *Harpocrat.* in

voc. Σύμβολα habet διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια: et *Aristid.* T. II. p. 129., δοῦναι καὶ λαβεῖν τὰ δίκαια περὶ τῶν διαφορῶν. Hinc multum distabat, quod foederum formulis nitebatur, *commercium iuris praebendi repetendique.* VALCK.

7. ἅτε δὴ ἐόντες διάφοροι) *Reiskii* ἅτε δὲ stabilitur suffragio *Arch.*; estque in particula mutiplex variatio. Διάφοροι in Latinis *potentiores;* cur non *inimici discordesque?* Sic οὐκ ἐὼν διάφορος cap. 75. et lib. VI. 23. ἐὼν διάφορος τοῖσι Ζαγκλαίοισι. Vide *Abreschium* Diluc. *Thucydid.* p. 567. Statim [*lin.* 10.] ἐκόμισάν τε καὶ, quod Codd. offerunt, non prorsus abiicio. Λέσβιοι δὲ ἐς Δερίσκον ἐκόμισαν c. 98. et ἐκόμισαν ἐς Ἀμαθοῦντα cap. 114. etc. WESS. — Pro eo, quod cum *Schaef.* recepi, ἐκόμισάν τε καὶ, rescriptum ἐκομίσαντο καὶ aut ἐκομίσαντό τε καὶ malim: quoniam *suam in terram* transportarunt. Sic quidem ἀνακομίσανται cap. 85, 6. mediâ verbi formâ. *S.*

[18. ἀθύνται ἱερογίαι) Conf. *Wess.* ad c. 82, 5. *S.*]

CAP. LXXXIV. 2. τὰ συνέθεντο) Talem in huiusmodi conpositis scriptionem, non ξὺν, Atticis frequens, amplectitur: itaque *Ask.* pro Ionum more. Eiusdem quoque ἐμήνιον et aliorum toti negotio concinit. Missis enim legatis indignationem testati Epidauriis sunt. Ita μηνίσαι μεγάλως Ἀριστοδήμῳ lib. VII. 229. et IX. 7. Vitii fons in affinitate scripturae, qualis lib. VII. 169. in ms. *Arch.* Proinde vera Cl. *Reiskii* emendatio. WESS. — Ne a *Ionum* quidem usu alienum fuisse, ξὺν pro σὺν dicere scribereque, monuit *Fischerus* ad *Weller.* Specim. I. pag. 199. laudatus *Schaefero* ad *Gregor.* p. 5. Apud *Hippocratem* quidem (ut hoc utar) in libello de Aqua etc. vel una eademque pagina 40. editionis adcuratissimi *Coray* offert ξυνῆκται, ξυμμίμικται, ξυνεστήκῃ, ξυστραφῇ, et ξυστραφίν. Apud *Herodotum* quidem in primoribus libris constanter codices tantum non omnes (cf. Var. Lect. I. 32, 22.) in συν consentiunt: sed inde a sexta et septima Musa membranae nostrae F. cum aliis nonnullis codicibus frequentius scripturam ξὺν usurpant. *S.*

CAP. LXXXV. 3. τῶν ἀστῶν τούτους etc.) *Reiskii* ταχτοὺς firmo caret tibicine; τούτους tamen urgebit morbus, nisi eos putes, qui publice missi prius fuerant in Aeginam simulacra repetitum: sic τουτέων ex Codicibus non

futile; Ionicum enim idemque docens: sic ἐπειρῶντο, mea quidem opinione extra novationis periculum. Confer *Gronovium*, cuius observatio vereor, ut sententiae tenebras dissipet. WESS. — Vide Adnot. proxime sequentem. *S.*

5. ἐπειρῶντο) *Gronovio* iure merito placuit πειρᾷν ex *Med.* codice. Hoc *Vallam* legisse monstrat ipsius versio, qualis exstat nondum interpolata, *qui - - - conatos esse.* Neque tamen illud more suo vir clar. in contextum intulit, sentiens, ut opinor, fulcrum requiri, quo illud inniteretur: hoc commodum mihi reperisse videbar, hanc e duabus efformando lectionem, ἐπεὶ πειρᾷν, *quum tentarent.* Illud Herodoteum esse, *Porti* docebit Diction. in voce Ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν παρατατικῶν. Sed, quae praecedunt, neque illa sic videntur ab auctoris manu profecta: cur enim dixisset missos τῶν ἀστῶν τούτους, οἱ ἀποπεμφθέντες. Parum prodest [τουτέων, quae est] lectio *Arch.* *Valla* dedit *triremem - - - eum civibus quibusdam*: postremum ille forsan subaudiendum credidit. Optime, ni fallor, omnia cohaererent, si sic scripta legerentur in veteri codice: ἀποσταλῆναι τριήρεϊ μιῇ τῶν ἀστῶν, (nempe τινάς·) τούτους, ἐπεὶ πεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ καὶ ἀπικόμενοι ἐς Αἴγιναν, τὰ ἀγάλματα ταῦτα - - - πειρᾷν ἐκ τῶν βάθρων ἐξανασπᾷν. Ut hic ἀποσταλῆναι τῶν ἀστῶν nempe τινὰς, sic alibi saepius, et apud *Thucyd.* IV. c. 80., τῶν Εἱλώτων - - - ἐκπέμψαι. VALCK. — Istam Viri docti coniecturam praepropere in contextum recepit *Borh.* At post τούτους, ἐπεὶ - - - πειρᾷν, requirebatur aliud verbum ad τούτους relatum, quod nullibi comparet; nam ἀποσπᾷν quidem, quod sequitur, a πειρᾷν pendet. Quod τουτέων praeferunt codices nonnulli, id incogitantiâ librariorum accidit, casum huius pronominis casui praecedentis nominis τῶν ἀστῶν aptantium. Ad hoc τῶν ἀστῶν, si opus esset, intelligi τινὰς posset: atque ita intellexerunt hi, qui (ut noster cod. *F.*) post τῶν ἀστῶν comma posuerunt; quasi τούτους ad sequentia pertineret. Et haec ipsa quidem ratio percommoda foret, si sic legeretur, τούτους ἀποπεμφθέντας - - - καὶ ἀπικομένους - - - - πειρᾶσθαι etc. Πειρᾶσθαι dico: nam πειρᾷν, activâ formâ, non memini ea notione, quae huius loci est, apud Nostrum aut apud alium probatum legere auctorem. At tenent omnes libri nominativos casus ἀποπεμφθέντες et ἀπικόμενοι: omnes-

que item (uno *Pb.* excepto) οἱ ἀποπιμφθ. tenent. Quibus rebus omnibus perpensis, videtur mihi πειρᾶν h. l. ex παραδιορθώτει natum, et ab homine invectum, qui, quum pronomen τούτους ad sequentia, non ad antecedentia, referret, nec vero infinitivum ad hoc τούτους relatum reperisset, temere atque imperite verbum finitum ἐπειρῶντο in πειρᾶν mutaverit. *S.*

10. ὑπὸ τουτέων ἀλλοφρονῆσαι) ὑπὸ an ἀπὸ τουτέων scripserit, vix discerni poterit. Mihi posterius placeret, significans *propterea.* ἀπὸ τούτου et ἀπὸ τουτέων habet et *Herod.* II. 175. IX. 72. sic et ἀπὸ τουτέων *Artemisiam* μάλιστα εὐδοκιμῆσαι, VIII. 88. Illinc enim diversum μέμηνεν ὑπὸ σοῦ, *opera tua furit;* quaeque dantur similia. VALCK. — At ὑπὸ τουτέων pariter, et quidem proprie, caussam significat. conf. ad c. 61, 7. notata. *S.* — Ἀλλοφρονῆσαι *Eustathius* [loco in *Var. Lect.* citato] μανῆναι ἀλλοιωθέντας τὴν φρόνησιν recte explanat. In *Homeri* Iliad. ψ'. 698. κὰδ δὲ ἀλλοφρονέοντα, Scholiastes οὐκ ἐν αὐτῷ ὄντα. Infra lib. VII. 205. et *Theocriti* Idyll. XXII. 129. diversior illi notio. WESS.

CAP. LXXXVI. 6. καὶ σὺ ναυμαχῆσαι) Laudare διαναυμαχῆσαι debeo, cuius clara etiam in *Passion.* vestigia: opportunum enim. Sic lib. VIII. 63. ταύτην δὲ αἱρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας διαναυμαχέειν. *Diodorus* XX. 61. καὶ καταστάντες εἰς ἐμβολὴν διεναυμάχουν τοῖς βαρβάροις. Restituere nolui, ne nimium novator haberer. WESS.

16. ἐς γούνατα) Ex dialecto, uti lib. II. 81. IV. 152. De fabella cautissime Scriptor, neque graviter minus *Strabo* in conniventibus Palladis simulacris lib. VI. pag. 405. Quid illis facies, qui, sacra professi meliora, Neapoli, Bononiae, multisque aliis locis consimilia Christi matrisque virginis et sanctorum signis usu venisse, confidenter asseverant? *Tantum religio potuit suadere* etc. WESS. — At haud aegre equidem credam, fractis dum trahebantur cruribus ligneas statuas visas esse in genua procumbere. *S.*

21. ἐς τὴν Αἰγιναίην) Videlicet νῆσον. Alibi ἐπ' Αἴγιναν, ἐς Αἴγιναν III. 131. Venit inde Αἰγιναῖος, Αἰγιναίη, cui iustum formae habitum *Gronovius* saepe reddidit, VII. 179. VIII. 90. Eadem laus *Sylburgio* debetur ad *Pausaniam* lib.

III. 14. Παρεῖναι, quod expulsum est, [et cum ἥκειν permutatum.] ferri utique potuerat. WESS.

CAP. LXXXVII. 6. τοῦ δαιμονίου) Adsciscendum ex praegressis διαφθείραντος τὸ Ἀττικὸν στρατόπεδον: quo haud observato, semet in errorem *Valla* et *Galeus* induerunt. Suspectum autem in πυθομένας δὲ τὰς γυναῖκας [*lin.* 8.] participium, a bonae fidei Codicibus aut neglectum aut obelo notatum. Tollatur, pingaturque τὰς δὲ γυναῖκας, et cursus sermonis procedet sine inpedimento. Facinus Atticarum mulierum memoravit *Duris Samius*, εἷς δὲ, scribens apud Scholiast. *Eurip.* Hecub. vs. 933. ὑπέστρεψεν ἄγγελος, ὃν περιστᾶσαι τῶν τεθνεώτων αἱ γυναῖκες καὶ τὰς περόνας τῶν ὤμων ἀφελόμεναι, ἐξετύφλωσαν, εἶτα ἀπέκτειναν· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, δεινὸν ἡγησάμενοι τὸ πραχθὲν, περιεῖλον τῶν γυναικῶν τὰς περόνας. Quae hinc derivata, ni de Spartanis accessissent quaedam, diceres cuncta. WESS.

12. κεντεύσας τῇσι περόνῃσι) Hanc Historiam aliter narraverat *Duris* in opere de Finibus Samiorum: [immo, in *Annalibus Samiorum:* conf. Animadverss. nostras ad *Athen.* T. II. pag. 645 - 648.] illinc certe tradit *Scholiast.* in *Eurip.* Hecub. vs. 933., Athenienses, ὑπὸ Αἰγινητῶν πεισθέντας, στρατιὰν adversus Aeginetas misisse; hos ἅμα Σπαρτιάταις (*Argivos* habet *Herod.*) uno excepto omnes occidisse; quem unum in Atticam redeuntem περιστᾶσαι τῶν τεθνεώτων αἱ γυναῖκες, καὶ τὰς περόνας τῶν ὤμων ἀφελόμεναι ἐξετύφλωσαν, εἶτα ἀπέκτειναν. Hoc irritatos facinore fibulas, quibus abusae fuerant, abstulisse mulieribus Athenienses. Postrema concinunt Herodoteis: τὴν ἐσθῆτα, inquit, μετέβαλον αὐτῶν ἐς τὴν Ἰάδα: et ἐσθῆτα Δωρίδα mutatam voluerunt ἐς τὸν λίνεον κιθῶνα, ut ne fibulis uti necesse haberent. Quid diceretur Δωριάζειν, praeter alios ibidem tradit *Schol. Eurip.* Et *Aelius Dionys.* apud *Eustath.* in Iliad. ξ'. p. 963, 17., αἱ κατὰ Πελοπόννησον, φησὶ, κόραι διημέρευον ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες, ἱμάτιον μόνον ἐπὶ θάτερα ἐπιπεπορπημέναι. *Pythaenetus* apud *Athen.* XIII. p. 589. F. Periandrum scribit, cum videret Melissam Epidauriam Πελοποννησιακῶς ἠσθημένην, (ἀναμπέχονος γὰρ καὶ μονοχίτων ἦν, καὶ ᾠνοχόει τοῖς ἐργαζομένοις·) ἐρασθέντα γῆμαι. Doricum tale fibulis adstrictum muliebre vestimentum περονατρὶς et καταπτυχὶς ἐμπερόναμα dicitur *Theocrito* Eid. XV. vs. 21. et 34. vid. *Aeliani* Var.

Hist. I. 18. et *Spanhem.* in *Callim.* hymn. in Apoll. vs. 32. Mulieres apud *Theocritum* loquuntur Syracusanae, Dorica superbientes origine vs. 91. Κορίνθιαι εἰμὲς ἄνωθεν - - Πελοποννασιστὶ λαλεῦμες. De civibus suis Hermocrates *Thucydidis* pag. 426, 51. [lib. VI. c. 77.] οὐκ Ἴωνες τάδε εἰσὶν, - - - ἀλλὰ Δωριεῖς ἐλεύθεροι, ἀπ' αὐτονόμου τῆς Πελοποννήσου τὴν Σικελίαν οἰκοῦντες. VALCK. — Conf. mox *Wess.* ad. *l.* 19. notata. *S.*

16. ἄλλῳ μὲν δὴ *etc.*) Scribi potuerat ἄλλο μὲν δὴ, et fuit, cui arridebat, me non adstipulante. Congruit seriei ζημιώσωσι, nec non ἐσθῆτα μεταβαλέειν, ex *Pavii* et *Reiskii* iudicio. Sunt tamen, quod neutrum fugiebat, hoc in auctore variantes structurae consimiles. WESS. — Inter ζημιώσωσι et ζημιώσουσι, in codicum dissensu, libera cuique optio. Non item inter ἄλλῳ et ἄλλο. Percommode ἄλλῳ tenent veteres libri omnes; idque in nostro exemplo repositum velim. Praeter necessitatem ἄλλο correxerat *Schaef.* eumque secutus *Borheck*; quorum editiones ob oculos habens, in Var. Lect. adnotavi, ἄλλῳ scribi in membr. *F.* neque animadverteram eodem modo scribi in *ed. Wess.* et superioribus, consentientibus mestis cunctis. *S.*

19. τῇ Κορινθίῃ) Quod hic, idem in Αἰγυπτίῃ, Βαβυλωνίῃ, Λακεδαιμονίῃ, aliisque designarunt librarii. *Machon* in *Athen.* lib. XIII. p. 582. D. de scortillo Glycerio, Κορίνθιον παράπηχυ καινὸν λήδιον Ἔδωκεν εἰς γναφεῖον. Athenienses, sublato in muliebri mundo fibularum usu, reliquerunt sexui λίνεον κιθῶνα, *tunicam lineam*, sed χειριδωτὸν, *manicis instructam*, defectamque propterea fibulis. Doricae matronae olim erant ἄζωστοι καὶ ἀχίτωνες. Vestem amictui supra humerum fibulâ, ne plane nudas se darent, nectebant, teste *Aeliano* Var. I. 18. Hoc Δωριάζειν in Schol. *Eurip.*, seu Δωρίζειν. Contra ea, Ionicae et Atticae tunica manicata amiciebantur, quod tali in negotio Ἰωνίζειν. Ista discimus e scholio, quod *Clementi Alex.* Paedag. II. 10. p. 238. adpositum a *Sylburgio*, per hic erit accommodatum: Ἐλέγοντο αἱ ταύτῃ χρώμεναι τῇ στολῇ ἀχειριδώτῳ, δωρίζειν· ἐπεὶ καὶ Δωριεῖς οἱ Λάκωνες· ὥσπερ ἀπ' ἐναντίου αἱ χειριδωτοῖς χρώμεναι, ἰωνίζειν· ἦσαν δὲ αὗται, αἱ Ἀθηναῖαι· διότι Ἴωνες οἱ Ἀθηναῖοι πρὸ τοῦ Ἰωνίαν ἀποικίσαι, ἐκαλοῦντο. Adsunt ibidem complura, aeque proficua, quae relinquo. WESS.

CAP. LXXXVIII. 6. Ἀττικὸν δὲ μήτε τι ἄλλο *etc.*) Ubi recensentur apud *Athen.* pocula, legebantur olim in sua serie Χυτρίδες, lib. XI. pag. 502., quod ex Epitome docuit *Casaub.* Anim. XI. c. 14. Illuc praeter *Alexidis* locum haec etiam *Athenaeus* retulit *Herodoti*: Ἡρόδοτος, ait, ἐν τῇ ε. τῶν ἱστοριῶν νόμον φησὶ θέσθαι Ἀργείους καὶ Αἰγινήτας, Ἀττικὸν μηδὲν προσφέρειν πρὸς τὰς θυσίας, μηδὲ κέραμον, ἀλλ᾽ ἐκ χυτρίδων ἐπιχωρίων *etc.* Sequentia hinc supplevit *P. Leopard.* Em. VI. c. 20., emendato quoque *Polluce* VI. 100. [Ut nos cum *Casaubono* verba ab *Athenaeo* lib. XI. p. 502. c. relata T. IV. nostrae ed. pag. 367. edidimus, sic eadem in vetustissimis membranis, quarum ad exemplum omnes alii qui supersunt *Athenaei* codices descripti sunt, leguntur, neque supplemento ullo fuit opus.] *Quintiliano* quae dicitur Inst. Or. II. c. 17. *E luto vasa ducendi ars*, Atticum illa quoque censebatur inventum. *Critias* apud *Athen.* I. pag. 28. c. Τὸν δὲ τροχοῦ, γαίης τε, καμίνου τ᾽ ἔκγονον εὗρε, Κλεινότατον κέραμον. Laudat Ἀττικὸν κέραμον *Matro* parodus apud eumdem IV. pag. 156. F. Et XI. p. 480. c. fuisse dicuntur ἐπίσημοι Κύλικες (κεράμια ποτήρια) αἵτε Ἀργεῖαι καὶ αἱ Ἀττικαί. Vel ex hoc quoque liquet *Herodoti* loco, Diis veteres pro simplicitate prisca vasis libasse fictilibus. *Macrobius* Saturnal. V. 21., *Eratosthenes*, ait, *in Epistola ad Hagetorem Lacedaemonium*, Κρατῆρα γὰρ ἵστησαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργύρεον, οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος. Apud *Athenaeum*, unde ista de poculis omnia desumsisse videtur *Macrobius*, quod vulgatur XI. p. 482. B. τῆς Κωλιάδος γῆς est ex interpretamento: promontorium Atticum, ob templum Veneris terramque figulinam nobilitatum, simpliciter dicebatur Κωλίας: vide *Harpocr.* in voc. et *Demosth.* contr. Neaer. pag. 751. adde *Meurs.* de Pop. Att. in Ἀνάφλυστος. VALCK. — At *crater*, quem apud *Athenaeum Eratosthenes* dicit, non *ex Coliade promontorio*, sed *ex Coliade terra*, *ex Coliade argilla*, τῆς (i. e. ἐκ τῆς) Κωλιάδος γῆς, erat confectus. De *materia* enim ibi agitur, e qua confectus crater; eaque Κωλιὰς γῆ dicitur, quemadmodum alia γῆ κεραμικὴ vel κεραμῖτις, alia γῆ σμηκτρὶς, alia σιδηρῖτις, σημαντρὶς, etc. Similiter a regionibus apud Medicos nominantur *terra Eretria*, *terra Samia*, etc. Itaque tantum abest ut vocab. γῆς apud *Athen.* ex interpretamento adiectum putari debeat, ut e contrario aut

adiiciendum sit apud *Macrobium*, aut ibi ἀλλὰ γῆς Κωλιάδος legendum. *S.*

CAP. LXXXIX. 1. πρὸς Αἰγινήτας Ἀθηναίοισι) Olim ita, et vere. Ubi vero ἐξ Ἀθηναίων iussu *Med.* ac scriptorum aliorum codicum valuerit, inimicitiae auctores erunt Athenienses, contra ac liquido perscriptum c. 82. fuit. WESS.

5. ἰδρύειν τῆς Ἀττικῆς *etc.*) Cum in Musis ἰδικαίευ, δικαιεῦν, et huius moduli plura, sese offerant, placuit msstorum praeiudicio ἰδρύειν. Egregium porro [*lin.* 8.] ἀπὸ τοῦ Αἰγινητίων ἀδικίου Cel. *Gronovius* iure revocavit optimo. Est autem *iniuria* ac *noxa*, quam Aeginetae fecerant Atheniensibus. Quare oraculi haec est sententia: *ab eo tempore, quo Aeginetae iniusta arma in Atticum agrum inferre coeperant, totis xxx. annis a vindicta abstinendum esse.* Non hoc Cl. *Reiskium* latuit. WESS.

15. τέμενος ἀπέδεξαν) Praecedens τέμενος ἀποδέξαντας [*lin.* 9.] instauratum constabilit, et c. 67. τέμενός οἱ ἀπέδεξε ἐν αὐτῷ τῷ πρυτανηΐῳ. Simile commissum lib. VII. 178. Statim πρὸς Αἰγινητέων [*lin.* 17.] scriptor amat, quippe lib. III. 74. ὅτι τε ἐπεπόνθεε πρὸς Καμβύσεω ἀνάρσια. *Portus* plura. WESS.

CAP. XC. 14. τοὺς ἔκτηντο) Mutari non fuerat necesse. Χρησμοὶ *in Atticae arcis sacrario* recte conponuntur cum fatalibus Romanorum libris in cella Capitolii, gemella arte excogitatis. Neque dubito, quin inter ea oracula versus fuerint *Musaei*, ab Onomacrito Hipparchi Pisistratidae tempore manifesta fraude aucti, mutilati, corruptique, lib. VII. 6. WESS.

CAP. XCI. 3. νόῳ λαβόντες, ὡς ἐλεύθερον μὲν ἐὸν *etc.*) Veram hic pandit Historicus causam, quae Lacedaemonios moveret: praecedenti capite narrata nihil erant aliud nisi species, quam suae praetexebant dominandi libidini velut causam honestiorem; hanc itaque solam in sociorum conventu commemorant. Non debuerat itaque *Plutarchus* T. II. p. 860. F. hinc etiam occasionem captasse *Herodotum* criminandi; qui scilicet dicentes fecisset, [*lin.* 13. *seqq.*] ὅτι κιβδήλοισι μαντηΐοισιν ἐπαρθέντες ἄνδρας ξείνους ἐόντας αὐτοῖσι, καὶ ὑποτχομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, ἐξήλασαν, (τοὺς τυράννους· has voces e scholio natas atque eiiciendas arbitror:) καὶ δήμῳ ἀχαρίστῳ παρέδωκαν τὴν πόλιν. In

his Codices forte dabunt Herod. *δήμῳ ἀχαρίτῳ*: ut habent *ἀχαριτώτατον* VII. c. 156. Quales autem hic nobis expingit Herodotus *Lacedaemonios*, tales certe fuerunt rebus Graecorum florentibus. Graeciae principes, quam oderant domi tyrannidem, in liberis civitatibus ubique conabantur adfirmare; subditis erant superbi domini; vicinis, quos vexabant, ab antiquissimis temporibus graves, Messeniis, Arcasin, Argivis, ceterisque; in bellis et societatibus ineundis utile plerumque honestis anteponebant. Thebanis auxilium ferebant, ut scribit *Diodor. Sic.* XI. 81., *νομίζοντες τὰς Θήβας, ἐὰν αὐξήσωσιν, ἔσεσθαι τῇ τῶν Ἀθηναίων ὥσπερ ἀντίπολίν τινα.* Secundum *Herod.* cogitabant, [*lin.* 4 *seqq.*] *populum Atheniensem*, quem sibi certe nolebant *ἀντίῤῥοπον*, *oppressum a tyranno*, futurum *ἀσθενὲς καὶ πειθαρχέεσθαι ἕτοιμον*, *imbecillum, ac talem quem sibi facile dicto haberent audientem.* VALCK.

5. *κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος*) Tum illi *ἐθελοκάκεον, ὡς δεσπότῃ ἐργαζόμενοι*, uti cultissime in c. 78. Hic *Arch.* *ὑπό του τυραννίδι* pergenti manum iniicit. Non sunt ignota *ὑπό του δαιμόνων βεβλάφθαι* *Appiani* Bel. Civil. IV. p. 1022., *νῦν δ' ἐκ θεῶν του* *Sophoclis* Oed. Colon. vs. 384., conpluraque firmandae lectioni, cui tamen non fido. Mox *πειθαρχέειν* ex frequentato usu [voluit *Reiskius*] vir doctus. *Portus* mediae verborum formae haud male acceptum tulit, *Abreschio* consentiente. At illa vide, [*lin.* 8.] *ἐς ὃ καταφεύγουσι οἱ Πεισιστρατίδαι, quorsum confugiunt Pisistratidae.* Atqui ad Sigeum dudum illi se contulerant exules. Voluit-ne, solitos eo fuga se recipere? Sic utcunque placebunt; quamquam, ut suspicionem ne premam, grammatici commento ex cap. 65. et c. 94. assuto congruunt perfecte. WESS. — Vide *Var. Lect.* Adsuevit autem ipse *Herodotus* talia in mentem revocare Lectoribus. *S.*

19. *δόξαν δὲ φύσας αὐξάνεται*) Varie exponunt. Laurentius, *inflatusque superbe, famam auget.* Stephanus, *atque adeo superbe inflatus, suam potentiam auget.* Post eos Portus. *superbiam spirans, crescit*, non inconcinne. Quibus omnibus *φύσας* per syncopen vice *φυσήσας*. Quid si pictum olim *φ̄υσας* fuerit, deletaque superne ducta linea, vulgatum manserit? *Μεγάλα φυσῶντες, maiores spiritus sumentes* in Io. *Chrysostomo* T. V. p. 344. A., *πολιτικὸν φύσημα*

φυσῶντες *Plato* Alcib. II. pag. 145. E., φυσῶν ἑαυτὸν *Alciphr.* lib. I. Ep. 37., ubi *Berglerus* plura. Et illa quidem suam sibi elegantiam praeferunt, neque Scriptori tamen, poëtas saepe aemulanti, quidquam praescribunt. Considera Sophocleum ex Electra vs. 1490. [1463. ed. *Brunck.*] μηδὲ πρὸς βίαν Ἐμοῦ κολαστοῦ προστυχὼν, φύσῃ φρένας, *neque violentum me vindicem nactus, spiritus augeat:* et Oed. Colon. vs. 838. [804. *Br.*] Ὦ δύσμορ', οὐδὲ τῷ χρόνῳ φύσας φανῇ φρένας ποτέ. Utrumque appositum et Herodoteo simile. Iunge *D'Orvillium*, cui Sophoclea ista usui esse potuerant, ad *Chariton.* lib. VIII. p. 761. WESS.

Ibid. δόξαν δὲ φύσας) Hanc nobis dum aliunde syncopen adfirment, qua φύσας pro φυσήσας poneretur secundum *Portum* in Δόξαν, suspicabor scriptum olim, δόξαν δὲ φυσῶν (vel φυσέων) αὐξάνεται, *crescit* (*Virtutis expers*) *verbis iactans gloriam:* ut hic δόξα *vana* dicatur *gloria*, opposita τῇ εὐκλείᾳ et ἀρετῇ, in opinione tantum superborum sita, et nihil minus quam vera. Ut opponuntur δοκεῖν, *videri*, et εἶναι, *esse;* τὸ δοκοῦν et τὸ ὄν: sic et apud Philosophos δόξα et ἀλήθεια. Unum ponam *Euripidis* ex Androm. vs. 319. locum, paulo quam vulgatur emendatius scriptum: Ὦ δόξα, δόξα, μυρίοισι δὴ βροτῶν Οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὤγκωσας μέγα. Εὔκλεια δ' οἷς μὲν ἔστ' ἀληθείας ἄπο, Εὐδαιμονίζω. *Inanem gloriam spirare*, vel *iactare*, atque adeo *inflatum vana opinione superbire*, hic diceretur δόξαν φυσᾷν. Ἀνδρῶν πολιτικῶν φύσημα φυσώντων meminit *Plato* II. Alcib. p. 145. E. *Antiphanes* apud *Athen.* XV. p. 681. c. Οὐκ ἐφύσων οἱ Λάκωνες ὡς ἀπόρθητοι ποτέ; Dictum, quo *Demadem* repressit inflatum *Hyperides*, *Leopardus* explicuit IX. Emend. pag. 248. VALCK.

[Nec φύσας per syncopen ex φυσήσας formatum statuere opus est, nec in φυσῶν mutare. Recte vero cum hoc *Herodoti* loco conferuntur duo illi *Sophoclei* a *Wesselingio* citati; quamquam in his φρένας φύσειν non, ut idem Vir doctissimus reddidit, *spiritus augere* aut *spiritus sibi sumere* significat. Sed, ut apud *Sophoclem* φρένας φύσειν est *mentem* (i. e. *prudentiam*) *nancisci*, *sapere;* sic apud *Nostrum* δόξαν φύσας αὐξάνεται est *famam nactus augescit.* Sive δόξαν hic malueris cum plerisque Interpretibus *inanem gloriam*, *gloriationem*, *superbiam* intelligere, prodibit eadem fere di-

ctionis δόξαν φύσιν sententia, quam illi voluere, scil. *vanam iactans gloriam*, *magnos sibi spiritus sumens*. Tum, quod adiicitur verbum αὐξάνεται, id aut in eam poterit sententiam accipi, quam nos in Latinis nostris expressimus, *maiores quotidie sibi spiritus sumit*; aut (id si minus placet) cum aliis, quibus lubens accedo, intelligetur, *magnos sibi spiritus sumens augescit*, *incrementum capit*, *potentiam suam auget*. *S.*]

23. ἅμα ὑμῖν ἀκεόμενοι) Cultius hoc pro captu scribarum, quibus suum ἀπικόμενοι, alioqui tolerabile, redonavi. *Homerus* Iliad. ν'. 115. Ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον, *sed medeamur ocyus huic malo*. Ipse lib. III. 40. τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο: et plenius lib. I. 167. βουλόμενοι ἀκέσασθαι τὴν ἁμαρτάδα. [Similiter h. l. intelligitur ἀκεόμενοι τὰ ἡμάρτομεν.] *Hemsterhusio* idem in opinionem venerat, eleganter in *Aeschinis* Dial. III. 15. μόνοις δὲ ἀκεῖται τοῖς δυναμένοις corrigenti, loco inepti ἀρκεῖται. Revertit insuper [*lin.* 28.] ἀπελόμεθα, quod auctius ex *Med.* accesserat. Vide tamen lib. VIII. 3. WESS.

CAP. XCII. 3. Κορίνθιος δὲ Σωσικλέης) Σωκλέης in Codd. scribitur, et in edito *Plutarcho* II. p. 860. F. Σωκλέους διελθόντος. [Nunc quidem et apud *Plutarch.* Σωσικλέους editur, et mendose Σοσικλέους olim in ed. Francf. 1620. Vide ed. *Hutten.* T. XII. p. 304.] Talia solebant etiam a librariis contrahi. Veluti diversa nomina usu distinguebantur *Socrates* et *Sosicrates*; *Sophanes* et *Sosiphanes*; neque contrahebantur a Graecis nomina Σωσίθεος, Σωσίβιος, Σωσιγένης, et similia. Σωσίπατρος vocatur in Ep. ad Rom. XVI, 21., qui Act. Ap. XX, 4. est Σώπατρος, ubi quidem in aliquot Codd. legitur Σωσίπατρος: in uno vellem alterove sic ibidem sequentia scriberentur: Θεσσ. δὲ Ἀρίσταρχος καὶ Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος, Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος: ut corrigendum viderunt *H. V.* et *Adr. Heringa*. VALCK.

Ibid. Ἦ δὴ ὅ, τε οὐρανὸς) Auscultavi *Eustathio*, *H. Stephano*, *Porto*. Quid enim turbatissima perseverarent, praesertim cum subsequens ὅτι ferre alterum nequeat? Recte *H. Steph.* adscripsit Ovidianum, *Omnia naturae praepostera legibus ibunt*, *Parsque suum mundi nulla tenebit iter*. *Omnia iam fient* etc. WESS. — Vide nostram Var. Lect. *S.*

3. *et seqq.* Prima *Corinthii Sosiclis* oratio: Ἦ δὴ ὅ, τε οὐ-

ῥανὸς ἔσται ἔνερθε τῆς γῆς, καὶ ἡ γῆ μετέωρος ὑπὲρ τοῦ οὐρανοῦ, *etc.* locutionibus illa constat proverbialibus apud utriusque linguae Scriptores frequentatis. Non Euripidea tantum c Med. vs. 410., sed *Ovidius* simul respexit eiusdem e Syleo Herculis dictum: πρόσθε γὰρ κάτω Γῆς εἶσιν ἄστρα, γῆ τ' ἄνεισ' ἐς αἰθέρα: servatum a *Philone Iud.* cum vicinis pag. 537. 869. 880. Theseus in *Eurip.* Suppl. vs. 520. ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι Τὰ πράγματ', οὕτως εἰ 'πιταξόμεσθα δή. Mox *Herodoti* Sosicles [*lin.* 7.] unius vel paucorum imperio opponit *imperium populare*, designatum ἰσοκρατίας rariori voce. Τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ Atticam opponit τὴν ἴσην καὶ ἔννομον, *Aeschines* contr. Tim. p. 1, 25. *Demosth.* contr. Mid. p. 336, 121. τῶν ἴσων καὶ τῶν δικαίων ἕκαστος ἡγεῖται ἑαυτῷ μετεῖναι ἐν δημοκρατίᾳ. Laudat *Isocrates* in Areopag. p. 152. A. τὰς ἰσότητας, καὶ τὰς δημοκρατίας, οὐ πάσας, ἀλλὰ τὰς καλῶς καθεστηκυίας. Saepius ἰσονομίας specioso nomine viri Principes sunt abusi. VALCK.

19. καὶ οὗτοι Βακχιάδαι καλεόμενοι) Adi *Diodorum* T. II. p. 635. et quae adnotata isti sunt. Quotannis ex *Bacchiadis* legebatur πρύτανις, ὃς βασιλέως εἶχε τάξιν. Quare mox in Apollinis responso ἄνδρες illi μούναρχοι, quippe civitatem stato tempore soli administrantes. WESS. — Articulo potius inserto legendum, οὗτοι οἱ Βακχιάδαι καλεόμενοι ἔνεμον τὴν πόλιν: post τοὺς Ἀλητιάδας, primum Regum titulo: postea, velut annui magistratus, πρυτάνων nomine, *Pausan.* II. p. 120. conf. *Diodor.* T. II. p. 635. VALCK. — Bene habet οὗτοι Βακχιάδαι non inserto articulo, quem inserturus fortasse Herodotus erat, si *Bacchiadarum* iam ante facta esset mentio. Nunc verba Βακχιάδαι καλεόμενοι velut in parenthesi posita intelligi debent; et commode sic incidi poterat oratio: καὶ οὗτοι, Βακχιάδαι καλεόμενοι, ἔνεμον τὴν πόλιν: οὗτοι vero, ex praecedentibus verbis ἦν ὀλιγαρχίη, intelliguntur οἱ ὀλίγαρχοι. *S.*

20. ἐδίδοσαν δὲ καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων) In formula connubii tritius est ἐκδιδόναι. Sic Il. 47. οὐδὲ σφι ἐκδίδοσθαι θυγατέρα οὐδεὶς ἤθελε, οὐδ' ἄγεσθαι ἐξ αὐτέων. Ita *Thucydides*, *Plato*, *Aristides*, quos antestatus est *Abreschius* Dilucid. *Thucyd.* p. 314. Noster tamen lib. IX. 111. ἀλλά τοι --- δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν: iterumque οὔτε γὰρ ἄν τοι δώην θυγατέρα. WESS. — In istis ἐδίδοσαν δὲ καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων, quae duplex obtinet ellipsis, non est illa pervulgata.

De plebe in Samo rerum domina *Thucydides* eleganter, suo tamen more, VIII. c. 21. τοῖς γεωμόροις μετεδίδοσαν οὔτε ἄλλου οὐδενός, οὔτε ἐκδοῦναι οὔτε ἀγαγέσθαι παρ' ἐκείνων, οὐδ' ἐς ἐκείνους οὐδενὶ ἔτι τοῦ δήμου ἐξῆν. *Plato* de Legib. VI. p. 771. E. *ignorare non oportet*, παρ' ὧν τέ τις ἄγεται, καὶ ἃ καὶ οἷς ἐκδίδωσι. Dicebatur plena locutione, διδόναι τε τέκνα καὶ λαμβάνειν παρ' ἀλλήλων: ut et ἐκδιδόναι καὶ λαμβάνειν γυναῖκας παρ' ἀλλήλων: quarum haec est *Xenophontis* p. 3, 2. illa *Dionis Chrys.* p. 163. D. VALCK. — Conf. Nostrum I. 107, 9. et 10. *S.*

22. γίνεται θυγάτηρ χωλή) Ex Helladio *Photius* Biblioth. p. 1583. τοῦ βασιλέως Κορινθίου ἡ μήτηρ, γυνὴ δὲ Ἀμφίονος, --- Λάβδα ἐκαλεῖτο: ubi, nisi θυγάτηρ fuerit, error certissimus, a *St. Berglero* notatus. *Ptolemaeus* vero *Hephaest.* in catalogo propriorum nominum ex literarum elementis, *Cypseli*, inquit, *mater*, χωλὴ οὖσα, Λάμβδα ἐκλήθη ὑπὸ τοῦ Πυθίου: oraculum, quod sequetur, spectans, eiusdem Biblioth. p. 487., sed temere titulum augens. Λάβδα idem olim ac Λάμβδα ex dicterio *Aristophanis*, quo uti recuso. WESS.

24. Ἠετίων ὁ Ἐχεκράτεος) Codicis *Ask.* Ἐχεκράτεως Doribus debetur. *Eetion* inter maiores numeravit Antasi filium Melanem, qui una cum Alete Corinthum occupavit apud *Pausan.* II. 4. *Lapithes* et *Caenides*, ut hic adfirmatur, si fuerit, consequens est, ut Antasus patrem aut avum agnoverit Caeneum, Perithoi in praelio adversus Centauros adiutorem, in *Pausan.* lib. V. 10. Aetas et tempus non obstant. WESS.

[26. ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικός, οὐδ' ἐξ ἄλλης, παῖδες ἐγίνοντο) Commodius delebuntur *commata* post γυναικὸς et post ἄλλης interserta; ne contrarium eius, quod voluit Scriptor, dixisse videatur. Nam quod aliàs usu receptum in graeco sermone est, ut frequenter cumulentur negativae particulae ubi nil opus esse videri poterat, eius hic contrarium obtinet: pro eo quod apertius dici poterat, ἐκ δέ οἱ οὐδὲ ταύτης τῆς γυναικός, οὐδ' ἐξ ἄλλης, παῖδες ἐγίνοντο, omissa est priori loco negans particula. Sic in *Euripid.* Troad. vs. 481. (quod exemplum in *Matthiae* Gramm. Graec. pag. 888. adfertur) habes οὓς Τρῳάς, οὐδ' Ἑλληνὶς *etc.* pro οὓς οὐδὲ Τρῳάς, οὐδ' Ἑλληνίς. Similiter in *Aristoph.* Avib. 695.

γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν: pro οὐδὲ γῆ, οὐδ' ἀὴρ *etc.* *S.*]

31. τέξει δὲ ὀλοίτροχον) *Oenomai* τέξει δ' ὀλοοίτροχον [conf. *Var. Lect.*] non absurdum. Infra, lib. VIII. 52. ὀλοιτρόχους plerique Codd. et *Suidas*; quas quidem vocabuli discrepans originatio apud *Etymologum* in Voc. turbelas peperit. WESS. — Literà scribendum transpositâ, [immo adiecta,] Λάβδα κύει, τέξει δ' ὀλοοίτροχον: sic vulgatur in excerptis *Eusebii* ex *Oenomao*, Praepar. Ev. lib. V. pag. 224. vel ὀλοοίτροχον. Utro modo pronunciandum esset non convenit inter Grammaticos: qui nonnullos memorat, etiam minus notos, Auctor *Scholii* nondum editi in *Hom.* Iliad. ν'. vs. 137. [deinde vero a *Villoisono* in *Scholiis Venetis* publici iuris facti] totum illud hic forte legisse non poenitebit: Ὀλοοίτροχος, ὁ ἐν τῷ τρέχειν ὀλοὸς, ἐπεὶ καταφερόμενος πᾶν τὸ ἐμπίπτον βλάπτει. Δημήτριος γοῦν ὁ Γονυπεὺς [ὁ Γονύπεσος ed. *Vill.*] δασύνει, ἵν' ᾖ ὁλοτροχοειδὴς καὶ κατὰ πᾶν μέρος ἀστήρικτος· οὕτω δὲ καὶ Ἑρμασίας, [Ἑρμαππίας *Vill.*] καὶ Νικίας, καὶ Ἀριστίας, καὶ Ἀριστόνικος. Κομανὸς δὲ καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῦσι καὶ παροξύνοντες, τὸ ἐπὶ τὸ (ἐν τῷ) τρέχειν [τὸν ἐπὶ τὸ τρέχειν *Vill.*] ὀλοὸν καὶ δεινόν. ἐπενθετικὸν δὲ τὸ ι περιττόν· καὶ γὰρ χωρὶς αὐτοῦ σώζεται τὸ μέτρον· καὶ δεῖ αὐτοὺς ἀναλογίσαι τὸ (ἀναλογίσασθαι τὸ, Od. Α'. 52.) [καὶ ἔδει αὐτὸ ἀναλογῆσαι τῷ,] Ἄτλαντος θυγάτηρ ὀλοόφρονος. Δημόκριτος δὲ τὸ κυλινδρικὸν σχῆμα ὀλοοίτροχον καλεῖ. Est illud scholion ex msto Cod. *Basil.*, quem a Clar. *I. I. Wetstenio* habui utendum, Scholia complectente in Iliada, atque Iliadis Homereae Paraphrasin utilissimam. Pauca quaedam ex isto Scholio dederunt *Etymologus* et *Eustath.* in Iliad. Ν'. p. 893., excitans et Herodotea ex lib. VIII. c. 52., ὀλοιτρόχους ἀπίεσαν, minus illic emendate scripta, quam vulgantur apud *Suidam*; ubi quae sequuntur velut *Herodoti* in Herodoteis non puto reperiri; quam exhibet in *Xenophonteis* (Κυρ. Ἀναβ. IV. p. 189, 11.) lectionem confirmat Cod. Ms. Paris. VALCK.

32. δικαιώσει) Oraculi ultima, δικαιώσει δὲ Κόρινθον, in *Vallae* Latinis [*emendabitque Corinthum*] iusto leniora sunt. *Poenae*, quibus Corinthus a Cypselidis mulctanda, praesagiuntur, seu, quod sequens conplectitur responsum, [*lin.* 38.] πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει. Vidimus lib. I. 100. κατ' ἀξίην ἑκάστου ἀδικήματος ἐδικαίευ: et geminum III. 29. Plurima ex aliis *P. Leopardus* Emend. V. 9. WESS.

40. ὀφρυόεντα) Egregia ad hanc vocem porrigitur *Fr. Nansii* industria in *Nonni* Paraphr. *Ioannis* cap. XXI, 59. *Acrocorinthus*, ubi fons *Pirene*, signatur. *Strabo* tamen ad asperum clivosumque urbis situm refert, ἀφ' οὗ πάντες ὀφρυόεντα Κόρινθον εἰρήκασι, lib. VIII. p. 586. [p. 382. B. ed. Cas.] WESS.

42. τότε δὲ τῷ Ἠετίωνι γενόμενον) Ut paulo post legitur, ἐὸν συνῳδὸν τῷ Ἠετίωνος, nempe χρηστηρίῳ: ad eamdem normam hic scribendum puto, τότε δὲ, τὸ Ἠετίωνι γενόμενον ὡς ἐπύθοντο, αὐτίκα καὶ τὸ πρότερον συνῆκαν. VALCK.

54 *seq.* τὸ παιδίον προσουδίσαι) Inmane consilium; crudelius facinus, quod Clytemnestra Agamemnoni exprobrat in Tragici Iphig. Aulid. vs. 1151. Βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσουδίσας πάλῳ. Sic eleganter, loco προσουρίσας, ill. *Scaliger*. Tale apud *Suid.* ὁ δὲ ἄρας μετέωρον, προσουδίζει τε καὶ ἀποκτείνει. Qua in crudelitate Hebraei ריטש 2. *Reg.* VIII, 12. et נפץ אל הסלע *Psalm.* CXXXVII, 9. frequentare consueverunt. WESS. — Quod dicitur, τὸ παιδίον προσουδίσαι, dixerat et *Eurip.*, si vera est *Scaligeri* coniectura, in Iphig. Aul. 1151. ζῶα προσουδίζεται *Porphyr.* apud *Euseb.* Praep. Ev. lib. IV. p. 174. c. Doricum ἐποτεύδιζεν *Hesychius* interpretatur κατέβαλεν ἐπὶ γῆν. VALCK.

56. τὸν λαβόντα --- προσεγέλασε τὸ παιδίον) Respicit haec *Plutarchus* in Conviv. VII. Sapient. p. 163. F. Κύψελον οἱ πεμφθέντες ἀνελεῖν νεογνὸν ὄντα, προσομιλήσαντα αὐτοῖς, ἀπετράποντο: ubi forte scripserat προσμειδήσαντα vel προσμειδιάσαντα, quae viri docti est suspicio. VALCK. — *Eustathius*, τῷ λαβόντι, sententia pari. *Dulce rideat ad patrem*, in carmine *Catulli* ad Manlium; ubi *Scaliger*, Virgilianum Eclog. IV., *Lacerda* probante, *Incipe parve puer, qui non risere parentes*, idem ait ac *ad parentes*, οὐ προσγελάσαντες τοὺς τοκέας. At propius huc facit *Plutarchi* in Sap. Sympos. p. 163. F. ὃν οἱ πεμφθέντες ἀνελεῖν νεογνὸν ὄντα, *Cypselum*, προσομιλήσαντα αὐτοῖς ἀπετράποντο: quod nuper vir doctus ad *Nostri* narrationem dextre προσγελάσαντα aut προσμειδιάσαντα reformavit. Ego vero haud scio, an προσομιλεῖν *blanditias* tenelli *infantis* et *semihiante labello arridentis* excludat. Vide *Plutarchi* Consol. p. 117. WESS.

70. φέρουσα κατακρύπτει) Expuli insolentissimum κατακρύβει. Talia veterum scriptis sine fulcro, sine auctori-

tate inculcare, equidem inprobo. Idem evenit [*lin.* 72.] *Med.* ἀπικνέοιντο: namque addita stabiliendo caussa, sufficiens non est, et aeque in vulgatum quadrat. Verius mox [*lin.* 73.] ex parte *Aldi* et Msstorum τὰ δὴ καὶ ἐγίνετο. WESS. — Vide *Var. Lect.* *S.*

70 *seq.* κατακρύβεις - - - ἐς κυψέλην) Verbi formam nobis ex *Med.* reduxit vir Clar., illam olim quidem usitatam; sed hic vitiosam, quia monumentis est literarum antiquior: κατακρύπτει procul dubio revocabitur. *Cista* Corinthiis dicta κυψέλη, in qua mater infantem occultaverat, postea fuisse traditur in Iunonis templo Olympiae dedicata: sed potius crediderim, ut rei memoriam custodirent, Cypselidas, non ad exemplar veteris istius factam, *arcam* artificiosissimam illam dedicasse, in cuius quinque lateribus enarrandis accurata *Pausaniae* versatur eruditio lib. V. [cap. 17-19.] a p. 420. ad p. 427. Τῆς μὲν δὴ σωτηρίας εἵνεκα τοῦ Κυψέλου τὸ ἀπ' αὐτοῦ γένος οἱ ὀνομαζόμενοι Κυψελίδαι τὴν Λάρνακα ἐς Ὀλυμπίαν ἀνέθεσαν, ut scribit *Pausan.* p. 419. VALCK.

79. ἀπὸ τῆς κυψέλης) *Pausanias* τὰς δὲ λάρνακας οἱ τότε ἐκάλουν Κορίνθιοι κυψέλας, tum consona prorsus de *Cypseli* cognomine, et multa de arca ista, in Olympia dedicata a Cypselidis, lib. V. c. 17. cuius insculptas figuras *Dio Chrysost.* Or. XI. p. 163. B. eleganter expingit. Iam κρυπτομένῳ [pro μαντευομένῳ, *lin.* 80.] *latitanti* seu *semet occultanti*, quomodo tres *Codices*, adsentire possum. Cypselo, cui a teneris Bacchiadae insidias struxerant, prudentia, ut latebras sectaretur, auctor erat. Habet praeterea vocabulum, quod ex glossa difficulter derivabitur: nulli tamen obtrudo. Quaeramus de oraculo, quod hic [*lin.* 81.] ἀμφιδέξιον χρηστήριον, et in *Vallae* Latinis *anceps*, invito Cl. *de Pauw*; cui ἀμφιδέξιον, *auspicatum*, quoniam Cypselus, τῷ πίσυνος, *eo fretus* tyrannidem invasit, *liquidum*que videtur. Sequor *Laurentium*, tum quod responsum omni ambiguitate liberum non sit, tum *Luciani* consensu, oraculum Croeso datum lib. I. 53. ἀμφιδέξιον ἔπος adpellantis Iov. Tragoed. c. 43. p. 692. WESS. — Istud κρυπτομένῳ, quod pro μαντευομένῳ veteres nonnulli codices praeferunt, haud dubie glossae marginali, quae κύψελον interpretabatur κρυπτόμενον, imperite in contextum invectae, originem debet. *S.*

84. Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ) Principio oraculi, Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ, Pythia advenientem Hesiodum salutavit, si non fallit auctor *Certaminis Hesiodi et Homeri*; etiam Theseum, in responso, a *Gronovio* ex schedis Mediceis publicato ad lib. I. c. 65. WESS. — Oraculi illud responsum, quod in ima ora codicis Medicei ad Herod. I. 65. adscriptum *Gronovius* reperit, huiusmodi est: Χρησμὸς ἐν τοῖς Θησέως βίοις ἀναφερόμενος·

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς νῦν κατὰ λάϊνον οὐδὸν
Φοίβου Ἀπόλλωνος χρηστήριον εἰσκαταβαίνει.
Ἤλυθεν εὐνομίην διζήμενος· αὐτὰρ ἐγώ σοι
δώσω, ἣν οὐκ ἄλλη ἐπιχθονίων πόλις ἕξει.

In libello qui inscribitur Ἀγὼν Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, his verbis Hesiodus a Pythia salutatus perhibetur:

Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ, ὃς ἐμὸν δόμον ἀμφιπολεύει
Ἡσίοδος, Μούσῃσι τετιμένος ἀθανάτῃσι· etc.

Vide Barnesianam *Homeri* editionem T. I. p. XXVI. *S.*

84. ὃς ἐμὸν δόμον ἐσκαταβαίνει) Non spernerem si codices agnoscerent *Dionis* lectionem, Ὄλβιος οὗτος ἀνὴρ ὃς ἐμὸν δόμον εἰσαφικάνει: quod Delphico templo longe mihi videtur convenientius, quam, quod *Herodoti* nobis praebent exemplaria, ἐσκαταβαίνει. Trophonius, rarius ille tamen in antro loquutus, dixisse potuit, ὃς ἐμὸν μυχὸν (vel σπέος) ἐσκαταβαίνει: erat enim in templo Iovis Trophonii os *specus, per quod oraculo utentes sciscitatum Deos descendunt*, ut scribit *Livius* XLV. 27. et usitata dicebatur loquendi forma ἐς Τροφωνίου καταβῆναι. Deus vero Delphicus dicere debuisse videtur, ὃς ἐμὸν δόμον εἰσαναβαίνει, [ut est in responso, paulo ante adposito, quod Theseus accepit.] vel εἰσαφικάνει: nisi tanquam *adyti* forte loquatur *incola Pythius*; (sic in *Horatio* legebat noster ille *Tib. Hemst.*) et Cypselus in intimum Pythiae descenderit penetrale, (εἰς) πολυστεφῆ μυχὸν, *Aeschylo* dictum Eumen. vs. 39. VALCK.

85. Κύψελος Ἠετίδης) *Oenomai* Αἰακίδης vitium olet. *Cypseli* pater *Eetion*; cuius patronymicum Ἠετίδης, uti Deucalionis Δευκαλίδης, egregie ad Plutum *Aristoph.* p. 206. *Hemsterhusio* ostendente. WESS. — Κύψελος Αἰακίδης, quod praebet *Oenomaus Euseb.* p. 233. vitiosum illud, tenue tamen, exhibet antiquae lectionis vestigium: parum enim dubito, quin fuerit sincera scriptio Κύψελος Αἰετί-

δης, *Aeetides.* Patri nomen fuit ab ἀετὸς dictum Ἠετίων: sicut ab ἄμαθος fluxerunt Ἠμαθία et Ἠμαθίων, *Emathion*; ab ἄνεμος, ἠνεμόεις: etc. Nusquam inveniuntur ἤνεμος, ἤμαθος, ἠετός. Ionice quoque, et passim poëtis, *aquila* dicitur Αἰετός. Non itaque patronymicum Ἠετίδης, sed ab Αἰετὸς formari debuit Αἰετίδης. Accedit ad haec, in oraculo primum edito [supra, *l.* 37.] legi, Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα: edito secundo oraculo, non difficulter intellexerunt Bacchiadae, Αἰετὸν esse τὸν Ἠετίωνα. Ab Αἰετὸς autem Αἰετίδης ortum patronymicum, ut ab altera forma nominis Ἠετίων nasci potuit Ἠετιωνίδης. Docte *Eustath.* atque ad Alexandrini fortasse *Heraclidae* ductum, in Iliad. β'. p. 218, 13. [p. 288. ed. Rom.] Ἔοικε, inquit, διώνυμος εἶναι ὁ Ταλαός· - - - Ταλαὸς, ἐξ οὗ Ταλαΐδης· καὶ Ταλαΐων, ὅθεν Ταλαϊονίδης. Vidit et *Etymologus* p. 109, 8. aeque ab Ἄνθιμος formatum Ἀνθεμίδης, atque ab Ἀνθεμίων Ἀνθεμιωνίδης. In talibus absurdas plerumque συγκοπὰς Grammatici comminiscuntur, quas egregia iam satis refutabant observata τοῦ πάνυ ad *Schol.* in *Aristoph.* Plut. p. 207. VALCK.

Ibid. βασιλεὺς κλειvοῖο Κορίνθου) Ex *Wesselingii* Diss. Herod. [p. 110.] discimus, κλειτοῖο, quod altero multo minus tritum est, adfirmari codicis auctoritate. VALCK. — Minimi referet, eligatur-ne κλεινοῖο Κορίνθου, an κλειτοῖο, in quibus scribendis variarunt librarii itidem VII. 228. WESS. — Posteriori loco κλειτοῖο offerunt codd. *Arch.* et *Vind.* Hoc loco ex eisdem nullus a vulgata scriptura adnotatus dissensus, sed κλειτοῖο adfertur ex ora *Steph. Pass. Ask.* et *Dione*; quibuscum non modo noster *Pb.* facit, quem in Var. Lect. nominavi, sed et membr. *F.* in quibus nunc demum eamdem animadverti scripturam. *S.*

86. παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες) Oraculi verba haec postrema, omissa *Dioni*, tentata *Bouhierio*, enodavit *Wesseling.* in Diss. Herod. p. 111 et seq. VALCK. — *Cypselidarum* tyrannis μέχρι τριγονίας, sive in tertium successorem, continuatur a *Strabone* VIII. p. 580. [p. 378. c. ed. Cas.] ea in re *Aristotelem*, quod *Casaubonum* non fugit, secuto Polit. lib. V. c. 12. Cypselum excepit Periander; hunc Psammetichus, Gordii seu Gorgiae filius, Cypseli nepos. Quae si ex vero tradidit Philosophus, uti verissima videntur, labat fides Apollinis. Ne tamen mendax haberetur,

machinam versui admovit Ampl. *Bouherius* Diss. Herodot. p. 169. fingendo παίδων γε μὲν εἰσίτι παῖδες. Quae mihi quidem violenta videtur: εἰσίτι certe ex praesente tempore trahit aliquid, oraculi haud respondens indoli. Apollinis veracitas stet cadat-ve, nihil ad rem. Quod cecinit, ἀμφιδέξιον est, et pro more *ambiguum*; huc, ut opinor, tendens: „Cypselum regnaturum, filios quoque Periandrum „et Gorgiam:" (namque hunc in partem dominationis fraternae venisse, ex *Plut.* Sap. Conviv. p. 160. recte colligitur. Bene ergo verbis, καὶ παῖδες *Dio Chrysost.* explicandi caussa, ὧν εἷς οὗτος ὁ Περίανδρος, adposuit:) „tum Cypselum „et Lycophronem, Periandri filios, quippe morte ante „patrem obita in tyrannidis successione haud futuros: „unum tantum modo Psammetichum, Gorgiae fil. Cypseli „l. Nep. nec ullos praeterea, regno sive tyrannide in Co„rinthiorum civitate usurum." Atque hoc erit παίδων γε μὲν οὐκέτι παῖδες. Quae callide si conieci, manet versui sua scriptura; sin, fallax Apollo est, nec mea refert. WESS.

91. διαπλέξαντος τὸν βίον) Ionum sermo pro vetere διαπλεύσαντος postulabat διαπλώσαντος, quod utrum hic scriptum primitus fuerit, prorsus in ambiguo fluctuat. *Platonis* in Phaedro p. 85. D. ἐπὶ σχεδίας κινδυνεύοντα διαπλεῦσαι τὸν βίον iucundum quidem est et poëtis rhetoribusque probatum. Πλόον vitae cursum dixit *Pindarus* Olymp. Od. VI. extr. ubi Graecus enarrator διανήξασθαι τὸν βίον alià figurà. At, quod in tot schedis διαπλέξαντος τὸν βίον, haud minus venustum. Citavit *Stobaeus* ex Musa VII. 46. ὁ θεὸς, γλυκὺν πλέξας τὸν αἰῶνα: quod quoniam in verbis istis varius est *Ioannes*, nunc non premo. Iambum ex *Athenaeo* lib. XI. p. 458. B. hunc habe: Ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον διάπλεκε: et de Pheretima, οὐδὲ εὖ τὴν ζοὴν κατέπλεξε, in fine Melpomenes; aliaque, a Cl. *Abreschio* indicata ad *Ph. Cattieri* Method. p. 71. Etsi autem utrumque sua non deficiatur venere, alterutrum haud dubie ex interpretamento, emersit. *H. Stephanus* [in Prolegom.] de *Herodoti* Vocib. διαπλέξαντος audaci criticae mutationi acceptum fert, *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoeniss. p. 448. διαπλεύσαντος, cuius sententiae calculum cupide adpono. WESS.

Ibid. διαπλέξαντος τὸν βίον εὖ) Impius in Deos atque in homines iniurius Dionysius *in suo lectulo mortuus -- eam pote-*

statem, quam ipse per scelus erat naetus, quasi iustam et legitimam haereditatis loco filio tradidit, ut auctor est *Cicero* de N. D. III. c. 35. Istiusmodo dictis sapienter respondet *Athenagoras* in libello περὶ Ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Quae de *Cypselo* tradit Noster, partim firmantur illa narratis *Polyaeno* V. 31. et *Suidae* in Κυψελιδῶν ἀνάθημα: ubi ad *Theophrasti* verba praeceptor illius comparari poterit *Aristoteles* Polit. V. p. 159, 21. et Oeconom. II. p. 246, 3. Fraudum ille suarum fructu facile potitus, per annos imperium exercuit triginta, tandemque ἐν τυραννίδι τὸν βίον ἐτελεύτησε, *placide vitam exspiravit*: hoc Herodotea dicitur phrasi, διέπλεξε τὸν βίον εὖ: neque enim mea sententia dubitari potest, quin genuinum sit atque ex Msstis *Herodoto* restituendum διαπλέξαντος. Non hic quaeritur, recte-ne quis dicatur διαπλεῦσαι τὸν βίον, quod cadere nequit in dubitationem; sed quid scripserit *Herodotus*. Scripsisse διαπλέξαντος demonstrant quatuor minimum scripti Codices: quis enim illud imputaret librariis? firmat usus *Herodoti*, cuius crudelis Pheretime vermibus erosa lib. IV. cap. ult. οὐκ εὖ τὴν ζόην κατέπλεξε, *male vitam finivit*: eodem hic sensu capiendum διαπλέκειν: apud alios διαπλέκειν τὸν βίον significat *vitam agere*. VALCK. — Διαπλέκειν τὸν βίον *Herodotus* dixit, ut latine dicimus *pertexere vitam*, quasi *vitae telam*. *S.*

98. καταστησάμενος τῶν πρηγμάτων) Inpeditior structura *Pavio* et *Reiskio* extorsit τὰ πρήγματα, uti sermonis genius efflagitabat. Prior tamen animadvertit, necti iungique posse ὅν τινα ἂν τρόπον τῶν πρηγμάτων ἀσφαλέστερον καταστησάμενος: neque adeo ὅν τινα τρόπον collocatum quo modo plerumque, vice κατ' ὅν τινα τρόπον. Idem in *Abresehii* coniecturam venit. WESS. — At res ipsa loquebatur; neque adeo sagace opus fuerat coniectore. *S.*

102. ἀναποδίζων τὸν κήρυκα) Persimile *Aeschinis* in Ctesiph. p. 81. καὶ πολλάκις ἀνεπόδιζον τὸν γραμματέα, optimeque cum hoc conpositum a *G. Budaeo* Conment. p. 418. belle vertente, *percunctans identidem et revocans caduceatorem*. Illud autem [*lin.* 103.] ἐκόλουε - - τινὰ - τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα imitatur *Philostratus* Vit. Apoll. lib. V. 36. μὴ τέμνε τῶν ἀσταχύων τοὺς ὑψήλους τε καὶ ὑπεραίροντας, magis tamen ex *Aristotele* Polit. V. 10. aliam in his narrandis viam ingresso, sicuti *Aldrobandin.* et *Casaubon.* ad *Diogen.* I. 100.

docuerunt. Non adstruo facti Thrasybuli expressam imaginem in *Eurip.* Suppl. vs. 448. WESS.

104. τῶν ἀσταχύων ὑπερέχοντα· κολούων) Ad Epistolam velut a Thrasybulo scriptam ad Periandrum, quam vel ex hac liquet historia ab otioso fuisse confictam, apud *Diogen. Laërt.* I. 100. multa notarunt viri docti; *Menagius* etiam attigit *Philostrati* locum de Vit. Apoll. lib. V. c. 36. ubi Romano dat Imperatori libenter audienti multo prudentius utiliusque consilium impostor Apollonius, quam Regibus veteres isti dederant sophi. Recte Theseus *Euripidis*, Suppl. vs. 448. *Quomodo tandem*, γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις, Ὅταν τις, ὡς λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν, Τόλμας ἀφαιρῇ, κἀπολωτίζῃ νέους; Prava poëtae displicebat philosopho suorum civium, Atticae certe multitudinis, consuetudo, qua virtutis eminentis aestimatores invidi viros Principes ad certum tempus expellebant civitate. In re nota verbum adhibet *Aristoteles Herodoti*, Politic III. c. 9. Ὁ γὰρ ὀστρακισμὸς, inquit, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν τρόπον τινὰ τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας: quod [ibi] sequitur καὶ φυγαδεύειν, ab *Aristotele* non videtur adiectum: conf. Polit. V. 10. *Aristides* T. III. p. 398, ἣν οὗτος ὁ νόμος· ἐκόλουον τοὺς ὑπερέχοντας, μεθιστάντες ἔτη δέκα. In lege quidem de Ostracismo, cuius ignoramus verba, decennium fuit definitum; sed quam illinc nobis efformavit legem *Sam. Petitus* p. 456. Ἐξοστρακίζεσθαι τοὺς ὑπερέχοντας τὰ δέκα ἔτη: istis si fuisset verbis concepta, lex meo quidem iudicio foret absurdissima; dignique Legis fuissent conditores poenâ, qua suos cives mulctandos censuit *Heraclitus*, eum amicum Hermodorum expellentes civitate dixisse viderentur, ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήϊστος ἔστω, [*Laërt.* IX. 2.] *de nobis nemo unus excellat.* Athenis etiam Homericum illud pueris occentabant, Αἰὲν ἀριστεύειν. Non itaque talem legem promulgassent Athenienses, qualem ne tyranni quidem; apud quos *nobilitas pro crimine, et ob virtutes certissimum exitium*; quique, ut scribit *Isocrat.* in Epist. VI. p. 422. A. nihil aliud σκοποῦσι, πλὴν ὅπως - - - τῶν πολιτῶν τοὺς βελτίστους καὶ φρονιμωτάτους λυμανοῦνται καὶ διασμολογήσουσι: verbo, quod vulgatur, ἀμυνοῦνται, substitui λυμανοῦνται, veram, ut arbitror, lectionem: in eam sententiam plura dederunt *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 285, 286. et *J. Wasse* ad *Sall.* Bell. Cat. c. 7. VALCK.

120. ἐς Θεσπρωτοὺς - - - ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον) Secundum nonnullos Orpheus, Eurydice mortua, ἐπὶ τὸ Ἄορνον δὲ αὐτὴν τὸ ἐν τῇ Θεσπρωτίδι ἀφίκετο· εἶναι γὰρ πάλαι νεκυομαντεῖον αὐτόθι, *Pausan.* IX. p. 769. Hic animas eliciebant sua sede, rite facto Diis inferis sacrificio, quos *Comicus* propterea quis *Deos* dixit Μολοττικούς. *Hesychius*: Θεοὶ Μολοττικοί· - - - ὅτι ψυχοπομπεῖόν ἐστιν ἐν Μολοσσοῖς. VALCK.

121. ἐπὶ τὸ νεκυομαντήϊον) Ex prisca superstitione, ab Aegypto ad Hebraeos, etsi severissima sanctione *Deuteron.* c. XVIII, 11. prohibita, cum multis aliis propagata, I. *Samuel.* XXVIII. Eadem, quid enim prava religione fertilius? eadem variis utriusque Graeciae regionibus cupide recepta, et crebro usitata. *Eustathium* inspice, his usum ad *Homer.* p. 1667, 61. [Od. p. 410, 37. ed. Bas.] et *Plutarch.* T. II. p. 1104. D. ubi querelae rigentis Melissae. WESS.

130. ὅς νεκρῷ ἐούσῃ Μελίσσῃ ἐμίγη) Nefarium et foedum *Periandri* facinus ex *Nic. Damasceno* excerpsit *Suid.* in Περίανδρος. Neque neglexit, ut opinor, *Seneca* II. de Ira c. 36. *Omnes denique*, inquiens, *alios affectus ira sibi subiicit: amorem ardentissimum vincit. Transfoderunt itaque amata corpora, et in eorum, quos occiderant, iacuere complexibus:* quibus in verbis si *et in earum quas occiderant* fingatur, nihil apertius. Periander certe Melissam suam, immani abreptus ira, occiderat, in Thaliae cap. 50. WESS.

Ibid. νεκρῷ ἐούσῃ Μελίσσῃ) Ut sensus nasceretur, quem lectioni *Med.* tribuit vir clar. [*Gronov.*] scribi debuerat νεκρῷ Μελίσσης ἐμίγη: qua ratione scripsit II. 89. λαμφθῆναί τινα (ταριχευτὴν) φασὶ μισγόμενον νεκρῷ προσφάτῳ γυναικός: *deprehensum qui rem haberet cum recente mulieris cadavere.* Fidem non inveniet quod legitur apud *Hermogenem* p. 95. ἐμίχθη τις τεταριχευμένῳ σώματι: apud *Herod.* ἐμίχθη τις νεκρῷ ταριχευθησομένῳ. Hunc in locum prior erit lectio revocanda νεκρᾷ ἐούσῃ Μελίσσῃ ἐμίγη: quibus Periandro non obscurum explicat *Herodotus* imaginis Melissae dictum: ἐπὶ ψυχρὸν τὸν ἰπνὸν Περ. τοὺς ἄρτους ἐπέβαλε. Mirifica narrat *Athen.* XIII. p. 605. F. et 606. A. Quae his proxima traduntur, *Is. Casaub.* ad Epistolam contulit *Periandri* apud *Diog. Laërt.* I. 100. qua dicitur in honorem Melissae Periander καταχαύσας καὶ τὰ πασᾶν Κορινθιᾶν εἵματα. Paulo ante se dixerat mortua Melissa ῥιγοῦν τε καὶ εἶναι γυμνή: tractavit

ista *Des. Heraldus* ad *Martial.* X. Epigr. 50. VALCK. — *Gronovius*, loco olim vulgati νεκρᾷ suo e cod. *Med.* νεκρῷ adsciscens, hancque vocem pro substantivo nomine accipiens, ῥῆσιν istam sic convertit, *cum Melissa iam cadavere coierat.* Multo commodius *Valla*: *cum Melissa quamvis defuncta coierat.* Quam interpretationem merito probans *Valckenarius*, revocandam priorem lectionem νεκρᾷ censuit. Non compertum erat Viro doctissimo, istud νεκρῷ non uni codici *Med.* deberi, sed esse constantem veterum codicum omnium scripturam, νεκρᾷ vero aut operarum errore in *Aldinam* editionem irrepsisse aut temere ab editore obtrusum *Herodoto* esse. Ad haec vocab. νεκρός, adiective sumtum, eadem terminatione perinde et de muliere et de viro dici posse videtur. Foemininam certe formationem νεκρά neque umquam legere me memini, nec ab ullo vetere Grammatico adnotatam equidem reperi: nam quod in recentioribus nonnullis Lexicis legitur, νεκρός, ά, όν, *mortuus*; foeminina illa terminatio aut gratuito ficta est, aut unius huius loci, qualis olim temere editus erat, nititur auctoritate. *S.* 139 *seq.* Τοιοῦτο μέν ἐστι ὑμῖν ἡ τυραννίς *etc.*) Quod additur, καὶ τοιοῦτον ἔργον, hic tamdiu haerere non debuerat intactum. *Vallae* lectio Codicisque *Arch.* καὶ τοιούτων ἔργων, neque illa valde placet. Forsan ad τοιοῦτο μέν ἐστι ὑμῖν ἡ τυραννίς diversam quis adscripserat Codicis lectionem (καὶ τοιούτων) ἔργων. Aliis sic ista exprimeretur sententia: τοιαῦτα μέν ἐστιν ὑμῖν τὰ τῆς τυραννίδος, ὦ Λακεδαιμόνιοι. In proximis *Herodoti* dixisse videtur Sosicles: ἡμέας δὲ αὐτοὺς τότε αὐτίκα θῶϋμα μέγα εἶχε: atque aliquis adscripsisse ad ἡμέας αὐτοὺς) τοὺς Κορινθίους. Istiusmodi primum in margine Codicum posita interpretamenta nonnunquam perperam in *Thucydidis* suspicor irrepsisse contextum, atque illius dixisse Periclem p. 96. 97. [lib. I. c. 144.] non μὴ σφίσι τοῖς Λακεδαιμονίοις, verum μὴ σφίσιν ἐπιτηδείως αὐτονομεῖσθαι: mecum sentit scriptor Scholii in Cod. *Basil.* p. 32. οἶμαι τὸ, τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἁμάρτημα τοῦ γράφέως, ἐνθέντος τῷ κειμένῳ ὅπερ ἦν ἑρμήνεια τοῦ Σφίσι. Et huius ipsius vocis tales saepe praebent interpretationes *Thucydidi* subiecta Scholia p. 355, 29. Σφίσι) τοῖς Λακεδαιμονίοις: similiter p. 344, 63. p. 236, 86. Ponam locum ex p. 532, 25. [lib. VIII. c. 46.] uncis includens quae suspicor adiecta: οὐκ εἰκὸς εἶναι Λακεδαιμονίους ἀπὸ

μὲν σφῶν (τῶν Ἑλλήνων) ἐλευθεροῦν νῦν τοὺς Ἕλληνας, ἀπὸ δὲ ἐκείνων (τῶν βαρβάρων) --- μὴ ἐλευθερῶσαι. VALCK.

140. καὶ τοιούτων ἔργων) Ita ni dederit, δὶς ταυτόν. Sosicles, quid negotii tyrannis, et quae ex ea, tanquam fonte, facinora scaturiant, supra recensuit. Hic iusta sermonis clausula. Malui praeterea [*lin.* 142.] ὅτι, quippe ad narrationem multo quam ὅτι utilius. WESS.

CAP. XCIII. 9. εἴπαντος ἐλευθερῶσαι, πᾶς τις) Nolo huic molestiam creare: verum tamen si amamus, ἐλευθέρως ἅπας τις αὐτίων, potuerat relinqui. Sosiclem ubi graviter orantem audierant, libere sociorum quivis elocutus est. Sic lib. VII. 46. ὅς πρῶτον γνώμην ἀπεδέξατο ἐλευθέρως, *qui primo libere sententiam protulerat.* Ceterum pro ἐπιμαρτυρέοντο [*l.* 11.] ex superioribus ἐπιμαρτύροντο mavult *Reiskius.* Ἑλλάδα vero πόλιν [*lin.* 12.] *Gronovius* exemplis adfirmavit, [ex VII. 22, 15. et VII. 115, 3 et 6.] quibus Ἑλλὰς στολὴ ex *Sophoclis* Philoct. vs. 223. pluraque accedere possunt. WESS. — Vide *Var. Lect.* ad *lin.* 9. Istud εἴπαντος ἐλευθερῶσαι *Gron.* interpretatus est, *dicentis* (statuentis, iubentis) *liberare:* ubi *liberare* intelligi debebit *pati ut liberae maneant Athenae.* Nisi planissime alii codices ἐλευθέρως, et πᾶς τις dedissent, suspicari poteras loco ἐλευθερῶσαι πᾶς τις oportuisse ἐλευθέρως, καὶ πᾶς τις etc. *S.*

CAP. XCIV. 8. ὅς οὐκ ἀμαχητὶ εἶχε) Hic etiam vir doctus [nescio quis] hallucinabatur, dum Hippiam a patre Sigeum accepisse putabat: illuc se quidem Athenis eiectus cum suis Hippias receperat c. 65.; illinc evocatus a Lacedaemoniis c. 91. ἀνεχώρεε ὀπίσω ἐς Σίγειον, c. 94. Sed *Sigeum, vi atque armis a se captum,* velut peculium, *Pisistratus filio notho dederat Hegesistrato.* Sigeum a patre traditum tenuit *Hegesistratus* οὐκ ἀμαχητὶ, quippe quod, ut suum, armis saepe repeterent Mitylenaei. VALCK. — Nempe, quae de contentionibus Atheniensium et Mitylenaeorum subiiciuntur, ea ante hoc tempus, de quo nunc agitur, gesta erant. *S.*

Ibid. τά περ ἔλαβε) Auctoritatem *Arch.* amplector. *Achilleum* non longe *Sigeo* aberat. *Stephanus Byz.* Ἔστι πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ Ἀχίλλειον: quod *Berkelio* displicere non debuerat. Oppidi situm et nominis caussam, fuisseque olim in Mitylenaeorum ditione, *Strabo* XIII. p. 896. r. [p. 600. ed.

Cas.] indicavit. WESS. — Quod doctissimo Viro placuit, τά περ ἔλαβε, id minime equidem sperno; et nonnisi in uno licet cod. *Arch.* repertum, in locum alterius scripturae, τὰ παρέλαβε; quam ex reliquis codicibus revocavi, repositum malim: nec enim composito verbo παρέλαβε opportunus admodum hic locus esse videtur *S.*

9 *et seqq.* ἐπολέμεον γὰρ, ἔκ τε Ἀχιλληΐου *etc.*) Quae deinceps narrat, non evenerunt illa, dum imperaret Hegesistratus Sigeo. More suo, facta Sigei mentione, *bellum* Herodotus in transcursu commemorat *de Sigeo inter Athenienses olim et Mitylenaeos gestum;* forsan ut occasionem sibi pararet *Alcaei* carminibus decantatum facinus narrandi. [Simillimo certe consilio multa passim episodia suis illum Historiis inseruisse novimus.] Duces ille non nominat, neque fraudem, qua Phrynonem circumvenit Atheniensem Pittacus: hanc aliunde notissimam fraudem Mitylenaei ducis, μέγιστον τῶν πεπραγμένων τῷ ἀνδρί, καὶ κάλλιστον ἐν ταῖς πράξεσι γενόμενον scribens, dum maligne praetermissam *Herodoto* calumniatur, magis Pittaci memoriam dehonestare videtur *Plutarchus* T. II. p. 858. A. Post illud bellum lectus arbiter Periander Cypselides Atheniensibus Sigeum adiudicavit. Mortuo Periandro Sigeum recuperasse videntur *Mitylenaei;* quibus illud armis abstulit deditque regendum *Hegesistrato Pisistratus.* Haec istâ si ratione digerantur, evanescunt pleraeque difficultates, quae viros eruditos exercuerunt et Ampl. *Bouhierium Diss. sur Herod.* p. 165. *Herodoto* tribuentem et *Straboni*, quae mihi neuter dixisse videtur: nihil de Hegesistrato *Strabo*; nec sane bellum, quo Hegesistratum agitarunt Mitylenaei, a Periandro compositum scribit *Herodotus.* Prius illud bellum, ducibus Pittaco et Phrynone gestum, fuisse dicitur plerisque περὶ Σιγείου, etiam *Schol.* in *Aesch.* Eumen. vs. 401. περὶ τῆς Ἀχιλλείτιδος χώρας *Diogeni Laërt.* I. 74. In isto loco vicino castellum exstruxerant Mitylenaei, Ἀχίλλειον dictum, *Sigeum* tenentibus Atheniensibus oppositum. *Demetrius Scepsius* τὸ Ἀχίλλειον scribit ἐπιτειχισθῆναι ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων τῷ Σιγείῳ, apud *Strabon.* XIII. p. 896. A. [p. 600. B. ed. Cas.] hoc illis erat ὁρμητήριον: vid. *Casaub.* in *Polyb.* p. 168. [conf. Lexicon nostrum Polybianum, voce ὁρμητήριον.] Hinc *Herodotus* nostro capite 94. ἐπολέμεον,

inquit, ἔκ τε Ἀχιλληΐου πόλιος ὁρμεώμενοι καὶ Σιγείου, χρόνον ἐπὶ συχνὸν, Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι. Hi Sigeum, Achilleum Mitylenaei, belli sedem habebant et receptaculum. Quae huc spectant veterum loca dederant *Casaub.* ad Strabonem, ad *Aesch. Stanley*, *Menagius* ad *Diogen. Laërt.* et *Simson* in Chron. ad A. M. 3398. VALCK. — In Latinis nostris p. 502. lin. 7. pro *decertarunt*, commodius *decertaverant* scribetur. *S.*

15. συνεπρήξαντο) Nemo hoc recusabit. In Musae VII. 169. ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεπρήξαντο αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον, ὑμεῖς δὲ κείνοισι τὴν ἐκ Σπάρτης ἁρπαχθεῖσαν - - - γυναῖκα: quibus neglecta ultio necis Minois et sumta ob abductam Helenam vindicta tangitur. Apertum inde, συνεπρήξατο nihil esse aliud atque *ulti una cum Menelao raptum Helenae fuerunt.* Latina *Vallae* ambiguitate laborant. WESS. — Cum codice *Pass.* συνεπρήξαντο dare nostrum F. monui in *Var. Lect.* De codd. *Paris.* vero tacere ibi debueram: quum enim illi cum ed. *Wess.* fuerint collati, hoc ipso, quod nihil ex eis h. l. notatum est, intelligitur tenere illos scripturam olim vulgatam. *S.*

CAP. XCV. 2. παντοῖα καὶ ἄλλα) πολλὰ codicum imperio, et quoniam ordo erat in editis turbatior, eliminavi. WESS.

6 *et seqq.* πρὸς τὸ Ἀθήναιον *etc.*) Psephisma Sigeorum Antiq. Asiat. *Ed. Chishull* p. 50. ΕΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΣ ΕΝ ΤΗΙ ΣΙΓΕΙΩΝ ΠΟΛΕΙ. *Alcaeus* apud *Strabonem* XIII. p. 895. c. [p. 600. A. ed. Cas.] ἐς Γλαυκωπὸν seu Γλαυκωποῦ ἱερόν. En ipsa poëtae mendosissima verba: Ἀλκαῖος σῶος ἄρει ἔνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀλήκτορίν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. In quis ἀλεκτορὶν, *galeam* intelligens, Vir magnus reponit, cetera vix tangens. Equidem illa ipsa puto, quae *Herodotus* innuebat, fortasse olim posita: Ἀλκαῖος σῶος, ἄρ οἱ ἔντεα δ' οὐχ. (*Salvus est Alcaeus, non item arma eius*: haec enim abiecerat fugiens.) αὐτὸν τὸν ἀλκιτῆρα ἐς Γλαυκωποῦ ἱρὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. *Clypeum ipsum in Caesiae Minervae templo Athenienses suspenderunt*: sive, quae Nostri verba, [*lin.* 5.] τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι καί σφεα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον. In *Alcaei* dicto ἀλκετῆρα ex Pindarico usu, alia quidem ibi notione; quae ad *clypeum*, *periculi propulsorem*, transire potuit. Si qui ἀλεκτορὶν *Casauboni*

praetulerint, fruantur arbitrio. Suspensa ego manu et haesitans in lacero sum fragmento. Certius est, ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτυλήνην, *in Mitylenen reposuit*, perperam a Laurentio verti. *Strabo* melius, κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ. *Misit Alcaeus* carmen Mitylenen amico Melanippo. *Damascius* apud *Suid.* καὶ δὴ γραψάμενος ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς ἐν Καρίᾳ δύο Φιλοσόφους ἐπιτίθησιν. Redi ad lib. III. c. 43. et Cl. *Reiskium* Misc. Lips. T. VIII. p. 307. cuius indicio addi *Athen.* XI. p. 465. D. et *Anna Comnena* Alex. p. 39. B. poterunt. WESS.

Ibid. ταῦτα δὲ Ἀλκαῖος ἐν μέλεϊ ποιήσας *etc.*) *Ista lamentatus ad lyram Alcaeus, carmen Mitylenen mittit* (ἐπιτιθεῖ ἐς Μιτ. vid. dicta in lib. III. c. 43.) *ad sodalem Melanippum, quo suam ille fugam evulgabat.* Sic interpretor Herodotea. Quo respicit Noster, ex *Alcaei* carmine verba quaedam depravata prostant apud *Strabon.* XIII. p. 895. c. cui dicitur κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ, Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἔνθα δ'. οὐκ αὐτὸν τὸν ἀληκτορὶν ἐς Γλαυκωπὸν ἱερὸν *etc.* Sensus his inesset commodus, si sic scripta legerentur: Ἀλκαῖος σῶος ἄρ' εἴη 'νθάδ'. οὐκ αὐτὸν, τὸ δ' ἀλεξητήριον (*corporis munimentum*, τὴν ἀσπίδα:) ἐς Γλαυκωποῦ ἱερὸν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. Atque ad haec accurate respondent Herodotea de *Alcaeo*: αὐτὸς μὲν φεύγων ἐκφεύγει, τὰ δέ οἱ ὅπλα ἴσχουσι Ἀθηναῖοι, καί σφε ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ. Quod cuivis accidat, sibi *clypeum reliquisse* dedecori non futurum credidit Poëta, vir aliàs strenuus et bellicosus, μᾶλλον τοῦ δέοντος πολεμικὸς γενόμενος, teste *Athen.* XIV. p. 627. A. Idem bellicae laudis cupidissimo evenit *Archilocho*: οὐ δὲ ᾔδειμεν ἂν εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαθόντες, - - - ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν, *Aelian.* Var. Hist. X. 13. *Archilochi* tetrastichon concinnavit *G. Olear.* in *Philostr.* Vit. Apoll. II. 7. VALCK.

9. κατήλλαξε Περίανδρος) Neque hoc *Strabo* silentio pressit. Mirum autem maxime accidit, nullam hic pugnae retiariae, qua Pittacus Phrynonem, Atheniensium eo bello ducem, irretivit et vicit, mentionem fieri, cum optima adesset narrandi caussa. Taciturnitatis rationem non exputo. *Plutarchus* ex malignitate arcessit, Malign. p. 858. ut Scriptorem macula adspergeret. WESS.

CAP. XCVI. 7. οὐκ ἰῶντας) Frequentissimum de legatis. Nec aspernabilis propterea οὐκ ἰῶντες Codicum lectio. Respice ex hoc libro c. 108. κήρυκας διέπεμπε ἐς τὴν

Ἰωνίαν, ἐπικαλεύμενός σφεας: et Cel. *Gronovium* lib. IV. 145. WESS. — Ad IV. 145, 9. similia exempla *Gronovius* congessit ex III. 13. V. 92. et VI. 97. *S.*

9. σόοι εἶναι) Cur σόοι, quam σῶοι, maluerim, dictum ad lib. II. 181. WESS.

CAP. XCVII. 15. διαβαλέειν) Aristagorae *fallendi* studium non aliud [nisi hoc, aut certe διαβάλλειν, non μεταβαλέειν,] desiderabat: praecedentia ostendunt, et supra c. 50. WESS.

16. τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθηναίων) *Civium Atticorum numerus*, qui hic ad XXX. *millia*, magnâ ab aliis concordiâ aut circiter XX. millium aut paullo amplior proditur. Saepe a Grammaticis ex *Demosthenis* Or. I. in Aristogit. advocatur, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι: ad quae Oratoris testimonia *Aristophanis*, *Platonis* et aliorum adscripsit Cl. *Taylor* p. 520., non neglectâ differentiae illius caussâ, quae mihi quidem praecipua in florente civitatis ante Persicum et Peloponnesiacum bellum statu videtur. WESS.

Ibid. τρεῖς δὲ μυριάδας Ἀθ.) In historicis antiquis saepe *numerum* vellemus imminutum, in quo augendo modum nobis, humane loquentibus, videntur excedere: sed, librariorum si tantum errores corrigendi sunt, non scriptorum velanda peccata, in talibus ego quidem scalpellum criticum non adhibuerim; in nullius scriptis segnius quam *Herodoti*, in *numeris* saepius immoderati. In historia Romana peccantem hac parte *Valerium Antiatem* frequenter corrigit hominisque refutat intemperantiam *Livius*. Hic *Herod.* ad viginti millia decem forte millia supra adiecit; nam solos cives Atticos sibi persuadendos habebat Aristagoras quibus ius esset ἐκκλησιάζειν. Cives Attici diversis temporum articulis, aetate Cecropis, Platonis, Demosthenis, Phalerei Demetrii, semper fuisse traduntur *circiciter* XX. *millia hominum*, ὁμοῦ (id est ἐγγύς, *prope, circiter*) δισμύριοι. Eam in rem quae dici possent protulerunt *I. Meurs.* Att. Lect. I. c. 1. et de Fort. Att. c. 4. *S. Petit.* in Legg. Att. p. 188. et *P. Wesseling.* in Diodori T. II. p. 271. Qui *Meursio* dicitur incertus auctor apud *Hesychium*, est *Demosthenes*; cuius adhibent locum Grammatici ad istam vim vocis ὁμοῦ firmandam. De *numero civium Atticorum* agentes haec *Herodoti* suo loco reliquerunt intacta, quibus

ancilla forsan e comoedia advocabitur patrona: in *Aristoph.* Ἐκκλ. vs. 1124. ista leguntur: Τίς γάρ γένοιτ' ἂν μᾶλλον ὀλβιώτερος, Ὅστις, πολιτῶν πλεῖον ἢ τρισμυρίων Ὄντων τὸ πλῆθος, οὐ δεδείπνηκας μόνος. VALCK.

19. Μιλάνθιον) Optime ita *Vindobonae.* [conf. Var. Lect.] Non obliviscor μηλάνθης, at virile Μηλάνθιον nomen quaero. Codri pater Μίλανθος, Bacchus Μιλανθίδης in celebritate versantur, neque ignotus Μιλάνθιος est, quem Eurypylus obtruncat Iliad. Z'. 63. WESS.

20. ἀρχὴ κακῶν) Robur numero isti singulari ex *Eustathio* accedit et acuto *Isocratis* verbo, τὴν ἀρχὴν τῇ πόλει ἀρχὴν εἶναι τῶν κακῶν in *Aristotel.* Rhetor. III. p. 137. Si qui tamen liber ἀρχέκακοι ἐγένοντο praeferret, quod *Plutarchus* Malign. p. 861. A. invenit, praecipuum profecto in censum veniret ob *Homeri*, Ὃς καὶ Ἀλεξάνδρῳ τεκτήνατο νῆας ἐίσας Ἀρχεκάκους, Iliad. E'. 63. Luculenta profecto est imitatio. WESS. — Singularis numerus ἀρχὴ quo pacto suspectus cuipiam h. l. esse potuerit, non video. Nec ex eo quod in hac re Homerico vocabulo ἀρχέκακοι usus est *Plutarchus*, continuo consequitur reperisse illum h. l. id vocab. apud *Herodotum*, cuius ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο minime quidem cum ἀρχέκακοι permutatum vellem. *S.*

Ibid. Αὗται αἱ νῆες ἀρχὴ κακῶν etc.) Ut *Med.* sic et legerunt h. l. *Eustath.* et *Valla. Eustathius* in Ἰλ. έ. p. 395, 19. Φησὶν Ἡρόδοτος Ἀττικάς τινας νῆας, αἳ, τοῖς Ἴωσι πεμφθεῖσαι εἰς βοήθειαν, ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι. Nemo facile malevolentiam in his deprehendisset praeter *Plutarchum*, quem hic etiam coecavit obtrectandi cupiditas: malevolus audit *Plutarcho* Noster p. 861. A. ὡς Ἀθηναῖοι ναῦς ἐξέπεμψαν Ἴωσι τιμωρούς ἀποστᾶσι βασιλέως ἀρχεκάκους τολμήσας προσειπεῖν, ὅτι τοσαύτας πόλεις καὶ τηλικαύτας Ἑλληνίδας ἐλευθεροῦν ἐπεχείρησαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων. Est ista prorsus indigna philosopho criminatio: non dixit simpliciter ἀρχεκάκους, sed ἀρχικάκους (vel ἀρχὴν κακῶν) Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροισι: id est, *Graecis Persisque* ἀρχὴν τῶν πολέμων παρασχούσας. Alexandri quidem naves dixit *Homerus* Ἀρχικάκους, αἳ πᾶσι κακὸν Τρώεσσι γένοντο: sed et illae ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησί τε καὶ Τρώεσσι, his πᾶσι, illorum πολλοῖς. Dies, quo primum alicui obveniunt commoda, dicitur illi ἀρχὴ πολλῶν κἀγαθῶν: sic qui primus malorum caussa fuit, ἀρχὴ κακῶν. *Thucydidea* ex

lib. II. c. 12. adhibet *Aristid.* T. II. p. 322. Hae naves viginti, nam Athenienses εἴκοσι τριήρεσιν ἔπλευσαν ἐπικουρήσοντες τοῖς Ἴωσιν, ut scribit et *Charon Lampsacenus* apud *Plut.*, hae naves Ionibus auxilio missae Darium exacerbarunt, et speciosum inferendo Graecis bello praebuerunt praetextum causamque proximam: veram tradit *Aristides* T. I. p. 209. Velut remotae caussae considerari quoque possunt superbum Atossae desiderium et medicus Democedes. Quod uxori Darii etiam *Herod.* III. c. 134. id ipsum Xerxis coniugi tribuit *Maxim. Tyr.* XXIX. c. 6. ἐπιθυμεῖ ἡ Ξέρξου γυνὴ θεραπαινίδων Λακωνίδων καὶ Ἀτθίδων καὶ Ἀργειάδων· καὶ δι' ἐπιθυμίαν γυναικὸς - - - ἡ Ἀσία ἐξοικίζεται: mihi scripsisse videtur Λακωνικῶν et Ἀργολίδων. Ἀργολίδας rectius dixisset *Aelianus*, quam Ἰάδας, de Nat. An. XI. c. 27. VALCK.

CAP. XCVIII. 3. ὠφελείη) Certa haec scriptura, aut, uti ego malui, ὠφελίη ex nationis consuetudine ad lib. II. 18. WESS.

23. τοῖσι Παίοσι) Ultimum *Laurentii* et *Arch.* schedae neglexerunt, crebra vocabuli repetitione fortasse offensae: per me licebit, ut eius consilii laudatores inpetrent. [Nisi vero αὐτοῖσι pro τοῖσι legatur, non video quo pacto abesse vocab. Παίοσι possit.] Ferre tamen non possum toties ἀπικίατο a librariis ad conmuniorem sermonis morem formari. Ipse *Med.* ab bac se temeritate [*lin.* 19.] non continuit. Tu *Portum*, talium exemplorum promum condum, consule. WESS.

CAP. XCIX. 2. Ἐρετριέων πέντε τριήρεας) Hoc etiam indignatur *Plutarchus* T. II. p. 861. B. *Herodotum* in transcursu tantum *Eretriensium* fecisse mentionem, illorum παρασιωπήσαντα μέγα κατόρθωμα καὶ ἀοίδιμον. His proxima *Plutarchi* hunc in modum partim ex Codd. sananda sunt, ut legatur: ἤδη γὰρ, ὥσπερεὶ τῆς Ἰωνίας συγκεχυμένης, καὶ στόλου βασιλικοῦ προσπλέοντος, ἀπαντήσαντες ἔξω Κυπρίους ἐν τῷ Παμφυλίῳ πελάγει κατεναυμάχησαν. Hinc illi dicuntur, Sardium acropoli incluso Artapherne, τὴν Μιλήτου λῦσαι πολιορκίαν: atque ista praeter ceteros narrasse traditur *Lysanias* Mallotes. Miletum hoc articulo temporis a Persis obsidione cinctam, ab Eretriensibus liberatam quod scribit, fides sit penes auctorem. Secundum *Herodotum* etiam Eretrienses in Asiam militatum veniebant in gratiam Milesiorum,

qui opem ipsis tulerant in bello contra Chalcidenses: hoc Eretrienses inter et Chalcidenses bellum intelligit *Thucyd.* I. 15. quo, quod ante vix evenerat, καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν ἐς ξυμμαχίαν ἑκατέρων διέστη: horum sensum Latinus interpres perspexit, non Graecus. Super *Lelanto*, fertilissimo campo, aquis etiam saluberrimis nobili, saepius illi bella gesserant atque ab antiquissimis temporibus: vid. ill. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Del. vs. 289. Chalcidensis Amphidamas, teste *Plut.* in Conviv. VII. Sap. p. 153. E. πολλὰ πράγματα παρασχὼν Ἐρετριεῦσιν ἐν ταῖς περὶ Ληλάντου μάχαις ἔπεσεν: errat interpres: πεδίον Ληλάντιον dicebatur, et ὁ Λήλαντος. Nobilius forsan illud bellum respicit *Theognis* vs. 888. Οἴμοι ἀναλκείης· ἀπὸ μὲν Κήρινθος ὄλωλε, Ληλάντου δ' ἀγαθὸν κείρεται οἰνόπεδον: minus ista vulgantur emendate. VALCK. — *Theognidis* versiculos emendatos edidit *Brunck.* num. 871 seq. *S.*

6. πόλεμον συνδιένεικαν) Nulli rei hoc quidem loco est συνήνεικαν. *Herodotus* I. 18. Χίοισι τὸν πρὸς Ἐρυθραίους πόλεμον συνδιήνεικαν, addita αὐξῆσαι, qua et hic vocabulum *Vindob.* instruxit. Dabit *Iosephus* Bell. Iud. I. XIV. 4. στρατείας, - - - ἃς κατ' Αἴγυπτον αὐτοῦ τῷ πατρὶ συνδιήνεγκε. *Philo Iud.* de Agricult. p. 209. C. συνδιαφέρεσθαι τὰ τοῦ πολέμου. Adde supra c. 79. et *Procopium* Bell. Goth. l. 5. et *Suidam* in Συνδιαφέρειν. WESS.

CAP. C. 2. ἐν Κορήσσῳ) Mons Κόρησσος aut Κορησσὸς (variatur enim in tono) altissime erigebatur stadiis ab urbe Epheso XL. Illi oppidum naviumque static accubabat eiusdem nominis, cuius in scriptura, uti ante hic, etiam alibi erratur. Verior ex msstis revertit. Dixi ad *Diodorum* lib. XIV. 99. WESS.

[5 *seq.* ἐπεί τε - - - ἀπίκοντο, αἱρέουσι Σάρδις) Idem est ac si dixisset ἐπεί τε - - - Σάρδις ἀπίκοντο, αἱρέουσι αὐτὰς vel τὴν πόλιν. *S.*]

6 *seq.* αἱρέουσι δὲ χωρὶς τῆς ἀκροπόλιος) Hoc solis tribuit Atheniensibus *Charon* Lampsacenus apud *Plutarch.* T. II. p. 861. D. Ἀθηναῖοι - - - εἷλον τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα, χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιληΐου: sic *arcem* vocasse monuit *Ti. Hemsterh.* in luculenta de Sardium acropoli nota ad *Luciani* Contempl. p. 502. *Tzetzes* Chil. I. vs. 853. Ὁ δὲ Ἡρόδοτός φησιν, ὡς ὑπ' Ἀρισταγόρου Τὰς Σάρδεις ἐξεπόρθησαν πεισθέντες Ἀθηναῖοι. Ere-

triensibus urbis captae honorem contribuisse videtur Lysanias. Ad mentem ferme *Herodoti Aristides* de Atheniensibus T. I. p. 209. ἀναβάντες, ait, εἰς Σάρδεις στρατιᾷ κοινῇ (una cum Ionibus atque Eretriensibus:) πορθήσαντες ᾤχοντο: verius tamen ἑλόντες scripsisset quam πορθήσαντες. VALCK.

8. ἱδρύετο αὐτὸς Ἀρταφέρνης) Tot codicum ἱδρύατο progressum moratur. Productio verbi Ionica est in multitudinis numero, qualem ἱδρύατο habet lib. II. 182. At hic de uno Artapherne. Mox quidem se dabit παρηγορέατο *Onesilus* c. 104. contra tabulas, in quis παρηγορέετο. *Gronovius* expressit ex *Med.* VIII. 113. *Themistocles* ἐκτίατο, ubi ἐκτίετο aut ᾐτέετο alii libri. In eiusdem Uraniae c. 35. *Arch.* et *Vind.* πάντα δ' ἐπιστέατο *Xerxes*, reluctantibus pluribus atque ἠπίσταντο offerentibus. Sunt cuncta proinde illa fidei fallacis et auctoritatis. Tamen ὡρμέατο singularem numerum adsereret VI. 215. nisi nexa isthic omnia ad hunc forent modum: ἔπεμπε Ὑδάρνεα καὶ τῶν ἐστρατήγεε Ὑδάρνης· ὡρμέατο δὲ *etc.* Hydarnes nempe et illi quibus praeerat, profecti sunt. Et haec propter ἱδρύατο, quod Ionica magis specie, quam veritate, splendet. WESS.

CAP. CI. 1 seq. Τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἑλόντας σφέας τὴν πόλιν ἔσχε τόδε) In his probarem si qui Codices darent, τοῦ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἑλ. σφέας τ. π. ἔσχε τόδε: qua structura utitur *Aristoph.* Λυσ. vs. 380. Sic apud *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 313, 40. *Dercyllidas* τούτους, τοιαῦτα λέγων, ἔσχε τοῦ μὴ ἐκπεπλῆχθαι. Scribi tamen etiam potuit: τόδε δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἑλόντας σφέας τὴν πόλιν ἔσχε· τότε ἔσαν ἐν τῇσι Σαρδ. Sic loquitur in re simillima *Thucyd.* I. c. 73. ὅπερ ἔσχε μὴ κατὰ πόλεις αὐτὸν ἐπιπλέοντα τὴν Πελοπόννησον πορθεῖν: quin ipse *Herod.* I. c. 158. *Aristodicus*, inquit, ἔσχε μὴ ποιῆσαι ταῦτα Κυμαίους. Dissimilia, ni fallor, erunt, quae multa poterunt obmoveri: nam non nescio *Sophocleum* Philoct. vs. 1235. ἔστιν ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν: quaeque huius sunt classis plura. VALCK. — In vulgatam huius loci scripturam consentiunt libri, quam nec opus erat sollicitare. *S.*

9. τὰ περιέσχατα νεμομένου τοῦ πυρὸς) Scriptura τὰ ἔσχατα περινεμομένου habet quo commendetur. Sed περιέσχατα lib. I. 87. sicuti τὰ περὶ τὰ ἔσχατα eiusdem Musae c. 191. Quod subsequitur autem, οὐκ ἔχοντος ἐξήλυσιν, *Laurentius* accepit, ac si παρέχοντος esset; neque inprovide, si quidem ἔχειν

ea apud *Thucydidem* potestate veteres Enarratores semel iterumque explicarunt. Si tamen ex codicibus ἔχοντες erueretur, spernendum eum *Pavio* et aliis haud censerem. WESS.

12. διὰ μέσης τῆς ἀγορῆς) *Pactolum* διὰ μέσων ἀφικνούμενον Σάρδεων ἕτοιμα χρήματα κομίζειν hinc *Dio Chrysost.* Orat. LXXXIII. p. 659. A. et scriptorum conplures. De amne *Hermo* [*lin.* 13.] iuxta Phocaeam in mare se mergente lib. I. 80. WESS.

CAP. CII. 2. Κυβήβης) Favet *Galeo*, Κυβίλης emendanti, verum iniuria, *Valla*. Vulgato patroni veniunt *Hesychius*, *Eustathius*, *Suidas*, et quos plures advocavit doctissimus *Gudius* ad *Phaedri* lib. III. Fab. 20. Haec est inclamantis Chori, Ὀρεστέρα παμβῶτι γᾶ, Μᾶτερ αὐτοῦ Διός, Ἃ τὸν μέγαν Πακτωλὸν εὔχρυσον νέμεις, *Sophoclis* Philoct. vs. 390. Eadem in *Maecenatis* Epigr. *Ades huc, ades Cybebe, fera montium dea*, h. e. ὀρεστέρα *Sophoclis*; cuius ego suffragio eam Latini versus apud *Diomedem* et *Fortunatianum* scriptionem praeoptarem. Multa nuper et docta de *Cybebe* et *Maecenatis* Epigr. Cl. *Pet. Burmannus Secund.* Anthol. Latin. lib. I. p. 30. Porro *incendii templorum in Graecia obtentus*, quem [*lin.* 3.] Persis scriptor tribuit, arcessitus erat: verior caussa, quod deos parietibus includi negarent, templa inprobantes. Conf. *Brisson.* Reg. Pers. II. 31. etc. WESS. — Pro eo quod in *Vallae* Latinis erat, *templum Cybeles*, graecam nominis deae formam *Cybebes* cum *Gron.* tenuit *Wess. S.*

3. ἀντενεπίμπρασαν τὰ ἐν Ἕλλησι ἱρά.) Hic insano tantum furori fuit praetextus: neque Persarum res sacras, nedum Asiatica templa violaverant Aegyptii, quum teste *Diodoro* I. 46. Cambyses ἐνέπρησε τὰ κατ' Αἴγυπτον ἱερά. De Graeciae templis a Persis vel incensis vel violatis veterum loca collegerat *B. Brisson.* de R. Pers. II. pag. 218. et seqq. Haud protrita dedit vir Magnus ad *Diodori Sic.* XI. 29. ubi in eam propendere videtur suspicionem, quam *Theopompus* certe verisimillimam movit, formulam illam iuris iurandi, quam Graecos ad Plataeas iurasse perhibent, ab Atheniensibus esse confictam. Theopompi praeceptori *Isocrati* pag. 73. B. soli dicuntur Iones illis diras imprecati, qui templa Deorum instaurarent igne Persarum violata, tanquam mo-

numenta posteris relinquenda barbarorum impietatis: τῶν ἐμπρησθέντων ἱερῶν ἐπηράσαντο εἴ τινες (legerim, εἴ τι,τινὲς) οἰκοδομήσαιεν. Qui Persis apud Plataeas se obiecerunt Graeciae populi, plerique fuerunt Peloponnesii, in universum secundum *Herod.* ferme viginti: praeter Atheniensium, ceterorum utique templa non incenderant Persae, neque videri poterant facturi. Phocensium si qui forte transfugae pugnae interfuerunt nobilissimae, in Phocide unum memorat *Herod.* VIII. 38. Abis Apollini sacratum templum quod συλήσαντες ἐνέπρησαν. Huc adde templa quaedam Attica et τοὺς ἐν τῇ 'Αλιαρτίᾳ ναοὺς ex *Pausan.* Phocicis pag. 887., praeterea nullum equidem commemoratum legere me memini templum, quod in veteri Graecia Persae incenderint. Sed Ionum templa recensens *Pausanias*, ad quae cetera Graecorum magnificentiâ non poterant aequiparari, duo scribit de nobilissimis ὑπὸ Περσῶν κατακαυθῆναι: τόν τε ἐν Σάμῳ τῆς Ἥρας (ναὸν,) καὶ ἐν Φωκαίᾳ τῆς 'Αθηνᾶς· θαῦμα δὲ ὅμως ἦσαν καὶ ὑπὸ τοῦ πυρὸς λελυμασμένοι, VII. p. 533. Pro ingenio suo Persarum hanc etiam impietatem amplificarunt Athenienses. VALCK.

11. Εὐαλκίδεα) Quidquid in hominis nomine Codices varient, de recepto nihil demuto. Εὔαλκις, quo titulo victorem Olympiae *Pausanias* lib. VI. 16. memorat, Εὐαλκίδην et Εὐαλκίδεα recte format. WESS.

CAP. CIII. 2. ἐπικαλεομένου σφέας πολλὰ δι' ἀγγέλων 'Αρισταγόρεω) Sic recte *Passion.* et *Ask.* sicuti cap. 108. Onesilus κήρυκας διέπεμπε -- ἐπικαλεύμενός σφεας, activa verbi notione; quam recte etiam *Gronov.* h. l. in latinis expressit, in graecis quidem scripturam tenens olim vulgatam ἐπικαλεομένους. WESS.

6 seq. πολίων ἐσκευάζοντο) Prudenter *Reiskius* priorem abdicavit coniecturam. Simplex verbum compositi vicem obit, ut VI. 100. προδοσίην ἐσκευάζοντο. Mox [*lin.* 9.] ἐκπλώσαντές τε ἔξω τὸν 'Ελλήσποντον in structura geminum habebit c. 104. φυλάξας ἐξελθόντα τὸ ἄστυ. Alii maluissent, ἐκπλώσαντες ἔξω τοῦ 'Ελλ. aut ἐκπλώσαντες τοῦ 'Ελλησπόντου, qualia in *Demosthene*, *Philostrato*, atque aliis obvia. Hoc amplius, καὶ γὰρ τὴν Καῦνον etc. expeditum dedimus ad lib. II. 106. WESS. — Vide ad II. 106, 1. notata, et quem ibi citavi locum I. 86, 38 seq. *S.*

CAP. CIV. 5. Εὐέλθοντος) Notissimus ex Pheretimae historia lib. IV. 162., et, temporis ratio si subducatur, conpetet aetas. Cur autem [*lin.* 6.] παρηγορέετο ex scriptis Codd. praetulerim, non repeto dicta. [Vide Adn. ad c. 100, 8.] *Portus*, vulgato praesidium paraturus, novum exorsus est commentum. WESS.

11. στασιώτῃσι) Erunt fortasse, qui de *militibus* (στρατιώτῃσι) cogitabunt; quibus, tametsi prospiciam quid pro illis dici queat, non accedo. Notissima utriusque vocabuli in Codd. conmutatio diversitati occasionem, (uti lib. I. 13. III. 144. IX. 2.) dedit, in *Strabone* etiam lib. XIV. p. 992. B. [p. 674. D. ed. Cas.] ubi Athenodorus ἐπιχείρει λόγῳ μετάγειν κἀκεῖνον; Boëthum, καὶ τοὺς συστρατιώτας: atqui illi poëtae nulli milites, nulli conmilitones veri, sed συστασιῶται, [quod ibi etiam codd. nonnulli nupero Editori *Strabonis* offerebant; quos ille laudavit quidem, nec tamen secutus est.] unde mox τῆς στάσεως ibidem mentio. Συστασιῶται non ignoti *Herodoto*. WESS. — Pro scriptura στρατ. in *Wesselingii* Var. Lect. testis advocatus est cod. *Ask.* errore operarum, qui *Arch.* debuerant. *S.*

15. ἐπολιόρκεε προσκατήμενος) *Assidebat oppugnabatque oppidum*, *Gellius Noct. Att.* VII. c. 1. De *obsidione*, ut *adsidere Livio*, Graecis adhibetur πόλει vel πόλιν προσκαθῆσθαι. Attigit clar. *Wess.* ad *Diod.* I. p. 502. Herodoteum illud bis terve dedit *Pausan.* I. pag. 30. Συρακούσαις πολιορκοῦντες προσεκάθηντο: scribi debet libro VII. p. 558. Ἡράκλειαν δὲ προσεκάθηντο πολιορκοῦντες: et VIII. p. 681, 2. ἐπολιόρκουν προσκαθεζόμενοι, ubi vulgatur προκαθεζόμενοι. πολιορκία προσκαθεζόμενοι *Thucydidis* est, lib. I. c. 11. VALCK.

CAP. CV. 7. ὡς οὗτοί γε οὐ καταπροΐξονται) In *Vallae* Latinis erat, *non fuisse illos prae contemtu sui rebellaturos*, non bene. Rex non inpune rebellionem ablaturos innuebat, quam eius mentem *H. Steph.* et *Portus* non praetervi-derunt. Glossator mstus adscripsit ea, quae *Aristophanis* offerunt enarratores ad Equit. vs. 435., reddenda loco conmodiore. Redi ad Cl. *Valcken.* observationem lib. III. 37. [Adnot. ad III. 36, 33.] WESS. — Non teneri hic a *Gronovio* debuisse *Vallae* interpretationem, *Valckenarius* etiam h. l. monuit. *S.*

9. ἄνω ἐς τὸν οὐρανὸν) Cur inprobatum hoc fuerit, nul-

lam, nisi in *Mediceo*, caussam animadverti. [Accedunt illi tamen et alii codices, πρὸς pro ἐς scribentes.] In *Eustathio* εὔξατο ἀνθρώπῳ ἐς οὐρανὸν ἀφεὶς τὸν οἰστόν, ridicule: ἄνω si suprapositam habeat lineam, imo etiam ubi absit, in scriptis Codd. saepe loco ἀνθρώπῳ ponitur: id exscriptorem fefellit, *H. Stephanum* minime, Dialect. pag. 49. de formula Ὦ Ζεῦ γενέσθαι, quomodo *Eustath.*, disputantem. Dubium autem quo doctissimi viri animus distrahebatur, nunc cessat: testes infinitae formae mssti conplures; tantum in verbi indole, simplici an conposita, discordes. Mihi nulla hic novandi libido. Adi ad *Gronovium*. WESS. — Ad ἐκγενέσθαι *lin.* 11. monuerat *Gronov.* verbum εὔχομαι intelligi. *S.*

11. Ὦ Ζεῦ, ἐκγενέσθαι μοι) Digna lectio Codicis erat *Med.* ἐκγενέσθαι, pro ἐκγενέσθω iure recepta, quam uno alterove exemplo communiret *Gronovius*, ut alibi fecerat vir clar. in alterius usus infinitivo commendando. Legitur incerti *Tragici* senarius apud *Etymol.* pag. 346, 43. Ὦ Ζεῦ, γενέσθαι τῆσδέ μ' ἐξάντην νόσου: quem alibi lectum non recordor. *Aeschyl.* Sept. contr. Theb. vs. 259. Θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν. Adde *Eurip.* Suppl. 3. *Aristoph.* Ran. 914. Quid in istiusmodi sit votis subaudiendum, docere poterit *Xenophontis* Abradates Κυρ. Παιδ. VI. p. 100, 42, qui ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπεύξατο, ἀλλ' ὦ Ζεῦ μέγιστε, δός μοι φανῆναι ἀξίῳ μὲν Πανθείας ἀνδρί: vel eiusdem Cyrus p. 97, 42. Ἀλλ', ὦ Ζεῦ μέγιστε, λαβεῖν μοι αὐτὸν γένοιτο ὡς βούλομαι. Horum prius probavit *H. Steph.* in App. de Dial. Att. pag. 49., sequutus *Eustathium*. Hic nostra quoque proferens *Herodotea*, Florentinam adfirmat lectionem in Iliad. β'. p. 188., 29., ἔστι καὶ παρὰ Ἡροδότῳ σχῆμά τε ὅμοιον εὐχῆς, καὶ ἱστορία τοιαύτη· Δαρεῖος εὔξατο, ἄνω εἰς οὐρανὸν ἀφεὶς οἰστὸν, καὶ τὸν αἰέρα βαλὼν, Ὦ Ζεῦ γενέσθαι μοι Ἀθηναίους τίσασθαι. Ut apud *Herod.* IV. 18., si me non fallit suspicio, ἄνω mutatum erat in ἄνοι, vel ἄνθρωποι: sic in his, pro ἄνω εἰς οὐρανὸν, ed. *Rom.* dabat ἀνθρώπῳ εἰς οὐρανόν. Absurdam lectionem correxerat et *H. Steph.* l. c. quam ex ἄνω πρὸς ortam perperam putat *Al. Politus*, in cuius Ed. p. 474. vulgari non debuerat: ἄνω πρὸς εἰς οὐρανὸν ἀφεὶς οἰστόν. Scripsisse mihi videtur *Herod.* οἰστὸν ἄνω ἐς τὸν οὐρανὸν ἀπεῖναι, In his ἥλιον legisse videri possent de quibus *Diogen. Laërt.* in Prooem.

§. 9., καταγινώσκουσιν Ἡροδότου οἱ τὰ περὶ Μάγων γεάψαντες· μὴ γὰρ ἂν (ἄνω perperam Ed. *Meibom.*) εἰς τὸν Ἥλιον βέλη Ξέρξην ἀκοντίσαι, μηδ' εἰς τὴν θάλασσαν πέδας καθεῖναι, θεοὺς ὑπὸ τῶν Μάγων παραδεδεγμένους: aut certe *Solem* intellexerunt. *Philo Bybl.* apud *Euseb.* Praep. Ev. p. 34. c. τὰς χεῖρας ὀρέγειν εἰς τοὺς οὐρανοὺς πρὸς τὸν ἥλιον. Non ignem tantum et aquam, *Solem* et *Mare* colebant Persae; sed et *coelum* adorabant, ut Graeci *Iovem*. Persae *Herodoto* dicuntur lib. I. c. 131. τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες: *hoc sublime candens, quem vocant omnes Iovem.* VALCK.

CAP. CVI. 11. τοιοῦτόν τι ἐπρήχθη) *Quorum quidnam*, olim a *Valla* positum, eamdem monstrat lectionem, quam a *Steph.* repertam ex duobus Codd. Angl. enotavit *Galeus*, quamque restituendam censerem: κῶς δ' ἄνευ τῶν σῶν βουλευμάτων τούτων τί ἂν ἐπρήχθη: *horum quidnam tandem esset sine tuis consiliis factum?* Histiaei responso, [*lin.* 15 *seq.*] τί δ' ἂν ἐπιδιζήμενος ποιοίμι ταῦτα; τεῦ δὲ ἐνδεὴς ἐών; τῷ πάρα μὲν πάντα ὅσαπερ σοί: congruit Magorum ad Astyagen *Herodot.* I. 120., sed Creontis inprimis ad Oedipum oratio in *Soph.* Oed. Tyr. vs. 600 et seqq. Νῦν μὲν γὰρ ἐκ σοῦ πάντ' ἄνευ φόβου φέρω. Πῶς δῆτ' ἐμοὶ τυραννὶς ἡδίων ἔχειν Ἀρχῆς ἀλύπου; Πῶς δῆτ' ἐγὼ κεῖν' ἂν λάβοιμ', ἀφεὶς τάδε; et ad iratum Thesea Hippolyti *Eurip.* vs. 1012. Μάταιος ἄρ' ἦν κοὐδαμοῦ μὲν οὖν φρενῶν. Ἀλλ', ὡς τυραννεῖν ἡδύ; τοῖσι σώφροσιν Ἥκιστά γ'. ut locum eleganter emaculavit nuper *Ier. Marklandus.* VALCK.

16. πάντα ὅσαπερ σοί) Multo hoc amplius, quam ὅτα Πέρσῃσι ex *Arch.* Repetit et gratus agnoscit regis promissa, ἔχε τά περ ἂν ἐγὼ ἔχω, ἐμός τε σύσσιτος ἐὼν καὶ σύμβουλος, supra c. 24. WESS.

29. πάντα καταρτίσω ἐς τὠυτό) Vulgatum καταρτήσω *Portus* ex καταρτάω deducit, unde χρῆμα κατηρτημένον lib. III. 80. de *apta* re. Mihi dux et auctor est *Arch.*, atque usus verbi in sarciendo instaurandoque frequentissimus, etiam in N. Test. tabulis. Redi ad c. 28. *Sophoclis* Oed. Col. vs. 71. καταρτύσων, h. e. εὐτρεπίσων, eodem vergit. WESS.

34. Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην) Malunt νήσων τὴν μεγ., non absurde, modo schedae iuberent. *Noster* principio lib. VI. ὃς Σαρδὼ νῆσον τὴν μεγίστην ὑποδεξάμενος κατεργάσασθαι, de eodem Histiaeo. Plures olim *Sardiniam* inter insulas

maris mediterranei maximam perhibebant. *Scylax* Peripli fine, *μεγίστη Σαρδὼ, δευτέρα Σικελία, τρίτη Κρήτη*, errans profecto. Sed vide *Ph. Cluverium* Sardiniae c. 1. pag. 479. WESS.

Ibid. Σαρδῶ νῆσον etc.) Similiter scripsit VI. 2. Hic Dario nonnihil aptius fuisset movendo, si Sardiniam *insularum maximam* vocasset Histiaeus, *νήσων τὴν μεγίστην*: ut supra lib. I. c. 170. Ionibus auctor fuisse dicitur Bias *πλέειν ἐς Σαρδῶ, νήσων ἁπασέων μεγίστην*: quod utilissimum suum consilium, ut ab omnibus intelligeretur, carmine Philosophus explicuisse videtur: vid. *Diog. Laërt.* I. 85. Ante Biantis aetatem idem illud consilium suis Messeniis, tyrannide Lacedaemoniorum oppressis, dederat Manticlus: *Pausan.* IV. [cap. 23.] p. 336., *Μάντικλος ἐκέλευε - - - πλεύσαντας ἐς Σαρδὼ κτήσασθαι μεγίστην τε νῆσον καὶ εὐδαιμονίᾳ πρώτην.* Idem X. p. 836., *ἡ Σαρδὼ*, inquit, *μέγεθος καὶ εὐδαιμονίαν ἐστιν ὅμοια* (sic *T. Hemsterh.*) *ταῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις*: conf. *Diodor. Sic.* I. p. 341. et 343. *Wess.* et *Cluver.* Sard. Ant. p. 479. VALCK.

CAP. CVIII. 6. *στρατιὴν πολλὴν ἄγοντα Περσικὴν*) Talis confusio sive *σύγχυσις* nec inconcinna neque insolens. Exemplorum affatim *D'Orvillius* conduxit ad *Chariton.* lib. III. 7. pag. 320. Mox *ἄνδρα Πέρσην δόκιμον* [pro *προσδόκιμον*] scribentes et nectentes *Arch.* et *Valla* aberrant, turbantque orationis seriem. Satis ad redarguendos ex lib. VI. 6. *ἐπὶ δὲ Μίλητον - - ἦν στρατὸς προσδόκιμος.* WESS.

11. *ἐς τὴν Κύπρον*) Ista verba, more historicorum in medio posita, aeque pertinent ad sequentia, *καὶ οἱ Πέρσαι*, atque ad ea quae praecedunt. Tantilla res non animadversa deceperat interpretes. *Cum e Cilicia Persae navibus in oram Cypri Ciliciae traiecissent oppositam, ἤισαν ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα πεζῇ, illinc, relictis navibus, itinere terrestri ibant versus Salamina*, in altera insulae parte sitam, Syriae obiectam. Seleuciâ nave profecti Paulus et Barnabas in Cyprum primum venere Salamina, Act. Ap. XIII, 5. mox dicuntur *διελθόντες τὴν νῆσον ἄχρι Πάφου.* Quando Paphus in ipso fuit Orientali latere Cypri, atque hinc in Pamphyliam traiecerunt Apostoli, quod spectatissimi Codices offerunt, *διελθόντες δὲ ὅλην τὴν νῆσον*, causae nihil est cur sperneremus. VALCK.

14. αἱ καλεῦνται Κληΐδες) Bene Mssti; in Κλῆδες tamen Atticorum recentiorum, de quibus Cl. *Valckenarius* ad Phoeniss. *Euripid.* vs. 268., morem temere sectati. Isto de promontorio et insulis adiacentibus, Κληΐδες πόντου καὶ ἐσχατιαὶ Σαλαμῖνος in vetere Epigr. Anthol. lib. III. pag. 366., ubi *Brodaeus* docte, et *Io. Meursius* Cypri lib. I. 27. WESS.

CAP. CIX. 8. ἀνταγωνιευμένους) Sermonis genius restituto favet: ἀποσιμώμενος, ἐπιστιτμένοι, pluraque hoc de genere in Musis. Conf. lib. IV. c. 154. et 203. Parvi autem referet, ἐμβαίνειν an ἐσβαίνειν eligatur: manet eadem sententia, et verborum frequens conmutatio est, sicuti lib. VII. 128. etc. WESS.

11. τὸ κατ' ὑμέας) Ordo rei hoc praeferendum suadet. *Eligite*, inquiunt Cyprii Ionibus, *ut*, *quantum in vobis est*, *Ionia et Cyprus liberae perseverent*: quam quidem optionem τὸ κατ' ἡμέας infringit et iugulat manifesto. Τὰ κοινά, [*lin.* 13.] a *Galeo* probata, flocci ego facio. Οἱ ἀποπεμφθέντες ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, *a conmuni Atticae civitatis legati* c. 85. τὸ κοινὸν τῶν Σαμίων lib. VI. 14., ΚΟΙΝΟΝ ΙΩΝΩΝ, CONMUNE ASIAE in numis, et alia, obvia passim, vulgatum constabiliunt. Φυλάξαντας qui volent, utantur arbitrio. WESS.

CAP. CX. 5. καὶ Σολίων ἀπολέξαντες τὸ ἄριστον) Nulla hic *Arch.* neque aliorum Codd. haberi ratio debuit. Σόλιοι in Cypro, Σολεῖς Ciliciae. Auctor Vitae Arati, a *Petavio* publicatus: εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Σόλοι τῆς Κύπρου· ἀλλ' οἱ μὲν Κύπριοι Σόλιοι καλοῦνται· οἱ δὲ Κιλίκιοι, Σολεῖς. Quibus concinit *Diogenis Laërt.* lib. I. 52. observatio. Pravum etiam ἀποδέξαντες, hoc certe loco, ex levi scriptionis vitio ortum. Dedit lib. III. 14. καὶ ἄλλας παρθένους ἀπολέξας, *aliasque virgines seligens*: et τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος στρατοῦ *Mardonius*, sibi xxx. illa millia secernens, lib. VIII. 101. Talia in *Thucydide*, *Xenophonte*, et *Procopio* in primis, conplura. WESS.

CAP. CXI. 4. ὑπασπιστὴς γένος μὲν Κάρ) Una litera perperam posita (Κάρ in καὶ transierat) latens his vulnus inflixerat: ex nullius forsan exspectandam ingenio *Gronovius* opem attulit, a *Med.* Cod. subministratam. Confusae librariis literae Ρ. et Ι. centena Graecis scriptoribus inflixerunt vitia: ex *Hesychio* nonnulla tollere coepit,

quem nobis ademptum lugemus, claro iuvenis ingenio, *Io. Pierson.* in Praef. ad *Moer.* p. 21. Fuit armiger Onesili τὸ μὲν γένος Κάρ, τὰ δὲ πολέμια κάρτα δόκιμος, καὶ ἄλλως λήματος πλέος. Ubique vocem λήματος apud *Herod.* onerat μ male duplicatum; tollendum iam monuerat *Graevius.* Apte quadrant Herodotea in famulum e Caria; in cap. seq. [c. 112, 11.] forsan et in aliis Codd. pro Κάρ, vera lectione, reperietur ὀπάων, ut legit *Valla* et *Arch.* et erat ille Car Onesili *pedissequus;* ὀπάων vel ὀπίων, id est ὀπαδὸς et ἑπόμων: hoc ipso cap. mox legitur, εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ ὀπάων αὐτοῦ. Cares, mercede conducti, militantes καθ' ὅλην ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα, teste *Strabone* XIV. p. 978. A. [pag. 662. D. ed. Cas.] Singuli quoque passim apud Graecos servitutem serviebant; illinc vulgo *Cariones* dicti. *Aristoph.* Av. vs. 765., Εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κάρ, ὥσπερ Ἐξηκεστίδης. VALCK.

Ibid. γένος μὲν Κάρ, τὰ δὲ πολέμια *etc.*) Egregie ex *Mediceo* Cl. *Gronovius.* Πολέμια, sive πολεμήϊα ἔργα, quomodo *Arch.* et *Vind.* lib. VII. 9. iterum, Homericum redolent οἷς οὔτι μέλει πολεμήϊα ἔργα Iliad. Β'. 338. et Ν'. 727. Iam λήματος πλέος cur integraverim, non itero monita ad cap. 72. WESS.

17. μέγα τοι γίνεται) Malebat *D'Orvillius*, si codices addicerent, μέγα τι, ad *Chariton.* lib. VII. 2. p. 595. At illi reluctantur; sententia Caris bona est, qui quidem cum mox ait ἡμίσεα συμφορή, priscorum opinionem probat, vinci et sterni a viro egregio et forti laudantem. Nobile Virgilianum, *Aeneae magni dextra cadis*, Aen. X. 830. Adi ad *Ciofanium* in *Ovidii* Metamorph. V. 191. WESS

CAP. CXII. [2. ἄκροι γενόμενοι ταύτην τὴν ἡμέρην) *Benedictus* in Notis criticis ad *Herodoti* Historias, vulgatam olim lib. I. c. 73, 18. scripturam defendens, et ὀργὴν οὐκ ἄκρος haud dubie *irae non temperans* significare contendens, hac nititur ratione: „quia ἄκρος saepe, ut *Herod.* V. 112. „indicat *superior*, *victor.*" Non viderat vir doctus, verbis supra scriptis nullam aliam nisi eam subiectam esse sententiam, quam his Latinis commodissime *Valla* reddiderat, *eo die strenue* (potuerat perinde *acriter* dicere) *pugnantes. S.*]

CAP. CXIII. 6. πολεμιστήρια ἅρματα) Explicant

Critici ad *Aristoph.* Nub. vs. 28. Πολεμιστήρια καλοῦνται καὶ τὰ πολεμικὰ ἅρματα, ἐφ' ὧν ὁπλίτης ἐπιβέβηκεν ἅμα τῷ παραβάτῃ. Melius et aptiore nomine ἡνίοχος καὶ παραβάτης sive παραιβάτης alii. Mansit itaque Salaminiis priscus ex curribus pugnandi mos, sicuti diutissime Thebanis in Boeotia, de quibus, et gemina seetatis, ad *Diodori* XII. 70. pag. 527. WESS.

11 *seqq.* Φιλοκύπρου δὲ τούτου *etc.*) *Plutarchus* consentit in Solon. pag. 93. A., hoc amplius, *Solonem* tradens regi auctorem fuisse, ut novam urbem, ob asperum et inconmodum prioris *Aepeae* situm, conderet, quae a Solone deinceps Σόλοι. Non illis dissimilia Auctor Vit. Arati, nisi quod regem Κυπράνορα adpellet. *Io. Meursium* haec non fugerunt, Cypri lib. I. 7. WESS.

12. ἀπικόμενος ἐς Κύπρον) Et aliunde noveramus *in Cypro* saepius et satis diu *Solonem fuisse commoratum:* primo tamen adspectu nihil admodum ista hic ad rem facere videntur; et facile quis in eam veniret suspicionem, post ista voces aliquot intercidisse. Sed tradere voluit, ut opinor, *Herodotus*, dum moraretur apud Philocyprum, *Solonem* in ipsa insula Cypro carmina condidisse, quibus amicum istum suum collaudarit: atque id manifestum est ex parte Elegiae, qua Regem istum alloquebatur Solon, *Plutarcho* conservata in Solone p. 93., Νῦν δὲ σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων Τήν τε πόλιν ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον. Αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου Ἀσκηθῆ (*Hesych.* ἀβλαβῆ) πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος: *detque illa mihi* νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην. In Solone suo, nec mirum, solito negligentior *Io. Meursius* carminum Solonis omisit reliquias; senarios etiam, quibus suam ipse πολιτείαν, quam constituit Athenis, descripserat elegantissimos, ex *Aristide*, *Plutarcho*, aliisque inter se collatis partim certe concinnandos. VALCK. — *Solonis* quotquot Fragmenta supersunt, diligenter collecta, *Brunckius* edidit in Gnomicis Poëtis Graecis p. 73-84. ubi versus isti in *Philocyprum*, pag. 81 seq. *S.*

CAP. CXIV. 7. ἐμαντεύθη σφι) Ad eum modum superius cap. 45. τὰ μεμαντευμένα, et *Heliodori* τὰ ἐκ νεκυίας μεμαντευμένα Aethiop. VII. princ., quibus nunc non adiungo λουτρὰ τοῖς τετρωμένοις μαντευτὰ, et Philocteten μαντευ-

τὸν τοῖς Ἀχαιοῖς ex *Philostrati* Heroic. II. 18. et V. 1.; hoc tamen, *S. Bochartum* mellificantes in Onesili calva apes recte admovisse ad *Iudic.* c. XIV, 9. illuminandum *Hieroz.* P. II. lib. IV. 10. p. 505. WESS.

CAP. CXVI. 3. Ὑμίης) Dedi hanc scripturam Codicum consensui, redituram c. 122. Ὑμαίης si cui placebit, caussa ex prisco Persarum sermone, quem ignoro, pendebit. Τοὺς ἐν Σάρδισι στρατευσαμένους [*lin.* 5.] nec hic, neque c. 122. ob *Arch.* et *Vindob.* repudiavi. Bene *Gronovius.* WESS. — Veterem scripturam ἐς Σάρδις in contextu tenuit *Gronov.*, in Notis alteram praeferendam censuit. *S.*

CAP. CXVII. 3. Πιρκώτην) Puro fonte si manarunt in Ethnicographo Περκώτη, πάλαι Πιρκώπη, haud spreverim ex schedis Περκώπην. In *Strabone* [lib. XIII. pag. 590. B. ed. Cas.] nunc quidem, καὶ ὅτι πάλαι Περκώτη μετωνομάσθη ὁ τόπος: unde si *Stephanus* sua depromserit, uti credibile, Περκώπη ibidem fuit. Poëtae modo Πιρκώτη, alibi Περκώπη *Iliad.* Λ'. 229., ubi *Eustath.*, ἡ δὲ Πιρκώπη αὕτη, ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὴν διὰ τοῦ τ, nescio quo iure. Eadem enim urbs ad Hellespontum, cuius in nomine *Homeri* Codices olim aeque variarunt ac *Herodotei.* WESS. — Apud *Strab.* l. c. *Tzschuckius* T. V. pag. 293. praeeuntibus Mstis una voce ἡ Παλαιπερκώτη edens, *Politum* laudavit ad *Eustath.* in Homer. T. II. pag. 771. De eadem urbe conferri possunt quae a *Casaub.* et a nobis ad *Athenaeum* notata sunt, Animadvers. T. I. p. 223. et praesertim p. 499. *S.*

CAP. CXVIII. 5. ἐκ τῆς Ἰδριάδος) Regionis nomen instauravi, expugnatus *Stephani* verbis, Ἰδριὰς πόλις τῆς Καρίας: quae quidem antea *Chrysaoris* et *Hecatesia* cum diceretur, ab ipso, ubi posita erat, tractu cognomen duxit. In Πιξωδάρου titulo [*lin.* 7.] nihil novatur, numis et *Diodoro* XVI. 74. ΠΙΞΩΔΑΡΟΣ: nihil quoque in Κινδυέος, [*lin.* 8.] cui suo periculo Κνιδιέος: a *Cnido* Cariae, Nob. *Palmerius* substituit, oblitus *Cnidum* gentile Κνίδιον formare: *Berglerus* malebat Ἀλινδίος, ex *Alindis* Cariae ap. *Arrianum* Ἀναβ. I. 24. Equidem nihil demuto, siquidem Κινδύς, Κινδύη, et Diana Κινδυάς in Cariae finibus apud *Polybium* [XVI. 12, 3.] et *Strabonem* lib. XIV. p. 972. [pag. 658. B. ed. Cas.] cum *Casauboni* observatione. *Caricum* autem hoc *bellum*

Demon in Schol. ad Plut. *Aristoph.* vs. 1003., egregia *Hemsterhusii* opera adiutus, indicaverat. WESS.

[8. τοῦ Κιλίκων βασιλῆος Συεννέσιος) Conf. VII. 98, 4. et *Wesseling*. ad I. 74, 16. *S.*]

CAP. CXIX. 7. ἐς Λάβρανδα) Superstitiosa membranae *Medic.* veneratio (vere *Hemsterhusius*) Λάβραυνδα *Herodoto* inculcavit. Urbis nomen amanuensium alii Λάβραυνδα, nonnulli pingebant Λάβρυνδα, quam utramque scriptionem Florentiae atque alibi conbinarunt. Λαβρὺν olim Lydi et Cares securim adpellabant, teste *Plut.* Quaest. Gr. p. 302. A., hinc Λάβρυνδα. *Straboni* et numis Λάβρανδα, Iupiterque Λαβρανδηνὸς, qui frequentius Λαβρανδεὺς, lib. XIV. pag. 973. Quid de *Aeliano* dicam, cui ex λάβρῳ καὶ πολλῷ ὕσαι Iupiter iste? Errat insuper, Κάριον et Στράτιον confundens Iovem lib. XII. de Anim. c. 30. Cautior *Strabo*, de quo antea ad *Herod.* I. 171. WESS.

Ibid. κατειλήθησαν ἐς Λάβρανδα) Enarrat Herodotea, et cum *Demonis* fragmento comparat *Ti. Hemsterh.* ad *Schol.* in *Aristoph.* Plut. pag. 355. ex cuius eruditissima coniectura scripserit *Demon*: τῶν Καρῶν περὶ τοῦ πολέμου πρὸς τῷ τοῦ Λαβρανδέως ἄλσει βουλευσαμένων. *Herodotus* ἱρὸν μέγα τε fuisse scribit καὶ ἅγιον ἄλσος πλατανίστων: cui et alibi permutantur voces ἱρὸν et ἄλσος, ut VI. c. 78. et 79. τὸ ἄλσος τοῦ Ἄργου: τὸ ἱρὸν, et τὸ τέμενος: ubi mox ἅτε γὰρ πυκνοῦ ἐόντος τοῦ ἄλσεος. In hoc *Labrandensis Iovis luco* sacellum probabiliter fuit, in quo staret *Iupiter* Στράτιος manu gestans *securim*. Exquirit in Quaest. Gr. *Plutarch.* p. 301. F. cur *manu teneret* τοῦ Λαβρανδέως Διὸς ἐν Καρίᾳ τὸ ἄγαλμα πέλεκυν ἠρμένον? Iupiter Στράτιος aevo recentiori colebatur et alibi terrarum, *Herodoti* forsan aetate nusquam nisi in Caria, vel saltem a Caribus solis. Istis interiectis de Iove Stratio, vocula sibi usitata redorditur orationem *Herodotus*: [*lin.* 10.] Κατειληθέντες ὦν οὗτοι ἐνθαῦτα ἐβουλεύοντο περὶ σωτηρίης: his ex libro Med. voculam δὲ inseruit *Gronov.* quam omissam mallem: in eumdem sensum scribi quoque potuerat, κατειληθέντες δὴ οὗτοι, *hi, inquam, huc in unum coacti de rei summa deliberabant*: ut aliis δὴ, sic etiam Nostro frequentatur: vid. *Ti. Hemsterh.* ad *Lucian.* pag. 322. et in Obs. Miscell. III. p. 419. VALCK.

CAP. CXX. 7. πεσόντων δὲ πολλῶν) Si confirmare-

tur aliunde, non esset absurda lectio, quam margo praebet Ed. *Steph.* πεσόντων δὲ τῶν πάντων πολλῶν, Μιλήσιοι μάλιστα ἐπλήγησαν: *quum in universum multi cecidissent in praelio, Milesii tamen maximam prae ceteris cladem acceperunt.* *Demon* in Schol. ad *Arist.* Plut. p. 357., οἱ Μιλήσιοι - - πανδημεὶ τοῖς Καρσὶ βοηθήσαντες, καὶ τοῖς Πέρσαις μετ' ἐκείνων συμβαλόντες, σχεδὸν πάντες ἀπέθανον. Quod in Herodoteis est πληγέντες, ubi eodem modo ponitur a *Thucydide* III. 18., recte explicatur a *Schol.* μεγάλως νικηθέντες. Πληγὴ γὰρ, inquit, κατὰ πόλεμον, καὶ τραῦμα, ἡ ἰσχυρὰ ἧττα. *Herodotus* aoristos primos pass. adhibet prae secundis; non hic tamen scripsisset πληχθέντες, [aut ἐπλήχθησαν,] quod et inusitatum recentioribus: in *Schol.* ad *Aristoph.* Av. vs. 1402., πληχθεὶς mutandum videtur in παταχθεὶς: ne hoc quidem apud veteres Atticos invenietur, neque etiam παταγεὶς, quod viri docti putabant restituendum *Lysiae* p. 15., ubi pro πεδηγὴς legendum sine controversia πληγείς. Actor attice dicitur πατάξαι: qui patitur, πληγῆναι. Ad minuta talia homines eruditi saepe non satis attenderunt. VALCK.

CAP. CXXI. 1. *Μετὰ δὲ, τοῦτο τὸ τρῶμα etc.*) Verior talis distinctio. [Vide *Var. Lect.*] Debent, quae sequuntur verba, [ἀνέλαβόν τε καὶ ἀνεμαχέσαντο,] suum sibi ex more habere. [Scilicet pro ἀνεμάχ. male ἐμαχέσαντο est in *Arch.* et *Vind.* quod in Var. Lect. adnotare neglexi.] Praeit scriptor lib. VII. 231. ὁ μὲν (*Aristides*) ἀνέλαβε πᾶσαν ἐπενεχθεῖσαν οἱ αἰτίην: tum VIII. 109. νενικημένους ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαβεῖν τὴν προτέρην κακότητα. Neque *Diodorus* aliter XVI. 19. ἀναμαχέσασθαι καὶ ἀναλαβεῖν βουλόμενος τὴν ἧτταν, saepeque aliàs ἀναμάχεσθαι τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα. Nam τρῶμα Herodoteo sermone tantumdem ac ἧτταν sive ἐλάττωμα valere, in dubio non est. WESS.

4. ἐλόχησαν) Debetur scriptis libris. Ἐλόχησαν - - - τὰς τῶν Ἀθηναίων γυναῖκας lib. VI. 138. et saepiuscule. Foedior in connexis macula atque ad tollendum difficilis. Aldinum ἐπὶ Δάσῳ nullo commendatur merito: si ΕΠΙΔΑΣΩΙ scribatur, una aberit littera ab ἐν Πιδάσῳ, cui *Gronovius* primas dedit. At ea Cariae urbs Πήδασα *Polybio*, *Straboni*, *Stephano*, et *Eustathio*, Homericam *Pedasum* dudum eviluisse docenti ad Poëtam p. 623, 23. [ad Iliad. Z'. p. 476, 21. ed. Bas.] Ubi vero ἐπὶ Πηδάσοισι pingetur,

res procedet, sed Codicum patrocinio defecta. *Vallae* Latina, *in via quae in Mylasa fert*, ex Graecis τὴν ἐπὶ Μυλάσοισι ὁδὸν, magis sunt, sive *Mylasorum* in Caria situs consideretur, seu insidiarum architectus Heraclides, domo Mylassensis, accommodata. Accedit ἐπὶ Λασοῖσι, mutilate scriptum in *Arch.* et *Vind.*, neque sibilans neglecta obest, qualis in multis ΜΥΛΑΣΣΕΩΝ numis. Equidem *Vallae* praeiudicio paene abripior, et vix mihi tempero. Maneat tamen ἐν Πηδάσῳ, donec aliunde *Mylasis* tutela; succurratque Πήδασος [sive Πήδασον] in Caricae Stratoniciae vicinia apud *Strabon.* lib. XII. p. 909. D. [p. 611. c. ed. Cas.] WESS.

Ibid. τὴν ἐν Πιδάσῳ ὁδὸν) ἐν Πηδάσῳ posuit in marg. *Stephanus*: illinc fluxit quod ante *Gronov.* vulgabatur ἐπὶ Δάσῳ. Eodem errore vulgatur in Allegor. Homer. *Heracliti* p. 420., ἡ ἐπὶ δυάδι μάχη: ubi corrigi debet ἡ ἐν πεδιάδι μάχη, aut, si quis illud malit ut usitatius, ἡ ἐπὶ πεδιάδι μάχη. Pro diversis lectionibus, ἐπὶ Δάσῳ, ἐν Πιδάσῳ, ἐν Πηδάσῳ, duo Codices offerunt in Diss. *Herod.* τὴν ἐπὶ Λασοῖσι ὁδόν. Suspicor ad vocem Πηδάσῳ olim correctionem adscriptam δασεῦσι, quae facile degenerarit in Λάσοισι. Quid *Valla* legerit incertum est; nam *Mylassensis* Heraclides in vicinis memoratus menti scribentis offerre potuit Cariae *Mylassa*. Mihi maxime fit verisimile scriptum ab *Herod.* τὴν ἐν Πηδασεῦσιν ὁδόν. Urbem ille Πήδασα, quantum recordor, non nominat; sed incolae istius tractus ipsi dicuntur aliquoties Πηδασέες, I. 175. VIII. 104. et 105. VI. 20., τὰ ὑπεράκρια ἔδοσαν Καρσὶ Πηδασεῦσι ἐκτῆσθαι. Diceretur autem ἡ ἐν Πηδασεῦσιν ὁδὸς, ut *via* dicebatur *in Phocide* ἡ ἐν Φωκεῦσιν ὁδός. Saepe memorant τὰς ἐν Φωκεῦσι πόλεις: τῶν πόλεων τῶν ἐν Φωκεῦσι, *Demosth.* p. 210. *Philostratus* p. 842. dixit τὴν εὐθὺ Φωκέων τε καὶ Δελφῶν ὁδόν. *Xenoph.* Ἑλλ. VII. 362, 17. ἐν ταῖς συμβολαῖς τῆς τε ἐπ' Εὐτρησίων καὶ τῆς ἐπὶ Μιδέας ὁδοῦ: ad hoc exemplum hic quoque scribi potuit τὴν ἐπὶ Πηδάσων vel Πηδασέων ὁδόν, *viam quae duceret in regionem Pedasensium*, vel *Pedasa*. VALCK.

CAP. CXXII. 7. Αἰολέας πάντας ὅσοι τὴν Ἰλιάδα νέμονται) *Galei* miror iudicium, veram lectionem esse scribentis Αἰολίδα. Virum doctissimum deceperat, ut puto, locus lib. VI. c. 8. ubi mentio fit Αἰολέων ὅσοι τὴν Αἰολίδα

γῆν νέμονται: ista hinc illuc male translata suspicor, ubi Λέσβον exhibent Codices et *Valla*. Hic autem scripserat, opinor, *Herodotus* Αἰολίας π. ἔτοι γῆν Ἰλιάδα, vel τὴν Ἰλιάδα γῆν νέμονται: quam hic lectionem vicina satis adfirmant et dux Persarum mortuus ἐν τῇ Τρῳάδι. Supra c. 94. cum ab Atheniensibus occupatam ut suam urbem, Mitylenaei Sigeum repeterent, contendebant Athenienses, οὐδὲν μᾶλλον Αἰολεῦσι μετεὸν τῆς Ἰλιάδος χώρης, καὶ τοῖσι ἄλλοισι. Oram maritimam ab Abydo Cumam usque quia tenebant olim omnem propemodum *Aeoles*, totum istum tractum Αἰολίδα dixerat *Ephorus*, teste *Strabone* XIII. p. 896. B. [p. 600. c. ed. Cas.] Quos cepit *Gergithios* sive Γέργιθας, [*lin.* 8.] *Teucrorum veterum reliquias*, quo Troadis loco sitam urbem incoluerint discere licet ex *Herod.* VII. c. 43. VALCK.

7. τὴν Ἰλιάδα) Ἑλλάδα *Arch.* pravum est, neque cum *Galeo* Αἰολίδα scribendum. Persarum in *Aeolidem* post pauca sequetur expeditio, ante quam *Aeolenses*, Iliadem oram incolentes, eorumdem vincentium iugum subierunt. Dabit tales Aeolenses cap. 94. huius Musae, et lib. I. 151. Vidit et Cl. *Pavius*. WESS.

CAP. CXXIV. 2. ψυχὴν οὐκ ἄκρος) Laurentius *mentis non compos*, male de Aristagora; quippe, quod rerum series declarat, mentis nequaquam alienatae. Animi constantiam metus illi excusserat. Ἄκροι τὰ πολέμια, *acres in bello* VII. 111., νηυσὶ ἄκροι γενόμενοι Iones in praelio navali strenui cap. 112. superius; [Nollem ibi νηυσὶ cum ἄκροι a viro doctissimo iunctum: νηυσὶ ibi ad ὑπερεβάλοντο refertur, *classe superarunt.*] alibi ἄκρη ἀρετὴν, et ἄκρος ὀργὴν, de quo lib. I. 73. *Pindari* ἀκρόσοφος Od. Olymp. XI. extrema et ψυχὴν ἄκρος non longe distant, etsi *animi* audacem *constantiam* posterius magis exprimat. Consequens δὲ [*ead. lin.*] *Reiskius* inductum, *Pavius* ὁ ταράξας, *sibi et in rem suam turbans*, mutatum mavult: ego eius possessionem non turbo. WESS.

9. ἄγει ἐς ἀποικίην) Hoc praetuli. Verba sunt consulentis et interrogantis Aristagorae. Qui vero ἄγειν ex pristino ἄγει finxerunt docti homines, illud insuper habuerunt. ἐπείχετο [*lin.* 10.] ex iisdem schedis non laudo. Conatus Histiaei significatur, ut c. 23. WESS.

CAP. CXXVI. 8. πόλιν περιεστήμενος) Ἐνίας ὁδοὺς,

Novem vias, in quarum vicinia deinde *Amphipolis* ab Atheniensibus condita, et XXXII. quidem annis post Aristagorae cladem, egregio auctore *Thucydide* lib. IV. 102. Atticae coloniae tempus in Olymp. LXXVII. aut sequentis initium incurrit, hinc Aristagorae et comitum strages in Olymp. LXX. Confer *Diodor.* XII. 68. et *Ed. Corsinum* Fast. pag. 184. *Tomi* III. Quod accedet, *Laurentii Vallae* meritis locabitur. Accusatur [*Valla* ab *H. Stephano*] ob *Miletum* in virile nomen conversam: mihi criminatio anceps. Ecce tibi eius Latina ex principe editione: *cuius sententia praecipue erat abeundi in Myrcinum, demandata Mileto Pythagorae viro inter populares probato procuratore Mileti.* Aufer inde duo postrema, quae *Vallae* non videntur, quis color accusationi? Immo vero ut isthic leguntur, liquidone declarant insimulantium actionem? WESS.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM SEXTUM.

CAP. I. 2. μεμετιμένος ὑπὸ Δαρείου) Nihil haberet, cur in contemtum μετιμένος veniret ex Fragm. *Regio*, Ionum consuetudine idem ac vulgare μεθειμένος: immo vero lites praecideret, quibus receptum μεμετιμένος vexatur. Obstat posterioris in his libris iteratio V. 108. VII. 229., mirae quidem αὐξήσεως, sed Herodoteae apud *Portum*. WESS. — Nempe quasi simplex verbum esset μετίω, idem valens ac μεθίημι, *dimitto*. *S.*

10. τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔῤῥαψας μὲν σὺ) Dictum proverbiale, quo scitissime usus *Gregorius* est *Naz.*, ut culpam tot regionum, in Mesopotamia Persis cessarum, a Ioviano Imp. in Iulianum verteret, Stelit. II. p. 118. c. καὶ τὸ τοῦ Ἡροδότου περὶ τῆς Σαμίων τυραννίδος καιρὸς εἰπεῖν, ὅτι τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔῤῥαψε μὲν Ἱστιαῖος, ὑπεδύσατο (ὑπεδήσατο) δὲ Ἀρισταγόρας. Hinc hausit *Nicephorus*, [Hist. Eccl. lib. X. c. 38.] quem antestatus *Gronovius* est. Quod autem haec proxime antevertit οὕτω τοι Ἱστιαῖε, mutari οὔ κω τοι Ἱστιαῖε [quod *Reiskio* visum erat,] non debuerat. Artaphernes voluit, *Ita, Histiaee, quod ad haec negotia attinet, sese habet.* WESS.

Ibid. τοῦτο τὸ ὑπόδημα *etc.*) Explicat *Tzetzes* Chil. III. vs. 324. et IX. vs. 240. τὴν ὑπόθεσιν δέδωκεν Ἱστιαῖος, Ἐς τέλος δ' ἐξεπέρανεν αὐτὴν Ἀρισταγόρας: sed ipsi fraudis architecto Histiaeo dixit ista satrapa, non Dario. Proverbii vim obtinuisse Herodotea liquet ex *Diogeniani* Cent. VIII. Prov. 49. Cleonem τὸν βυρσοδέψην, decebant ista in *Aristoph*. Eq. vs. 314., Οἶδ' ἐγὼ τὸ πρᾶγμα τοῦθ' ὅθεν πάλαι καττύεται. VALCK.

CAP. II. [6. ὑπέδυνε τῶν Ἰώνων τὴν ἡγεμονίην τοῦ πρὸς Δαρεῖον πολέμου) *Herodotea* verborum traiectio, quorum na-

turalis series haec erat: *ὑπέδυνε τὴν ἡγεμονίαν τοῦ πολέμου τῶν Ἰώνων πρὸς Δαρεῖον. S.*]

CAP. III. 4. *τὴν μὲν γενομένην etc.*) Videri potest ab absurditate longe abesse priscorum Codicum *τὴν μέν νυν ἐν αὐτοῖσι etc. veram apud ipsos caussam non aperuit.* Vicinum admodum lib. III. 65. *τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι.* Nec recipio tamen. Ordo, ut saepiuscule, turbatior consulto; iuncta valuit *εὖ μάλα ἐξέφαινε αὐτοῖσι.* Histiaei autem de lonum *μετοικισμῷ* conmentum, ad perterrefaciendos satis erat adpositum, siquidem et Assyriorum et Persarum institutis respondens. Quid enim illi Hierosolymitanis testati fuerint olim, tanquam re minime dubia, docemur II. *Regum* c. XVIII, 32. Persarum mos superiore tangitur libro c. 14. et post pauca cap. 9. De Philippo Macedone *Iustinus* culte, VIII. 5. *Reversus in regnum, ut pecora pastores nunc in hibernos, nunc in aestivos saltus traiiciunt, sic ille populos et urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quaedam loca videbantur, ad libidinem suam transfert.* Mitto Romanos. WESS.

8. *οὐδέν τι πάντως*) In coniecturam *Abreschii*, longe certissimam, hoc inciderat. Redi modo ad lib. V. 65. WESS.

CAP. IV. 1. *δι' ἀγγέλου ποιεύμενος Ἑρμίππου*) Docto viro [*Reiskio*] placere *δι' ἀγγέλου ποιεύμενος* non potuit, propterea que *διάγγελον ποιεύμενος*, nexis vocibus, instauranti. Erant utique priscorum in castris *διάγγελοι* ad mandata ultro citroque transferenda; quales *optiones* et *tesserarii* Latinorum, *διάγγελοι καὶ διοπτῆρες*, ex *Plutarchi* versione in Galb. p. 1063. F., qui Sympos. p. 678. D. quoque, *δεῖ γὰρ οὐχ, ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ, διαγγέλοις -- χρῆσθαι.* *Noster* autem, quantum recordor, vocabulo usus nunquam fuit: immo vero sicubi usurpasset, non obtruderem huic loco. Satis videbitur ex lib. VIII. 134. *ὁ Ἀμφιάρεως διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος*, quippe dictionem dubitatione et correctione liberans. Gentile *Ἀταρνεῖτης* Cl. *Valckenarius* lib. I. 160. illustravit. WESS.

CAP. V. 8. *ἀπωστὸς τῆς ἑωυτοῦ γίνεται*) Acquiesco in *Gronovii* iudicio: certe necessaria non est praepositio. *Sophocles* Aiac. 1044. *Τέλος δ' ἀπωστὸς γῆς ἀποῤῥιφθήσομαι:* et Oedip. Tyr. vs. 649. *ἢ γῆς ἀπῶσαι πατρίδος ἢ κτεῖναι λαβών.* Pluribus nihil opus erit. WESS.

CAP. VII. 3. ἔπιμπον προβούλους) Docuit ex Philosopho (Polit. IV. 14.) *Budaeus*. προβούλους in Graeciae civitatibus fuisse, *qui ante sedulo consultarent, quam ad populum deliberanda referrentur*; atque inde Athenis προβουλεύειν, προβουλεύματα, apud Oratores, *Demosthenem*, *Aeschinem*, *Lysiam*, quibus atque *Harpocrationi* molestus non sum. Πρόβουλοι hic sunt *legati, ad commune Ionum de gentis salute consultum missi*, uti lib. I. 170. Tales πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, simili caussa ad Isthmum missi lib. VII. 172. indice *Porto*. WESS.

Ibid. ἔπεμπον προβούλους -- ἐς Πανιώνιον) De XII. Ioniae civitatibus foederatis octo tantum ad illud commune gentis concilium suos hoc tempore misisse videntur legatos, de re summa consultaturos; totidem enim tantum memorantur cap. seq. quae pro suis quaeque viribus naves adversus Persas instruxerint. Praeter istas in Πανιώνιον convenire sueverant Ephesii, Colophonii, Lebedii, et Clazomenii. Recenset istas duodecim civitates *Herod.* lib. I. cap. 142., quae de gentis nomine templum Πανιώνιον dictum condiderint, cuius sui generis alios nullos voluerint esse participes: vide Clar. *Wesseling.* ad *Diodori* lib. XV. cap. 49. Praeter ceteros τοῦ Πανιωνίου meminerunt *Diogen. Laërt.* I. 40. *Pausan.* VII. [cap. 3. et 4.] p. 529. 532. *Max. Tyr.* XXVII. 2. vid. Append. *Vatic.* Prov. II. 43. et IV. 11. VALCK.

9. ἐς Λάδην) Insulam *Ladam*, e regione Mileti iacentem, *Gronov.* ad *Arrian.* Ἀναβ. lib. I. 19. docte declaravit. WESS.

CAP. VIII. 3. Αἰολίων οἱ Λέσβον νέμονται) Possessionem tandem reciperavit, quod vi deiectum fuerat. Ferri non possunt Αἰολεῖς, ὅσοι τὴν Αἰολίδα γῆν νέμονται. Cui enim bono talis Aeolensium designatio? et cur nulli nominatim Aeolenses in sociorum catalogo? Contra ea Φωκαίων δὲ εἴχοντο Λέσβιοι νηυσὶ ἑβδομήκοντα: quibus inconmoda utique statio, ni reductum valeat. *Aeolicae civitates* aliae in continente, insulares aliae, et inter has *Lesbus*, lib. I. 151. *Steph. Byz.* in Αἰολία verissime, λέγονται καὶ οἱ τὴν Λέσβον οἰκοῦντες Αἰολεῖς. Cl. *de Pauw*, cuius par opinio, fuisse olim quibusdam in schedis, ὅσοι vel οἳ τὴν Λεσβίδα γῆν νέμονται, atque inde corruptae scripturae natales arbitratur. WESS.

6. *καὶ Μυούσιοι*) Etsi ex *Arch.* lectione numerus navium rotundetur, prava est; peior *Vallae*. Recurritur ad διττογραφίαν, quam admittentes vulgatae merito primas tribuunt. Facinus ego librarii censeo, corruptis Μυησίων vocabulis offensi. WESS.

CAP. IX. 8. ἐπιλεγόμενοι συλλέξαντες) Lene hoc; asperrimum atque aures stridule radens ἐπιλεγόμενοι ἔλεξαν συλλέξαντες. Cur retinebimus illud insititium, quod suam in secuturis [*lin.* 13.] sedem occupat? Exterminetur proinde Codicum imperio, qui continuo [*lin.* 10.] ad doctorum suspicionem iustissime ἀρχίων. Simile mendum in *Aldo* lib. I. 192. Rem supra exposuit lib. V. 37. WESS.

10. *καταλυθέντες τῶν ἀρχαίων*) Τῶν ἀρχίων vel absque Codicibus, sed certe recipi debuisset ab *Arch.* oblatum et a *Valla*. Infra c. 13. Aeaces ab Aristagora ἀπεστέρητο τὴν ἀρχὴν, κατάπερ οἱ ἄλλοι τῆς Ἰωνίης τύραννοι: frequenter τυραννίδος et ἀρχῆς κατάλυσις memorantur. Perperam posita distinctio locum obscuravit *Xenophontis* Ἑλλ. V. p. 331, 7. sic ista vulgari debuerant: τοὺς -- βουληθέντας Λακεδαιμονίοις τὴν πόλιν δουλεύειν, ὥστε αὐτοὶ τυραννεῖν, τὴν τούτων ἀρχὴν ἑπτὰ μόνον τῶν φυγόντων ἤρκεσαν καταλῦσαι. Similis accusativus non intellectus lib. VI. pag. 347, 17., peperit nobis additamentum, ni fallor, Xenophonteis intericetum ibid. vs. 26-29. quo sine iactura careremus. VALCK.

14. *τοὺς γὰρ ἑωυτοῦ ἕκαστος*) Pulcre ita pro scriptoris consuetudine: iterum cap. 10. ἕκαστος ἐς τοὺς ἑωϋτοῦ ἐξαγγελλόμενος, saepeque aliàs. [Vide vero Var. Lect.] Quamquam autem ἐμπρήσεται, quod deinceps, [*lin.* 18.] de minantium sententia nihil deminuit; moveor praestantium Msstorum praeiudicio, ut ἐμπεπρήσεται contemtui ne sit: sive enim secuturam brevi templorum conflagrationem velis, seu ea Atticorum sumas forma, qua πεπράσεται, monitoribus Grammaticis, *Thoma M.*, *Moeride*, aliisque, vicem πραθήσεται obit, minis accommodatum manebit. Vide lib. V. 105. WESS.

18. *οὔτε τὰ ἱερὰ οὔτε τὰ ἴδια ἐμπρήσεται*) Hoc an ἐμπεπρήσεται ex *Med.* praeferendum sit, vix poterit constitui, quum utrumque sit ad normam veterum; quos imitatus *Pausan.* IV. p. 297., scripsit συλλήσεσθαι δέ σφισι καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς πατρίδας ἐμπρήσεσθαι. Alterius generis apud *Ari-*

stophanem inveniuntur πεπράξεται, ἀποκεκόψονται, κεκλαύσεται, πεπλήξεται, ἐγγεγράψεται, κεκλήσομαι, λελήψεται: postremum restituendum est in Nubib. vs. 1310. et forsan in *Eurip.* Herc. Fur. vs. 729. pro γενήσεται, nisi praeferendum sit δεδήσεται. Hoc ubi *Moeris* adnotavit, plura dedit Cl. *Pierson.* p. 125 seq. *Herodotus* τὰ ἱρά et τὰ ἴδια similiter opponit c. 13. et lib. VIII. 109. ait, *Persa* τά ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπιπρὰς etc. *Deorum templa* designans per τὰ ἱρά, per τὰ ἴδια non privatorum tantum aedes, sed *quaevis*, templis aliisque locis sacris exceptis, *aedificia* civitatum praesertim *publica*, qualia veteribus τοῖς ἱεροῖς opposita ὅσια dicuntur. Plerumque quidem per ἱερά et ὅσια, *sacra* et *profana*, intelliguntur apud veteres χρήματα: nonnunquam vero designantur et οἰκοδομήματα. Haeret in *Isocratis* Areopag. turpis menda p. 153. B. τὴν δημοκρατίαν οὕτω κοσμήσασαν τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ ταῖς θυσίαις: *urbem* vertit *Wolf. exornatam templis et sacrificiis*: emendandum esse καὶ τοῖς ὁσίοις, demonstrant haec *Harpocrationis* in Ὅσιον: Ἰσοκράτης Ἀρεοπαγιτικῷ, Καὶ τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις: istum locum *H. Steph.* ceterique dimiserant intactum. Eosdem quos *Isocrates*, saepe laudat *Demosthenes*, qui Athenarum urbem templis exornaverant aliisque publicis aedificiis, velut in Olynth. III. p. 15., δημόσια μὲν τοίνυν οἰκοδομήματα καὶ κάλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἱερῶν et pag. 101, 46. contr. Androtion. p. 386, 24. quae loca *Ciceroni* obversabantur I. in Verr. c. 21. et *Sallustio* Bel. Cat. c. XII. ubi notat *Ios. Wasse.* VALCK.

21. λέγετε ἐπηρεάζοντες) Laurentii, *haec eis damna dicite eventura*, iure *Pavius* explodit. Persae, *minis* uti *defungerentur*, volebant. Idem *Raphelius* ad *Matth.* c. v, 44. perspexit, scholiaste *Thucydidis* advocato, ad quem lib. I. 27. praeclara Cl. *Wasse*, tum quoque *Des. Heraldus* erudita disputatione contra *Salmasium*, Animadvers. ad Ius Attic. et Rom. lib. II. 15. WESS.

CAP. XI. 4. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς) Ad *Homeri* exemplum, quod *Stephanus* ostendit, Iliad. K'. 173. πάντεσσιν ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς: pro quo *Synes.* de Regn. p. 21. B. νῦν γὰρ πάντες ἐπὶ ξυροῦ ἵστανται ἀκμῆς. Itaque τῆς articulum, Poëtae, *Longino*, codicibusque invisum, delevi. Iunge *P. Burmann.* in *Phaedri* lib. V. 8, 1. WESS.

Ibid. ἐπὶ ξυροῦ γὰρ τῆς ἀκμῆς) Phocaeensis ista Dionysii *Longinus* in exemplum advocat hyperbati, sect. XXII, 4. monetque, ὡς μὴ δοκεῖν ἐσκεμμένα λέγειν, ἀλλ' ἠναγκασμένα, *Herodotum* invertisse dicendorum ordinem, quae naturali suo situ sic secundum *Longinum* fuissent collocanda: Ὦ ἄνδρες Ἴωνες, νῦν καιρός ἐστιν ὑμῖν πόνους ἐπιδέχεσθαι· ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ὑμῖν τὰ πράγματα. Homericum illud expresserunt *Theognis* vs. 557. κίνδυνός τοι ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς et *auctor* Epigramm. Ἀκμᾶς ἑστακυῖαν ἐπὶ ξυροῦ Ἑλλάδα πᾶσαν, apud *Plutarch.* et *Aristid.* T. III. p. 648. [Vide Analect. *Brunkii* T. I. p. 133.] Sed haec Herodoti, quaeque sequuntur. ἢ εἶναι ἐλευθέροισι ἢ δούλοισι, *Aristides* imitatur in Themistocle T. III. p. 303. ἀλλ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ ξυροῦ τῆς ἀκμῆς ἑστηκότος, (ἢ) εἶναι τὴν Ἑλλάδα ἢ μή: id est σωθῆναι ἢ ἀπολέσθαι, ut recte *Schol.* explanat. Herodotei quoque Dionysii forte meminerat *Livius* dum ista Locrensem legatum Romae dicentem faciebat, lib. XXIX. 17. *In discrimine est nunc humanum genus, utrum vos, an Carthaginienses, principes orbis terrarum videat.* Frequentatur in talibus ἀκμή. *Demosth.* p. 37, 56. ταῦτα - - - πρότερον μὲν ἐνῆν ποιεῖν, νῦν δὲ ἐπ' αὐτὴν ἥκει τὴν ἀκμήν. *Eurip.* Phoen. vs. 1088. Ἀκμὴν γ' ἐπ' αὐτὴν (ἤλθον.) Ionas suos docere voluit Dionysius, *in novacula* stantem occasionem esse prehendendam, cuius opportunitatem frustra quaererent amissam; atque adeo, ὡς ὁ καιρὸς οὐχὶ μέλλειν, Ἀλλ' ἔστ' ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀκμῆς, *Aristoph.* Plut. vs. 255. VALCK.

7. ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι) Amplius hoc, quam receptum ex *Medic.* ταλαιπωρίην δέκεσθαι. Post pauca τετρυμένοι ταλαιπωρίῃσι, explicatque *Longinus* πόνους ἐπιδέχεσθαι, nullo propterea merito vapulans. Quod eius autem in schedis ταλαιπωρίαις ἐνδέχεσθαι, id leviter aberrat, nec mutari in prima editione ταλαιπωρίαις ἐνέχεσθαι debuerat, super quo *Zach. Pearce* ad elegantissimum scriptorem. WESS.

Ibid. ἢν μὲν βούλησθε ταλαιπωρίην δέκεσθαι) *Mediceae* vulgatam olim lectionem praeferrem, ταλαιπωρίας ἐνδέκεσθαι: hoc Herodoteum est: paulo post Iones τετρυμένοι dicuntur ταλαιπωρίῃσι. ἐνδέκεσθαι Codices etiam adfirmant *Longini*, cuius quod prima praefert Ed. ταλαιπωρίαις ἐνέχεσθαι, probari non debebat ut genuinum *Za. Pearcio.* Sententia dicti satis est perspicua: *molestias si velitis subire, labore vobis libertatem*

parabitis; ut optima quaevis et iucundissima non nisi primum *impensa opera* comparari solent: *labor* enim *voluptasque, dissimillima naturà, societate quadam inter se naturali sunt iuncta*, ut vere scribit *Livius* V. 2. Cyrus *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. I. p. 15. πόνον τοῦ ζῆν ἡδέως ἡγεμόνα νομίζετε: sic ista legit *Longin.* XXVIII, 4. *Dionys. Halic.* T. II. p. 317, 23. οὐδὲν τῶν μεγάλων μικρῶν ἐστι πόνων ὤνιον. Forte non alibi lectum *Musonii* dictum nobis egregium servavit *Gellius* Noct. Att. XVI. 1. Ἄν τι πράξῃς καλὸν μετὰ πόνου, ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει: apte quadrant ista Herodoteis. VALCK.

13. θεῶν τὰ ἴσα νεμόντων) Recurret simili in negotio c. 109. Diversius abit de officiorum iustis vicibus hoc Alcibiadis τὰ ἴσα νέμων, τὰ ὅμοια ἀνταξιούτω, *Thucyd.* VI. 16. Porro πολλὸν ἐλασσώσεσθαι [*lin.* 15.] nihil pravi habere, indicatum ad lib. V. 35. WESS.

15. ἐλασσωθήσεσθαι) Nisi Codices etiam alii concinerent *Med.* revocarem ἐλασσώσεσθαι. Mos veterum, quibus praeivit *Herodotus*, pro passivis interdum adhibentium futura media, et ab aliis fuit adfirmatus, et luculentis exemplis a *Io. Piersono* ad *Moer.* [p. 13. et 367.] VALCK.

CAP. XII. 3. Quod hic legitur, ἀνάγων ἑκάστοτε ἐπὶ κέρας; (ut et cap. 14.) τὰς νέας, id est, ἀλλήλαις ἀκολουθούσας: id *Thucydidi* semper, ut puto, dicitur et *Xenophonti* ἐπὶ κέρως. Apud illum πλεῦσαι naves dicuntur ἐπὶ κέρως, lib. VI. c. 32. et 50. VIII. 104. Ἀναχθέντας ἐπὶ κέρως habet *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 264, 44. et huius *Herodoti* simillimo loco VI. p. 343, 34. ubi Dionysii providentiam aemulatus Iphicrates exercendi gratia ἐπὶ κέρως ἦγε. [et opponuntur ibi ἐπὶ κέρως ἄγειν (τὰς νῆας,) et ἐπὶ φάλαγγος ἄγειν.] Vid. *Grammius* ad *Schol.* in *Thucyd.* p. 653. et *Davis.* ad *Max. Tyr.* [Dissert. XII. sect. 3.] p. 540. VALCK. — De formulâ ἐπὶ κέρως, quae *Herodoto* ἐπὶ κέρας est, conferri possunt quae ad *Athen.* XIII. 568. e. notavimus. Quae autem continua longa serie, alia *post* aliam, incedunt naves; eaedem levi facta conversione eodem longo ordine stant alia *iuxta* aliam; ut apud Thucyd. VIII. 104. Atque ita apud *Athen.* XIII. 568. e. et f. et p. 569. b. *puellae* ἐφεξῆς ἐπὶ κέρως τεταγμέναι sunt *longa serie alia iuxta aliam stantes.* Qui apud Nostrum (mox c. 14, 2.) ἀντανῆγον τὰς νέας ἐπὶ κέρας, eos

mox navibus leviter conversis ex adverso navium hostilium stetisse intelligitur. Hoc loco, in quo versamur, Dionysius, ἀνάγων ἐπὶ κέρας τὰς νέας, binis longis ordinibus eduxisse naves videtur; quae, postquam in altum sunt evectae, levi facta utrimque conversione frontem fronti oppositam habebant: quo facto remiges in illo decursionis nauticae genere, qui διέκπλους vocatur, exercebantur; de quo consuli possunt Schol. ad *Thucyd.* I. 49. et quae ex *Ernesti* Indice graecitatis Polybianae in nostrum Lexicon Polyb. p. 158. transtulimus. Apud *Xenophontem* Ἑλλην. I. 6, 22. Athenienses ad Arginusas aciem ita instruxerunt ut plures navium ordines alius post alium starent, (nempe non ἐπὶ κέρως, sed quod idem *Xenoph.* lib. VI. c. 2, 18. ἐπὶ φάλαγγος dicit,) ne τῷ διέκπλῳ hostium daretur locus. *S.*

7. δι' ἡμέρης) Reddi hoc non debebat *quotidie*; sed *per totum diem*, pro δι' ἡμέρης ὅλης. *Herodoto* quoque scribitur δι' ἡμέρης, I. 97. II. 173. et VII. 210. Semel tantum recte cepit *Valla*. Apud *Athen.* IV. p. 168. c. ait *Amphis*, Πίνουσ' ἑκάστης ἡμέρας δι' ἡμέρας. Apud eumdem lib. X. p. 417. c. *Eubulus*, ἀνδρῶν ἀρίστων ἐσθίειν δι' ἡμέρας: et lib. XI. p. 463. F. *Ion Chius*, ἔτω διὰ νυκτὸς ἀειδή. Similiter adhibentur διὰ βίου, δι' ἐνιαυτοῦ, δι' ἔτους. *Hesych.* Δι' ἔτους, δι' ὅλου τοῦ ἔτους. Attigit hunc usum *Casaubon.* in *Athen.* VII. c. 1. [Animadvers. T. IV. nuperae edit. p. 12.] VALCK. — Quod [*lin.* 5.] ait καὶ τοὺς ἐπιβάτας ὁπλίζειν, commode *Schneiderus* in Lexic crit. ὁπλίζειν h. l. intelligit *exercere in armis*. *S.*

9. τετρυμένοι) Multum ab huius efficacia τετριμμένοι *Arch.* abest. Vide I. 22. II. 129. *Appianus* Bell. Civ. II. [c. 30.] p. 735. καὶ ἰσχυρίζοντο - - τὴν στρατιὰν τοῦ Καίσαρος τετρυμένην τε πόνῳ καὶ χρόνῳ: in quo tamen et *Polybio* saepiuscule τετρυμμένος et τετριμμένος, ubi non oportuerat. [Loca vide in Lexico nostro *Polybiano* et in Indice Graecitatis *Appianeae* indicata.] Iam Τίνα δαιμόνων παραβάντες [*lin.* 11.] ex poëta, *Quo numine laeso*, recte *Portus*; convenitque *Heliodori* extr. lib. VII. Aeth. ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ ὅρκοις καὶ θεοῖς, τοῖς παραβαθεῖσι. WESS.

11. τάδε ἀναπίμπλαμεν) Imitatus *Pausan.* ἐν ᾅδου, inquit, κακὰ ἀναπίμπλησιν, lib. X. [c. 28.] p. 867. Mox, ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου, [*lin.* 12.] supra fuit illustratum ad

III. c. 155. In seqq. ἐπιτρέψαντες ἡμέας ἑωυτοὺς ἔχομεν, [*lin.* 14.] *Vallae* non intellectum, ponitur pro ἐπιτρέψαμεν ἡμέας: ut I. 28. τοὺς σὺ δουλώσας ἔχεις. I. 37. ἀποκληΐσας ἔχεις: et aliquoties alibi. Similem usum attigi ad III. 87. VALCK.

CAP. XIII. 2 seqq. παρ' Αἰάκεος τοῦ Συλοσῶντος etc.) Nullum hic desideramus supplementum, ubi aptissime singula ad se invicem respondent: παρ' Αἰάκεος - - κείνους - - - ἐδέκοντο τοὺς λόγους: his ad evitandam obscuritatem more suo quaedam interiecit. [Ante κείνους *l.* 3. rectius delebitur *comma*, quod e superioribus editt. adhaesit.] Quod sequitur κατεφαίνετο, [*lin.* 7.] alibi neminem offenderet; sed, si variant Codices, scribi commode poterit: ἅμα δὲ καὶ ἐφαίνετό (vel καὶ κατεφαίνετό) σφι εἶναι ἀδύνατα, τὰ βασιλῆος πρήγματα ὑπερβαλέσθαι: sicuti scripsit de Aristagora V. 124. πρὸς δέ οἱ καὶ ἀδύνατα ἐφαίνετο βασιλῆα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι. Pro ἀδύνατον, ἀδύνατα ponere solent *Herod.* et *Thucyd.* atque hoc nostro quoque cap. praebet margo *Steph.* [et codd. nonnulli.] Tum Samii praeterea dicuntur [*lin.* 9 *seq.*] εὖ ἐπιστάμενοι, ὡς εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑπερβαλοίατο τὸν Δαρεῖον, ἄλλο σφι παρέσται πενταπλήσιον: in his leniter corrigendum censeo τοῦ Δαρείου: opponuntur τὸ παρεὸν τοῦ Δαρείου ναυτικὸν, et τὸ παρεσόμενον: infelix prostat viri docti tentamen. Intelligebant facile perspicaciores, si forte nunc de Persis victoriam reportarent, *illam non finem*, *sed causam maioris belli fore,* quod suos postea docuit Themistocles apud *Iustin.* II. 12. [τοῦ Δαρείου tenui, a *Schaefero* et *Borh.* ex *Reiskii* et *Valck.* coniect. adscitum. Poterat et τὸ Δαρείου scribi. In *Var. Lect.* monere debueram, τὸν Δαρεῖον legi in superioribus edd. omnibus et msstis, quoad quidem novimus. *Vallae* tamen latina *praesentem Darii classem* habent.] *Samii* tandem, *videntes Ionas* [*lin.* 12 *seq.*] ἀρνευμένους εἶναι χρηστοὺς, ἐν κέρδεϊ ἐποιεῦντο περιποιῆσαι τά τε ἱρὰ τὰ σφέτερα καὶ τὰ ἴδια. Miror cur τὰ ἱρὰ τὰ σφέτερα potius scripserit, quam τὰ σφέτερα ἴδια: his alibi dixit τὰ ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια. [At percommode τὰ σφετ. tam ad τὰ ἱρὰ quam ad τὰ ἴδια refertur.] Ex codd. restituetur ἀρνευμένους: vid, *Wess.* Diss. Herod. p. 187. Ne illud quidem spreverim, quod, *Vallae* lectum, margo praebet *Steph.* ὁ δὲ Αἰάκης, παρ' οὗ τοὺς λόγους ἐδέκοντο [*lin.* 15.] οἱ Σάμιοι, παῖς μὲν ἦν Συλοσῶν-

τος τοῦ Αἰάκεος. De illo vid. ad lib. III. c. 139. VALCK.

5. οἱ Σάμιοι) Haec duo si nusquam essent, uti post pauca [*lin.* 15.] in quibusdam Codicibus nimia liberalitate [immo vero satis opportune] sunt addita, scriberetturque ὁρέοντες ὤν ἅμα μὲν *etc.* tum ἰδέκοντο, ἅμα δὲ κατιΦ., scabrum omne orationi deficeret. Ego tamen contra tabulas nihil innovo: inserta οἱ Σάμιοι ὤν cursum sermonis turbarunt nonnihil, desiderarunt que deinceps τοὺς λόγους. Hinc ἀνακόλουθον quoddam. [ab *Herodoti* quidem stylo non abhorrens.] Mox quoque [*lin.* 7. *et* 9.] κατιΦαίνετό σΦι, et οὔ τι ἐπιστάμενοι, structuram dant haud omnibus communem, Nostro non insolitam. Vide supra, l. 19. WESS.

9 *seq.* εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑπερβαλοίατο τὸν Δαρεῖον) Arbitror τὸν Δαρεῖον hinc amoliendum, adscitum fortasse ex lib. V. 124. ἀδύνατα ἐΦαίνετο βασιλῆα Δαρεῖον ὑπερβαλέσθαι: aliorsum certe si ierit, nihil amplius impediti: idem ut *Pavius* consequeretur, ὑπερβάλοιτο τὸν Δαρεῖον scripsit, praesentem Graecorum classem, Darium superaturam, intelligens: at πενταπλήσιον, continuo succedens, *Persicam* sibi *classem* postulat, *quintuplo maiorem*, si qua Graeci victores abiissent, adfuturam. Lenior *Reiskii* ναυτικὸν ὑπερβαλοίατο τοῦ Δαρείου medicina. WESS. — Confer superiorem *Valckenarii* adnotationem. *S.*

12. ἀρνευμένους εἶναι χρηστούς) Frequens οὐ βουλομένους vim legitimo fecit, cui vindicias non negavi. Ἀρνεῖσθαι et οὐ βούλεσθαι saepe tantundem valere, nemo ignorat: inde glossae origo. Ἀπαρνεύμενον ποιέειν offerent schedae lib. VI. 69. *Euripides*que, καὶ νῦν γε Φημὶ, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τέκνον Electr. vs. 1057. Alia, olim producta, nunc non moror, consensione Cl. *Wassei* Indic. *Thucydid.* voce Κέρδος contentus. De *Aeace* et *Sylosonte* [*lin.* 15.] vide lib. III. 139. WESS.

CAP. XIV. [2. ἀνῆγον - - τὰς νέας ἐπὶ κέρας) Vide ad cap. 12, 3. notata. *S.*]

9. πλὴν ἕνδεκα νεῶν) Fallunt libri δέκα exhibentes, arguunturque *Pausaniae* verbis lib. VII. 10. ἐπὶ μέν γε Δαρείου - - - Σαμίων, πλὴν ἑνός τι καὶ δέκα ἀνδρῶν, τῶν ἄλλων τριηράρχων τὸ ναυτικὸν τῶν Ἰώνων προδόντων. Undecim enim viri, [quos dicit *Pausan.*] totidem sunt navium praefecti. Quod deinceps in codicibus ἰδόκεε, [pro ἴδωσι, *lin.* 11.] si καί σφεας

τῷ κοινῷ τῶν Σαμ. ἐδόκει legeretur et alia novam induerent formam, arripi posset: quam equidem novandi audaciam aversor. WESS.

CAP. XV. 8. μετ' ὀλίγων συμμάχων μουνωθέντες) Tale *Thucydidis* μουνωθεὶς μετ' ὀλίγων τῶν ξυνδιαβάντων lib. VI. 101. nec *Iosephi* diversum in Histor. Vitae c. 18., nequaquam ab *Abreschio* neglectum, quem ad *Aeschyli* Pers. vs. 736. inspice. WESS.

CAP. XVI. 7. ἰόντων τῇσι γυναιξὶ αὐτ. Θεσμοφορίων) Varias enumerans gentes *Io. Meursius*, quibus hoc festum fuerit muliebre, Ephesios omisit et Agrigentinos. Vide *Polyaen.* V. 1, 1. In proximis, [*lin.* 9.] quam elisit vicina, vox οὐδὲν ex *Arch.* et *Valla* potuerat revocari: οὔτι προακηκοότες ὅπως εἶχε περὶ τῶν Χίων οὐδὲν, ἰδόντες τι etc. VALCK. — Qui ex *Arch.* περὶ τῶν Χίων οὐδὲν malunt, fidem *Th. Galei* sequuntur, sed fallacem: nam οὐδὲν schedae istae ignorant. Bene vero [*lin.* 8.] ὡς εἶχε Cl. *Gronov.* ad *Arriani* Exp. Alex. lib. I. 14. dudum tuitus est. WESS.

CAP. XVII. 5. γαύλους δὲ ἐνθαῦτα καταδύσας) Non displiceret καταλύσας, si naves exsolutas et dimissas indicare posset: commoda tum acceptae pecuniae mentio. Verum καταλύσας scribarum lapsui debetur, qualis illis in verbis saepe obvius, atque ad *Diodorum* XIV. 49. notatus. Dionysius Phocaeensis sive navigia illa merserit, seu fregerit et exarmarit, (utrumque enim καταδύειν ambitu suo complectitur, indice *Suida* ex Scholiis ad *Thucydid.* I. 54.) neutrum absolvisse videtur, nisi egesta prius pecunia et interversa. Aliud qui hic venantur, nimium suspicaces sunt. WESS. — Nempe καταρτύσας corrigendum *Reiskius* censuerat. *S.*

Ibid. γαύλους - - καταδύσας) Vitiosa codicis est *Arch.* lectio καταλύσας: qualis obtinet et apud *Diodor. Sic.* T. I. p. 426, 53. emendata a Clar. *Wesseling.* Recte apud eundem legitur p. 480, 80. πολλὰς μὲν τῶν νεῶν κατέδυσεν: conf. p. 511, 30. 549, 60. et 550, 80. ubi distinguuntur ista duo, τριήρεις κατέδυσαν, et ἀχρήστους ἐποίησαν: prius eidem dicitur καταβυθίσαι T. II. p. 29, 50. Καταδῦσαι νῆας praeter ceteros frequentat *Herodotus*, γαύλους Φοινικηΐους etiam alibi commemorans; vid. Clar. *Alberti* ad *Hesych.* in voc. Γαῦλοι. VALCK.

CAP. XVIII [4. κατ᾽ ἄκρης) Nota formula, Homero etiam et Thucydidi frequentata. Proprie, *inde a summo vertice*, *a capite*, *ab arce*; de urbe penitus omni ex parte capta et expugnata: „cum enim caput et summitas „oppidi occupata est, (sic perspecte *Sylburg*. ad Etymolog. p. 494, 36.) de ceteris parum laboratur.“ Ista formulae origo manifeste respicitur apud Nostrum VI. 82, 14. Imperitorum Grammaticorum inventum est, κατ᾽ ἄκρης vel κατ᾽ ἄκρας idem ac κατὰ κράτος sonare. Conf. *Heynii* Observ. ad Iliad. N', 772. Mox *lin.* 6. ὥστε συμπεσέειν τὸ πάθος *etc.* proprie, *ut*, *quod accidit urbi*, *coinciderit*, *congruerit cum oraculi responso*, *in illam edito*. *S.*]

CAP. XIX. 4. τὴν δὲ παρενθήκην) Male in *Arch.* divellitur. *Phrynichus*, Ἐνθήκη· τὸ μὲν παρενθήκη, ὅπως ὑπὸ Ἡροδότου εἴρηται, ὕστερον ὀψόμεθα: cuius promissi in Eclogis nulla nunc, nisi aberravi, vestigia. Est in Musa I. 186. VII. 5. et 171. et *Plutarcho* ex imitatione, ὁ δὲ παρενθήκην λόγου τὸ βλασφημεῖν --- ποιούμενος. Prave παραθήκην editur Malign. p. 855. D. Rectius *Aristidee* T. II. p. 124. eiusque Scholiastes *Oraculum Argivis editum* infra refertur c. 77. WESS.

11. νηοῦ δ' ἡμετέρου Διδύμοις) Pinxi Διδύμοις, [maiusculà literà initio vocis] uti par erat: nomen enim proprium, et loco ἐν Διδύμοις, sicuti brevi post. *Sophocles* τόν Ἄβαισι ναὸν, Oed. Tyr. vs. 919. ad eundem posuit modum. Interpretis, *erit aliis delubri cura gemellis*, mutata sunt. De Persis *crinitis* [κομήταις, *lin.* 10. et 14.] post *Brisson.* docte *Sam. Bochartus*, Hieroz. Part. I. lib. III. 9. p. 816. WESS.

15. ἱερὸν δὲ τὸ ἐν Διδύμοισι ὁ νηός τε) Sic aliquoties apud *Herod.* ἱρὸν et νηὸς distinguuntur. *Thucyd.* V. c. 18. τὸ δ' ἱερὸν καὶ τὸν νεὼν τὸν ἐν Δελφοῖς. In talibus veluti pars totius templi, τοῦ ἱεροῦ, consideratur ὁ ναὸς, et *cella* sive *Dei sedes* per τὸν ναὸν est intelligenda, atque id ipsum, quod vocant σηκόν. Huc pertinet minus intellecta, quam tradit *Ammonius*, [p. 96.] vocum ναὸς et σηκὸς differentia, Poëtis certe non observata. *Pollux* excitat e tragoedia deperdita, ἁγνὸν εἰς σηκὸν θεοῦ: ubi locus ἔνθα καθιδρύομεν (τοὺς θεοὺς) Σηκὸς dicitur: *Eurip.* Rhes. vs. 501. εἰς Ἀθάνας σηκὸν ἔννυχος μολὼν Κλέψας ἄγαλμα. *Lucian.* in Amor. T. II. p. 412. Δόξαν οὖν ὅλην τὴν θεὸν ἰδεῖν, εἰς τὸ κατόπιν τοῦ σηκοῦ περιήλθομεν: aute

dixerat, εἴσω τοῦ νεὼ παρήειμεν. In Excerptis ex *Diodoro* T. II. p. 568. τὸ περὶ Δωδώνην μαντεῖον συλήσας, ἐνέπρησε τὸ ἱερὸν πλὴν τοῦ σηκοῦ: dici quoque potuisset πλὴν τοῦ ναοῦ. *Idem* dixit T. I. p. 18. ἱδρύσασθαι ἱερὸν -- καὶ ναοὺς χρυσοῦς δύο: aureas istas aediculas templum, ni fallor, complectebatur. *Lesbonax* in Protrept. p. 170, 37. ἱερὰ -- κοσμήσαντες ναοῖς καὶ βωμοῖς καὶ ἀγάλμασι. Similiter apud *Herod.* IV. c. 108. ἱρὰ memorantur κατεσκευασμένα ἀγάλμασί τε καὶ βωμοῖσι καὶ νηοῖσι: et legitur lib. II. c. 170. ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθε τοῦ νηοῦ. Nonnulla dedit Clar. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 291; Miror adeo quod legitur apud *Philostr.* Vit. Apoll. II. 20. νεὼν πρὸ τοῦ τείχους ἰδεῖν φασιν, --- καὶ κατεσκευάσθαι τι ἱερὸν ἐν αὐτῷ. VALCK. — Ἱερὸν, latiore sensu, (sicut τέμενος) *tota* intelligitur *area deo consecrata simul cum aedibus sacris* in illa exstructis. Ναὸς est *aedes deo sacrata*: a qua quum h. l. distinguatur *oraculum*, (exserte enim dicit ὁ νηός τε καὶ τὸ χρηστήριον,) intelligendum χρηστήριον fuerit *interior aedis pars, cella et dei sedes*, ubi responsa deus edebat. *S.*

16. συληθέντα ἐνεπίμπρατο) Variis locis *Strabo* a Xerxe incensum spoliatumque, Branchidis adiutoribus, oraculum perhibet; *Callisthenem*, opinor, in Gestis Alexandri rebus secutus, Geogr. lib. XVII. p. 1168. et XIV. p. 941. [p. 814. et 634. ed. Cas.] *Curtii* eodem tendit narratio lib. VII. 5. et *Aeliani* apud *Suid.* in Βραγχίδαι. Quid illis fiet, verax si auctor *Herodotus*? WESS.

17. πολλάκις μνήμην --- ἐποιησάμην) Lib. I. c. 92. II. 159. Ceterum causam excidii Milesiorum Histiaeo soli *Pausanias* imputat lib. X. p. 882. ἐς τελέαν ἀπώλειαν ὤλισθον --- Μιλήσιοι, διὰ τὸ ἐς τὰς ἐπιθυμίας Ἑστιαίου πρόχειρον, καὶ ἔρωτα ἄλλοτε μὲν τῆς ἐν Ἠδωνοῖς πόλεως, τότε δὲ εἶναι Δαρείου σύμβουλον, ἄλλοτε δὲ ἐπανήκειν ἐς Ἰωνίαν: quae, sic distinguenda, non bene cepit interpres. Rectius dixisset *Pausanias* διὰ τὴν Ἑστιαίου ἀπόστασιν, sive, ut *Tzetzes* Chil. VII. vs. 992. Δι' Ἱστιαῖον Μίλητον ἐπόρθησαν οἱ Πέρσαι. VALCK.

CAP. XX. 4. ἐν Ἄμπῃ πόλι) De urbe Ἄμπη, quam ad sinum Persicum sitam Milesiis Darius dedit incolendam, sit-ne eadem quae dicitur Ὦπις lib. I. c. 189. nec-ne, docebit ὁ πάνυ. VALCK. — Conspirant prorsus egregie Codd. in urbis nomine: *Apostolius* tamen Cent. XV. 59. περί τινα πόλιν Ἄμβην. Quam autem comparandam *Gronovius* ex

lib. I. 189. monet Ὦπιν, ea in maculae suspicione nulla: sedem illa habuit ad Tigrim, in Persicum sinum semet mersurum, apud *Strabon.* XVI. p. 1074. [p. 739. ed. Cas.] *Arrian.* Exp. Alex. VII. 8. Audiatur *Noster*, ὁ δὲ *Tigris* παρὰ Ὦπιν πόλιν ῥέων ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν ἐκδιδοῖ: quibus eadem ferme, quae hic de *Ampe*, nec omnino tamen. *Ampe* locatur ad sinum eiusque primordia, *Opis* nusquam. Tigris, si haec in dextra eius ripa, illa in sinistra fuerit, aut contra, potuit utramque praeterlabi atque ita in mare se Rubrum infundere. *Ampen* memini ab aliis silentio premi, quod tantae Msstorum consensioni non officit. *Berkelio* vero lapsum ad *Stephani* Ἄμπη condono. WESS.

[*Ibid.* Τίγρης. Alibi Τίγρις scripsi cum *Schaef.*: vide Adnot. ad V. 52, 22. Hic ex eiusdem *Schaeferi* ed. 1. et 2. altera adhaesit scriptura, quam et alii omnes et editi et scripti (quod quidem sciam) libri h. l. tenent. *S.*]

7. τὰ δὲ Ὑπεράκρια) Attigit *Eustath.* in Od. ι. p. 365, 50. Ἡρόδοτος τὰς ἄκριας Ἄκρια οὐδετέρως φησὶν ἐν τῷ, οἱ μὲν εἶχον τὰ περὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ πεδίον, τὰ δ' ὑπεράκρια ἔδοσαν Καρσί. Attici *Herodoto* quoque Ὑπεράκριοι lib. I. c. 59. qui plerisque dicuntur Διάκριοι, oppositi τοῖς Πεδιαίοις et τοῖς Παραλίοις. Errorem *Diog. Laërt.* I. 58. (ubi scribi quoque debebat Πεδιαίων) *Marshamus* iam correxit. Vid. *Meursii* Pisistr. c. 3. VALCK.

CAP. XXI. 2. οἱ Λάον τε καὶ Σκίδρον οἴκεον) *Laum* Lucaniae, Sybaritarum coloniam, signavit *Strabo* lib. VI. p. 388.; cui *Scidrus* vicina fortasse fuit, *Stephano Byz.* nota, ignota aliis: utramque *Alex. Symm. Mazochius* Collectaneo I. ad Tab. Heracleenses p. 503. examinavit. Ἀπεστερημένοι Sybaritas, urbis possessione privatos, spectat, ut quisque animadvertit: ἀπεστερημένοις non indigemus. Ἡβηδὸν quod deinceps, optime *Tan. Faber, Hemsterhusius, Lamb. Bos*, Viri praeclari, declaraverunt ad *Luciani* Timon. c. 37. WESS.

7. ἀλλήλῃσι ἐξεινώθησαν) Amicitiae et mutui hospitii originem *Athenaeus* lib. XII. p. 519. c. hanc ex *Timaeo* descripsit: Ἐφόρουν δ' οἱ Συβαρῖται καὶ ἱμάτια Μιλησίων ἐρίων πεποιημένα· ἀφ' ὧν δὴ καὶ φιλίαι ταῖς πόλεσιν ἐγένοντο, ὡς ὁ Τίμαιος ἱστορεῖ. Ex lanae itaque Milesiae usu et eius conmercio illa hospitalis familiaritas Sybaritis Milesiisque; quae quidem *Timaei* significatio memoriam refricat legis Zaleuci, ἱμάτιον ἱσομιλήσιον maribus honestis prohibentis, et

animadversionis Bentleianae, vocabulum istud proscribentis, inque sophistas fraudatores ablegantis, Diss. de Epist. Phalar. p. 350., me paene in partes abducto ad *Diodori* lib. XII. 21. ubi ea lex. Verum *Herodoto* et *Timaeo* si sua fides, pars eius observationis corruet. Potuit profecto Zaleucus, sive aetate Pythagoram brevi anteverterit, quo superstite Sybaris a Crotoniatis pessum data fuit, luxu dudum perdita, seu eius fuerit discipulus, potuit, inquam, de Sybaritarum mollitie vestibusque ex lana Milesia inaudire, et Locrensibus, non longe remotis, *ἱμάτια ἱσεμιλήσια*, quippe hominum effeminatorum, prohibere. Alia in *Bentleium* nuper *W. Warburton* Legat. Mosaicae lib. II. sect. 3. WESS.

11. *ἐς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον*) Gloria instauratae lectionis debetur *Gronovio* ex schedis *Medic.*, quibus plures adstipulantur. Eadem olim in *Longino* sect. 24., nec latuit *Tollium*, quamquam menda in eo pertinax, monente *Zach. Pearce.* Mulctam *Phrynicho* Athenis irrogatam, eiusdemque *Μιλήτου ἅλωσιν* viri doctissimi ad *Aelian.* Var. XIII. 17. illustrarunt, praeterque ceteros *R. Bentleius* de Epist. Phalar. p. 256. etc. WESS. — *Longini* codices tametsi diversissimam hinc lectionem exhibeant, mihi quoque Herodotea scripsisse videtur *Longinus* prout vulgavit ex *Med. Gronovius.* Satis istam adfirmat lectionem exemplum vicinum ex *Demosthene* (p. 136, 29.) petitum, *ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διεστήκει.* Quid Athenis evenerit *Phrynicho*, qui praeter *Herod.* tradiderint, advocantur ad *Aeliani* Var. XIII. 17. VALCK.

CAP. XXII. 1. *Σαμίων δὲ τοῖσί τι ἔχουσι*) Hoc saltem opinor liquere, quales *plebi* passim opponuntur, Samiorum *ditiores* designari. *Divites* saepe quidem, Tragicis praesertim dicuntur *ἔχοντες*: aliis plene *τὰ χρήματα*, vel *τὰς οὐσίας ἔχοντες*, vel *τὰ κτήματα.* *Diodorus Synop.* apud *Athen.* VI. p. 239. E. *τοὺς ἐκ δυναστῶν γεγονότας Ἔχοντας οὐσίας*: quibus mendose [olim] scriptis abusi sunt *S. Petit.* et ill. *Ez. Spanhem.* Mantinensium *οἱ ἔχοντες τὰς οὐσίας* memorantur *Xenophonti* Ἑλλ. V. p. 323, 27. Apud *Pausan.* III. p. 223. Xenias Eleus *ἐπανίστη τῷ δήμῳ σὺν τοῖς τὰ χρήματα ἔχουσι.* Tales *ἐχεκτέανοι* sunt *Rhiano Stobaei* p. 54, 11. *κτηματικοὶ Polybio*, *Diodoro*, aliisque. Sed hoc sensu nusquam

alibi legere me memini τὸ ἔχοντας: nusquam etiam, quantum recordor, *Herodoto divites* vocantur ἔχοντες. Suspicor itaque vocem hic latere Herodoteam, et, pro τοῖσί τι ἔχουσι, scribendum τοῖσι παχέσι. Samiorum adeoque dicerentur οἱ παχέες, ut lib. V. c. 30. ἐκ Νάξου ἔφυγον ἄνδρες τῶν παχέων ὑπὸ τοῦ δήμου: V. 77. οἱ παχέες τῶν Χαλκιδέων: VI. 91. Αἰγινητέων οἱ παχέες: et VII. 56. Attigerunt usum *Herodoti Pollux* III. 109. *Portus, Des. Herald.* ad *Martial.* IX. ep. 33. *Küster.* ad *Aristoph.* Eq. 1136. et *G. Raphel.* in Psalm. XXII, 30. Per *Atticos* si plebem Atticam significari voluit *Suidas* [voc. Παχεῖς], hos equidem crediderim τοὺς πλουσίους dixisse παχεῖς, non elegantiores Atticos; nam praeterquam in comoedia vix invenietur apud Atticos hoc sensu παχύς. *Aristoph.* et alibi et in Pace vs. 638. Τῶν δὲ συμμάχων ἔσειον τοὺς παχεῖς καὶ πλουσίους. Samiorum autem οἱ παχέες propria velut adpellatione dicebantur Γαμόροι, sive Γεωμόροι, *divites et agrorum possessores. Plutarch.* in Quaest. Gr. p. 303. E. de Samiis agens, τῶν γεωμόρων, inquit, ἐχόντων τὴν πολιτείαν: ap. *Thucyd.* VIII. c. 21. Samiorum ὁ δῆμος remp. gerebat, καὶ τοῖς γεωμόροις μετεδίδοσαν - - - οὐδενός. conf. c. 73. et *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 269, 10. Notiores Syracusanorum sunt Γαμόροι ex ipso quoque *Herod.* VII. 155. *Hesychio* interprete, οἱ ἀπὸ τῶν ἐγγείων τιμημάτων τὰ κοινὰ διέποντες, *ab agrorum censu rempublicam administrantes.* De his Syracusanorum optimatibus erudite notavit *H. Vales.* in Excerpta ex *Diod. Sic.* p. 549. VALCK. — Quod si τοῖσι τὶ ἔχουσι minus placebat, coniectare licuerat nude τοῖσι ἔχουσι scripsisse auctorem, (collatis quae ad Matth. XIII. 12. quum ab aliis, tum a *Wetstenio* congesta sunt;) voculam τι autem e scholio accessisse. *S.*

11. πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίης) Cl. *de Pauw* τῆς Ἰταλίης, in qua utique Tyrrhenia. Ut nunc Latina habent, consideranda verba, τῆς δὲ Σικελίης πρὸς Τυρ. τετραμμένη. *Calactam* Siciliae *Diodorus* XII. 8. descripsit. WESS. — τετραμμένης corrigebat Reiskius. Nam „e vulgata, inquit, exiret, Tyrrheniam esse partem Siciliae." Ambigua quodammodo videri utique poterat vulgata scriptura: verumtamen *Tyrrheniam* nemo in *Sicilia* erat quaesiturus. Quod paulo ante dixerat, ἔστι μὲν Σικελῶν, id ambiguum erat: potuit enim *Siculorum* esse ea ora,

nec tamen in ipsa *Sicilia* esse: itaque, postquam dixit, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένην (ἀκτὴ), adiicit τῆς Σικελίης, quo declaretur esse *ipsius Siciliae* oram. *S.*

CAP. XXIII. 2. ἐγένοντο ἐν Λοκροῖσι) Non erat, cur a Codd. dissentirem. [vide Var. Lect.] *Scythae, Zanclaeorum monarchi,* [*lin.* 4.] memorabile nomen in *Aeliano* Var. VIII. 17. ubi cel. *Perizonius* non alium arbitratur ac Scythen, Coorum tyrannum; cuius filius Cadmus, posita hereditaria tyrannide, socium se Samiis addidit, Zanclam occupantibus; quae mihi quidem observatio videtur speciosior, quam verior. Obstat enim rei et temporis ordo. Conf. lib. VII. 163. etc. WESS.

6. τότε ἐὼν διάφορος) Pristinum ἔστι clar. *Reiskius* ἄτι esse voluit; bene, ni Msstorum potior esset scriptura. *Iram Anaxilai in Zanclaeos* etiam *Pausanias* memoravit lib. IV. 23. in tyranni Regini aetate insignite aberrans, sicuti post *Ph. Cluverium* Sicil. Ant. lib. I. p. 85. copiosius *Ez. Spanhemius* Diss. VIII. de Num. Praest. p. 554. commonstravit. WESS.

CAP. XXIV. 2. ἐκ τῆς Ἴνυκος) Omissae sunt in *Med.* Cod. voces ἐκ τῆς. Aut in suo codice mendose legit *Aelianus* Ἰνυκῖνος, aut erravit, quod suspicatur *Perizonius*, praecedentium immemor, Var. Hist. VIII. cap. 17. quo de Scythe hic tradita denarravit verbis etiam *Herodoti* plerisque servatis. In *Herod.* legisse videtur *Steph. Byz.* [c. 23, 18.] ἐς Ἴνυκα πόλιν et [h. l.] ἐκ τῆς Ἴνυκος: ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ. Ἴνυκον dixerunt alii: *Cluverio* Sic. Antiq. I. p. 230. omissa miror *Platonis* ex Hippia Mai. loca: p. 282. E. gloriatur Hippias, quantum brevi tempore confecerit pecuniae ἐξ ἑνός γε χωρίου πάνυ σμικροῦ Ἰνυκοῦ. ἐν Ἰνυκῷ legitur ibid. p. 284. B. Ridens Sophistae stultitiam Socrates p. 283. C. τοὺς μὲν Ἰνυκινῶν, inquit, υἱεῖς οἷός τε ἦσθα ἀμείνους ποιῆσαι. *Philostrat.* in Hippia p. 495. παρῆλθε καὶ εἰς τὴν Ἴνυκον ὑπὲρ χρημάτων, τὸ δὲ πολίχνιον τοῦτο Σικελικόν: proxime ibi sequentibus vitium inest, quod ex Hippia forte tolli poterit *Platonis*. VALCK. — In *Var. Lect.* monere oblitus sum, in ed. *Wess.* quidem et superioribus, ut et plerisque in msstis, Ἴνυκος hic legi; codicem *Arch.* vero et *Vallam* Ἰνύκου praeferre, quos nos cum *Schaef.* et *Borh.* sumus secuti *S.*

Ibid. ἐκ τῆς Ἴνυκος) Mihi certum videtur codicis *Arch.*

et *Vallae* ἐκ τῆς Ἰνύκου: ita supra: [c. 23, 18. ubi in ἐς Ἴνυκον consentiuut omnes:] ita *Plato* Hipp. Maior. p. 282. et *Philostratus* Vit. Sophist. I. p. 495. in quo, τὸ δὲ πολίχνιον τοῦτο Σικιλοί εἰσι, ὡς ὁ Πλάτων *etc.* scripserim: quemadmodum Epist. 33. p. 627. ἡ δὲ Ῥάβιννα Ἰταλοί. Neque hic obliviscor *Steph. Byz.*, Ἡρόδοτος δὲ, scribentis in Ἴνυκτον, Ἴνυκτος αὐτήν φησι, ἀπὸ τοῦ Ἴνυξ. Voluit Ἴνυκος, quod additum Ἴνυξ postulat. Iungitur porro, ἔοικε δὲ ἐσφάλθαι, *error autem videtur*, scripturae videlicet in Codice, quo utebatur, *Herodoti*. Trahuntur aliorsum ea, nullà (quae et Cl. *de Pauw* opinio) necessitate. Bouum proin ἀπὸ τῆς Ἰνύκου, si τῆς Ἴνυκος erroneum. Illud autem *Arch.* ἐκ ταύτης πὲρ ἦν, etsi illaudabile, silentio non est praetermittendum, siquidem suo id in libro *Aelianus* invenisse videtur: neque enim aliunde, cum reliqua hinc sumpserit, Σκύθης eius ὁ Ἰνυκῖνος venit Var. VIII. 17. Alia cel. *Iac. Perizonius.* WESS.

10. ἀπονητὶ - - - περιεβαλέατο) Servo hoc, non spreturus περιεβεβλέατο, modo sic schedae scriptitassent. [Vide *Var. Lect.*] Atque ita quidem *Samii Zanclam* Siciliae, sive Messenen, *sine gravi labore sibi occuparunt*, in breve tamen tempus. Anaxilaus enim eosdem οὐ πολλῷ ὕστερον urbis possessione evertit, *Thucydide* lib. VI. 5. teste. WESS.

CAP. XXV. [6. τῶν ἐν τῇ ναυμαχίῃ. Nil mutant libri: malim vero cum *Reiskio* τὴν ἐν τῇ ναυμ. sc. ἔκλειψιν. *S.*]

8. τὰς μὲν ἐθελοντὴν) Requiri vocula videtur, quae connectat ista cum praecedentibus, a syllaba forte praecedenti absorpta: καὶ τὰς μὲν ἐθελοντὴν τῶν πολίων ὑποκυψάσας, τὰς δὲ ἀνάγκῃ προσηγάγοντο. In his optime vir Clar. vocem restituit Herodoteam ἐθελοντὴν, quam, si per librarios licuisset, saepius forsan legeremus, et V. 104. ubi variant Codd. Errat *Galeus* ad lib. I. c. 3. neque enim Graecis ἐθελοντὸς magis fuit in usu quam ἀεκοντός. Apud *Suidam* in Ἐθελοντὴν, tertio *Polybii* loco, ἐπέλεξε τοῦ στρατεύματος ἐθελοντὴν τοὺς ἀρίστους, accuratissimo *Thucydidis* more scribi quoque potuisset ἐθελοντηδόν. VALCK.

CAP. XXVI. 10. ἐκ πολίχνης τῆς Χίων) Arbitror Πολίχνης oppidi proprium esse titulum in Chiorum insula. Tales Πολίχναι Troadis et Cretae apud Ethnicographum, et Πολίχνα Siciliae in *Diodori* XIII. 7. WESS.

CAP. XXVII. [1. Φιλέει δὲ προσημαίνειν) Potest impersonaliter positum intelligi verbum προσήμαινειν: possis vero etiam ὁ θεὸς coll. *l.* 9. subintelligere. In bello σημαίνει, scil. ἡ σάλπιγξ, *signum datur tubâ. S.*]

2. ἢ πόλι ἢ ἔθνεϊ multorum praesidio protegitur, iniuriâ eiecta prior particula. Mox ὑπολαβὼν [*lin.* 6.] belle *Gronov.* non dissentiente *D'Orvillio* ad *Charit.* lib. III. 3. p. 269. [cf. *Nostrum*, mox *l.* 11. tum IV. 179, 6. VII. 170, 10. VIII. 118, 7.] Infra tamen lib. VIII. c. 115. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν - - - ἔφθειρε, modo bene illud habeat. WESS. — Sic vero etiam frequenter sedulus Herodotei styli aemulator *Appianus*, cuius loca huc spectantia in Indice Graecitatis Appianeae olim indicavimus. *S.*

12. ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε) Non discrepat *Appiani* de Masinissa, τὴν Καρχηδονίων δύναμιν ἐς γόνυ βαλών, Punic. p. 94. [c. 94. T. I. p. 434. nostrae ed.] deque Caesare ἄγρια ἔθνη - - ἐς γόνυ βαλών, Bell. Civ. II. p. 846. [c. 146. T. II. p. 378.] pro quo ἐς γόνυ ἔρριψε III. p. 876. [c. 20 extr.] et κλίνας ἐς γόνυ p. 885. [c. 30. p. 435, 2.] Neque sine cultu *Basilius Seleuc.* Miracul. S. Theclae lib. II. 12. p. 168. καὶ εἰς γόνυ κεκλίκασι μὲν αἱ ἐκκλησίαι, κεκλίκασι δὲ πόλεις καὶ ἀγροὶ καὶ κῶμαι καὶ οἶκοι. Possem adstruere *Basilium M.* Epist. 301. p. 437. c. et praeter ceteros *Aeschylum* Pers. vs. 933. sed exitus non foret. Praestat verbo monere, ἐποιήσατο in secuturis [*lin.* 14.] unius *Med.* ductu inprudenter mutari. WESS.

12. ἐς γόνυ *etc.*) Auctor *Etymol. M.* in voc. Πρηνὴς p. 687, 30. 'Ηρόδοτος, ait, μεταφορικῶς χρησάμενος, εἶπε τὴν πόλιν εἰς γόνυ πεσεῖν, τοῦτο δηλῶν, ὡς εἰς δουλείαν αὐτὴν ἐπήγαγεν. Monstrat interpretatio, hic quoque primum scriptum ἔβαλε: alterum πεσεῖν fluxit ex vicinis; in eumdem enim sensum urbs dicitur ἐς γόνυ πεσεῖν. Nihil erat cur a Grammatico reprehenderetur *Euphorion*, qui de Baccho dixerit, ἐπρήνιξε τὴν Εὐρυμέδοντος πόλιν: id est κατέβαλε, vel ἐπὶ στόμα ἔβαλε. Utrumque fuit in usu, et ἐπὶ στόμα πεσεῖν, et ἐς γόνυ. Venuste *Aelian.* Var. III. 17. *Aristoteles*, inquit, *urbem patriam*, οὐ, τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα, ἀνέστησεν αὖθις: ubi notat *Kühnius*, memor etiam loci *Herodoti*. *S. Iohann. Chrys.* in Epist. ad Innocentium T. III. p. 522. A. ὁ παρὼν ὑμῖν ἀγὼν πρόκειται ὑπὲρ ἐκκλησιῶν εἰς γόνυ κατενεχθεισῶν. VALCK.

CAP. XXVIII. 7. λιμαινούσης οἱ τῆς στρατιῆς) Licet conspirent in vitiosa lectione Codices, pro δειμαινούσης restituerem λιμαινούσης, feliciter detectum a *Reiskio* et *Heringa*: hoc vicina postulant, alterum ferri nequit. VALCK. — Novandi de coniectura *Herodoti* orationem metus saepe in superioribus conantem conpescuit, iusto fortasse gravior: at eo sum ingenio. Hic confidentior contra omnes libros verissimam doctissimorum virorum, *Reiskii* et *Heringae*, correctionem recepi. In Lesbo nulla sane *formido* copias percellebat Histiaei: *fames* urgebat, quam pulsuri milites in continentem transeunt, messuri frumentum. Pariliter lib. VII. 25. ἵνα μὴ λιμήνειε ἡ στρατιή. Confer *Adr. Heringae* Observ. Critic. c. 31. p. 277. WESS. — Simillimam mendam in *Appiani* Bell. Civil. lib. II. c. 61. olim correximus. *S.*

CAP. XXIX. 2. ἐν τῇ Μαλήνῃ) Sit-ne Μαλίνῃ, an Μεγαλήνῃ vero congruentius, an in vulgata acquiescendum, neutiquam perspicio. Malo doctiorum hoc curis integrum relinquere; a Ματιηνῇ tamen, uti repositum memini, alienior: ea Mediae regio lib. V. 52. Propius, situm si spectes, abest Καρίνη, [VII. 42.] sive, ut apud *Plinium* [V. xxx. 32.] et *Stephan. Byz.*, Καρήνη. WESS. — Mox, pro Ἀταρνείτιδος, rectius Ἀταρνιίτιδος diducta diphthongo scribetur, ut *Borh.* edidit. Sic sane gentile Ἀταρνείτης c. 4, 2. huius libri. *S.*

CAP. XXX. 2. ἄχθη ἀγόμενος) *Melotus*, Vir Cl. coniecerat in marginem sui libri ἀπίχθη ἀγόμενος, credo ob sequentia ἀπίκετο ἀγόμενος: quae boni quidem commatos, sed edito et constanter probato non praeiudicant. *Nostri* sunt ἰόντες ἤισαν c. 34. φεύγων ἐκφεύγει lib. V. 95. οἴχεσθαι οἰχομένους VII. 220. etc. WESS.

3. οὔτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδέν) Ista nititur Historici suspicio ingenio clementi Darii Regis, beneficiorum semper memoris, et lege Persarum humanissima, cuius ille fuisse videtur observantissimus. Grave censeri poterat Histiaei delictum, sed hoc facile redemisset ingenti benefacto, quo Regem olim et Persas e Scythia profugos mactaverat: more suo gratus Darius lib. V. c. 11. beneficii meminerat in se collati: tandemque mortui honorificam quoque fecit mentionem, ὡς ἀνδρὸς μεγάλως ἑωϋτῷ τε καὶ Πέρσῃσι εὐεργέτεω. Egre-

giam Persarum legem merito collaudat *Herod.* I. 137. τὸ μὴ μιῆς αἰτίης εἵνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν etc. *sed tum demum*, λογισάμενος ἢν εὑρίσκῃ πλέω τε καὶ μέζω τὰ ἀδικήματα ἐόντα τῶν ὑπουργημάτων. Secundum hanc, ut puto, legem Teribazum absolverunt Persae iudices apud *Diod. Sic.* XV. 11. atque ob eamdem rationem, eiusdem *Diodori*, sive *Ctesiae* potius, Arbaces τῶν κινδύνων ἀπέλυσε τὸν Βέλεσυν, --- φήσας μείζονας εἶναι τὰς ἐξ αὐτοῦ προγεγενημένας εὐεργεσίας τῶν ὕστερον ἀδικημάτων, lib. II. c. 28. Patriae plus malorum attulisse, quam commodi, Lysandrum statuit *Pausanias* IX. p. 776. Πέρσαις τε ἑπόμενος, καὶ δικάζων νόμῳ γε τῷ ἐκείνων: id est, utrorumque instituta iusta comparatione. Copiose Persicam legem explanat *Aristides* in Apolog. pro IV. viris, T. III. p. 419. Solitum autem Darium animo grato Graecorum etiam in se collata beneficia recordari documento sunt Democedes, Syloson, Coës, Histiaeus, aliique. In Asiam traductos, quibus valde fuerat iratus, Eretrienses clementissime tractavit et Milesios: *Herod.* VI. 119. et 20. Sed magni animi documentum praebet egregium, undecunque tandem petitum, *Aelianus* Var. Hist. VI. 14. VALCK.

13. λούσαντάς τε καὶ περιστείλαντας εὖ) Hoc si plures exhibebunt Codices, mihi quoque placeret prae altero, forsan interpretamento: neque εὖ nec εὐπρεπῶς legisse videtur *Valla*: εὖ περιστεῖλαι et καλῶς in talibus adhibentur. Hippias iudicabat *Platonis*, T. III. pag. 291. D. κάλλιστον εἶναι ἀνδρὶ πλουτοῦντι, *parentes suos vita functos* καλῶς περιστείλαντι, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ ἐκγόνων καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς ταφῆναι. Erit forsan qui hic utrumque putet Herodoteum, περιστείλαντας εὖ, εὐπρεπῶς ἐνετείλατο θάψαι, atque a Io. *Tzetze* hoc quoque lectum; qui hic narrata sequutus, ad illa sua quaedam adiecit additamenta, Chil. III. vs. 535-543. Τέλος, δακρύσας περισσὰ τὴν κεφαλὴν ἐκείνην, Τοῖς Πέρσαις λέγει λούσαντας Ἐντίμως καταθάψαι, Ὡς εὐεργέτου τῶν Περσῶν μεγάλως ὑπηργμένου· Ὁ Ξύλου παῖς Ἡρόδοτος γράφει τὴν ἱστορίαν. Male interpres ibi dedit *Oxyli*: Ὁ Ξύλου scribendum, vel [potius] Ὁ Λύξου. VALCK.

CAP. XXXI. 6. σαγηνεύουσι) Vide Cl. *Valckenarium* ad lib. III. 149. *Nostri* et *Platonis* studio frequens verbi eius apud oratores *Libanium*, *Polemonem*, *Himerium*, atque

alios est usus: amavit et *Philo Iud.* III. Vit. Mos. p. 690.; et in re Christiana, captisque Evangelii doctrina gentibus, *Gregorius Naz.*, *Io. Chrysost.*, *Proclus*, ad cuius Orat. xx. pag. 550. pauca *Vincent. Riccardus.* Ego vero ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, [*lin.* 8.] schedis et sententia iubentibus, reduxi: aliena enim viri Cel. monita. Persae ab insulae littore, quod maris Aegaei partem septemtrionalem spectabat, iunctis consertisque manibus progressi fuerunt ad australe, cuncta incingentes, tum deinde omnia *venantes* et *capientes*, *velut in sagena pisces.* WESS.

CAP. XXXII. 2. τὰς ἐπηπειλήσαντο) Postremam syllabam ex sequenti τοῖσι natam arbitror, et restituendum ante vulgatum ἐπηπείλησαν: alteram formam ut legitimam crederemus, exempla debuerant simillima proferri. In istis contra, [*lin.* 5.] vulgatis ex *Med.* ἐποίευν ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους, vocula debebat interponi, quam constans requirit Graecorum usus, ut legatur ἐποίευν ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχιας εὐνούχους: hoc vel unicus docere poterat *Herodoti* locus VII. 170., ἀντὶ τοῦ εἶναι νησιώτας, ἠπειρώτας (γενέσθαι.) [At vide et ad h. l. et ad VII. 170, 15. *Var. Lect.*] Ut nostro loco vulgabatur ἀντὶ ἐνόρχων, illic scribi quoque potuerat ἀντὶ νησιωτῶν: qua forma loquendi *Euripides* usus est, Androm. vs. 457., σὲ --- Ναύτην ἔθηκεν ἀντὶ χερσαίου: et *Theocrit.* V. 150. γενοίμαν --- Μελάνθιος ἀντὶ Κομάτα. Verum alterum illud rarius requirit articulum, ἀντὶ τοῦ εἶναι ἐνόρχιας, εὐνούχους. Sic *Thucyd.* VII. 28., τῶν τε πάντων ὁμοίως ἐπακτῶν ἐδεῖτο ἡ πόλις, καὶ ἀντὶ τοῦ πόλις εἶναι φρούριον κατέστη. Supra dederat eodem sensu *Herod.* c. 9. τοὺς παῖδας ἐκτομίας ποιήσομεν: haeret et illic articulus in sua sede. *Aeschyl.* Suppl. vs. 305., Βοῦν τὴν γυναῖκ' ἔθηκεν 'Αργεία θεός. *Aristoph.* Θεσμ. 740., 'Ασκὸς ἐγένεθ' ἡ κόρη. *Herod.* I. c. 103., νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο. Ab *Herodoto* scribi non potuit, quod legit in suo Cod. *Theon.* Soph. vid. pag. 49. Progymn. VALCK.

5. ἀντὶ εἶναι ἐνόρχιας) Accedo *Gronovio*, haesitans non nihil ob ἐνόρχας *Arch.*, non utique malos. Redibit similis discordia lib. VIII. 105., ubi tamen τῶν ἐνορχίων *Pass.* et *Ask.* [vide ibi *Var. Lect.*] Statim καλλίστους in *Ask.* ex scholio. [ni potius ex scribae socordia.] Vide lib. IV. 180. WESS.

9. ὑπὸ Λυδῶν, δὶς δὲ ἐπεξῆς) Posterius, redditum lib.

IV. 196., vim pati non debuerat: priora optime habent; namque error *Arch.* et *Vallae* ex lib. I. 169. manifestissimus. WESS.

CAP. XXXIII. 2. ἐπ' ἀριστερὰ) Male schedae *Arch.* ἐπαριστερὰ iunctim, sicuti ἐπιδέξια pleraeque. Non nescio in talibus variari, monueruntque praeclari viri *Duker.* ad *Thucyd.* I. 24. et *Hemsterh.* in Epistola *Dukeri* Praefationi inserta. Noster (*Homerico* Iliad. Μ'. 229. et Ν'. 675. more) lib. I. 51. ὁ μὲν -- ἐκέετο ἐπὶ δεξιὰ ἐσιόντι, ὁ δὲ -- ἐπ' ἀριστερά: et III. 90. ἀπὸ δὲ Ἑλλησποντίων τῶν ἐπὶ δεξιὰ ἐσπλέοντι: tum lib. VII. 39. Apte ergo *Ask.*, modo tonus vertatur; nam quae ad lib. II. 39., alius suut formae. WESS. — Conf. quae ad *Appiani* Praefat. cap. 2. lin. 37. olim notavimus. *S.*

6. πόλιες συχναὶ) Nolui tot Codicibus refragari; quamquam πολέες [quod pro συχναὶ habent alii,] ex prisco usu, in Musis citra ius demutato lib. II. 107. Cessaret, si quid in vocum adfini sono ingrati, ubi πόλις πολέες Ionum scriberetur more. Mox [*lin.* 7.] Σηλυβρίη origini apud *Strabon.* lib. VII. p. 491. c. [p. 319. B. ed. Cas.] propior et antiquior est. Lege *Diodoro* adpostita lib. XIII. 65. et *Leunclavium Hutchinsonum*que ad Κυρ. Ἀναβ. *Xenophontis* lib. VII. p. 538. WESS.

10. οἴχοντο ἀπολιπόντες) Optime *Gronov.*; mox τὴν σφετέρην *Eustathius* itidem vidit. Statim Μεσαμβρίην οἴκισαν dat ed. Genev. 1618. de coniectura, neque ea absurda. Vid. lib. II. 154.; *Eustathius* vulgati patronus est. WESS.

12. τὰς καταλειχθείσας) Delectatur isto scriptor. Δυσχείμερος δὲ αὕτη ἡ καταλεχθεῖσα πᾶσα χώρη, lib. IV. 28. In *Porti* penu plura. Itaque iure pristinam sedem recuperavit. Scripsi praeterea [*lin.* 13.] Προκόννησον, originatione vocis apud Criticos ad *Apollon. Rh.* lib. II. 279. motus et Nostri consuetudine lib. IV. 14.; quae deinceps [*lin.* 20.] Δασκυλείῳ desiderabat, quomodo III. 120. et 126. WESS.

CAP. XXXIV. 4. τὴν Χερσόνησον ταύτην) Quod olim legebatur τὴν ἀρχὴν τῆς Χερσονήσου ταύτην, non pulcra specie est, formatum ferme ex praecedentibus: ταύτης certe, uti cap. 40., oportuerat, voluitque *Reiskius.* Rectius mssti, quos duces optavi. *Miltiaden Cypseli* fil., Chersonesi con-

ditorem, erudita disputatione *Ian. Rutgersius* illuminavit Var. Lect. I. 9. *Marcellinus* vero in Thucydidis vita, Θρᾷκες καὶ Δόλοπες ἐπολέμουν πρὸς Ἀψινθίους, hac eadem in re, errans aut corruptus. *Dolopes* Thessalis fuere adfines; *Dolonci* Thraces, ut vere viri docti. WESS.

Ibid. εἶχον Δόλογκοι Θρ. τὴν ἀρχὴν τῆς Χερσονήσου ταύτην) Prouti legit *Valla*, εἶχον Δόλ. Θρ. τὴν Χερσόνησον ταύτην, sic scripsisse videtur *Herod.* Quae de *Doloncis* sequuntur, Apsinthiis tribuit *Scholiastes* in *Aristidis* Miltiadem T. III. pag. 278. Historiam veterem qui tradiderit, quando praeter *Herod.* et *Marcellinum* in vita *Thucyd.* forte neminem habemus, ineditum Scholion ex Cod. Msto clar. *Petri Burmanni Sec.* non pigebit descripsisse: Δόλογκοι καὶ Ἀψίνθιοι ἔθνη ὅμορα περὶ τὸν Ἑλλήσποντον· οἱ δὲ Δόλογκοι κατεπολέμουν τοὺς Ἀψινθίους. ἐρωτῶσιν οὖν Ἀψίνθιοι τὸν θεὸν, πῶς ἂν ἀπαλλαγῶσι τῶν κακῶν, ἔχρησεν αὐτοῖς, ὅτι τὸν πρῶτον ὑποδεχόμενον ὑμᾶς Ἀθήνησιν αὐτὸν ἐκεῖνον στήσατε τύραννον. ἀκούσαντες τοῦτο οἱ Ἀψίνθιοι ἤρξαντο περινοστεῖν τὰς πόλεις, καὶ τέλος ἐλθόντας αὐτοὺς εἰς Ἀθήνας ὑπεδέξατο ὁ Μιλτιάδης· ἐκ τούτου οὖν ἔγνωσαν ὅτι ὁ χρησμὸς τοῦτον δηλοῖ. εἶτα διελέχθησαν αὐτῷ περὶ τούτου· ὁ δ' οὐκ ἐβουλήθη, ἀλλὰ λέγει Ἀψινθίοις, ὅτι (ἔτι) πέμψαντες εἰς Πυθίαν μάθετε ἀκριβέστερον, εἰ περὶ ἐμοῦ λέγει ὁ χρησμός. πεμψάντων οὖν αὐτῶν λέγει, ὅτι καὶ περὶ αὐτοῦ λέγει. ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ πάλιν Ἀψινθίοις λέγει ὁ Μιλτιάδης, ὅτι ἐὰν κελεύσῃ ἡ πόλις γίνομαι· κελευσάσης οὖν τῆς πόλεως, ἐγένετο τύραννος. VALCK.

10. τὴν ἱρὴν ὁδὸν) Celeberrima *sacra via*, quae Athenis Eleusinem ducebat, in *Pausan.* I. 36. et *Athen.* XIII. pag. 594. F. Haec ea fortasse, qua Athenienses sacra et Pythicam pompam Delphos mittebant, memorata a *Strabone* IX. p. 646. c. [p. 422. c. ed. Cas.] WESS.

CAP. XXXV. 5. Φιλαίου τοῦ Αἴαντος) *Marcellino* Φιλαίξ ὁ Αἴαντος prave. Sine mendo in *Plutarchi* Solon. pag. 83. D. Φίλαιος καὶ Εὐρυσάκης, Aiantis filii, Attica civitate donati. Non equidem nescio, Φίλαιον τὸν Εὐρυσάκους atque adeo Aiantis nepotem perhiberi a *Pausania* I. 35., et *Kühnium* Φυλαιοὺ malle: at illi obviam eunt, quos appellavi omnes; huic ΦΙΛΑΙΔΑΙ ex marmoribus, *Plutarcho*, *Stephano*que inter Atticae *demos*. WESS.

7. κατήμενος ἐν τοῖσι προθύροισι) Apud *Marcellin.* in vita *Thucyd.* pag. 2, 18. Dolonci Delphis ἐπανιόντες περιέτυχον τῷ

Μιλτιάδη πρὸ τῶν ὅρων καθεζομένῳ τῆς Ἀττικῆς: ex *Herod.* corrigendum censuit *I. Rutgers.* Var. Lect. I. c. 9. p. 32. πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῳ τῆς αὐτοῦ οἰκίας. Sed ab *Herodoto* diversum *Marcellinus* iste sequutus est in his narrandis auctorem; neque adeo videtur absurda lectio vulgata; quum a finibus Attices non longe Miltiadis abfuerit villa, ἐν Λακιάδαις sita. VALCK.

CAP. XXXVI. 4. πάντα τὸν βουλόμενον μετίχειν) Non defuit Pisistrati consensus, cupide potentem et gratiosum virum amolientis, praetereaque copias et necessaria suppeditantis; quod narrantibus apud *Marcellinum* accredo. Absurde mox [*lin.* 5.] καὶ ἔσχε τὴν χώρην. Ionibus ἔσχε non aliud atque *erat*, lib. VI. 133. VII. 119. Rediit ἔσχε, et redibit c. 47., ubi eadem macula. WESS.

7. ἀπετείχισε τὸν ἰσθμόν) Nonnunquam ἐπιτειχίζειν eadem est potestate ac τειχίζειν, saepe diversiore; quam admirabiliter luci *Hemsterhusius* exposuit ad *Luciani* Nigrin. c. 23. Hic inculcatum ferri nequit. *Miltiades, ducto* a Cardia ad Pactyam *muro, Apsinthios Chersonesi introitu prohibuit.* Id ἀποτειχίζειν, sive ut *Diodorus* διατειχίζειν, h. e. οἰκοδομεῖν διὰ τοῦ ἰσθμοῦ τεῖχος, Nostri dictione lib. VIII. 71. Opportune *Xenophon* ex ore Chersonitarum, εἰ δ' ἀποτειχισθείη ἐκ θαλάττης ἐς θάλατταν, de hoc isthmi iugo, Hist. Gr. lib. III. p. 487. D. *ed. Steph.* Addit elegantissimus scriptor, ἀποτείχισμὸν sive murum a Dercyllida Spartano fuisse absolutum et Thraces aditu ad Chersonesum exclusos, sequente *Diodoro* XIV. 38. Consimiliter ἀποτειχίζειν in isthmo Pallenes muro intersepto *Thucydides* lib. I. 64., ab *Harpocratione* advocatus. WESS. — Denique apud *Nostrum* mox c. 37, 1. in ἀποτειχίσας consentiunt libri omnes. *S.*

Ibid. ἐπετείχισε τὸν ἰσθμὸν) Paulo ante positis haec proxima subdit *Scholiastes Aristid.* mstus: καὶ ποταμοῦ ὄντος τοῦ διορίζοντος τοὺς Δολόγκους καὶ τοὺς Ἀψινθίους ἐπίχισεν αὐτόν, ὅπως ἂν μὴ βλάπτοιντο οἱ Ἀψίνθιοι παρὰ τῶν Δολόγκων: imo contra, secundum *Herod.* ἵνα μὴ ἔχοιεν σφίας (*Doloncos*) οἱ Ἀψίνθιοι δηλέεσθαι ἐσβάλλοντες ἐς τὴν χώρην. VALCK.

10. σταδίοι ἕξ τε καὶ τριήκοντα) Iugi eius latitudo in *Xenophonte* stadiorum XXXVII., in *Scylace* et *Strabone* Epit. lib. VII. fin. stadiorum XL. Longitudo vero a Cardia in Elaeuntem, ubi longissima, stadiorum CD *Scylaci:* quae in mensuris differentia utique non ampla. WESS.

CAP. XXXVII. 5. Quid sibi velit, ἦν δὲ ὁ Μιλτ. Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονὼς, mihi minus liquet. VALCK. — Quidni vero ἐν γνώμῃ γεγονὼς idem fuerit ac γνώριμος, *notus* et *familiaris?* *S.*

8. πίτυος τρόπον) *Diogenianus*, *Suidas*, atque alii, πεύκης τρόπον, parili sententia. Docte disputatur, eadem-ne πίτυς et πεύκη? hanc *pinum*, illam *piceam* Latinorum esse, *Bod. a Stapel* ad *Theophrastum* lib. III. 10. vehementer urget. Verior Cl. *Salmasii* sententia, πίτυν et *pinum* non discrepare: nonnunquam quoque arborum eas voces, sicuti in Homeri Vita, quae *Herodoto* tribuitur, c. 20. clarissime, et in dicto, quod prae manibus est, conmutari, Homonym. Hyl. Iatr. c. 65. Quaestio alia, an sola arborum pinus, sicubi excisa fuerit, non regerminet? *A. Gellius* et *Eustath.* eam negari, viderunt aegrius. *Theophrastus* de sua *pinu*, πεύκῃ, adustis eam radicibus οὐκ ἀναβλαστάνειν, τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαστάνειν. Quomodocunque hoc Croesi verbum et *Herodoti* professio accipiantur, de intentata minis *occidione* constat. Videndi viri doctissimi *Kühnius* et *Perizonius* ad *Aelian.* Var. VI. 13. Porro τὸ Θέλει [*lin.* 10.] si cui adblandiatur, similia succurrent lib. I. 78. II. 13. IV. 131. WESS.

13. ὅτι πίτυς μούνη δενδρέων) *Unam solamque pinum arborum omnium caesam nunquam denuo ex iisdem radicibus pullulare*, parum vere dictum *Herodoto* *Gellius* docuerat Noct. Att. VIII. 4. Cum Herodoteis ista iam comparavit *Io. Kühn* ad *Aeliani* Var. VI. 13. Hinc verba quaedam excitat miraturque *Eustath.* in Iliad. Α'. p. 32, 16. VALCK.

14. πανώλεθρος) Elegantius hoc et tritius, consensioneque *Eustathii* munitum. *Sophocl.* Elect. vs. 1012. πρὶν πανωλέθρους τὸ πᾶν Ἡμᾶς τ' ὀλέσθαι. *Aeschyl.* VII. contr. Theb. vs. 71. μή μοι πόλιν γε πρυμνόθεν πανώλεθρον Ἐκθαμνίσητε. Talium apud Tragicos uberrima messis. WESS.

CAP. XXXVIII. 5. ὡς ὁ νόμος, οἰκιστῇ) Ista non debuerant ad mentem *Vallae* a se invicem divelli, sic, ut puto, coniungenda: καὶ οἱ τελευτήσαντι - - θύουσι, ὡς νόμος οἰκιστῇ, nempe θύειν. Idem esset, ὡς νόμος ἥρωϊ θύειν: *vita functo sacra faciebant, ut mos est facere heroi.* Scribi quoque potuit unico verbo, in talibus proprio: καὶ οἱ τελευτήσαντι ἐναγίζουσι, vel ἐντέμνουσι. Eodem Brasidam honore dignati

Amphipolitani apud *Thucyd.* V. cap. xi. ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν ἀγῶνας καὶ ἐτησίους θυσίας. Conf. ibi citatus ill. *Ez. Spanhem.* et Celeberr. *Wesseling.* ad *Diodori* T. I. p. 148. *Pausanias* II. p. 137. τῷ μὲν ὡς ἥρωΐ μετὰ ἥλιον δύσαντα ἐναγίζουσιν, Εὐαμερίωνι δὲ ὡς θεῷ θύουσιν. VALCK.

10. ὑποθερμοτέρου) θερμουργοῦ, vocabulo *Aeschyli* Eum. vs. 563., quo de critici ad vii. contr. Theb. vs. 609. Alibi in Musis ὑπομαργότερος, III. 29. 145. Propius adpropinquat *Prisci*, Excerpt. Legat. *Hoeschelii* p. 36., de Hunnis in iram accensis, καὶ κατὰ μικρὸν ὑποθερμαινόμενοι ἐχαλέπαινον. WESS.

CAP. XXXIX. 7. ἐν ἄλλῳ λόγῳ) Hoc ipso libro c. 103. Firmantur ergo disputata de λέγουσι Λιβυκοῖσι lib. II. 161. Nefariam autem *Cimonis caedem* non multum ab obitu patris architectati fuerunt Pisistratidae: unde minime mirum, Athenienses, multimodis tyrannos gravantes ac exosos, Miltiadae abituro favisse. WESS.

8. εἶχε κατ' οἶκον) Revocarem ante *Gronovium* vulgatam lectionem, *Vallae* quoque repertam, εἶχε κατ' οἴκους, *domi sese continebat.* Proxima [*lin.* 9.], τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων, interpretatur *Valla*, *in honorem videlicet Stesagorae fratris.* Sententia satis esset commoda, si verbo constaret ista significandi dos: mihi non violenta fore videretur correctio, si pro ἐπιτιμέων scriberetur ἔτι πενθέων: *domi se continebat velut adhuc lugens fratrem Stesagoram;* more scilicet antiquitus etiam recepto, quo *in luctu recenti publico abstinebant.* Ἔχειν, interdum idem ac μένειν, saepius adhibetur pro εἶναι. Κατὰ πόλιν notat in *urbe:* κατ' οἶκον, *domi*, apud *Sophoclem* Ai. vs. 1040. Trach. 540. Philoct. 470. In eiusdem dramatis vs. 22. σήμαιν', εἴτ' ἔχει Χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδε γ', εἴτ' ἄλλῃ κυρεῖ. Plene *Herod.* III. 79. κατ' οἴκους ἑωυτοὺς οἱ μάγοι ἔχουσι τὴν ἡμέρην ταύτην. VALCK.

9. δηλαδὴ ἐπιτιμέων) In *Vallae* olim Latinis *in honorem videlicet fratris*, sive ἐπὶ τιμέων disiunctim legentis, sive ἐπιτιμέων, ex communi ἐπιτιμᾶν, Ionum more: illi sane vocabulo *amplioris honoris* potestas adest apud *Demosthen.* in Leptin. p. 292., certe in msstis et Scholiis. *Sophoclis* ἐπιτίμια Elect. vs. 917. *Suidas* τὰ ἐπὶ τιμῇ τινος γινόμενα explicavit. Paria etiam *Reiskius.* Quae quidem si probamus, concinna reliqua. Miltiades mortuum fratrem honoris,.

sed simulati, caussa *servabat* domi; quo audito Chersonesitae frequentes convolant in consortione luctus novo principi gratificaturi. Placere tamen talia *H. Stephano* haud potuerunt, opinato, si ἐπιτιμέων extra labis culpam maneat, tantundem valere atque *ulciscens*, sive ultionem moliens. A *Gronovio* venit *puniens*. Neutrum admittit ὡς συλλυπηθησόμενοι, [*lin.* 12.] manifesto quidpiam *honori aut luctui conveniens* in praegressis desiderans. Memini δηλαδὴ ἐπιτίμβιον, *videlicet iam iam contumulandum* reponere, cui ὡς συλλυπηθησόμενοι recte aptatur. At sit in coniecturâ. WESS. — Tum IDEM, in *Addendis*: „Elegans *Gisb. Koenii* coniectatio sic verba ordinat et refingit, εἶχε κατ' οἴκους, τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἔτι τιμέων: *domi se continuit, quasi fratrem Stesagoram adhuc honorans.* Iungit ex lib. IX. 24. εἰ μέν νυν βάρβαροι -- ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον: „quod tamen geminum planeque adsimile non est."

12. ἀπικόμενοι ὡς συλλυπηθησόμενοι) Nempe πενθέοντι, lugenti, luctum certe simulanti, *suum quoque verbis moerorem testificaturi*, sive πενθέοντα παραμυθησόμενοι. Olim etiam ad Reges, viros principes, vel civitates, eum in finem publicitus legati mittebantur. *Aeschines* contr. Ctes. p. 88, 22. ὑπέμεινας πρεσβευτὴς ὡς Κλεοπάτραν τὴν Φιλίππου θυγατέρα χειροτονεῖσθαι, συναχθεσθησόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Μολοττῶν βασιλέως Ἀλεξάνδρου τελευτῇ. Funebris conf. Alexandri laudatio in *Aristid.* T. I. p. 142. *Dion Chrys.* Or. XII. pag. 198. B. οὐδὲ πρεσβείαν ἐπρέσβευον συμμαχικὴν, ἥτινα εὔφημον (εὔσχημον legerim:) τῶν ἀπὸ γλώττης μόνον συναχθομένων, *speciosam legationem aegritudinem non veram verbis saltem significantium*: non cepit ista *Morellus*. Vid. *Livius* XXIII. 5. Idem in talibus significabant verba συνάχθεσθαι, συναλγεῖν, συμπενθῆσαι, συμπάσχειν, et συλλυπεῖσθαι. Contra, vel ob victoriam reportatam, vel in alia re laeta, legationes mittebantur quae civitatum gaudium, sive verum seu fictum, nunciarent, συνησθησόμενοι vel συγχαρησόμενοι τῇ νίκῃ, apud *Diodor. Sic.* XVII. c. 48. et 113. aliosque. VALCK.

CAP. XL. 3. ἄλλα τῶν κατεχόντων πρηγμάτων χαλεπώτερα) *H. Stephani* καταλαβόντων nusquam reperi, neque vulgato praestat. Τὰ κατέχοντα πρήγματα, *quae instant et praesentia urgent*: qualia in Miltiadeae tyrannidis principio rerum ordinatio, captura Chersonesitarum, auxiliatorum

dilectus, tum expeditio una cum Dario contra Scythas. Additum *τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτεϊ τουτέων* protectum verbis erit c. 46. *δευτέρῳ δὲ ἔτεϊ τουτέων*, modo cetera, quod valde dubito, defendi queant. Calculis hic et consideratione nexus rerum utendum est. Miltiades, interfecto a Pisistrati filiis patre Cimone, in Chersonesum Athenis demigravit, c. 103. Itaque sub annum Per. Iul. 4196., aut paullo citius, siquidem Hipparchus Olymp. LXVI., Per. Iul. 4198. interemtus occubuit. Hippias tyrannidem reliquit invitus Olymp. LXVII., Per. Iul. 4202., Dario Babylonem copse tempore obsidente; qua post XX. menses expugnata rex sequente Olympiade in Scythas movet comite Miltiade, reversusque Sardibus agit Per. Iul. anno 4206., in lib. V. 24. Scythae Nomades post illam Darii expeditionem irritati in Chersonesum excurrunt, coguntque Miltiaden aliorsum fugere. Haec si vero non dissideut, quid illis fiet *νεωστὶ μὲν ἐληλύθεε*, cum ante hos decem annos in Chersoneso tyrannum Miltiades egerit? quid *τρίτῳ μὲν γὰρ ἔτεϊ τουτέων*? Vide quae consequuntur statim, *ταῦτα μὲν δὴ τρίτῳ ἔτεϊ πρότερον*. Ea si signant tres notatos annos, exitum non habent: si Miltiadae reditum Doloncorum auxilio, exilium tyranni producunt longissime, neque congruunt bene cum praefectura maritima Otanis lib. V. 25. Quomodo demum cunque intelligantur *τὰ τότε μιν κατέχοντα*, alia esse nequeunt, quam quae continuo succedunt. At hoc tum vide: Miletus a Persis funditus pessumdata est Olymp. LXXI., Per. Iul. 4218.; altero post urbis eam calamitatem anno Persica classis insulas Chium, Lesbum et Tenedum occupavit, c. 30. huius Musae: apud Tenedum Phoenices (horum autem classis Persica) agere ut accepit Miltiades, convasatis quae in promtu erant, et in naves inpositis, aufugit. Haeccine *τρίτῳ ἔτεϊ πρότερον τῶν τότε μιν κατεχόντων* dici recte possunt evenisse? Animadverto in omni illa temporum notatione maculas, quas equidem detergere sine membranarum adiumento neque audeo, neque volo. WESS.

[Fortasse vero haud ita magno molimine tolli huius loci difficultates, omniaque ad liquidum poterunt deduci. Nempe *τὰ κατέχοντα πρήγματα, ἃ τότε μιν κατελάμβανε*, (*lin.* 2 *seq.* et *lin.* 11.) *res praesentes quae tunc eum occupabant*,

(aut *ei acciderunt*) haud dubie eae res intelliguntur, de quibus Scriptor noster cap. 33., priusquam hanc digressionem de superiore Miltiade, primo Chersonesi tyranno, instituit, loqui coeperat, quas mox deinde cap. 41. exponere pergit. Quod *lin.* 4. ait, τρίτῳ ἔτεϊ τουτέων, id quidem, per se positum, poterat *tertio post anno* significare, sicut δευτέρῳ ἔτεϊ τουτέων cap. 46, 1. sed ex adiunctis h. l. facile adparet, *tertio ante anno* intelligi: quod ipsum quoque mox in fine huius cap. diserte declaratur, τρίτῳ ἔτεϊ πρότερον τῶν τότε μιν κατεχόντων. Quae ei tertio ante anno acciderunt, ea χαλεπώτερα fuerant, *graviora*, *duriora*, quam quae nunc. Nunc enim (ut cap. seq. narratur) Athenas cum omnibus suis opibus, per otium quinque triremibus impositis, ultro Athenas repetens, unam quidem navem amisit a Phoenicibus cum filio suo captam; sed nihil mali accidit filio, quem admodum etiam liberaliter rex Persarum excepit: tertio vero ante anno, Scythis Chersonesum invadentibus, fuga se proripere coactus erat, et in exsilio vitam agere. Σκύθας ἐκφεύγει vulgo editur; quae si vera scriptura, verbum ἐκφεύγειν non consuetâ alioqui notione, ut cap. 38, 1. accipi debebit; (nec enim hoc *admodum grave* erat, quod *Scythas effugit*:) sed ἐκφεύγει h. l. idem atque simplex φεύγει sonabit, *ad Scytharum adventum e Chersoneso profugit*, *fuga salutem petere coactus est.* Sed hac notione rectius, ut mihi videtur, ἔφευγε scribunt codd. *Arch.* et *Vind.* quod etiam *Vallà* suo in cod. reperisse videtur: atque eodem modo mox libri omnes, *Herodoteo* more, id verbum (*lin.* 8.) repetunt, τούτους ἐπιόντας --- ἔφευγε. Supersunt primora huius cap. verba consideranda, Οὗτος δὲ ὁ Κίμωνος Μιλτ. νεωστὶ μὲν ἐληλύθεε ἐς τὴν Χερσ. quae partim ad proxime praecedentem referuntur narrationem, partim ad sequentia transitum parant. Ibi δὲ particula, ut saepe apud Nostrum, idem fere ac δὴ aut οὖν valet, et hoc dicit Scriptor: *Hic igitur Miltiades*, *Cimonis filius*, *novissimus* vel *postremus* (ex Miltiadis τοῦ Κτισοῦ familia) *in Chersonesum venerat*; estque adeo hic illo posterior, nec eum superiore confundendus. *S.*

6. συνεστράφησαν καὶ ἤλασαν) *Quum se in unum conglobassent* Scythae Nomades, *ad hanc usque Chersonesum processerunt.* Pro κατεστράφησαν lib. I. c. 130. ex Codd. merito

receptum κατεστράφθησαν: hic forte solemnem sibi posuerat formam συνεστράφθησαν, et lib. II. c. 121. ἐπιστραφθέντων: quod placuit Clar. *Abresch.* Dil. Thuc. p. 209. Ubi vulgatur τραφθέντες, huius Ed. p. 286, 6. [IV. 12, 13. ubi vide Var. Lect. et Adnot.] huius generis prostant nonnulla; qualia habet et *Thucyd.* semper tamen scribens ξυστραφῆναι et καταστραφῆναι. VALCK. — Utralibet verbi forma uti licuerat Herodoto, et in vulgatam h. l. consentiunt libri; quorum spreto praescripto, συνεστράφησαν ex *Valck.* coniect. edidit *Borh. S.*

CAP. XLI. 8. τὴν δέ οἱ πέμπτην τῶν νεῶν κατεῖλον) Si genuinum est κατεῖλον, pro simplici novator illud posuerit εἷλον, *ceperunt*. Fortasse tamen scripserat τὴν δέ οἱ πέμπτην τῶν νεῶν κατεῖχον διώκοντες οἱ Φοίνικες: sive potius κατῆγον: eo nempe sensu, quem tradit *Harpocrat.* in Κατάγων τὰ πλοῖα, quemque *H. Vales.* explicuit p. 104. et 105. Sic Miltiadis istam navem insequuti Phoenices, non quidem mercibus sed onustam pecunia, in suum quendam portum averterint; quacum captum Miltiadis filium Metiochum ἀνήγαγον παρὰ Βασιλέα, δοκέοντες χάριτα μεγάλην καταθήσεσθαι: postremum hoc, exemplis undique conductis, tractavit *I. I. Wetsten.* in *Lucae* Act. Apost. XXIV, 27. conf. *D'Orvill.* in *Charit.* p. 409. VALCK. — Iterum refragantibus libris omnibus unam ex *Valck.* coniecturis arripuit *Borh.* Verbum καταιρέειν *capiendi*, *corripiendi* notione supra positum vidimus c. 29, 9. Possis etiam *auferendi*, et *abstrahendi* notione accipere, ut V. 36, 14. *S.*

19. ἐποίησε κακὸν μὲν οὐδὲν Μητίοχον) De uno Metiocho *Herodotus*. At *Marcellinus* in Vit. Thucydidis liberos Miltiadae eadem navi intercepta in hostium venisse potestatem adfirmat; inprudenter subiungens, ἀφίενται δ' ὑπὸ βασιλέως, εἴ γε μὴ ψεύδεται Ἡρόδοτος. Quae, malum, haec suspicio, cui nullus in scriptore fundus? WESS. — Ea tribuit *Herodoto Marcellinus* in vita *Thucyd.* quae nusquam ille tradidit; nam primum navem captam scribit, in qua liberi fuerint Miltiadis; deinde, ἀφίενται δέ, inquit, ὑπὸ βασιλέως, εἴ γε μὴ Ἡρόδοτος ψεύδεται. De uno tantum loquitur *Herod.* liberorum Miltiadis natu maximo Metiocho; hunc tradit variis commodis ornatum in Perside remansisse, atque ibi, uxore ducta, liberos procreasse: τέκνα,

inquit, τὰ ἐς Πέρσας κεκοσμέαται: [*lin.* 22.] *liberos*, *Valla*, *qui inter Persas censentur*: scribi quoque potuisset, τὰ ἐς Πέρσας τετάχαται. Κοσμεῖν apud veteres significabat etiam τάσσειν, et ἡ τάξις Κόσμος dicebatur: quibus curae iuventutis erat εὐταξία, non Σωφρονισταὶ tantum, sed et Κοσμηταὶ vocabantur. *Ioh. Meursium* in Att. Lect. II. c. 5. sequitur, ut saepe, non nominatum *S. Petitus* in Leg. Att. p. 385. Eâdem qua hic structurâ *Herod.* III. c. 91. ἐς τὸν Αἰγύπτιον νομὸν αὗται (Cyrene et Barce) ἐκεκοσμέατο: id est τεταγμέναι ἦσαν. VALCK.

CAP. XLII. 1. οὐδὲν ἔτι πλέον) Non obliviscor formulae ἐπὶ πλέον et ἐπὶ πλεῖον in N. Test. tabulis atque alibi saepe obviae, et curam *Perizonii* ad *Aeliani* Var. I. 30. meritae: hic ex *Med.* inculcatur nullâ caussâ. *Noster* lib. IX. 106. οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγίνετο τεύτέων: et cap. 120. WESS. — Duo loca, quae respexit Vir doctissimus, sunt IX. 107, 20. et cap. 121, 5. ubi in ἔτι πλέον conspirant quidem, quod sciam, hodie libri omnes, ac ferri id ipsum quoque poterat: sed, ut de formula ἐπὶ πλέον aliorum taceam usum auctorum, (quos *Werferus* testatus est, in Var. Lect. a nobis laudatus,) collatis *Nostri* locis II. 171, 3. V. 51, 16. 120, 6. et IX. 41, 1. intelligitur sperni non debuisse scripturam a probatis codicibus h. l. oblatam; fitque verisimile, in reliquis etiam duobus locis IX. 107. et 121. ἐπὶ πλέον debuisse librarios. *S.*

2. ἐς νεῖκος Φέρον) ἐς νῖκος Φέρον *Sladus*, διαφέρον ex *Hesychio* interpretatus, maluit: frustra. *Homerus* saepe: etiam de *bello* infra, lib. VII. 158. WESS. — ἐς νεῖκος Φέρον, *ad inimicitias pertinens*, *ad bellum spectans*. Opponuntur τὰ εἰρηναῖα, in fine cap. *S.*

5. ἐκ τῶν πολίων) Egregie sic *Palmerius Gronoviusque*. Haud praeter librariorum indolem confusio πολίων et πολεμίων. Dedi exempla ad *Diodori* lib. XIV. 50., quibus accedat ex *Polyaeno* lib. V. c. 44, 1. *Memnon* βουλόμενος καταμαθεῖν τὰ μεγέθη τῶν πολεμίων καὶ τὰ πλήθη τῶν ἐνοικούντων: nam, τῶν πολίων fuisse primitus, vacat dubio. Scripsi [*lin.* 6.] ἵνα δωσίδικοι εἶεν, flagitante usu et probante *H. Steph.* Thes. T. I. p. 987. Habet *Polybius* lib. IV. 4. vocem et *Suidas* ex eo. WESS. — Vide *Var. Lect.* et quae ad *Polyb.* IV. 4, 3. olim notavimus. Ut δόσις per ο breve, quidni itidem δοσίδικος recte scribatur? *S.*

CAP. XLIII. 5. πολλὸν δὲ ναυτικόν) Vir summus *Is. Casaubonus* στρατὸν hunc ναυτικὸν recte interpretatur *aptum ad conscendendas naves*, ad *Strabon.* lib. I. p. 82. [pag. 47. ed. Cas.] sequente *Stanleio* in *Aeschyli* Pers. vs. 54. Neque enim naves una cum nautis Mardonius ex Perside in Ciliciam ducere valuit. Refer huc cap. 95. prodita. Genus *Mardonii* ac inter Persas auctoritatem non praeteriit *Diodorus* lib. XI. 1. WESS.

11. παραπλέων τὴν 'Ασίην) Fuit, cui hoc valde ineptum: esse enim Ioniam Asiae partem, nec posse illum, qui ad Ioniam adpellit, dici παραπεπλευκέναι τὴν 'Ασίην, uti scriptum hic: praestare propterea τὴν Καρίην, quippe Ioniae vicinam et ex Cilicia naviganti obeundam. At hoc nimis est sapere. Ex Cilicia in Ioniam tramittenti praeternavigatur Pamphylia Lyciaque, quae utraque cur coniectanti negligitur. Verbo, *Herodotus* τὰ κάτω τῆς 'Ασίης, in quibus Cares et Lycii lib. I. 177., spectavit. WESS.

15. τοὺς γὰρ τυράννους τῶν 'Ιώνων καταπαύσας) τῆς τυραννίδος nempe, vel τῆς ἀρχῆς. Sed, si forte variant Codices, illud, an καταλύσας, posuerit, vix constitui poterit: prius plerumque plene dicitur *Herodoto*, καταπαῦσαι τῆς ἀρχῆς Μήδους· καταπαῦσαι Δημάρητον τῆς βασιληΐης· ἀρχῆς Κῦρον καταπαύειν. Dum Persa Mardonius in Ionia δημοκρατίας κατίστα ἐς τὰς πόλιας, videri debuit Graecis ea res secundum *Herodotum* vix credibilis; quia Reges atque imperio regali adsueti popularem regiminis formam in civitatibus libertate usis sic plerumque voluerunt mutatam, ut saltem penes paucos esset imperium, quos dicto facilius haberent obedientes. Paulo post [*lin.* 18.] restituetur συνιλέχθη μὲν χρῆμα πολλὸν νεῶν. VALCK. — Vide *Var. Lect. S.*

CAP. LXIV. 7. τὰ γὰρ ἐντὸς Μακεδόνων) Littera mutata τὰ γὰρ ἐκτὸς Μακ. vir eruditus; namque progredienti e Graecia *intra Macedoniam* (ἐντὸς Μακεδ.) Thessalos esse, *extra* vero Thraces et Getas: vere quidem: sed, quid si Bosporum Thracium aut Hellespontum transfretaveris, erunt-ne ἐκτὸς Μακεδόνων Thraces plerique omnes? Id nemo adfirmaverit. Oram autem Propontidis Europaeam ipsamque Thraciam Dario paruisse, ex superioris libri c. 25. et lib. VII. 106. compertum. WESS.

13. πρὸς τὸν "Αθων) Iterum πρὸς τὸν "Αθων VII. 21. quam-

quam τὸν Ἄθω quidam ibi Codd. ut paullo superius *Vindobonae*. Non profecto nescio, *Diodorum* aliosque sic maluisse, quibus suum non invideo. Τὸν Ἄθων *Servius* Atticis tribuens, ad Aen. XII. 701. *Quod autem Herodotus*, scribit, *hunc Athon, hunc Apollon dicit, Atticae declinationis est*. De monte recte; τὸν Ἀπόλλων non novi. Statim κατὰ τριηκοσίας *Valla* expressit; et recipi, ut numerus quodammodo indefinitus maneat, poterit. Ita c. 117. κατὰ ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους, et crebro. Ceterum *Boreas* μέγας τε καὶ ἄπορος, [*lin.* 11 *seq.*] idem qui *Strymonias* μέγας τε καὶ κυματίης lib. VIII. 118. Hic ἄπορος, *arcens transitu*, de *Gronovii* sententia; forte verius, πρὸς ὃν οὐδένα πόρον εὑρεῖν ἔστι, sicuti Ἀπορώτατον *Isaei* explicuit *Harpocratio*. Immo vero haud scio, respexerit-ne Grammaticus et Nostri ἄπορον. Nam, quae sequenti Ἀποσάξαντα subiiciuntur, Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἕκτῃ, optime accedent prioribus, loco suo mota; siquidem ἀποσάττειν in hac Musa nusquam, et *Suidas*, exscribens *Harpocrationis* ἀποσαξάντα, *Dinarcho* vindicat, *Herodoti* mentione neglecta. Atque haec nunc blandiuntur. Vide tamen c. 125. [ubi παρέταξε.] WESS.

[18 *seq.* οἱ δὲ αὐτέων - - οἱ δὲ, ῥίγεϊ) Commode REISKIUS: „οἳ cum gravi: *qui natare nesciebant*, *illi propter hoc ipsum* „(vel *solum*) - - - *fluctibus hauriebantur*: οἳ δὲ, scil. ἠπί„σταντο, *qui autem nare sciebant*, *illi tamen frigore exstinguebantur*." *S.*]

CAP. XLV. 3. Βρύγοι Θρήϊκες) Quando lib. VII. c. 73. Φρύγες secundum Macedonas olim dicti traduntur Βρύγες vel Βρίγες, (vid. *Holsten.* ad *Steph.* in Βρίγες) pendet ista scribendi diversitas a dialecto. *Macedones* οὐδέποτε κατ' ἀρχὰς λέξεων τῷ Φ χρῶνται, ἀλλὰ τῷ Β, teste *Heraclide* ap. *Eust.* Od. κ'. p. 391, 16. Habet *Etymolog.* p. 179, 17. ut Macedonica, Βίλιππον, Βρύγας, et Βαλακρόν. Βάλακρον τὸν Νικάνορος, (*Vales.* in Excerpta pag. 76.) *Diodor.* T. II. p. 275, 93. qui Κιβαλῖνον forte dederat p. 351, 16. sicut p. 221, 26. Βαλλήνην et Βαλληνικὸν *Eustath.* in Od. ι. p. 340, 21. In vicinis [*lin.* 5.] more suo scripserat forsan *Herod.* οὐ μέντοι οὐδὲ αὐτοί γε δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων: qua forma loquendi lib. III. c. 19. Καρχηδόνιοι, inquit, οὕτω δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων: VII. 154. *nulla istarum civitatum* πέφευγε δουλοσύνην πρὸς Ἱπποκράτεος: I. 159. Φεύγων θάνατον βίαιον πρὸς

Πιερίων. Passivorum loco saepe verba neutra, nonnunquam etiam nomina adhibita, sequuntur illorum structuram; in istis, *violenta morte affici*, atque *in servitutem abduci*, vocibus θανάτου βιαίου et δουλοσύνης significantur. Huc pertinent *Thucydidea*. ὧν ἐν ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, et ὑπὸ τῶν ἀστῶν, p. 84, 75. p. 387, 66. [l. 130. VI. 15.] *Euripid.* Phoen. vs. 365. μή τις δόλος με πρὸς κασιγνήτου κτάνῃ, *ne a fratre dolose occidar*; quaeque pauca dantur similia. VALCK.

CAP. XLVI. 1. Δευτέρῳ δὲ ἔτεϊ τουτέων) Rerum earum, quas descripsit. Est autem annus Olymp. LXXII. secundus, quo et Thasii in ordinem coacti et legati aquam et terram petitum missi abierunt: namque μετὰ δὲ ταῦτα c. 48. huc referendum. Insequens annus pugna celeberrimus est Marathonia, decimus ante Salaminiam victoriam apud *Thucydid.* I. 18. WESS.

9. ἔκ τε τῆς ἠπείρου καὶ ἀπὸ τῶν μετάλλων) *Vallae* Latina, *ex continenti et metallis*, neque hic, nec deinceps Cl. *de Pauw* se probare valuerunt: *ex terra et metallis* illi praestabilius; ἠπείρου voce, ut in *Etymol. Suida* et aliis, pro *terra* posita. Quam ego quidem notionem illi non detraho; de *Herodoto*, cuius in Musis frequentissimum vocabulum, addubitans. Certum est, *Thasios* in Thraciae adversa ora metalli fodinas exercuisse, agrosque arasse, ex *Thucyd.* I. 100. Liquet insuper, insulam fuisse εὔκαρπον, *Dionysii* vs. 523. indicio. [ubi Θάσος, Δημήτερος ἀκτή.] Mox [*lin.* 10.] ἐν Σκαπτησύλῃ *Arch.* accuratissime observationi *Steph. Byz.* congruit, et *Lambino* opitulatur, *Scaptesylam* restituenti *Lucretio*, reiecta *Scaptensula*, cuius post *Festum* vindex *Gifanius*. At Σκαπτὴν ὕλην priscorum plerique disiunctim maluerunt, quorum exempla ad *Stephan.* stipavit *Holstenius*, inmemor occupata fuisse a *Paul. Leopardo*, Emend. lib. VIII. 20. *Vallam* in his explicandis lapsum leniter (uti in more habet) corrigente. WESS.

13. ἐοῦσι καρπῶν ἀτελέσι) *Si forent tributorum inmunes* olim *Laurentius*, ac si Φόρων ἀτελέσι ob oculos habuisset; sicuti *Appianus* Λυκίους Φόρων ἀτελεῖς Bell. Civil. lib. V. [c. 7.] p. 1077. Ego vero nusquam in schedis animadverti, haud recusaturus, si vel in unis reperiretur. Laudato *de Pauw* ἀτελὴς *inperfectus*, et καρπῶν ἀτελέες *fructuum defecti copia* intelliguntur. In *Hesychio* Ἀτελεῖς, ἐλλιπεῖς, cuiusmo-

di spadones aut alia parte manci: καρπῶν ἀτελέες eodem posse modo dici, nondum, ut credam, adducor. In lib. I. 192. τῶν ἄλλων ἰοῦσαι ἀτελέες, de vicis, *a tributorum pensione*, nisi quod canibus cibum praeberent, *liberis*. An ergo καρπῶν ἀτελέσι, *quod ad fructuum proventus attinet, a tributo inmunibus?* Quod et *Abreschio* placuisse, animadverto. WESS.

Ibid. ἰοῦσι καρπῶν ἀτελέσι) *Valla: si Thasii forent immunes tributorum*: in tributi vicem terrae proventum, *fruges*, sed *vinum* in primis generosissimum Persae videntur *a Thasiis* accepisse; qui propterea, ut ἀτελεῖς φόρων alii, sic dici potuerunt καρπῶν ἀτελέες. Thasiorum *aurifodinas* ex *Herod.* memorat *Eustath.* ad *Dionys.* vs. 517. Meminerunt earumdem *Thucyd.* I. 100. *Marcellin.* in vita *Thuc.* p. 3. et *Zenob.* Cent. IV. Prov. 34. Neque agrorum fertilitate motus, neque insulae divitiis, *Archilochus* Thasum in suis saepe carminibus habuit despicatui, quod e diversis liquet illorum fragmentis apud *Athen.* XII. p. 523. D. *Eustath.* in Iliad. β'. p. 616, 46. *Plutarch.* de Exil. p. 604. B. qui, Ἀρχίλοχος, inquit, τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνόπεδα παρορῶν, διὰ τὸ τραχὺ καὶ ἀνώμαλον διέβαλε τὴν νῆσον. VALCK. — Et frumenti copiâ abundabat *Thasus*, et vinum quoque in primis celebre Thasium erat. Sed videntur et fertiles Thasiorum agri et vineta in opposita *continente* (ἐν ἠπείρῳ) maxime fuisse; nempe in Thraciae ora, quae *Thasiorum* fuit: qui quum fructuum nomine ex ea regione perceptorum nec Thracum regibus nec Persis *vectigal* ullum aut *tributum* penderent, ἰοῦσι καρπῶν ἀτελέσι, ad reditus, quos *ex metallis* percipiebant, insignis quotannis cumulus ex agrorum istorum vinetorumque proventu illis accedebat. *S.*

CAP. XLVII. 4. ἐπὶ τοῦ Θάσου τούτου) Ex more scriptoris, stabilito diligentia Cel. *Gronovii* ad lib. IV. 45. [ubi frequens obtinet ille usus praepositionis ἐπὶ, praetereaque ad IV. 107, 2. 184, 17. VII. 58, 15. 61, 17. et 74, 2. provocavit *Gronov.*] De *Phoenicibus* et *Thaso* nonnulla lib. II. 44. Poterunt autem τὰ μέταλλα Φοινικά, [*lin.* 5. ubi cf. *Var. Lect.*] si quae necessitas, et Φοινικικὰ pingi, uti saepe in *Strabone* πόλεις Φοινικικαί, apud *Athen.* γαῦλος Φοινικικος, qui tamen XII. p. 538. D. πορφυρᾶ καὶ Φοινικᾶ χρυ-

σοῦφία iunxit. [Sed ibi Φοινικὰ de colore, non de populo.] ἐν πελέκει Φοινικῷ *Polemo* Or. II. p. 16. ed. *H. Steph.* παιδεία Φοινικῇ *Dio Cass.* Ecl. XLVI. Accedat Συρία Φοινίκη *Diodori* lib. XIX. 93. et *Punicum* bellum. WESS.

CAP. XLVIII. 8. νέας τε μακρὰς, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα) Hic quidem ad *Ammonii* mentem distinguit νέας, *longas naves*, et τὰ στρογγύλα πλοῖα. Sunt enim hic νέες sive νῆες, στρατιώτιδες et ἱππαγωγοί: πλοῖα vero, *quae equos veherent*. Lib. VII. c. 1. iussi sunt parare νέας τε, καὶ ἵππους, καὶ σῖτον, καὶ πλοῖα: haec scilicet εἰς ἵππους καὶ σῖτον: atque adeo νέας τε, καὶ πλοῖα ἱππαγωγὰ καὶ σιτηγά. Neque sane bellicas et longas naves πλοῖα dixit; sed *hippagogas*, etiam ἱππαγωγοὺς νέας, (vid. *Gronov.* ad init. libri VII.) et onerarias cum commeatu ἐς σῖτα νέας, VII. c. 21. [In eamdem sententiam disputaverat *Gronov.* l. c.] Haec firmant *Dukeri* sententiam ad *Thucyd.* VI. 43. Apud *Ammon.* in *Aristotelis* loco Alexander Molossus (*accitus ab Tarentinis in Italiam, Livio* VIII. 24.] ἐξέπλευσε ναυσὶ μὲν πεντεκαίδεκα, πλοίοις δὲ συχνοῖς ἱππαγωγοῖς καὶ στρατηγικοῖς: postremum, procul dubio mendosum, tentavit Clar. *D'Orvill.* in *Charit.* p. 674. sed a vulgata nimium abit vox σιταγωγοῖς: mihi restituendum videtur, ἱππαγωγοῖς καὶ φορτηγικοῖς: *naves onerarias*, φορτηγικὰ πλοῖα dixerunt *Thucyd.* p. 434, 60. [VI. 88.] *Xenoph.* V. Ἑλλ. p. 520, 37. aliique. VALCK.

CAP. XLIX. 7. ἐπὶ σφίσι ἐπέχοντας) Confer dicta lib. I. 80. [At ibi diversior verbi ἐπέχειν usus.] Aeginetae maris hoc tempore erant domini, θαλασσοκρατέοντες, *Eusebio* et *Syncello* testibus. Id praeter alia ussit Athenienses, ansamque dedit augendae, quae toti deinceps praesidio fuit Graeciae, classi, consentientibus *Herodoto* VII. 144. et *Thucydide* I. 14. WESS.

Ibid. ἐπὶ σφίσι ἐπέχοντας) Quod olim vulgabatur, id dedisse videtur *Herodotus*, ἐπὶ σφίσι ἔχοντας, lectum *Eustathio* in Od. τ'. p. 683, 21. ubi Homericum Τί μοι ἐπέχεις; interpretatus, τί κατ' ἐμοῦ ἔχεις, Ἡρόδοτος δὲ, inquit, διαλελυμένως φησὶν, ἐπὶ σφίσιν ἔχοντας τοὺς Αἰγινήτας: alia dedit in Iliad. χ'. p. 1355, 46. *Eustathium* sequitur *H. Steph.* in Prolegom. p. 736. [de Herod. voc. et loq. form.] Sunt et Herodoteae tmeses, μετὰ δὴ βουλεύεαι, p. 387, 5. [VII. 12, 7.] ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων, p. 434, 41. [VII. 164, 16.] etc.

VALCK. — Equidem, ἐπέχοντας ex scholio irrepsisse suspicatus, adeoque ἔχοντας revocans, nullam hic *tmesin* vidi, sed simplex verbum suo nomine legitime positum iudicavi ea notione, ut, quemadmodum ἔχειν ἐς τι vel ἐς τινὰ *ad aliquid* vel *ad aliquem spectare, pertinere, tendere*, frequenter apud *Nostrum* significat, sic ἔχειν ἐπί τινι, *adversus aliquem tendere* intelligatur. *S.*

CAP. L. 2 seqq. Κλεομένης *etc.*) Quae de *Spartanorum rege, Aeginetas adgresso*, eadem *Pausanias* lib. III. c. 4. WESS. — In insulam *Aeginam* venisse quidem dicitur *Cleomenes*: sed a *Crio* aliisque impeditus facere [quod voluerat] non potuit; quod iam nunc. Demarato eiecto, fecisse dicitur *Pausaniae* lib. III. p. 212. VALCK.

11. ἐξ ἐπιστολῆς τῆς Δημαρήτου) Erat in Latinis *ex epistola*. Maluerunt *de mandato* alii, *Portus* et ante eum *Stephanus*; qui quidem dissensus in re longe hinc remota momenti non magni: his tamen calculum adposui lib. IV. 10. WESS.

12. εἴρετο τὸν Κριὸν, ὅ τι οἱ εἴη τὸ οὔνομα) Suspicor Aeginetam istum *Crium* luctatorem fuisse, quem *Simonides* carmine memoraverit. Ad *Aristoph.* Nub. vs. 1359. ᾆσαι Σιμωνίδου μέλος, τὸν κριὸν ὡς ἐπέχθη, ista leguntur in *Schol.* τοῦτο τὸ μέλος Σιμωνίδου καὶ Ἐπινίκου, Ἐπέξαθ' ὁ κριὸς – – ἦν δὲ παλαιστὴς Αἰγινήτης: forte scribendum, Σιμωνίδου ἐξ ἐπινικίου: ut verba, Ἐπέξαθ' ὁ Κριὸς οὐκ ἀεικέως, ἐλθὼν εἰς δένδρεον ἀγλαὸν (f. ἐς ἀγλαόδενδρον) Διὸς τέμενος, ut ista verba fuerint in *Crium* Aeginetam *Simonidis*, alludentis ad arietem πεκτούμενον. Acerbo ioco *Herodoti* Cleomenes, cum Aegineta sibi nomen esse dixisset Κριοῦ, ἤδη νῦν, aiebat, καταχάλκου, ὦ κριὲ, τὰ κέρεα, ὡς συνοισόμενος μεγάλῳ κακῷ. *Iam nunc tu, velut vir gregis, aerata tua fac cornua, quibus possis luctari adversus magnum malum, quod tibi imminet.* Paulo inconsideratius negaverat Aegineta, Cleomenem οὐδένα ἄξειν χαίροντα Αἰγινητέων: dictum indignatus, ex Κριοῦ nomine captat hominis irridendi Rex Spartanus occasionem; atque ea dicit, quae in veri nominis *arietem* petulantiorem, κριὸν ἀτελγόκερων, dici poterant, cuius protervia brevi refutaretur. Ne *Cicero* quidem abstinere se potuit, quin C. Verri, homini sane pessimo, ex ipso nomine *verris* crearet interdum invidiam, II. in Verr. c. 78. *Videtis*

Verrutium? videtis primas literas integras? videtis extremam partem nominis, caudam illam Verris tanquam in luto demersam esse in litura? Sic IV. in Verr. c. 25. *ut hic nomen suum* (verris) *comprobavit, sic ille cognomen* (frugi.) Siculos dicentes facit c. 43. *in labores Herculis non minus hunc immanissimum verrem, quam illum aprum Erymanthium referri oportere.* Multo minus patienter legi poterunt frigidi *Plautini* ioci, Bacchid. II. 3. vs. 50. Menaechm. II. 2. vs. 38. Trucul. I. 1. vs. 58. quem reiicit versum tanquam spurium *G. Canter.* Nov. Lect. VII. 10. nisi sit in scena prolatus, quid sibi vellet Comicus, a plebe non potuit intelligi. *Cicero* Philipp. XI. c. 6. *C. Annium Cimbrum, Lysidici filium, Lysidicum ipsum Graeco verbo, quoniam omnia iura dissolvit.* Unicum licet de hoc genere, mirabar tamen in *Livio*, quod Scipionem facit dicentem, *Atrium Umbrium semilixam nominis etiam abominandi ducem*, lib. XXVIII. c. 28. Apud recentiores inprimis Graeculos huius generis reperiuntur plurima. VALCK. — De accentu, quo nomen Aeginetae illius hominis notavimus, in *Var. Lect.* dictum est. *S.*

CAP. LII. 1. ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιητῇ) Quem innuat, Tyrtaeum-ne an alium, haud memini. Cum poëta isto plerique Graecorum faciunt: *Xenophon* tamen in Agesil. p. 72. ed. *Hutch.* eumque secutus *Plutarchus*, domum, quam Aristodemus Spartae crexerit, habent. WESS. — At non *unum* aliquem *ex poetis* hic innuit *Herodotus*: sed *nullum ex poëtis* ea in re, de qua hic agitur, *adsentiri* ait *Lacedaemoniis*; adeoque famae apud Spartanos vulgatae opponit veterum Poëtarum auctoritatem, quorum nempe carminibus alioqui memoria rerum superioribus temporibus gestarum certissimâ ratione ad posteros propagari existimatur. *S.*

3. τοῦ Κλεοδαίου) τοῦ Κλεοδήμου dum hic scribendum putabat *Meurs.* de Regno Lac. c. 6. non recordabatur, apud ipsum *Herod.* constanter scribi Κλεοδαίου, VII. 204. VIII. 131. Sequi potius debuerat *Fr. Sylburgii* iudicium, *Aeliano* quoque nomen restituentis Κλεοδαίου, ad *Pausan.* Lacon. p. 246. Inde facile fluxerunt formae minus sincerae Κλεοδάμου, et Κλεοδάτου. Spartani Μενδαίου nomen male in Μενδάτου transierat apud *Thucyd.* p. 228, 56. alterum satis commendat notissimum μενδῆες: eamdem habent vim no-

mina Laconica Κλεινόμαχος et Κλεοδαῖος. Non *filios* tantum, sed *patrem* quoque *Aristodemum* Spartam tenuisse statuit et qui dicitur *Xenophon* in Encom. Agesil. p. 72. διάσθω τὶς τὰς θύρας αὐτοῦ· εἰκάσειε γὰρ ἄν τις ἔτι ταύτας ἐκείνας εἶναι, ἅσπερ Ἀριστόδημος ὁ Ἡρακλέους ὅτε κατῆλθε λαβὼν ἐπεστήσατο: ubi notat *Hutchins*. VALCK.

6. Ἀργείην) Errorem excusare ab hac scriptura discrepantes nequeunt: stabilitur matronae nomen omnium consensu: quin fuerunt, qui *Pindaro* Ἀργείδας inculcabant Isth. Od. VII. 21. μητρόθεν appellatos, διὰ τὸ Ἀργείαν ὀνομάζεσθαι τὴν Ἀριστοδήμου γυναῖκα, quamquam frustra illi. Addita hic maiorum series sororem ostendit Therae, quem πρόδικον, ut Spartae dicebant, sive tutorem pupillorum Eurysthenis et Proclis vidimus lib. IV. c. 147. WESS.

13. ἴσων ἐόντων) In horum medio positum ἀμφοτέρων, tantopere damnatum, neque utile, expunxi. Nexa quae adhaerent, varie tentata fuerunt, praecipue ἢ καὶ πρὸ τούτου. [*lin.* 14.] Puto iudicari, *nihilo magis quam antea* potuisse, uter natu prior esset, discernere. et μᾶλλον ad sententiam adsciscendum. Convenit ex lib. VII. c. 189. ὡς ἔμαθον αὐξόμενον τὸν χειμῶνα, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἐθύοντο: quodque in c. 139. eiusdem Polymniae; nam πρὸ τοῦ non differt. Malunt porro docti viri [*lin.* 16.] οὐ βουλομένην δὲ, restituta negante particula; quibus si adiutrices adessent schedae, fortasse adsentirer: nunc intercedo. WESS. — Vide quae paullo post notamus. *S.*

14. ἢ καὶ πρὸ τούτου) Hac saltem in sede voces istae, si sunt Herodoteae, commodam vix admittunt interpretationem: aptius forsan haerere viderentur istis, quae paulo leguntur superius, sic intersertae: ἐπιδόντα δὲ τὸν Ἀριστόδημον τὰ τέκνα, (ἢ καὶ πρὸ τούτου,) νούσῳ τελευτᾶν. Est et in proximis [*lin.* 16 *seq.*] structura minus expedita: mea sententia lenius ista fluerent hunc in modum scripta: εἰδυῖαν μὲν (καὶ τὸ κάρτα λέγουσαν ταῦτα,) βουλομένην δὲ εἴκως ἀμφότεροι γενοίατο βασιλῆες: *scientem quidem, tametsi valide negaret* geminos se internoscere: λέγουσαν ταῦτα, nempe οὐδὲ αὐτὴν διαγινώσκειν. VALCK.

[Ad ἢ καὶ πρὸ τούτου nec h. l. nec VII. 189, 9. aut VII. 139, 16. adsciscendae ad sententiam cum *Wesselingio* particulae μᾶλλον locus est. Nec tam incommode, quam *Val-*

ekenario visum erat, hac in sede locatae istae voces mihi videntur. Praecedentia verba satis indicant, missos fuisse probatos nonnullos viros, qui inspicerent pueros, viderentque uter illorum natu esset maior. Hi igitur, postquam illos inspexerunt, nec per se dignoscere natu maiorem potuerunt, quum ambo inter se similes et aequales (eàdem corporis specie, robore et staturà) reperissent; tum vero, *aut iam antea etiam*, matrem interrogarunt. Nec vero etiam, cur sequentia sollicitarentur verba, satis caussae erat. Ista, εἰδυῖαν μὲν καὶ τὸ κάρτα λέγειν ταῦτα, in latina quidem versione eamdem in sententiam reddidi, quam *Gronovius* his verbis expresserat, *etsi optime nosset illa aperire*, quasi infinitivus λέγειν ab εἰδυῖαν penderet. Rectius vero λέγειν ταῦτα ad superiora, οὐδὲ αὐτὴν φάναι διαγινώσκειν, referetur: *hoc illam* (nempe, *nec se internoscere natu maiorem*) *dixisse, quum quidem vel maxime nosset, sed cuperet etc.* τὸ κάρτα, abundante τὸ articulo, *vel maxime, quam maxime*, ut I. 71, 6. III. 104, 15. VII. 16, 26. *S.*]

21. τὸν γεραίτερον) Praestantia *Med.* Cod. et conspirantium meritis fertur laudibus; quae tamen saepe modum excedunt. Πρεσβύτερον eorum scholion est, defensione indignum. An, quaeso, γεραίτερος postulabit, *uni adfuisse prae altero* γέρας? Quid fiet ergo tot *Xenophontis* aliorumque dictis, in quis γεραίτερος *aetate senior* et amplius nihil? WESS.

41. τὸν πάντα χρόνον τῆς ζόης ἀλλήλοισι) Αὐτέων, in schedis repertum nullis, cur retinerem? Rixarum et discordiae, animos fratrum disiungentis, *Pausanias* testis accedit, δίδυμοι δὲ ὄντες, διάφοροι τὰ μάλιστα ἦσαν, Lacon. c. 1. p. 205. Sunt quoque *Eurysthenidarum* et *Proclidarum* dissensionis in Musis et aliorum commentariis sempiterna monumenta. WESS.

42. τοὺς ἀπὸ τούτων γενομένους ὡσαύτως) Non repugnat quod scribit *Livius* XL. 8. *sociabilem consortionem inter binos Lacedaemoniorum Reges salutarem per multa secula* ipsis fuisse *patriaeque*. Nam, privatim saepius adversarii duo Reges Lacedaemoniorum, unanimes conspirabant in publicae rei commodis iuvandis; aut etiam inter se laudabiliter certabant περὶ τοῦ ὁκότερος πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται, ut Aristides loquitur *Herodoti* VIII. 79. Neque noluit Lycur-

gus concordem talem discordiam in civitate sua locum habere. *Plutarch.* T. I. p. 598. c. Ἔοικεν ὁ Λακωνικὸς νομοθέτης ὑπέκκαυμα τῆς ἀρετῆς ἐμβαλεῖν εἰς τὴν πολιτείαν τὸ Φιλότιμον καὶ Φιλόνεικον. Conf. T. II. pag. 232. c. 813. B. et Melanthii dictum de civitate Attica p. 20. c. VALCK.

CAP. LIII. 2. *τάδε δὲ κατὰ τὰ λεγόμενα etc.*) *Gronovius* bene, cui rescribi nihil debuisse, ultima huius capitis verba clamant. Est quoque periculosior sequentibus admota manus. Equidem addidi ex scriptis γὰρ δὴ, cetera bonae notae arbitratus. Pendet sermo ex ἐγὼ γράφω, quae, si repetantur in ὡς εἰσὶ Ἕλληνες, nescio quid iure desideretur: nam θεοῦ ἀπιόντος a *Valla* versum a *Deo genitum* non laudo. Patrem mortalem Perseo Scriptor negat; μέχρι Περσέος, *usque ad Perseum*, non altius, adscendens, ut ait. Vere ergo τοῦ θεοῦ ἀπεόντος, *Deo in seriem non relato.* WESS. — Peropportune vero κατὰ ταὐτὰ λεγομ. dedit noster cod. F. *Superiora*, ait Herodotus, *soli Lacedaemonii dicunt:* (conf. c. 52, 1. ibique notata:) *nunc ea referam*, inquit, *quae eodem modo Graeci dicunt*, id est, in quibus reliqui Graeci Lacedaemoniis adsentiuntur. Quod autem verba illa [*lin.* 6.] ὡς εἰσι Ἕλληνες ab illis ἐγὼ γράφω pendere ait Vir doctissimus, id mihi secus videtur. Arcte profecto cohaerent ἀποδεικνυμένους ὡς εἰσι Ἕλληνες. Itaque participia καταλεγομένους et ἀποδεικνυμένους tamquam graeco more pro infinitivis posita cum *Valla* et *Gron.* equidem accepi. *S.*

12. *εἴρηταί μοι*) Sic melius. Εἰρέαται multitudinis est, sicuti lib. VII. 96. *Persei origo Aegyptia* tangitur lib. II. 91., a qua suggillanda cavere sibi noluit *Plutarchus.* At unde *Danaus* et *Lynceus*, si non ex Aegypto? Ceteros consulto tacitos habuit. WESS.

Ibid. *ἀπὸ δὲ Δανάης τῆς Ἀκρισίου*) Haec et sequentia quaedam, alio quam invenerat ordine collocata, *Plutarch.* exhibet, de *Herod.* Malign. p. 857. E. Οἱ δὲ Δωριέων, φησιν, ἡγεμόνες φαίνοιντ' ἂν Αἰγύπτιοι ἰθαγενέες ἐόντες καταλέγοντες (leg. καταλέγοντι) τοὺς ἄνω Δανάης καὶ Ἀκρισίου πατέρας: quae prorsus obscuravit interpres. Ad Herodotea *Plutarchus*, τὸν Ἔπαφον, inquit, καὶ τὴν Ἰὼ, καὶ τὸν Ἴασον, καὶ τὸν Ἄργον ὅλως ἀφῆκεν. Epaphum in Aegypto natum omittere potuerat; Ionem, Iasum, et Argum Herodoteae narrationi me-

rito opposuit; neque enim hos Aegyptios origine dixerunt Graeci, qui posteros Epaphi, atque adeo maiores Acrisii, fatentur Aegyptios esse ἰθαγενέας, Libyen, Belum, Danaum et Aegyptum, Lyncea. Sed vituperare potius debuit *Plutarch.* quos habuit *Herodotus* auctores, non quid ipse sentiat, sed tradens quid Graeci de his fabulari sueverint: hoc non in fine tantum capitis, sed et initio, significavit; ubi, Τάδε δὲ, inquit, κατὰ τὰ λεγόμενα ὑπ' Ἑλλήνων ἐγὼ γράφω, vel γράψω: ut l. c. 95. κατὰ ταῦτα γράψω. Quid sibi velit τοῦ θεοῦ ἀπεόντος [*lin.* 5.] mihi quidem non liquet. VALCK.

CAP. LIV. 4. Περσέϊ οὐδὲν) De Persarum sententia si venerint quae libro VII. 61. scribit, *Perseum* videlicet Danaës et Iovis fuisse filium, creasseque ex Andromeda Persen, unde Persicae genti nomen; in matre patreque Graecos inter et Persas fuerit concordia, de avo lis et progenitoribus; quos una cum Acrisio a consanguinitate Persei si secluserint Persae, Danaë Assyriae aut Persicae erit stirpis. WESS.

CAP. LV. 2. καὶ ὅ, τι ἀποδεξάμενοι) *Reiskius* ὅτι optime disparavit. In regni successione διαδέχεσθαι et ἐκδέχεσθαι sedem habent: ἀποδέχεσθαι, in rerum *actu*. Οἱ μὲν νυν Κᾶρες οὐδὲν λαμπρὸν ἔργον ἀποδεξάμενοι lib. I. 174. saepissimeque aliàs. WESS.

CAP. LVI. 2. Διός τε Λακεδαίμονος) Saepe quidem *Lacedaemonis*, Iovis filii; sed huius *Iovis*, Λακεδαίμονος dicti, nusquam alibi factam invenit *Meursius* mentionem; et sane mirum est, si *Iovem* coluerint Λακεδαίμονα, hunc non ut Deum ἀρχαγέταν habitum saepiusque commemoratum. Coluisse Lacedaemonios Ἀγαμέμνονα Δία variorum contra constat testimoniis docuitque *Meurs.* Misc. Lacon. I. c. 4. Suspicabatur *Casaub.* in *Athen.* III. cap. 21. [Animadv. T. II. nuperae edit. p. 175 *seq.*] dictum Iovem Ἀγαμέμνονα Spartanis, ut ἀρίσταρχον a *Simonide*; Agamemnone certe nomen antiquius ἐπιθετικῶς de Deorum rege potuit usurpari, et vera adpellationis ratio *Lycophronem* ceterosque latere. *Athen.* III. p. 99. B. Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἀρίσταρχον εἶπε τὸν Δία, καὶ Αἰσχύλος τὸν ᾅδην ἀγησίλαον. Dedit ibi plura *Casaubonus.* Ἀγεσίλαν, *inferum Iovem*, attigit *Bentley* ad *Callim.* in Lav. Pall. vs. 130. Ubi vulgatur in *Hesych.* Ἀρίστ' ἀρχὰ μία, Simonideum forte dederat Ἀρίσταρχον, Δία.

Asopii vocabant Aesculapium Φιλόλαον, teste *Pausan.* III. p. 267. Ἄλεξιν, τὸν Ἡρακλέα, Coi, *Aristid.* I. p. 62. Τηλέμαχος, ἡ Ἄρτεμις dicitur in *Luciani* Lexiph. II. p. 335. Habet istius generis nonnulla *Aristoph.* Ἱπ. vs. 164. Θεσμ. vs. 811. Λυσ. vs. 554. VALCK.

5. αὐτὸν ἐν τῷ ἄγεϊ ἐνέχεσθαι) Omissa saepius, additur in legibus interdum Atticis praepositio; velut apud *Demosth.* contr. Aristocr. p. 408, 54. apud *Andocid.* p. 12, 36. τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον. Unde corrigendus *Antiphon* p. 143, 19. ut, pro μήτε χειρὶ ἀράμενον, scribatur μήτε χειρὶ ἐργασάμενον. conf. *Lysias* pag. 18. et *Markland.* VALCK. — De formula εἰ δὲ μὴ (*ibid.* ubi εἰ δὲ absque negatione exspectasset aliquis) vide *Vigeri* Idiot. VIII. VI, 9. ibique *Zeun.* Scilicet, ubi in praecedente membro nulla est negatio, ibi εἰ δὲ μὴ *sin minus* significat; si in praec. membro negatio est, εἰ δὲ μὴ positive intelligitur, *sin, si quis id fecerit.* Sic in Evang. *Matth.* IX, 17. Confer Indicem nostrum Graecitatis *Epicteteae* pag. 301. *S.*

7. ἑκατὸν δὲ ἄνδρας λογάδας ἐπὶ στρατιῆς) In delectorum virorum numero conspiratur in schedis. Trecentos alii regi stipatores custodesque circumponunt: Agidem sane οἱ τριακόσιοι ἱππῆς καλεύμενοι stipabant in praelio apud *Thucyd.* V. 72., suntque iidem τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οἵπερ ἱππέες καλέονται, Themistoclem honoris caussa deducentes infr. lib. VIII. 124. An ex trecentis *centeni* regum praecipui in castris satellites, in acie cuncti? Conf. *N. Cragium*, Reip. Spart. lib. IV. 4. Iam ἐπὶ στρατηΐης, *in expeditione*, fingebat Cl. *Reiskius*, non utique praeter consuetudinem, siquidem ea in voce creberrime peccatum. Tuetur vulgatum *Xenoph.* Laced. Reip. p. 685. F. [pag. 542. med. ed. Bas. 1569.] πάντων τούτων καὶ ἐπὶ στρατιᾶς οἱ Λακεδαιμόνιοι εὐποροῦσι, *eorum omnium copiam Lacedaemonii etiam in castris, sive in exercitu, habent.* Similiter p. 688. A. [p. 544, *l.* 16. ed. Bas.] etc. WESS.

8. ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι) Κοιναὶ ἔξοδοι *expeditiones* communiter susceptae lib. IX. 26., etiam in Comici Nub. vs. 579., cuius loco ἐξόδιον Ionibus *Portus* asseruit, vetere motus lectione. Cl. *Gronovio* adsentior. Ἐξοδείας ποιεύμενοι Samnites apud *Strabon.* lib. V. p. 382. A. [p. 249. B. ed. Cas.] Quod

ex Msstis revocatur ὁκόσοισι ἂν ὦν, [*lin.* 9.] scriptor suum agnoscet. WESS. — Vocabulo ἐξοδία de *bellica expeditione* saepius utitur *Polybius:* vide Lexic. Polyb. p. 230. *S.*

CAP. LVII. 2. ἣν θυσίην τις δημοτελῆ) Verissime Codices. Τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ *Demosth.* in Neaer. p. 739. esse ait τὰ ἱερὰ τὰ τῆς πόλεως. *Philoni* Leg. ad Cai. pag. 1031. D. ἑορταὶ δημοτελεῖς, festi nationis Iudaicae dies. Iunge elegans matronae Pythagoreae dictum in *Stobaei* Serm. LXXII. p. 445. et *Hesych.* Δημοτελῆ cum Clar. *Alberti* adnotatione. WESS. — Cum ista vero notione θυσίας δημοτελοῦς minus convenire videri poterat quod ait ἣν θυσίην τις δημ. ποιέηται, si *quis* etc. quod ad privatum hominem referri videtur: fortasse igitur intelligi debebit magistratus ille, ad cuius munus curamque id pertinebat. Sed poterit etiam θυσίη δημοτελὴς intelligi sacrificium a privato homine ita institutum, ut populares illc suos vel curiales ad convivium vocet. *S.*

4. διπλήσια νέμοντας) Vetus mos, *Homero* descriptus docteque abs *Eustath.* explanatus pag. 72, 20. et p. 682, 50. [pag. 54, 32. et p. 557, 22. ed. Bas.] Super eo prudentissime *Xenophon* extr. Rep. Laced. καὶ διμοιρίᾳ γε ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐτίμησεν *Lycurgus*, οὐχ ἵνα διπλάσια καταφάγοιεν, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀπὸ τοῦδε τιμῆσαι ἔχοιεν εἴ τινα βούλοιντο. Ceterum πρόβατα [*lin.* 6.] *non solas* esse *oves*, indicatum aliàs, neque eas utique Spartani duntaxat inmolarunt. *Vallae* propterea Latina, ovibus expulsis, integrata sunt. WESS. — In νέμοντας ad superius τὶς relato est familiaris *Nostro* transitus a singulari numero ad pluralem. *S.*

11. προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι προκεῖσθαι) Si vel in plerisque hoc legeretur Codicibus, restitui tamen deberet προσκεῖσθαι vel προσκέεσθαι, de *honore attributo* adhibitum etiam *Herodoto* I. 118. 119. et II. 83. Τὸ προσκεῖσθαι hoc in loco per γέρας εἶναι recte interpretatur *Eustath.* Iliad. γ'. p. 307, 17. [p. 405. ed. Rom.] *Proxenos* memorat Spartanos *Xenophon*, Clearchum, πρόξενον ὄντα Βυζαντίων, ab Agide illuc missum, Ἑλλ. I. p. 253, 40. et IV. p. 308, 31. Pharacem Boeotorum πρόξενον. Fuerunt isti vel quales *Herod.* designari voluit, vel quales fuisse dubitabat *Cragius* de Rep. Lac. II. c. 10. Sed sicut Athenienses aliique, suos etiam habuerunt Lacedaemonii, in aliis civitatibus a se

publicitus constitutos προξένους. Apud *Pausan.* III. p. 223., Eleus Xenias fuisse dicitur Agidi ἰδίᾳ ξένος, καὶ Λακεδαιμονίων τοῦ κοινοῦ πρόξενος: ut Chius Hermesilaus privatim *Sophocli* ξένος, et πρόξενος Atheniensium, teste *Ione Chio* apud *Athenaeum* XIII. p. 603. F. Publicitus etiam Alciphron Argivus, secundum *Thucyd.* V. 59. fuit πρόξενος Λακεδαιμονίων, et Plataeënsis Λάκων ὁ 'Αειμνήστου, III. 52. Distinguuntur a talibus ἰδίᾳ πρόξενοι et ἐθελοπρόξενοι dicti; quales fuerint fortasse Lacedaemoniorum Athenis Cimon, et Callias. VALCK.

12. τούτοισι προσκεῖσθαι) *Eustathius* γέρας εἶναι τοῖς βασιλεῦσι ἐν Σπάρτῃ vere explicuit: id enim est προσκεῖσθαι, iniuriâ mutatum. Sic lib. VII. 35. τοῖσι προσεκέετο αὕτη ἡ ἄχαρις τιμή. *Portus* plura. Πυθίους [*lin.* 13.] hinc *Timaeus* in Lexicon intulit, ad quem bene Cl. *Ruhnkenius*. De iisdem *Eustath.* ad Iliad. A'. p. 55, 44. [pag. 42, 7. ed. Bas.] ἦν δὲ καὶ τάγμα τι θεῖον ἐν Δελφοῖς, οἱ θεοπρόποι· οἳ καθ' 'Ηρόδοτον ἐσιτοῦντο μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια, labantis memoriae vitio aberrans. *Cicero* vero praeter *Pythios* dedisse *regibus suis augurem adsessorem* Lacedaemonios, memorat lib. I. de Divinat. c. 43. WESS.

23. ἦν μὴ περ ὁ πατὴρ etc.) *Vallam* fefellit litera, μήπερ in μήτηρ convertentem: neque *Etonensis* codicis aberratio discrepat. Matris olim sane ad filiarum sponsalia nulla auctoritas. Vere Hermione Spartana, Νυμφευμάτων γὰρ τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μέριμναν ἕξει, in *Euripidis* Androm. vs. 987. Πατρούχου παρθένου πέρι [*lin.* 22.] hoc ex loco *Timaeus* Lex. p. 151., ubi docta *Ruhnkenii* observatio. WESS.

Ibid. ἦν μὴ περ ὁ πατὴρ αὐτὴν) Qualem *Valla* sequutus est, Codicis *Eton.* lectio, ἦν ἡ μήτηρ ἢ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ, correctoris illa videtur indocti: non mater filiam dicitur ἐγγυῆσαι, sed pater; aut, si illuc abiisset, puellam frater, vel avus paternus. *Orbae* nuptias, necdum a patre desponsatae, si plures sibi vindicarent, fieretque ἡ ἐπίκληρος, ut Athenis loquebantur, ἐπίδικος, Spartae lis ista dirimebatur a Regibus solis; quos *Herod.* scribit [*lin.* 21 *seqq.*] δικάζειν μούνους πατρούχου παρθένου πέρι, ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν, ἢν μήπερ ὁ πατὴρ ἐγγυήσῃ. Herodoteam vocem πατροῦχος *Hesychio* restituit *Hemsterh.* voc. 'Εμπάμονι, πατροῦχοι. conf. *Timaei* Lex. *Platon.* in Πατρούχου παρθένου, et *Ruhnken.* Ut

ἐμπάμων, sic ἡ ἐπίκληρος dicitur ἔγκληρος in *Euripid.* Iphig. Taur. vs. 682. VALCK.

28. *δύο ψήφους τιθεμένους*) *Thucydidem*, gravissimum Scriptorem, lib. I. 20. tacito *Herodoti* nomine haec falsi arguisse, *Meursii* Reg. Lacon. c. 23. et *Palmerii* animadversio est. Equidem duo singulis regibus suffragia non largior, valdeque vereor, ut verba δύο ψήφους τιθεμένους illis contribuant. Regum absentium vicem maxime propinquos obiisse et duo posuisse calculos scribitur, tertiumque suum: totidem ergo ferebant suffragia, quot usi ambo reges fuissent, modo-ne consessu abstinuissent seniorum; tulissent autem praesentes duo, singuli suum. Haud itaque bina singulis suffragia hac in descriptione. Sed rem non urgeo: falli possum. WESS.

Ibid. *δύο ψήφους τιθεμένους*) Denegat hanc Lacedaemoniorum regibus praerogativam *Thucyd.* I. 20., quem Herodotea sibi sumsisse refutanda vere monuit ante *Palmer.* *Io. Meurs.* de Regn. Lac. c. 23. de senatorum agens et numero et dignitate, Misc. Lac. II. c. 4. Plura dederat *N. Cragius* lib. II. cap. 3. Civitatem memorat Indicam *Diodor.* XVII. 104., cuius forma regiminis Spartanae fuerit similis quod ad Senatus auctoritatem binosque Reges e duabus semper familiis, τῶν κατὰ πόλεμον πραττομένων ἡγουμένους. Ne Regum potestas in tyrannidem degeneraret, Lycurgus, secundum *Platonem* Epist. VIII. p. 354. B., φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὸν τῶν Ἐφόρων δεσμὸν τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον. Insignis eiusdem locus est T. II. pag. 692. A. Curia τῶν γερόντων ceterorumque annuorum magistratuum tribunalia ubi fuerint Spartae tradit *Pausan.* III. p. 231., τῆς τε Γερουσίας βουλευτήριον, καὶ τῶν Ἐφόρων καὶ Νομοφυλάκων καὶ καλουμένων Βιδιαίων ἀρχεῖά ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς: in quibus corrigendum arbitror, καὶ Νομοφυλάκων καλουμένων Βιδιαίων. Hi annui magistratus, Ephori et Bidiaei, sive Νομοφύλακες, erant πέντε ἀριθμὸν ἑκάτεροι secundum *Pausaniam*: contra οἱ Γέροντες, numero XXVIII, διὰ βίου ταύτην ἔχουσι τὴν τιμὴν, *Plutarch.* T. I. pag. 597. E. Hinc intelligi poterit *Xenoph.* Ἑλλ. III. pag. 289, 20., ubi numerare iussus ὁπόσοι εἶεν Σπαρτιᾶται ἐν τῇ ἀγορᾷ, dicitur ἀριθμήσας βασιλέα τε καὶ Ἐφόρους καὶ Γέροντας καὶ ἄλλους ὡς τεσσαράκοντα. VALCK.

CAP. LVIII. 5. λέβητα κροτέουσι) Necesse non videtur, ut unum omnes lebetem pulsarint; neque requirunt opportune scripta Scholiastae *Theocriti* Idyl. II. 36. καὶ παρὰ Λάκωσι βασιλέως ἀποθανόντος εἰώθασι κρούειν λέβητα, ubi *Meursius* λέβητας, quemadmodum in *Herodoti* schedis pluribus. Magnas autem turbas movit καταμιχίνεσθαι, [*lin.* 7.] variisque coniecturis, quibus non utor, ansam dedit. Possunt utique μιαίνεσθαι dici, quorum caput aut corpus luto alia-ve re turpatur, ut χρῶτα μιαινόμενος *Nicand.* Alexiph. vs. 253., et quidni καταμιαίνεσθαι, praesertim cum talia in luctu frequentarentur? WESS. — Nota Romanorum formula, *luctu squalere*, *in luctu et squalore esse*. Nescio an eodem pertineant οἱ μιασμοὶ, quibus in privatorum hominum obitu abstinere Spartani, ex Lycurgi legibus, debuerunt, referente *Plutarch.* in Institut. Lacon. p. 238. D. *S.*

13 *seqq.* ἐκ πάσης δεῖ Λακιδαίμονος *etc.*) Recepta Codicum lectione, τῶν περιοίκων ἀναγκαστούς, sic ista capienda iudico: *necesse est ut, praeter Spartiatas, funus vel inviti comitentur ceterarum urbium Laconicarum incolae certo numero.* De περιοίκοις forsan alibi dicetur. Voces χωρὶς Σπαρτιητέων recte ceperunt *N. Cragius* de Rep. Lac. II. p. 107. et *L'Auteur des Essais de Critique* pag. 179. [nempe *praeter Spartanos, iuxta cum Spartanis;* (conf. I. 106, 5.) non, *exceptis Spartanis*, ut *H. Steph.* cum *Camerar.* aut *absque Spartanis*, ut imperite *Gronov.* posuerat.] Ἀριθμῷ, hic frustra tentatum, significat *certo numero*, vel *definito*. *Lucian.* T. III. p. 302., τὸ μὲν ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῷ ἄγειν αὐτὸν, ἀλλὰ μεδίμνῳ. T. I. pag. 750, 57. *Thucyd.* II. 72. VALCK. — Ubi ait *Herod.* ἐκ πάσης Λακεδαίμονος, *Lacedaemonem* patet hic τὴν Λακωνικὴν, *Laconicam terram* intelligi, quemadmodum VII. 234, 10. *S.*

14 *seq.* τῶν περιοίκων ἀναγκαστούς) Ex vulgata ὀνομαστοὺς formavit Cl. *de Pauw*, honoratiores ac nobiliores explanans; quales fortasse inter Spartanorum περιοίκους exiguo numero, homines quippe contemtissimae et paene servilis conditionis, meritoque ab *Isocrate* deploratae, Paneg. pag. 67. E. et uberius Panath. pag. 270. C. ed. *Steph.* Quod autem schedae offerunt, id longe melius, stabilitumque *Aeliani* auctoritate, Var. VI. 1., ubi de Spartano-

rum in Messenios, itidem περιοίκους, acerbitate, τὰς ἐλευθέρας [γυναῖκας] εἰς τὰ πένθη βαδίζειν ἠνάγκαζον, καὶ τοὺς ἀλλοτρίους καὶ μηδὲν σφισι προσήκοντας νεκροὺς κλαίειν. Nihil certe acconmodatius. At gravis tria ista [lin. 16.] καὶ αὐτῶν Σπαρτιητέων urget suspicio, tum quoniam ex duobus, illisque bonae notae, exsulant codicibus, tum maxime, quod turbae plangentium Spartanos eximant praecedentia χωρὶς Σπαρτιητέων: [at de his verbis vide paullo ante notata.] quippe genuinos cives ac Spartanae urbis incolas lib. VII. 234., quibus Lycurgi decretum τὰ πένθη καὶ ὀδυρμοὺς vetabat, Instit. Lacon. *Plutarchi* p. 238. D. Atque haec efficere possunt, pro alienis ut putentur. WESS. — Verba ista, καὶ αὐτῶν Σπαρτιητέων, nisi temere prorsus et casu omissa sunt in codicibus nonnullis, consulto abiecta primum fuere ab homine, qui ista, χωρὶς Σπαρτιητέων, (l. 14.) in eamdem partem acceperat, quae *Wesselingio* et *Gronovio* placuit. Quod vero de Lycurgo, τὰ πένθη καὶ ὀδυρμοὺς vetante, ex *Plutarcho* refert Vir doctissimus, id ad privatorum hominum, non ad regum, obitum spectare, recte *Larcherus* monuit. Nam, regum quidem obitum ipsos quoque in urbe Spartanos ingenti luctu prosequi debuisse, et superiora, et quae his mox subiiciuntur, abunde declarant. *S.*

20 *seqq. Regis in proelio mortui effigiem* ἐν κλίνῃ εὖ ἐστρωμένῃ dicuntur ἐκφέρειν, si nempe cadaver commode Spartam non posset deportari. Peregre mortuus Agesipolis ἐν μέλιτι τεθεὶς καὶ κομισθεὶς οἴκαδε ἔτυχε τῆς βασιλικῆς ταφῆς. *Xenoph.* Ἑλλ. V. p. 330, 3. VALCK.

22. ἐπεὰν δὲ θάψωσι) Eradicata haec tria verba voluit vir Celeber. ob *Medicei* negligentiam, addita disputatione, quam considera. [nempe: et videbis quam sit absurda.] Mihi turpe est, concordiae scriptorum Codicum obluctari, praesertim in facillima et plana verborum sententia. *Iustitium*, functo Persarum rege, quot fuerit dierum *Brissonii* quaesivit exemplo *Io. Alb. Fabric.* ad *Sextum* Philosoph. lib. II. adv. Gramm. p. 296. WESS.

CAP. LIX. 1 *seq.* ἐπεὰν - - - ἄλλος ἐνίστηται βασ.) Hic scribi non potuit ἀνίστηται, neque supra dederat βασιλήια ἀνεστεῶτα III. 66. ubi in sequenti cap. coniecturam, ἐνεστάμενος, Codices firmarunt. Quod sequitur [lin. 3.] ὁ

ἐσιὼν, ἐς τὴν ἀρχὴν videlicet, vel τὴν βασιληΐην, eodem sensu ponitur, quo saepe dicuntur εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσιόντες, *qui magistratum ineunt.* VALCK.

CAP. LX. 3. ἐκδέκονται τὰς πατρῴας τέχνας) Ex lege Sesostridis, qua sancitum μηδένα καταλιπεῖν τὴν πατρῴαν τέχνην, *Dicaearcho* teste in Schol. ad *Apollon.* Rh. IV. 273. Confer *Diodorum* lib. I. 74. Mox [*lin.* 5.] καὶ οὐ κατὰ λαμπ. clar. *Reiskius* coniiciebat. WESS.

CAP. LXI. 4. Φθόνῳ καὶ ἄγῃ) *Valckenario* Nostro Dissert. de Scholiis *Hom.* ineditis p. 120. sanitatem vocabulum debet. *Suidas* Ἄγη - - παρ' Ἡροδότῳ βασκανία: gemina *Etymologus*; nec longe ab instaurato recedit ἄγει duorum Codicum. *Pindari* de fraudulento et δολίῳ cive, Pyth. Od. II. 151. ὅμως μὰν σαίνων ποτὶ πάντας ἄγαν πάγχυ διαπλέκει, huc adplicuit Cl. *Reiskius*; verti enim debere *invidiam*, non *valde*, ut vulgo solet. WESS.

Ibid. Φθόνῳ καὶ ἄτῃ χρεώμενος) Dudum indicatum ἄγῃ recuperabit *Herodotus*, hic forsan etiam *Vallae* lectum, vertenti, *invidia et odio.* Non de *nimio* tantum *admirationis adfectu*, sed et illinc orta *invidia*, *Homerum* aliosque Poëtas verbum frequentasse Ἀγάασθαι vel Ἀγάζεσθαι, in *Hesychio* servata monstrant praeter Ἀγᾶσθαι, et Ἀγάσσατο· Ἀγάσασθαι· Ἀγάσησθε· Ἀγασσάμενοι· Ἀγαιόμενον· Ἠγάσατο. Illuc referenda sunt ex eodem Ἄγασις, Φθόνος: Ἀγαστὴς, βάσκανος: et forsan, quod habet ex *Aeschyli* Thressis, Ἀγαῖς, ζηλώσεσιν. Secundum *Eustath.* in Od. ί. p. 212, 51., τὸ Ἀγάασθαι φασὶν οἱ παλαιοὶ τρία σημαίνειν· τὸ θαυμάζειν, τὸ φθονεῖν, τὸ μισεῖν. Idem in Iliad. ώ. p. 1501, 1. scripsit ἀγαιομένους, καὶ ὡς ἂν Ἡρόδοτος εἴποι φθονοῦντας: *Herodoti* respiciens locum VIII. 69., quo dicuntur Persae ἀγαιόμενοί τε καὶ φθονέοντες τῇ Ἀρτεμισίῃ. Nostro loco genuinam legerunt vocem ἄγῃ *Suidas* et *Etymologus*, [p. 9. lin. 1.] sed huius in Edd. *Herodoteo* nomen *Herodiani* male fuerat substitutum. In his permutandis saepissime fuisse peccatum docuit Clar. *Wesseling:* in Diss. *Herod.* In *Scholiis* ineditis ad Iliada *Homeri*, quae ex Codice descripsi Clar. *I. I. Wetstenii*, ubi scribi debuerat Ἡρωδιανὸς, saepe scribebatur Ἡρόδοτος: velut ad Iliad. β'. vs. 8., Ἡρόδοτος μὲν τὸ Ἴθι ἐνεστῶτος φησὶν εἶναι: ad Ἰλ. δ'. 66., ἐν τοῖς ἐπιμερισμοῖς λέγει Ἡρόδοτος ὅτι μετοχή ἐστι (τὸ Ὑπερκύδαντας:) similiter ad κ'. 67. et ό. 10. VALCK. —

In Scholiis Venetis a *Villoisono* editis, quae, ut iam aliàs monui, eadem fere sunt cum Basileensibus, locis a *Valck.* citatis recte Ἡρωδιανὸς legitur. *S.*

13. καλλίστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη) De eadem *Pausan.* III. [cap. 7.] p. 220., παρθένων μὲν τῶν ἐν Λακεδαίμονι εἶναι φασὶν αἰσχίστην, γυναικῶν δὲ τὸ εἶδος καλλίστην ὑπὸ Ἑλένης γενέσθαι. More suo multis fabulam enarrat *Herodotus;* cuius τὸ Φοιβήϊον ἱρὸν quale fuerit, docet *Io. Meurs.* Misc. Lacon. l. c. 5. VALCK. — Apud *Pausan.* l. c. ὑπὸ Ἑλένης perperam ab Interprete *post Helenam* redditur. *S.*

20. ὕπερθε τοῦ Φοιβηΐου ἱροῦ) *Pausanias* Φοιβαῖον non procul a Therapna, inque eo Castorum fanum locat lib. III. 20. Hinc *Meursius* „Verba, *inquit*, illustro, et, ὕπερθε τοῦ „Φοιβηΐου ἱροῦ, sic expono, *supra Phoebi fanum:* ut Dioscu-„rorum id intelligatur, quod dedicatum in Phoebaeo, ex „*Pausania* cognoscimus." *Misc. Lacon.* lib. I. 5. Quod demiror; siquidem *Helenae templum* scriptor limpide indicavit. Voluit-ne vir doctus, Helenam fratribus fuisse contubernalem, πάρεδρον, eodemque in fano cultam? Id vero ostensum oportuerat. Orationem ex schedis animavi et auxi, τόδ' [rectius τὸ δ'] ἐστὶ ἐν τῇ Θεράπνῃ scribens. Rem ipsam attigit *Pausanias* III. 7. WESS.

28. ἐρῶσαν δὲ) Quod *Florentiae* ἐρῶσα δὲ maluerunt, placuit vehementer *Gronovio;* cui quidem schedae omnes, si numero eximas *Ask.*, refragantur, Graecique sermonis habitus. *L. Küsteri* animadversionem Bibl. Ant. et Nov. *Io. Clerici* T. V. pag. 404. evolve; mihi namque impero silentium. WESS. — Vitiosum ἐρῶσα cum *Med.* et *Ask.* nostrum etiam cod. F. inquinavit. *S.*

CAP. LXII. 1. ἔκνιζε ἄρα τῆς γυναικὸς ταύτης ὁ ἔρως) Simili figura *Pindarus* Pyth. X. fin. καὶ γὰρ ἑτέροισιν ἑτέρων ἔκνιξε φρένας: et Isthm. VI. 74. αἰδοῖα δ' ἔνδον μιν ἔκνιξε χάρις. Nec alia *Euripidis* Med. vs. 567. εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος. Paullo diversior infra lib. VII. 10, 5. WESS.

Ibid. τὸν δὲ Ἀρίστωνα ἔκνιζε) *Istius mulieris amor Aristonem pungebat.* In *Glossar.* et *Suida* Ἔκνιζεν redditur ἐδάκνεν, adhibitum etiam VII. c. 12. Sed, ut hic, saepe designat *Sophocli* dictum ἔρωτος δῆγμα: *Xenoph.* pag. 516, 13. κνῆσμα. vid. *Schol.* in *Aristoph.* Plut. vs. 975. In amore γλυκὺς ὀδοὺς ὁ τοῦ πόθου δάκνει, *Lucian.* II. p. 400. *Plutarch.*

T. I. p. 602. ἔκνιξεν αὐτὸν οὐ μετρίως ὁ -- ἔρως. Aptissima dedit ὁ πάνυ in Miscell. Obs. VI. p. 303. Rarius paulo post [*lin.* 8.] ὅρκους ἐπήλασαν, obvium et lib. I. cap. 146. VALCK.

14. ἀπίει ἀπάγεσθαι) Ionicam verbi speciem mutarunt *Med.* et alii pro arbitrio, cui obedire non libet. Superiore libro c. 107. καί μιν ἀπίει ἐντειλάμενος. Utrumque *Portus* in Lexicon addidit, beneque explicuit. WESS.

CAP. LXIII. 2. τὴν δευτέρην [loco olim vulgati τὴν δευτέραν] mos nationis adprobat. Talia autem continuo admonere, arbitror supervacaneum. WESS.

5. ἐν θώκῳ κατημένῳ μετὰ τῶν ἐφόρων) Interpretatur *Pausanias* ἐν βουλῇ, lib. III. 7. p. 221. idque optime. *Herodotus* exemplo *Homeri* Odyss. ε'. 3. Οἱ δὲ θεοὶ θῶκόνδε καθίζανον, id est, εἰς συνέδριον, sicuti *Eustathius*, *Hesychius*, aliique docent. Statim τὸν χρόνον, τῷ ἠγάγετο, [*lin.* 7.] reduxi pristinam in sedem. Nihil autem verius ἐπὶ δακτύλων συμβαλ. [*ibid.*] quod et in Lexica inmigravit et limpidissima circumfusum luce est abs summo viro *Io. Fr. Gronovio* Lection. Plautin. p. 222. WESS.

5. ἐν θώκῳ κατημένῳ) Filii nativitas Aristoni nunciata dicitur apud *Pausan.* p. 221. μετὰ τῶν Ἐφόρων καθημένῳ τηνικαῦτα ἐν βουλῇ: in *senatu sedenti*, *Berglero* ad *Alciphr.* p. 108. Nostro non dicitur sedisse tum in curia μετὰ τῶν Γερόντων, sed *in consessu cum Ephoris*. Τὸ συνέδριον, ut *Homerus*, θῶκον vocat. *Oenomaus Eusebii*, Praep. Ev. V. p. 223. c. δοκεῖ μοι ὁ Λυκοῦργος οὗτος οὐκ ἐσχηκέναι τιτθήν, οὐδὲ σὺν θώκῳ πρεσβυτέρων οὐδέποτε κεκαθικέναι: ubi legendum videtur σύνθωκος, *consessor*. Ephororum autem ἀρχεῖον proprio nomine vocant Ἐφορεῖον. *Aelian.* Nat. An. XI. 19. Pantelidas Lacedaemonius καθήμενος ἐν τῷ Ἐφορείῳ ὑπὸ κυνῶν διεσπάσθη. Laudator Agesilaum in Asia non minus Ephoris paruisse scribit p. 26. ἢ εἰ ἐν τῷ Ἐφορείῳ ἔτυχεν ἑστηκὼς μόνος παρὰ τοὺς πέντε. VALCK.

· 7. ἐπιστάμενός τι τὸν χρόνον, ἐξ ὅτου) Postremum nisi plures exhibent Codices, mihi videretur interpretamentum genuinae voculae τῷ, quam *Valla* legit. Eidem quoque repertum, et in *Arch.* probatum *Berglero* recte restituit *Gronov.* in proximis: καὶ, ἐπὶ δακτύλων συμβαλλεόμενος τοὺς μῆνας, εἶπε ἀπομόσας, οὐκ ἂν ἐμὸς εἴη. Eleganter *Pausan.*

p. 221. Ἀρίστων, ait, ἐπῶν τῶν ἐν Ἰλιάδι ἐς τὴν Εὐρυσθέως γένεσιν πεποιημένος λήθην, ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν συνεὶς αὐτῶν, οὐκ ἔφη τῶν μηνῶν εἶναι καὶ αὐτοῦ τὸν παῖδα. Duas ponit ibi coniecturas *Kühnius*, quarum altera dubio vacat, dummodo paululum adiuvetur: *Pausaniae* scribi solet εἵνεκα: hoc facile transiit in εἶναι καὶ, ut apud *Stobaeum* p. 524, 6. vox μαινίδων in μὲν εἰδῶν, in loco *Teletis*, et p. 415, 39. verba *Hieroclis*, εἶα δὲ κηδεμὼν, depravata sunt in οἷα δοκεῖ δαίμων: hoc praecepit *Bentleius*. In *Pausaniae* verbis, τῶν μηνῶν εἵνεκα significat, *menses quod attinet*, vel *mensium habita ratione*: sic loquitur *Pausan.* IV. p. 368. τύχης μὲν χρηστῆς εἵνεκα καὶ διὰ λαμπρότητα ἔργων ἔνεμεν Ἀλεξάνδρῳ - - πλέον. *Dion Chrysost.* XXXVII. p. 463. B. διαβολῆς μὲν ἕνεκα καὶ Σωκράτης εἶη τῶν νέων διαφθερεύς. VALCK.

[8. οὐκ ἂν ἐμὸς εἴη. *Meus non fuerit; meus vix esse potest.* Sed conf. c. 65, 17. et vide *Hoogev.* ad *Viger.* VIII. 2, 8. *S.*]

CAP. LXIV. 4. διὰ τὰ Κλεομένεϊ διεβλήθη) Fuisse olim καὶ διὰ τὰ, aut simile quidpiam, in suspicionem Cl. *Reiskii* incidit: neque enim unam iudicari, quae in regni amittendi periculum Demaratum coniecerit, caussam. *Offensus* sane *erat Cleomeni* ob illa, quae recensentur. Id hic διεβλήθη, et lib. V. 35. καὶ Μεγαβάτῃ διαβεβλημένος. *Euripides* Hec. vs. 863. Ἀχαιοῖς εἰ διαβληθήσομαι: et Iphig. Aulid. vs. 1372. μὴ διαβληθῇς στρατῷ. Qua in dictione, ut antea significatum, lapsus vertentium est creberrimus. Vide Cel. *Duker.* in *Thucyd.* VIII. 82. WESS. — διὰ τὰ Ionum idiomate idem ac διότι, *eo quod. S.*

CAP. LXV. 2. τῷ Μενάρεος τοῦ Ἄγιος) Vitiosum τοῦ Ἄγιος nomen est. In familiae Leutychidis serie lib. VIII. 131. Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω. Avus ergo sermone Spartano Ἀγησίλαος: quem eundem agnovit Demaratus, quippe filius Aristonis, nepos [illegible]silai. Video equidem Aristonem τὸν Ἀγησικλέους scri[illegible] in *Pausania* lib. III. 3. male, nisi fallor. Hinc consequens, ut fratres fuerint patrueles Leutychides et Demaratus. Potest tamen hoc in coniectura manere; nam, quae *Gronovius* ad *Agidem* hunc protegendum lib. VII. 204. adscripsit, non bene, qui meus est stupor, adsequor. WESS. — Nempe ibi *Agidem*, Eurysthenis filium, cum eo qui hic *Agis* nominatur ex Proclidarum familia, confudisse *Gronovius* videtur.

Superest, ut aut h. l. Ἡγησίλεω, loco Ἄγιος, aut VIII. 131, 6. Ἄγιος sive Ἥγιος, loco Ἡγησίλεω sive Ἡγησιλέω, legendum censeamus; nisi statuendum fuerit, binominem fuisse *Leotychidae* avum. Scripsi autem huius viri nomen *Leotychiden* ex pervulgato inter Graecos usu, pro quo Λευτυχ. ionico more *Herodotus* usurpavit. *S.*

5. ἦν ἐχθρὸς τῷ Δημ. μάλιστα *etc.*) Aut iungenda sunt μάλιστα γεγονὼς διὰ πρῆγμα τοιόνδε, id est, διὰ πρῆγμα μάλιστα τοιόνδε, prout ceperat *Valla*; aut hic quoque more suo scripserat, ἦν ἐχθρὸς τῷ Δημαρήτῳ τὰ μάλιστα (vel ἐς τὰ μάλιστα) γεγονώς, id est ὁμοίως τοῖς μάλιστα. εἶναι φίλους τὰ μάλιστα legitur II. 147. φίλοι ἐς τὰ μάλιστα, VI. 89. ξεῖνον ἐς τὰ μάλιστα, I. 20. Similiter adhibentur ἐς τὰ μέγιστα· ἐς τὰ πρῶτα· εἰς τὰ ἔσχατα. VALCK. — Sed haec quidem non admodum huius erant loci. *S.*

[11. ἐκ τῆς Κλεομένεος προθυμίης) Fuit quum Κλεομένεος pro genitivo obiecti accipiens, intelligeham *studio in Cleomenem, studio gratum ei faciendi*; sicut ἐκ προθυμίης τῆς Δημοκήδεος, III. 136, 8. At, non tam studio gratificandi Cleomeni, quam odio Demarati et cupiditate ductum in regiam dignitatem ei succedendi, credibile est, morem Cleomeni gessisse Leotychidem. Itaque rectius intelligetur, *de Cleomenis* consilio, coll. I. 124, 7. *S.*]

13. οὐκ ἱκνεομένως) Brevi sequetur οὔτι ἱκνευμένως, quod cur priore peius iudicaverit *H. Stephanus* in Recens. Vocum *Herodoti*, caussam non exputo, quandoquidem comma praefert Ionicum. Glossae msstae, ex quibus [sua hausit] *Corinthus*, οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως exponunt, neque *Hesychius* suum ἱκνευμένως aliter. *Stephanum* adi et cap. 86. huius Musae. WESS.

Ibid. οὐκ ἱκνεομένως βασιλεύειν) In *Glossario* redditur et in libello de Dialectis, οὐ προσηκόντως. *Rex legitimus* est, ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν (τὴν βασιληίην) lib. VI. c. 57. Quinam ἱκνεομένως censerentur Spartae βασιλεύειν, *Cragius* ostendit de Rep. Lac. II. c. 2. Herodoteum ἱκνεομένως tractavit *H. Steph.* in Vocum *Herod.* Recens. p. 728. Conf. *Foesii* Oecon. *Hippocr.* in Ἱκνεύμενος χρόνος. In oraculo apud *Demosth.* p. 609, 103. pro ἱκνευμένα ἀμεραιτελεῖν τοὺς ποθ. κατὰ τὰ ἀγημένα, corrigendum censeo: (τὰ πάτρια τοῖς ἀποφθιμένοις) ἐν ἱκνουμένᾳ ἁμέρᾳ τελεῖν τοὺς ποθήκοντας κατὰ τεταγμένα. VALCK.

CAP. LXVI. 4. ἀνωΐστου δὲ γενομένου) *Vallae* Latina, *quum ergo nihil suspicionis exstaret de Cleomenis providentia ad conciliandam Pythiam*, quadam tenus laudavit *Portus*; cuius a iudicio non abhorret *Küsterus* ad *Suidae* Ἀνώϊστος. Fateor ἀνώϊστον tantundem ac ἀνυπονόητον saepe valere, ponique de *inproviso* et *insperato*. Ἀγγελίης ἤκουσεν ἀνωΐστου Μελίτιννα, Epigr. Anth. lib. I. c. 80. p. 162. [Anal. Brunck. T. II. p. 136. num. 17.] Μῦθος ἀνώϊστος, πότμος ἀνώϊστος, in *Apoll. Rh.* III. 670. et 799. Quae, tametsi plura aggerantur, *Vallae* non proderunt; siquidem simile nihil in hac narratione: ne adiungam, Latina ista ad intelligendum esse inplicatissima. Agnovit pro sua prudentia *H. Stephanus*: at quod refingit ipse, nulla lectionis addita caussa, ἀνωστοῦ δὲ γενομένου, potuerat in tenebris latere. Voluit fortasse, *repulsum* indicari Demaratum. Quid vero tum fiet sequentibus? Optime locum expedivit *Valckenarius* ad lib. I. 157. ἀνοιστοῦ reponens; quae et *Pavii* sententia: ex ἀνοίω lib. VII. 149. περὶ μὲν σπονδέων ἀνοίσειν ἐς τοὺς πλεῦνας. Quare ἀνωΐστου sive ἀνοιστοῦ δὲ γενομένου, *re vero* relata. Sic fluit leniter oratio. WESS. — Comparari certe debet cum istis, quae prostant lib. I. c. 157. ἐς θεὸν ἀνῷσαι τὸν ἐν Βραγχίδῃσι: ubi quaedam sunt adscripta. VALCK.

5. προσποιέεται Κλεομένης Κόβωνα) Reddendum est, *sibi conciliat*, vel *in partes suas pertrahit*. *Thucyd.* I. 57. τοὺς Κορινθίους προσεποιεῖτο. *Aristoph.* Eq. vs. 215. τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ: docte *Bergler*. *semper fac plebem tuam*. Propria significandi dote Hegesistratus dicitur προσποιησάμενος ξύλινον πόδα, *Herod.* IX. 36. VALCK.

CAP. LXVII. 4. αἱρεθεὶς ἀρχὴν) *Eustathii* additamento carent schedae, neque delectatur *Herodotus*. [At nimirum non iuncta intelligi debent αἱρεθεὶς ἀρχὴν, sed ἦρχε ἀρχήν.] Spartanorum Γυμνοπαιδίας [*lin.* 5.] praeterire licet, uberrime explanatas eruditorum curis. Unum consule *Dav. Ruhnkenium* ad *Timaei* Lexic. p. 54. [p. 73. ed. sec.] WESS.

5. θεωμένου δὲ τοῦ Δημαρήτου) Dederat forsan, ἡγεομένου: id est, quum esset τῶν χορῶν ἡγεμών, sive χοροποιός. Fuisse ἄρχοντα monstrant vicina, ἦρχε αἱρεθεὶς ἀρχὴν, et, ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν. Huius Laconici festi *moderatorem* χοροποιὸν vocat

Plutarch. T. II. p. 208. c. vid. clar. *T. Hemsterh*. in *Aristoph*. Plut. p. 331, 332. De eodem festo loquens *Sosibius* apud *Athen*. XV. p. 678. B. τοὺς προστάτας memorat τῶν ἀγομένων χορῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ. Non puerorum tantum, sed et virorum, chorum in hoc fuisse festo liquet ex *Xenoph*. Ἑλλ. VI. p. 349, 14. vid. *Meursii* Orchestra, in Γυμνοπαιδία, et Clar. *D. Ruhnken*. ad *Timaei* Lex. p. 54. VALCK.

7. ἐπὶ γέλωτί τε καὶ λάσθῃ) Ultima prave deficiunt Fragm. *Parisino*. Philaenidis nomine *Aeschrion* Samius apud *Athen*. lib. VIII. 3. p. 335. c. Μή μ' ὦ μάταιε ναῦτα, - - - χλεύην τε ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην: pro quo Anthol. lib. III. 10. p. 323. καὶ γέλωτα καὶ λέσχην, non quidem insuaviter, tamen ex scholio. [λάσθην restituit *Brunck*, Analect. T. I. p. 189.] Magnus Animadversor λάσθην hinc et ex *Suida* declaravit, pariterque *Ezech. Spanhemius* Diss. de Num. Us. XIII. p. 522. Verum porro est τῷ ἐπειρωτήματι [*lin*. 9.] ex gentis adsuetudine, qua ἐπειρώτησιν dant sequentia. WESS.

8. ὁκοῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν μετὰ τὸ βασ.) *Eustathius* in Iliad. β'. p. 178, 13. *differentiam esse inter* ἄρχειν *et* βασιλεύειν δηλοῖ, inquit, Λευτυχίδης, ἐς Δημάρατον ἐκπεσόντα τῆς βασιλείας, εἶτα εἰς ἀρχὴν (cur non εἶτα ἄρχειν?) αἱρεθέντα, ἠρώτα, φασὶ, γελῶν, ὁποῖόν τι εἴη τὸ ἄρχειν μετὰ τὸ βασιλεύειν. Apte Leutychidis illud comparavit clar. *Wess*. ad *Herod*. I. 129. ubi Harpagus Astyagen εἴρετο, - - - ὅ τι εἴη ἡ ἐκείνου δουλοσύνη ἀντὶ τῆς βασιληΐης. Reputantem facit Iugurtham *Sallustius* Bel. Iug. c. 66. *quam gravis casus in servitium ex regno foret:* ubi vid. *Ios. Wasse*. Ut ista Harpagus, sic haec Leutychides rogabat ἐπὶ γέλωτί τε καὶ λάσθῃ. *Glossar. Herod*. Λάσθη, αἰσχύνη. Ubi iunxit γέλωτα καὶ λάσθην *Aeschrion* Samius *Athen*. VIII. p. 335. c. Herodotea dedit et alia *Casaub*. p. 583. [Animadv. T. IV. p. 504. nuperae edit.] VALCK.

CAP. LXVIII. 1. ἐσθεὶς ἐς τὰς χεῖράς οἱ τῶν σπλάγχνων) Notissimus in adiurationibus supplicationibusque aras tangendi et victimarum prosicia mos docte explicatur ad *Appianum* Iber. p. 431. ab *Henr. Stephano*, nisi si tamen *Tollius* omnia ista descripserit ex *Des. Heraldi* Digress. XVI. libri primi ad *Tertull*. Apologet. Sunt enim ita gemina germana, ut nihil mage. Atque hoc opinor. *Stephano* accepta ea docti ferunt interpretes *Thucyd*. V. 47. Mox [*lin*. 3.] θεῶν σε τῶν τε ἄλλων καταπτόμενος, *alios deos Iovemque ante-*

status, confirmatur lib. VIII. 65. et *Eustathii* interpretamento ad *Hom.* pag. 155, 28. [p. 117, 34. ed. Bas.] WESS. — Adnotationem *de more in adiurationibus aram tangendi et ipsorum sacrorum partem manu tenendi*, quam, putide dissimulato auctoris nomine, *Alex. Tollius* ad *Appiani* Hist. Hispan. (cap. 9. nostrae edit.) adposuit, eam *Desiderii Heraldi* esse, opportune nos Vir doctissimus docuit; quod nobis tunc, quum eamdem (T. III. nostri *Appiani* p. 212. seqq.) recudendam curavimus, non erat compertum. *S.*

8. Φασί σε ἐσελθεῖν παρὰ) Duas literas male repetitas, et genuinum arbitror quod margo praebet *Steph.* Φασί σε ἐλθεῖν παρὰ τῶν οἰκετέων τὸν ὀνοφορβόν, quomodo legitur in proximis, et saepius alibi; forsan olim etiam positum II. 112. [II. 115, 19.] eodem sensu, quo dixit *Aeschylus* ἄσσον ἰέναι, in Ὅπλων κρίσει, non intellectum *Stanleio*, Ἀλλ' Ἀντικλείας ἄσσον ἦλθε Σίσυφος, apud *Schol.* ad *Soph.* Ai. 191. *Anticliam propius accessit*, vel *tetigit Sisyphus*; ex isthoc contactu natum ferebat Ulyssen Aiax. Quae *vectorem nondum tulerat* triremis, *virgo* illinc venuste dicitur *Aristoph.* Eq. vs. 1303. ἥτις ἀνδρῶν ἄσσον οὐκ ἐληλύθει. VALCK. — — Conf. ad II. 115, 18. notata. *S.*

10. Ἐγὼ δέ σε ὦν μετέρχομαι τῶν θεῶν) Non displicet scriptura Codicum, ἐγὼ ὦν σε: priori tamen detraho nihil. At πρὸς, imperio tot schedarum, exsulare debet, intelligendum tacite. Convenit *Euripid.* Hec. vs. 740. [752.] ἱκετεύω σε τῶνδε γονάτων καὶ σοῦ γενείου δεξιᾶς τ'. Multa *Erasmus Vindingius* ad eiusdem Fabulae vs. 147. Mox [*lin.* 11.] εἴ περ significantius. WESS.

10. Ἐγὼ δέ σε ὦν μετέρχομαι) Idem significat *Sophocleum*, σὲ πρὸς θεῶν ἱκνοῦμαι, *te per Deos obsecro*, in Ai. vs. 589. Ex similibusque liquet, quomodo venerit in istam significandi vim μετέρχεσθαι. σὲ ἱκέτης ἱκνοῦμαι, in *Soph.* Phil. 471. idem est ac σὲ λιτῇσι μετέρχομαι. [cap. 69, 2.] In hoc autem familiari Demarati cum matre colloquio suavissima *Herodoti* elucet ἀφέλεια: quale illud est proximum, [*lin.* 11.] οὔτε γὰρ, εἰ πεποίηκάς τι - -, μούνη πεποίηκας, μετὰ πολλέων δέ. *Cicero* Tusc. III. 33. *Consolatio - - usitata est, et saepe prodest: „Non tibi hoc soli:"* quae de tragoedia petita sunt. Hoc argumento Merope se solabatur *Euripidis* apud *Plutarch.* T. II. p. 110. D. Paulo post [*lin.* 14.] elegans ob-

tinet in istis contracta locutio, τεκεῖν γὰρ ἂν οἱ καὶ τὰς προτέρας γυναῖκας: plene fuisset dicendum, εἰ γὰρ ἐνῆν, (nempe σπέρμα παιδοποιόν,) τεκεῖν ἂν οἱ καὶ τὰς *etc.* Sic in familiari praesertim sermone loquebantur. *Aristophanes* exemplo sit: Plut. vs. 427., οὐ γάρ ἂν τοσουτονὶ ἐνέκραγες ἡμῖν: *non enim alioquin tantum clamoris edidisses*: nec hic vim vocularum istarum expressit *Bergler*. neque in Eq. vs. 1335. Vesp. 1135. Lys. 25. VALCK.

CAP. LXIX. 10. οὐκ ὑπεδέκετο) Corrigit docti viri coniectura οὐκ ἀπεδέκετο, quod haud scio an vulgato praeferri debeat. Supra Democedes lib. III. 130. ὁ δὲ οὐκ ὑπεδέκετο, cum *negaret* se nosse. *Portus* utrumque iure comparavit. Quod deinceps in Mstis [*lin.* 11.] ὀλίγῳ τι πρότερον, id editum exstat lib. VIII. 95. ubi *Arch.* et alii ὀλίγον τι πρότερον. Sed in talibus crebra mutatio. WESS.

16. τὸ καλέουσι Ἀστραβάκου) Diligentiae debemus *Pausaniae* lib. III. 16. p. 248. Ἀστραβάκου καλουμένου ἡρῷον. *Clementi Alex.* Protrept. p. 35. itidem Ἀστράβακος. Belle ergo *Valla* et scripti; ex quibus ἀναιρέατο *Arch.* [*lin.* 17.] tale est, ut ab Ionum more non abeat, et plausum, modo et alii addicerent, posset auferre. Verissime [mox, *lin.* 18.] ἔχεις πᾶν, neque absurdum omnino καὶ ἐβούλεο πυθέσθαι. WESS.

16. τὸ καλέουσι Ἀστροβάκου) Matrem certe Demarati non fecit ista dicendem *Herodotus*; nisi fingamus ignorasse Demaratum, cuius esset heroum paternae domus vestibulo vicinum; aliorum quidem sermonibus ista talia nonnunquam interiecerunt historici; sed hic lectori notum erat ex sequentibus herois nomen, quod bis *Pausaniae* scribitur et *Clementi* Ἀστράβακος. Dicitur autem *Astrabaci heroum* Herodoto [*lin.* 15 *seq.*] παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι (Aristonis) ἱδρυμένον. Eodem etiam numero αὐλείους θύρας, sed saepius alii τὴν αὔλειον memorant. Multa dederunt *Vales. Wesseling. D'Orvill. Pierson. Ianua* sic *vestibuli* dicebatur; quod quale fuerit optime tradidit *A. Gellius* Noct. Att. XVI. 5. hinc *Macrob.* Saturn. VI. 8. et *Perizon.* ad Aeliani Var. Hist. III. 4. Quam vulgo vocant αὔλειον, *Aeschylus* cur dixerit ἑρκείους πύλας in Choëph. vs. 559. 569. 651. facile intelliget qui *vestibulum* (sive τὴν αὐλήν) *locum ante fores aedium vacuum*, a via *septo* fuisse noverit separatum. *Eustath.* in

Ἰλ. *I.* p. 669, 44. [p. 764. ed. Rom.] *κατὰ τοὺς ἀκριβεστέρους ἡ τάξις οὕτως· ἕρκος, περὶ δ' πύλαι· μετὰ δὲ τὸ ἕρκιον, αὐλή· μεθ' ἣν αἴθουσα· εἶτα πρόδομος.* VALCK.

18. *Οὕτω δὴ, ὦ παῖ, ἔχεις πᾶν*) Praebebunt forsan *ἔχεις* Codices etiam alii, prout *Valla* legit. *Eurip.* Phoen. 960. *Τὰ μὲν παρ' ἡμῶν πάντ' ἔχεις.* Ubi postea dicitur errorem Ariston agnovisse, quo dictum illud imprudenter effutiisset, ista leguntur: [*lin.* 29 *seq.*] *ἔγνω δὲ καὶ ὁ αὐτὸς Ἀρίστων οὐ μετὰ πολλὸν χρόνον, ὡς ἀνοίῃ τὸ ἔπος ἐκβάλλοι τοῦτο.* In his cum Viro docto [*Reiskio*] scriberem *ἐκβάλοι*: praeterea vulgatae voci praeferrem *ἀγνοίῃ*: tandem dubito, legendum-ne sit *αὐτὸς ὁ Ἀρίστων*, an hic rectius sit *ὁ αὐτὸς Ἀρ.* ut sit, *idem Ariston*, velut *ἕτερος ἤδη*, *καὶ οὐχ ὁ αὐτὸς ἔτι ὢν τῇ προτέρᾳ γνώμῃ. Aeschylus* in eundem sensum dixit *ἐκβαλεῖν ἔπη* in Agam. vs. 1672. Quid usu distent *ἄνοια* et *ἄγνοια*, ex iis satis liquet, quibus libello de Sacrificiis finem imponit *Lucianus*: *ταῦτα δεῖσθαί μοι δοκεῖ Ἡρακλείτου τινὸς ἢ Δημοκρίτου, τοῦ μὲν γελασομένου τὴν ἄνοιαν αὐτῶν, τοῦ δὲ τὴν ἄγνοιαν ὀδυρομένου.* Aristoni dictum imprudenter exciderat *ἀγνοίῃ* vel *ἀϊδρείῃ*, *ignoranti*, quod vel ex *Homero* discere potuisset, Eurysthea Sthenelo natum canente *ἠλιτόμηνον ἐόντα*, cum matri *ὁ ἕβδομος εἱστήκει μείς.* Postea Agidi, cuius uxore Timaea paulo familiarius Alcibiades fuerat usus, simile quid filio nato dicenti, *ἄνοια* potius imputari potuit. VALCK.

25. *οὐδέκω ἐξήκειν*) Adpositum erat lib. II. 139. *ὡς ὢν ὁ χρόνος οὗτος ἐξήκει*: heic ex *Ask.* minime. Scriptor ipsemet lib. II. 111. *ὡς ἐξήκει τέ οἱ ὁ χρόνος. Sophocles* Phil. 200. *πρὶν ὅδ' ἐξήκοι χρόνος.* Inprudens profecto Ariston, aut oblitus natalium Eurysthei apud Poëtam, negavit Demaratum septimestrem suum esse filium, quae et *Pausaniae* observatio lib. III. 7. WESS.

29. *ἔγνω δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Ἀρίστων*) Non repudiavi a Msstis oblatum. Statim *ὡς ἀνοίῃ τὸ ἔπος* [*lin.* 30.] sanum non praesto. *Arch. οὐ καλῶς* videri repetitum potest ob *αὐτὸν οὐ καλῶς ποιέειν*, superius depositum, alioqui edito multo suavius; habet certe *ὡς ἀνοίῃ* acerbissimam criminationem, quam *Valckenarii* Nostri *ὡς ἀγνοίῃ* eleganter minuit. Ἐκβάλοι, cui doctissimi Viri primas dederunt, dubio nunc exem-

tum. Congruit Pindaricum *Pyth.* Od. II. 148. ἀδύνατον δ' ἔπος ἐκβαλεῖν κραταιόν. WESS.

CAP. LXX. 6. ἐπιδιαβάντες δὲ) Iustum est. Cel. enim *Gronovio* [verbum istud alibi apud Nostrum legi non recordanti] memoria fraudem struxit. Sic lib. IV. 122. οἱ Πέρσαι ἐπιδιαβάντες ἐδίωκον. Ferre ἅπτοντο, [*lin.* 7.] si conatus intelligatur, possum: *manus* enim tantum profugo *iniiciebant*, minime, interpellantibus Zacyuthiis, abducturi. Blanditur autem [*ibid.*] θεράποντας αὐτὸν ἀπαιρέονται, ex *Homeri* studio propagatum: Μήτε σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐών, ἀποαίρεο κούρην, Iliad. Α'. 275. Librariis ex insolentia displicuit. WESS.

14. ἐν δὲ δὴ καὶ Ὀλυμπιάδα etc.) Neminem Ὀλύμπια morabuntur; Miltiades Ὀλύμπια ἀνῃρηκὼς τεθρίππῳ descriptus fuit c. 36. Νικᾶν Ὀλύμπια in marmoribus priscorumque scriptis frequentatur. At optimae hic notae Codices Ὀλυμπιάδα ἀνελόμενος, et IX. 32. νικᾶν Ὀλυμπιάδα *Aldus* aliique, tum VI. 125. Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται. Quae quidem mendosa et syllaba iusto auctiora profiteri vereor, praesertim quia c. 103. *equae* τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. Hercules praeterea, Olympici certaminis auctor, Ὀλυμπιάδα δ' ἔστασεν Ἡρακλέης *Pindaro* Olymp. II. 5. cuius μία δ' ἐκπρεπὴς Διὸς Ὀλυμπιάς, videlicet νίκη Python. VII. 14. rem in vado locaret, nisi gignendi casu Ὀλυμπιάς editum spectaretur. *Herodoti* animo νίκη Ὀλυμπιὰς obversata videtur. WESS. — Verborum structura in hunc maxime modum intelligenda videtur: ἄλλα τε (i. e. κατ' ἄλλα τε) συχνὰ (ἐν) Λακεδαιμονίοισι ἀπολαμπρυνθεὶς ἔργοισί τε καὶ γνώμῃσι, ἐν δὲ δὴ (τοῖς ἄλλοις) Ὀλυμπιάδα (νίκην) σφὶ προσέβαλε, ἀνελόμενος (αὐτὴν) τεθρίππῳ. *S.*

Ibid. Ὀλύμπιά σφι ἀνελόμενος) Dum Valla scribebat *Olympiadem palmam* reportasse, legisse videtur, quod margo praebet *Steph.* Ὀλυμπιάδα. Alterum quidem saepius apud alios, et supra legitur VI. 36. Sed Herodoteum est Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεσθαι vel ἀνελέσθαι, sive νικᾶν, nempe νίκην, VI. 125. IX. 32. lib. VI. c. 103. Cimoni Ὀλυμπιάδα ἀνελέσθαι τεθρίππῳ συνέβη: atque iisdem equabus secundam tertiamque dicitur ἀνελόμενος Ὀλυμπιάδα: prope Cimonem autem sepultae narrantur equae, αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι. Inde *Aeliano* de Nat. An. XII. 40. restituit *Iac. Perizonius*

τὰς ἵππους τὰς τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελομένας, pro τὰς τρεῖς Ὀλύμπια: ubi scribi quoque potuit τὰς τρὶς Ὀλύμπια ἀνελομένας. Ipse etiam *Herod.* habet Πύθια ἀνελόμενος, VI. c. 122. Pythicis ludis victores eximie dicebantur τὴν δάφνην ἀνελέσθαι: Olympicis, ἀνελέσθαι τὸν κότινον, prout loquitur aliquoties *Pausanias;* apud quem lib. VI. p. 470. [cap. 7. sub fin.] pro Ὀλυμπιάδι scribendum est Ὀλυμπιάσι: dicebatur enim νικᾶν Ὀλυμπιάσι (vel ἐν Ὀλυμπίᾳ) vel Ὀλύμπια. Attigerunt viri summi *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* p. 107. et *R. Bentlei.* in *Aristoph.* Plut. vs. 583. Quando [*lin.* 15.] *solus* ad id usque tempus *Spartanorum Regum Demaratus quadrigis Olympiacam* dicitur *reportasse victoriam;* priores fortasse de hoc certaminis genere idem senserunt, quod postea Agesilaus: vid. *Plutarch.* T. I. p. 606. E. II. p. 212. B. VALCK.

CAP. LXXI. 9. Λαμπιτώ) Laconico titulo ad amicam Lysistrata, Ὦ φιλτάτη Λάκαινα, χαῖρε Λαμπιτοῖ, in Comici ista Fab. vs. 77. *Platoni* tamen Alcib. I. p. 123. E. Λαμπιδώ: unde docti viri, *Dacerius* et *Mos. Solanus*, Λαμπιδοῦς refingunt in *Plutarchi* Pr. Vit. Agesil. WESS.

CAP. LXXII. 6 seq. ἐπικατήμενος χειρὶ διπλῇ ἀργυρίου) *Valla* liberaliter, *quum sederet utraque manu pecuniam tenens:* oportuerat, *quum insideret ambabus manibus pecuniae;* quod merito, insulsus ne foret, noluit. Non sane dubitandum, quin χεὶρ διπλῆ necti possit, sicuti alia in re iungitur a *Sophocl.* Antig. vs. 14. Sed quid tandem χεὶρ ἀργυρίου, et διπλῆ quidem? Fac utramque numis oppletam argenteis, ostendunt-ne id Graeca? et quantula haec pecuniae portio ad regem corrumpendum? tum ἐπικατήμενος χειρὶ qui conveniet? Pinge vero ΧΕΙΡΙΔΙΠΛΕΗι, et vitiosae lectionis patescet origo. Finxerunt boni homines χειρὶ διπλῇ, cum potuissent ad Scriptoris mentem ἐπικατήμενος χειρίδι πλέῃ ἀργυρίου, *insidens manicae pecunia plenae.* Sic procedit sermo, monstratque veritatem inesse ἰδωροδόκησε ἀργύριον πολύ. Non postulabitur, credo, ut χειρίδα πλέην exemplis firmem, siquidem utrique usus constat. *Pausanias* corruptelae auctores Aleuadas, Thessalorum nobilissimos, indicavit: III. 7. p. 221. WESS. — De usu τῶν χειρίδων apud veteres videndus *Eustath.* ad Od. ω. 229. ex quo nonnulla excerpsit *H. Steph.* Thes. T. IV. p. 458. *Scortea in manica,* crumenae loco, absconderat Spartanus pe-

cunias furtim acceptas. Adnotare in *Var. Lect.* debueram, mendosam scripturam cum superioribus edd. et msstis in contextu tenuisse *Wess.* cuius tam necessariam quam luculentam adsciscentes emendationem nos cum *Schaef.* et *Borh.* suum restituere *Herodoto* non dubitavimus. *S.*

CAP. LXXIII. 1. εὐωδώθη) Servo integrum, supra χρηστῶς ὁδοῦται IV. 139. tuitus. Ὠδώθη non mihi satis sententiae videtur facere. Recordor bene *Sophoclei* Oed. Col. vs. 487. ἐμοὶ μὲν οὐκ ὁδωτὰ, in negotiis, quae absolvi non queunt, οὐκ ἀνυστὰ, οὐ βαδιστέα. De rei vero *successu fausto* ibid. vs. 1500. σφῷν δ' εὐοδοίη Ζεύς. *Philo Iud.* in Ioseph. p. 548. A. ἕως μὲν γὰρ τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν εὐοδοῦται πράγματα αὐτῷ, verbis huic loco acconmodatis. Idem p. 557. A. ἀλλ' οὐκ εἰσάπαν εὐοδοῦται κακία. Plura non coacervo. WESS.

11. παραθήκην παρατίθενται) Ex *Med.* mutatum restituerem κατατίθενται. *Depositum*, τὴν παρακαταθήκην, alibi quoque παραθήκην dixit, IX. 44. VI. 86. Hic vox ista potuerat etiam omitti. Κατατίθεσθαι eàdem structurà *Thucydidi* praesertim frequentatur: lib. III. c. 28. supplices Taches κατατίθεται ἐς Τένεδον, in *Tenedum mittit custodiendos*: c. 72. *illos* κατέθεντο ἐς Αἴγιναν: similiter c. 102. IV. 57. V. 61. et 84. VIII. 3. Apud *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 255, 23. Chalcedonii τὴν λείαν ἅπασαν κατέθεντο ἐς τοὺς Βιθυνοὺς Θρᾷκας, ad vicinos *omnem praedam mittunt custodiendam velut depositum.* VALCK.

CAP. LXXIV. 2 *seq.* δεῖμα ἔλαβε *etc.*) Excerpsit *Suidas* in Ὑπεξέσχε: ubi *Dionis* illud, πρὸ τῆς δίκης ὑπεξέσχεν idem est, quod Athenis dicebatur οὐκ ὑπέμεινε τὴν κρίσιν, vel τὸν ἀγῶνα. Cleomenes ὑπεξέσχε ἐς Θεσσαλίην, *furtim se subduxit abiitque in Thessaliam.* Supra Clisthenes Athenis ὑπεξέσχεν, [V. 72, 2.] id est ὑπεξῆλθεν et ὑπεξέστη: plene loquitur VIII. 132. [ubi ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου.] VALCK.

4. ἐνθεῦτεν δὲ ἀπικόμενος) Hinc sequentia quaedam ob *Stygis aquae* factam mentionem descripsit *Porphyrius*, sive potius *Apollodorus* in opere de Diis, apud *Stobaeum* Eclog. *Cant.* p. 130. *Herodoti* verbis illic subiecta *Callimachea* et *Heracleotae Philonis*, de mirabili huius aquae virtute, comparari poterant ad *Aelian.* de Nat. An. X. 40. et *Antigon. Caryst.* c. 174. ubi nonnulla notat *Io. Meurs.* plura dede-

rant P. *Leopard.* Em. IV. c. 8. et *Iac. Nic. Loënsis* Misc. Epiphyll. III. c. 10. VALCK.

8. πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστ. ἀγινέων, ἐξορκῶν τὸ Στυγὸς ὕδωρ.) Vir Celeb. ob *Florentinum* ἐξόρκου seriem hanc statuebat πρόθυμος ὢν τῶν Ἀρκ. - - - ἐξωρκοῦτο Στυγὸς ὕδωρ, mutilans et addens pro voluptate. Sed omnes libri πρόθυμος ἦν: neque ἐξορκοῦσθαι [activa notione] Nostri usu tritum, tolliturque τὸ ante Στυγὸς ὕδωρ praeter morem: tum participium, namque eo in numero est ἐξορκῶν, non infinitivus, quae Cl. *Reiskii* opinio, magna Codicum optimorum concordia munitur. Equidem πρόθυμος ἦν - - - ἀγινέειν ex *Porphyrio* laudavi, laude nunc quoque dignum censens. Alioqui πρόθυμος ἦν ἀγινέων recte de Scriptoris consuetudine, notata lib. I. 77. WESS. — Nempe verbum πειρᾶσθαι quidem cum participio construere *Herodotus* adsuevit: an πρόθυμος ἦν similiter participium loco infinitivi adsciscat, etiam atque etiam dubitare licuerit. Caeterum vide in *Var. Lect.* notata. *S.*

Ibid. πρόθυμος ἦν - - - ἀγινέων, ἐξορκῶν) Ex *Apollodoro* sive *Porphyrio Stobaei* meliorem eruit vulgatâ lectionem Vir summus in Diss. *Herod.* p. 115. Mihi [sicut *Reiskio*] visus fuerat *Herodotus* scripsisse: ἐς Νώνακριν πόλιν πρόθυμος ἦν τῶν Ἀρκάδων τοὺς προεστεῶτας ἀγινέων ἐξορκοῦν τὸ Στυγὸς ὕδωρ: atque ita legisse *Valla*. Ista certe πρόθυμος ἦν infinitivum poscunt, aeque ac προθύμως ἔχω: quod in *Plutarchi* Gryllo p. 986. E. restituendum censeo, ἀλλὰ μὴν ἔχω προθύμως ἀκροᾶσθαι. Egregia reddi poterit *Alcinoo* sententia Isagog. in *Platon.* c. 27., si sic scribatur: οὐ δὴ ὑπὸ θεῶν ποτε ἀμελεῖται, ὃς ἂν προθύμως ἐθέλῃ δίκαιος γενέσθαι, pro vulgatis ὡσὰν προθυμεῖσθαι θέλει. VALCK.

10. τῶν Ἀρκάδων) ὑπ' Ἀρκάδων legit etiam *Valla*: ego neutrum requirerem, si abessent ista Codicibus. Neutrum forte legit *Eustath.* qui in Ἰλ. β'. p. 228, 2. [pag. 301. ed. Rom.] Ἡρόδοτος, ait, φησὶν, ὅτι Νώνακρις πόλις Ἀρκαδίας, ἔνθα λέγεται εἶναι τὸ τῆς Στυγὸς ὕδωρ, ὀλίγον φαινόμενον, στάζον ἐκ πέτρας εἰς ἄγκος. *Pausan.* VIII. pag. 634. [cap. 19 extr.] ὕδωρ κατὰ τοῦ κρημνοῦ στάζει, καλοῦσι δ' Ἕλληνες αὐτὸ (non itaque soli *Arcades*, quod optime *Gronov.* animadvertit:) Στυγὸς ὕδωρ. Rursus pag. 635., τὸ ὕδωρ τὸ ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ παρὰ τὴν Νώνακριν στάζον. Quia urbes erant in Arcadia vici-

nae Νώνακρις et Φενεός, eidem dicitur p. 637. τὸ πρὸς Φενεῷ ὕδωρ, ὃ Στύγα ὀνομάζουσιν. Ad eamdem rationem paulo post apud *Herod.* [*lin.* 14.] vulgari debuerat πρὸς Φενεῷ, ut recte scribit *Casaubon.* ad *Strabon.* VIII. p. 597. VALCK. — Rediit ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων. [At vide *Var. Lect.*] Etsi enim *Graecorum* in sermone *Stygis aqua*, *Arcadum* tamen illa iactatione inclaruit. *Io. Meursium* consule ad *Antig. Caryst.* c. 174. WESS.

12. στάζει ἐς ἄγκος) Praeclare *Gronovius*, cui praeter *Ask.* et *Pass.* gravis auctor accedit *Eustathius.* [Vide superiorem *Valck.* adnotationem.] Stygis aquam *neque argenteum, neque aeneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit et dissipatur*, apud *Vitruvium* lib. VIII. 3. Cuius itaque vulgatum ἄγγος materiae? Bene *Eustath.* ad μεγάγκεαν Homericam ἄγκος διὰ τοῦ κ. ὁ βαθὺς καὶ φαραγγώδης καὶ κοῖλος τόπος p. 497, 13. [p. 379, 17. ed. Bas.] WESS.

CAP. LXXV. 7. ἐνέχραψε ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον) *Suidas*, nonnulla invertens, τὸ σκῆπτρον agnoscit, *Eustathius* bis; quod properantior infitiabatur *Galeus.* Posset ἐνέχρεε *Eustathii* blandiri, nisi eodem utrumque tenderet. *Nicander* Ther. vs. 277. οἷσι κεράστης Οὐλόμενον κακοεργὸν ἐνιχραύσει κινώδοντα. WESS.

Ibid. ἐνέχραυε *etc.*) Quod prostat apud *Suidam* [et in *Zonarae* Lexic. p. 745.] velut *Herodoti*, ἐνέχραυε τὸ πρόσωπον τῷ σκήπτρῳ, non diversam lectionem, sed partem praebet interpretationis: patebit erroris origo sic intermedia scribenti, quae videntur excidisse: ἐνέχραυε (ἐς τὸ πρόσωπον τὸ σκῆπτρον· ἤγουν ἔπληξε) τὸ πρόσωπον τῷ σκήπτρῳ: quo modo verba *Herodoti* interpretatur *Eustath.* in Od. β'. p. 79, 42. exhibens velut Herodoteum non isto tantum loco, sed bis terve etiam alibi ἐνέχραεν, velut ad Ἰλ. ε'. p. 440, 12. et ad π'. p. 1082, 23. Utrumque reperitur apud *Homer.* χράω et χραύω: hoc quidem propria *stringendi* virtute in Ἰλ. ε'. 138. ubi χραύσῃ recte redditur in *Schol.* ἀμύξῃ ἐπ' ὀλίγον, τὸν χρῶτα ἐπιξύσῃ: alterum apud *Apollon. Rhod.* II. 283. τάων ἀκροτάτῃσιν ἐπέχραον ἤλιθα χερσίν: ubi *Schol.* ἐθελήσαντες αὐτὰς πλῆξαι, μάτην ἐπήνεγκαν τὰς χεῖρας. Homerea spectant glossae *Hesychii*, apud quem pro Ἐπεχράοντο scribendum, Ἐπέχραον· τὸ ἐπεβάρησαν. Illuc recte referuntur ab *Eustathio* aliisque Ζαχρηεῖς ἄνεμοι, *stringentes venti.* VALCK.

11. τά μιν αὖτις ποιήσεις) Erunt fortasse, quibus τά μιν λυθεὶς codicis *Pass.* ridebit, congruens Cleomeni ἐν ξύλῳ δεδεμένῳ, et mala servulo, si qua cippo exsolveretur, minitanti. Mihi proseminatum ex αὖθις censetur; cuiusmodi ΑΥΘΕΙΣ et ΑΥΘΙΣ confusiones in superioribus ostendere memini. WESS. — Αὖθις, pro αὖτις, spreto ionismo scribitur in cod. *F.* qui ex eadem cum *Pass.* familia quo magis firmatur *Wesselingii* iudicium. In ποιήσεις consentiunt, quod sciam, libri; nisi quod ποιήσειν adiecta ν litera scribat *F.* Videtur autem utique ποιήσεις in fut. scriptum oportuisse: postrema vocalis ι facile e voce proxime sequente adhaeserit. *S.*

18. καὶ ταύτην καταχορδεύων) Incerti scriptoris verba apud *Suidam* in Κατεχόρδευε huc refero, opinatus *Theopompi* ex *Herodoti* esse Epitome, Εἶτα τῶν φρενῶν ἐξέπλευσε, καὶ μανεὶς ἑαυτὸν μαχαίρᾳ κατεχόρδευσε. In Cleomenem enim dicta aptissime quadrant, et *Theopompi* cognitum istud compendium. Culte *Henr. Valesius* in *Dione Chrysost.* Or. XXXVII. p. 467. B. ἡμεῖς δ' οὐ παρέχομεν τὸν ἀνδριάντα χορεύειν ἂν αἰσθάνηται, correxit χορδεύειν, sive, quod malim καταχορδεύειν, clarissime ad haec alludente: negant enim se statuas, si sentirent, praebituros, ut ita lancinarentur. Contra peccatum in *Libanii* Or. VI., nuper Venetiis publicata, pag. 100. οὐ τοῦ μὲν ὁ πατὴρ ἐχόρδευε; h. e. *Bongiovanni* interprete, *nonne pater illius chordas efficiebat?* Immo *saltabat*, ἐχόρευε. *Longinus* [hunc *Herodoti* locum respiciens] sententiam consideravit duntaxat, et *Plut.* T. II. p. 223. B. Post pauca μοῦνοι [*lin.* 21.] manere possunt. Conferendus *Pausanias* est III. 4. pag. 213. WESS. — *Athenaeus* lib. X. c. 48. (p. 436. ed. Cas.) de *Cleomenis* furore, simul hunc locum, simul inferiorem cap. 84. respiciens, Ὅτι δὲ, ait, διὰ μέθην ἑαυτὸν καὶ μαχαίρᾳ κατέτεμε, Ἡρόδοτος ἱστόρησε. Bellum Atticae inlatum, quo lucum *Eleusinum* Cleomenes vastavit, tetigit *Herod.* lib. V. c. 74. *S.*

Ibid. καὶ ταύτην καταχορδεύων) Modum, quo maniacus corpus conciderit, tradiderunt quidem alii; verbum vix alibi repertum καταχορδεύειν retinuit *Aristides* II. pag. 393. *Cleomenes*, inquit, τὸ αὑτοῦ σῶμα κατεχόρδευσεν ἐκ ποδῶν ἀρξάμενος: *se ipsum minutatim dissecuit, Canterus.* Ex usu plebeio petitum velut hic aptissimum laudat *Longin.* π. Ὕψ.

p. 170., qui vicinorum tantum sententiam expressit. In *Glossis Herod.* simplex Χορδεύων redditur τέμνων: in iisdem pro Κατασώχουσι simplex ponitur Σώχουσι: pro Herodoteo Καταψῶσαν *Suidas* habet Ψῶσαν. Sic saepe solent Grammatici. Quae in *Schol.* ad *Aristoph.* Eq. vs. 765., ad Διαπρισθείην adscripta sunt, εἰς μέρη λωροτμηθείην, pertinent ad vicina: Διατμηθείην τε λέπαδνα: Εἰς μέρη λωροτμηθείην. Idem illud dici potuit χορδευθείην, id est. εἰς χορδὰς sive λέπαδνα διατμηθείην. Καταχορδεύειν significat εἰς χορδὰς τέμνοντα διαφθείρειν. Vim praepositionis non intellexerunt in κατατετρωματίσθαι apud *Herod.* VII. 212. VALCK.

[20. τὰ περὶ Δημάρητον γενόμενα) λεγόμενα fortasse legendum suspicari cum *Reiskio* licet: ac frequenter sane ista duo temere permutantur a librariis. *S.*]

24. καταγινίων) Habet *Suidas* ex Glossis Herodoteis, et prave explicat κατκλύων. Servant scripti omnes, nec potius aestimari ἀπαγινέων [quod *Reiskius* proposuerat] sive ἐξαγινέων potest. Fraus. qua supplices luco deducti, traditur c. 79. Vere *Eustath.* [loco in *Var. Lect.* citato] ἄλσος et τέμενος saepe non discrepare docet, hoc tamen ἐν Ἐλευσῖνι inconsiderate ponens. Porro ex *Arch.* ἐν ἀπορίῃ σχὼν [*lin.* 25.] Cl. *de Pauw* format ἐν ἀωρίῃ σχών. *Valla* vero vertit, *lucum quem in Argia occupasset*, ac si ἐν Ἀργείῃ σχὼν, uti *Stephanus* suspicatur, legisset. Vulgatum praestat. Ἐν ἀλεγίῃ ποιεύμενος lib. VII. 126. et *Procop.* Bell. Vand. I. 20. etc. WESS.

CAP. LXXVI. 3. Στυμφηλίης λίμνης) Nulla lis moveretur lacui Στυμφαλίδι, modo dialecti forma responderet. Urbs *Homero* Iliad. Β'. 608. Στύμφηλος, more lonum, ad quem *Pausaniae* ἀνὴρ ἐκ Στυμφήλου VI. 8. et ἐπὶ Στυμφήλῳ V. 10. Hinc Στυμφήλιοι, Criticis ad Poëtam monentibus, qui *Aeliano* Var. II. 33. aliisque Στυμφάλιοι. In *Erasino Herodotus* accuratior *Strabone* lib. VIII. p. 567. [Consentit tamen cum *Herodoto* idem *Strabo*, p. 371. A. ed. Cas.] Scite autem *Reiskius* ἐς χάσμα ἀχανὲς [*lin.* 5. ubi vulgo ἀφανὲς] ἐκδιδοῦσαν. WESS. — In editis tamen Animadverss. istam coniecturam *Reiskius* non repetiit. *S.*

CAP. LXXVII. 3. ἡ Σίπεια) Praestet-ne haec loci scriptura, an Σήπεια, cum taceant veteres, non audeo asseverare. Est Arcadiae mons Σηπία in *Pausan.* VIII. 16., a serpentibus nomen sortitus: a *sepiis* in littus eie-

etis Italiae *Sipus*, olim Σηπιοῦς, ἀπὸ τῶν ἐκκυματιζομένων σηπιῶν, ni fallit *Strabo* VI. pag. 435. [pag. 284. B. ed. Cas.] Nobilis praeterea Σηπιὰς ἀκτὴ inf. lib. VII. 183. Quid si ob *sepias* e mari fluctibus littorali loco adpulsas hic Σηπίας aut Σηπίης titulus? WESS.

10 *seqq.* Ἀλλ' ὅταν *etc.*) Partem oraculi hinc exhibet *Pausan.* II. [cap. 20 extr.] p. 157. ubi, pro πρότερον δὲ ἐπὶ, corrigi debet πρότερον δὲ ἔτι τὸν ἀγῶνα τοῦτον προεσήμηνεν ἡ Πυθία. Sic saepissime loqui solet; cuius moris immemor *Casaub.* ad *Polyb.* pag. 118. [ed. *Gron.*] fana docte tentabat. VALCK. — Alteram eiusdem oraculi partem, ad Milesios spectantem, supra adpositam a Scriptore vidimus cap. 19. *S.*

14. ὄφις τριέλικτος) Cur hoc damnabile, et ἀέλικτος plausibile? Vocis insolentia et novitas, difficiliorque explicatus me ad pristinam retraxit. *Eunapio* apud *Suidam* talis serpens μυριέλικτος ὄφις, quem glossa, historici verbis inprudenter innexa, πολυέλικτον explicat. Τριέλικτον ὕδωρ dat idem Grammaticus in Μαίανδρος ex Epigrammate. Quid multis? *Nonnus* Dionys. IX. vs. 256. Αὐχμηραῖς τριέλικτον ὄφιν σπειρηδὸν ἐθείραις Ἥρπασε. Ceterum Pythiae hoc responsum ex *Herodoti* narratione planum non est. Quorsum enim ὅταν ἡ θήλεια τὸν ἄρσενα νικήσασα Ἐξελάσῃ? Praeterita sunt *Telesillae* documenta virtutis et prudentiae, quibus matronas Argivorum, ut sumtis armis urbem protegerent, Cleomenemque et invadentes Spartanos repellerent, animavit, petenda ex *Pausaniae* lib. II. 20. WESS. — Vocab. ἀέλικτος nusquam aliàs occurrere ipse *Gronov.* qui illius patrocinium suscepit, professus est; in dubio etiam relinquens, utrum privativa notione accipiendum sit α in vocis initio, an intensiva. *S.*

19. ἐποιεῦν καὶ οἱ Ἀργεῖοι τὠυτὸ τοῦτο) Copiosior in eo strategemate *Polyaenus* l. 14., sed paucis nunc verbis mancus: ὁπλιζομένων, ἀνθωπλίζοντο· ἐξιόντων, ἀντεπεξίεσαν· ἀναπαυομένων, ἀντανεπαύοντο: nihil de *prandio*, cuius abesse mentio non debebat. Recte scriptus codex, quo se usum doctissimus *Fermat* in Epist. post *Diophantum* profitetur, ἀριστώντων, ἠρίστων· ἀναπαυομένων, ἀντανεπ. Vide et *Plutarch.* T. II. p. 223. WESS.

CAP. LXXIX, [5. ἄποινα --- δύο μνέαι. Similiter vero apud Athenienses: vide V. 77, 16. *S.*]

11. *ἐπὶ δένδρος*) Nusquam alibi in Musis: maneat tamen. *Eustath.* ex Lexico *Ael. Dionysii* ad Iliad. Γ'. p. 396, 22. [pag. 300, 19. ed. Bas.] Λέγεται οὐ μόνον δένδρον, ἀλλὰ καὶ δένδρεον καὶ δένδρος: *potiusque* δένδρεν *videri quam* δένδρος. Possunt ergo δένδρεα, toties *Herodoti* usu frequentata, ex alterutro arcessi. Inmanem Cleomenis in supplices Argivos crudelitatem intactam haud reliquit *Pausan.* III. 4. WESS.

Ibid. *ἀναβὰς ἐπὶ δένδρος*) Ante vulgatum ἐπὶ δένδρον vix se tueri poterat: poscebat usus ἐπὶ δένδρον, ut ἀναβῆναι ἐπὶ ναῦν· ἐφ' ἵππον· ἐπὶ δῶμα. Commodum δένδρος hic subministravit *Med.* Δένδρεσι hic illic reperiri optimus noster *Io. Pierson.* docuit ad *Moerin* p. 132. In exemplaribus suis *Xenophonteis* δένδρος et δένδρει et δένδρη reperisse videtur *Aelius Dionys. Eustath.* in Ἰλ. γ'. p. 300, 21. cuius observato non nominati *H. Stephanus* utitur, Anim. in *Corinth.* de Dialect. pag. 25. VALCK.

CAP. LXXX. 8. ἐξήκειν μοι τὸ χρηστήριον) De temporis certi spatio, quod expletum est, verba frequentantur ἐξήκειν et ἐξελθεῖν. Verum sicut Graecienses Iudaei non in istum tantum sensum verba πλησθῆναι et πληρωθῆναι, sed et hoc de divinis adhibent oraculis, quae suum iam habuisse censerentur eventum; sic Herodoto *oraculum* et *somnium* dicitur ἐξήκειν et ἐξελθεῖν. I. 120. ἐξήκειν τὸν ὄνειρον: VI. 108. τὴν ὄψιν συνεβάλλετο ἐξεληλυθέναι: hic paulo inferius, de eodem oraculo, cap. 82. δοκέειν οἱ ἐξεληλυθέναι τὸν χρησμὸν τοῦ θεοῦ. *Oraculum impletum* vulgo dicebatur τέλος ἔχειν: ἐπιτελέεσθαι *Herod.* VI. 140. ἐκπεραίνεσθαι *Eurip.* Cycl. vs. 692. Duo loca praebet *Suidas* in Ἐξήκει et in Ἐξῆλθεν, in quibus ista *de oraculis* ponuntur, *quae suum habuerant eventum*: eorum alter prostat et in *Zonarae* Lexic. Msto, velut *Xenophontis*, in cuius libris vulgatis ista non opinor reperiri. VALCK.

CAP. LXXXI. 3. ἤιε ἐς τὸ Ἡραῖον) Erat in Argivorum et Mycenaeorum confinio, Mycenis X. stadiis, ab Argis XL. seiunctum, teste *Strabone* lib. VIII. pag. 566. [p. 368. D. ed. Cas.] et *Pausania* Corinth. c. 17. Ubi si femina, qualis famosa Chrysis ex *Thucydide*, sacris sola fuerit operata, sequentia labem habebunt. Verum super ea re dubito. WESS.

CAP. LXXXII. 17. διέφυγε πολλὸν τοὺς διώκοντας) Si vel in aliis etiam inveniretur illud Codicibus, restituerem tamen ἀπέφυγε. Sequitur in hoc verbo usum *Herod.* receptum. VI. 104. similiter Miltiades dicitur ἀποφυγὼν τοὺς διώκοντας. Adde II. 174, [3.] *Andocidi* restituendum p. 16, 17. εἰ δὲ ἐγὼ αὐτὸν ἀποφεύξομαι, pro ἀποφθέγξομαι. *Antiphon* pag. 115, 24. πολλὰς γραφὰς διώξας οὐδεμίαν εἷχεν· (corrigendum est εἷλεν·) ἔτι δὲ --- πλείους διωχθεὶς, οὐδεπώποτ' ἀποφυγών. *Demosth.* p. 154, 183., γραφεὶς παρανόμων ἀπέφυγεν. *Aristoph.* Vesp. vs. 577. *Thucyd.* III. pag. 212, 34. Eam in rem ut plura congerantur necesse non est. VALCK.

CAP. LXXXIII. 1. Ἄργος δὲ ἀνδρῶν ἐχειρώθη) Suum recuperabit *Herod.* ἐχηρώθη, firmatum in Diss. *Herod.* p. 86. Haeret eadem menda in *Solonis* senario apud *Aristid.* T. III. p. 398., uno de quinque et viginti ab illo servatis ex poëmate, quod condidit *Solon* εἰς ἑαυτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν, quorum ista leguntur ibid. ultima: εἰ γὰρ ἤθελον, Ἃ τοῖς ἐναντίοισιν ἥνδανεν τότε, Αὖθις δ' ἃ τοῖσιν ἀτέροις, δρᾶσαι, διὰ Πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχειρώθη πόλις. *Canter. Iam capta multis urbs fuisset a viris.* Sed nec *a multis capta urbs* Graecis dicitur διὰ πολλῶν χειρωθῆναι, neque is sensus illic congruit. Nisi στασιάχθειαν suam *Solon* introduxisset, *civitas multis fuisset civibus viduata*: hanc postulant quae praecessere sententiam. Pro δρᾶσαι, διὰ, corrigerem δρᾶσαι κακά: sed praeterea minime dubitanter: Πολλῶν ἂν ἀνδρῶν ἥδ' ἐχηρώθη πόλις. Hoc alibi dicitur ἠρημώθη ἡ πόλις ἀνδρῶν, velut in *Aeneae* Poliorcet. c. 14. In proximis etiam ἐπήρβησαν [*lin.* 3.] restituetur ex Codicibus, quod *Vallam* sequutus Anglus expresserat interpres: vid. *les Essais de Critique sur les Trad. d'Herod.* p. 182. VALCK. — In *Solonis* iambis *Brunckius* noster (Gnomic. Graec. p. 83.) utramque *Valckenarii* emendationem adoptavit: alteram quidem, ἐχηρώθη, haud dubie verissimam; alteram vero, κακὰ pro διὰ, tam violentam arbitrariamque, quam parum necessariam. Quanto fuerat simplicius certiusque δι' ἃ legere, quod ipsum in ΔΙΑ perspicue inerat! *S.*

1. ἐχηρώθη) Correxit e *Vallae* Latinis praefectus Edit. Genev. MDCXVIII., adprobavitque *D'Orvillio* ad *Charit.* pag. 102. *Reiskioque.* Nihil ea profecto scriptura melius cer-

tiusque, tametsi Ἄργος χηρωθὲν ἀνδρῶν apud *Eustathium* ad Perieg. vs. 364. pag. 176.; eodem enim (quod *Tan. Faber* docuit) in luto. *Suidas*: Ἐχηρώθησαν ἀνδρῶν, ἐστερήθησαν. *Eunapius* Exc. Hoesch. p. 13. πάντα ἀνδρῶν ἐχήρωσαν, sed in Aedesii Vit. p. 38. τὰς ἄλλας χειρώσας πόλεις ἀνθρώπων, consimili vitio: χηρώσας dederat, *Homerum* Iliad. Ε'. 642. aemulatus, sicut et *Virgilius* Aen. VIII. 571. *tam multis viduasset civibus urbem.* Mitto nunc *Strabonem*, Poëtae versum illustrantem lib. XIII. pag. 891. [pag. 596. ed. Cas.] Tangendum ἐς ὃ ἐπήβησαν est, [*lin.* 3.] ex *Vallae* Latinis in *Genev. Edit.* receptum prudenter, nec sine quadam audacia. *Aeschyli* VII. contr. Theb. vs. 671. οὔτ' ἐφηβήσαντά πω, h. e. ἐς ἥβην ἐλθόντα καὶ νεάνισκον γινόμενον, consilio auctoritatem dat. Quae quidem cum in promtu forent, miror, stupentque Cl. viri, *Pavius*, *D'Orvillius*, *Reiskius*, in contemtu durare cuncta potuisse. WESS. — *Gronovium* nil mirum est pravam tenuisse utramque scripturam, ἐχειρώθη et ἐπίβησαν, a quibus non discedentem vidisset Codicem qui ipsi pro oraculo fuit. Sed quum *Londinensis* editio, quae *Galei* nomen praefert, ad *Iungermannianum* expressa fuerit exemplum, mirum utique videri deberet, esse pravas istas lectiones in *Londinensi* ed. instauratas, si verum esset quod *Dorvillius* et *Reiskius* putarunt, in *Iungermanni* editione, ἐχηρώθη et ἐπήβησαν legi. Tenet illa pravam utramque scripturam, quae (quemadmodum *Wessel.* docuit) primum in *Genevensi* editione, adeoque decimo post anno quam Herodotum *Iungermannus* ediderat, correctae prodierunt. *S.*

4. ἔπειτά σφεας οὗτοι) Quum ἐπίβησαν οἱ - - παῖδες pristinum vultum induerit, οὕτω stare non debuit. Malebat *Pavius*, ἔπειτά σφιας οὗτοι ἀνακτώμενοι, *deinde servorum iterum facti domini*, ὀπίσω ἐς ἑωυτοὺς τοῦ Ἄργεος ἐξέβαλον, *postea Argis eiecerunt propter se ipsos.* Qua in coniectura desidero multa, acquiescens in Codicum consensu et Gronoviana interpunctione. Addo, *Plutarchum* DE Virtut. Mulieb. pag. 245. E. ab hac *Herodoti* recensione abire, nec servis Argivas mulieres, sed vicinorum optimis, in civitatem receptis, coniungere, Argivorum gloriae studiosum. WESS.

8. γένος ἐὼν Φιγαλεύς) Incognitam hinc Arcadiae gentem finxit *Ortelius*. Φιγαλεύς, vera scriptio, a *Galeo* sal-

tem restitui debuerat; cui venit in mentem, instructo codicum lectione Φιλαγεύς. Arcadiae urbis incolae plerumque semper Φιγαλεῖς dicuntur *Pausaniae*: semel apud illum vulgatur Φυγαλεῖς, V. p. 385., ut apud *Dionys. Halicarn.* II. p. 224, 46. et alibi: mendose Φιγάλιοι, VIII. p. 624., pro Φιγαλεῖς: ubi pro Φιλλοῖ forte scribendum Φιαλοῖ. Φιαλεῖς dicuntur *Diodoro Sic.* II. p. 33. ubi vid. clar. *Wess.* Ναρυκίδαν ἐκ Φιγαλίας habet *Pausan.* VI. p. 465., ut Πυθίας ὁ Ἀρκὰς ἐκ Φιγαλίας est apud *Athen.* XI. p. 465. D. ubi Lepreates citatur *Harmodius* ἐν τῷ περὶ τῶν κατὰ Φιγαλίαν νομίμων. Urbem Poëtae dixerunt Φιγάλειαν, velut in oraculo: Ἀρκάδες Ἀζᾶνες βαλανηφάγοι, οἳ Φιγάλειαν Νάσσασθ'. Excitat *Steph. Byz.* ex lib. V. Messeniacorum *Rhiani*: Τὴν μὲν ἀνήγετ' ἄκοιτιν ἐπὶ κραναὴν Φιγάλειαν, Tharyx nempe sororem Aristomenis: ut Achillem *Homerus*, sic Aristomenem isthoc carmine sibi sumserat laudandum *Rhianus*. *Herodoteus* autem *Cleander*, genere *Phigalensis Arcas*, fuisse dicitur ἀνὴρ μάντις, nempe τὴν ἐπιστήμην: ut ποιητὴν ἄνδρα dixit *Aristoph.* Θεσμ. 156. et Amphilytum *Herod.* [I. 62, 17.] χρησμολόγον ἄνδρα. Haud verisimilis videbitur nonneminis coniectura, suspicati Mantinensem fuisse Cleandrum, patrem vero et maiores Phigalenses; scripsisse adeo *Herodotum* ἀνὴρ Μαντινεὺς Κλέανδρος, γένος ἐὼν Φιγαλεύς. *Pausaniae* pag. 698. memoratus ἀνὴρ Μαντινεὺς Κλέανδρος illo longe fuit recentior, tutor quippe Philopoemenis. VALCK.

Ibid. Φιγαλεὺς ἀπ' Ἀρκαδίης) Notus Φίγαλος, *Phigaliae* Arcadicae conditor; notissimi Φιγαλεῖς, urbis cives, ex *Pausan.* VIII. 39. et *Steph. Byz.*, Φιαλεῖς etiam appellati *Diodoro* XV. 40. Et Φιγασεὺς, quale in Arcadia gentile nusquam, in hac sede contra *Th. Galei* admonitionem pertinax haereret? WESS. — Ad hunc locum haec notaverat GALEUS: „Non puto alibi nomen Φιγασεὺς reperiri. Co„dices *Arch.* et *Eton.* Φιλαγεὺς habent: hinc vero [*vera*, pu„to, voluit] lectio emicat, Φιγαλεὺς, quam *Stephanus* in „Φιγαλία agnoscit.“ — *Phigalea* vel *Phigalia*, Arcadiae oppidum, frequenter memoratur *Polybio* et *Athenaeo*, ubi de nominis scriptura passim in Adnotationibus monuimus: singula utriusque auctoris loca Indices nostri declarant. *S.*

CAP. LXXXIV. [4. ἀκρητοπότην γενέσθαι etc.) Re-

aperit haec *Athenaeus* lib. X. (non lib. V. ut in *Var. Lect.* vitiose scriptum) p. 427. b. e. et p. 436. e. f. cap. 29. et 48. nuperae editionis. *S.*]

6. *μιμονέναι*) *Homero* probatissimum verbum librariis latuit: hinc aestus et mutationes. *Inpetum desiderium*que exprimere non est in obscuro. *Hesychius Etymologus*que possunt mitti in consilium. Gestae rei tempus et alia expendit *Bayerus*, Comment. Acad. Petrop. T. III. pag. 380. WESS.

16 *seq.* *ἔκ τε τοῦ --- Ἐπισκύθισον λέγουσι*) ἐκ τε τοῦδε significaret *atque ex isto tempore*. ἐκ τοῦδε *Sophoclis* est in Electr. vs. 516. et Antig. 584. Margo *Steph.* praebet ἔκ τε τόσου. Prout vulgatur, legisse videntur *Chamaeleon* et *Eustathius*; ille apud *Athen.* X. p. 427. B. ὅθεν, ὅταν βούλωνται πιεῖν ἀκρατέστερον, Ἐπισκύθισον λέγουσιν: *Eustath.* in Od. α. p. 29, 33. [pag. 1398. ed. Rom.] ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου Σκυθικοῦ κακοῦ τὸ ἀκρατέστερον πίνειν Ἐπισκυθίζειν φασὶν οἱ Λάκωνες. Excitans *Herodoti* verba *Athenaeus* legisse videtur Ἐπισκυθίσαι, quod dudum monuit *D. Heraldus* ad *Martial.* IX. Ep. 37. *Eustathii* verba contulit ad Herodotea *Io. Meurs.* Misc. Lacon. III. c. 7. Sua quidem Lacones Dialecto pro ἐπισκύθισον dixerunt Ἐπισκύθιδδον: ut Ὁμηρίδδεν, Μουσίδδεν, Αἰτίδδεν, et similia. VALCK. — Ἔκ τε τοῦ, quod inde ab *Aldo* ubique editum est, ex ionica dialecto idem atque ἐκ τούτου vel ἐκ τοῦδε valet: idque tam *ex hac caussa*, quam *ab hoc tempore* significare potest. Ego vero h. l. formulam paullo quidem rariorem, sed *Nostro* familiarem, ἔκ τε τόσου, quam probati servarunt codices, haud ambigue *ab illo tempore* significantem, restituendam auctori arbitror. conf. V. 88, 9. VII. 215, 8. Communi sermone ἔκ τε τοσούτου diceres: sed et alibi τόσος et τόσον pro τοσοῦτος et τοσοῦτο idem *Noster* usurpat. *S.*

17. *βούλωνται πιέειν etc.*) Ex *Ask.* atque *Eustathio*, quibus *Chamaeleon* concinit apud *Athen.*, ὅταν βούλωνται πιεῖν ἀκρατέστερον, ἐπισκύθισον λέγουσιν, verbis hinc citra dubium repetitis. *Cleomenem*, strenuum potatorem, *Aelianus* Var. II. 41. et Σκυθιστὶ πιεῖν *Athenaeus* sistunt, quos non sollicito. Statim ἐκτίσαι [*lin.* 19.] legitimum caput 92. praestat. WESS.

CAP. LXXXV. 9. Τί βούλεσθε ποιέειν) Vide, an

βουλεύεσθε, cui tot schedae patrocinantur, sperni necessum sit. Spartani regem Leutychiden Aeginetis dedendum iudicant: dum cunctantur et deliberant, Theasides Aeginetis, τί βουλεύεσθε, *quid consultatis* [*quid cogitatis*] *facere?* Non obliviscor, βούλεσθαι et βουλεύεσθαι passim scribarum confundi arbitratu, uti cap. 66., neque infitior, idem et hic potuisse designari. Confer tamen VII. 10, 4. WESS.

12. ὅκως ἐξ ὑστέρης μή τι ὑμῖν) Plene *Thucyd.* in huius simillimo dicto III. 57., εἰ δὲ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα, - - - ὁρᾶτε ὅπως μὴ οὐκ ἀποδέξωνται. Apud *Diogen. Laërt.* II. 102., βλέπε ὅπως μὴ παρίσῃ πρὸς ἡμᾶς ἔτι. Qua Noster ellipsi, eàdem *Aeschyl.* Prom. vs. 68., ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ. *Eustath.* interpretatur δίδιθι μὴ πάθῃς οἴκτου ἄξια, in Od. ἰ. p. 231, 37. *Aristophanea* collegit R. *Dawes*, Miscell. Crit. p. 229. VALCK.

16. ἐπιεσπωμένον Λευτυχίδεα) Omnes ita de conpacto. Verum ἐπισπόμενον, *Reiskio* etiam indice. Vide lib. I. 91. WESS.

CAP. LXXXVI. 2. Scriptum-ne ἀπαίτεε τὴν παραθήκην fuerit, an παρακαταθήκην reliquerit, quaestionis est? *Eusebii*, *Democriti*, pluriumque aliorum apud Cl. *Wasse* ad *Thucydid.* II. 72. testimoniis παρακαταθήκη adfirmatur. *Herodoto* παραθήκην contribuunt *Thom. Magist.* et *Phrynichus*, cuius haec: Παραθήκην Ἱππίαν καὶ Ἴωνά τινα συγγραφέα φασὶν εἰρηκέναι, Nostrum *Ionis scriptoris* titulo signantis. Supra certe cap. 73. παραθήκην παρατίθενται libri omnes. Hic boni codices, et in progressu constanter. *Passionei* cerae miniatulae eodem ducunt, tum *Stobaeus*. Παρακαταθήκην tumen bis deposuit lib. V. 92, 7. Relinquo ergo. Sequens προφάσιας εἵλκον [*lin.* 3.] in Comici Lysistr. vs. 727. occurrit. WESS.

8. καὶ γὰρ ἀποδιδόντες *etc.*) Leutychides ex vero. Depositum reddere, per se res est expetenda: qui reddunt, funguntur officio, laudem stricto iure haud reportantes. Haec *Democrito* mens apud *Stob.* Serm. XLIV. pag. 310. ὥσπερ τὰς παρακαταθήκας ἀποδιδόντα οὐ χρὴ ἐπαινεῖσθαι· τὸν δὲ μὴ ἀποδιδόντα κακῶς ἀκούειν καὶ πάσχειν. Ut res nunc habent et seculum est, quis laudem recusabit depositum non abneganti? WESS.

13. Γλαῦκον, Ἐπικύδεος παῖδα) Egregie *Gronovius*: testes adsunt instauranti locupletes, in quibus *Pausanias* hominem nimium extulit et cohonestavit, Γλαύκου τοῦ Ἐπικύδους, scribens, Σπαρτιάταις βασιλεύοντος ἐπίορκα ὀμόσαντος, II. 18. nisi si duo illa [Σπαρτ. βασιλ.] glossatori debeantur. Nihil hic de regia viri dignitate, neque alibi, quantum memini. Τοῦτον - - - πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα [*lin.* 14.] *Abreschius* Dil. Thucyd. pag. 374. ex VII. 16, 1. (ubi Ms. πέρι ἥκοντα) et ἐν χρόνῳ ἰκνευμένῳ [*lin.* 17.] ex *Hippocrate* illustravit *Foesius*. Consimile *Abydeni* in Praep. Euang. *Eusebii* IX. 41. τῷ χρόνῳ δὲ ἰκνευμένῳ ἀφανισθῆναι. WESS.

25. καὶ διότι χρήματα *etc.*) Caussa haec deponendae pecuniae obscura: clariorem censebat, modo ex intricatiore, quae hic fuerit, scriptura formaretur, τοὺς αὐτούς ἐστι ὁρᾷν ἐρῶντας vir eruditus: innui Peloponnesios et Spartanos, nullo prae animi magnitudine argenti studio tactos. Enimvero nimia ea nationis laus, cuius φιλοχρηματίη oraculo praedicatur. Puto Milesium hospitem Ionas Caresque in animo habuisse, Persis obnoxios et expositos, proptereaque rei pecuniaeque suae possessores minime securos. WESS.

28. ἐξαργυρώσαντα) Sic *Thucydides* VIII. 81. et docti eius interpretes. De recentiorum ἐξαργυρίζειν [ut apud *Demosth.* De Pace p. 59, 5. ed. Reisk.] multa Miscell. Vol. V. Tom. III. p. 54. Malui [dein] usu praeeunte θέσθαι παρὰ σὲ, prius (de quo *Abreschius* Diluc. *Thucyd.* p. 438.) non districte damnans; et [*lin.* 29.] παρά σοι σόα, ex Ionismo, quo de lib. II. 181. *Eusebius* tamen Philosophus eodem in *sacro*, uti *Iuvenali* vocatur, *deposito*, ἀλλ' ὥστε φυλάξαι καὶ ἀποδοῦναι σῶα τῷ παραθεμένῳ, ἐπεὰν ἀπαιτέηται, ap. *Stob.* Serm. XLIV. pag. 310. WESS.

Ibid. ἐξαργυρώσαντα, θέσθαι παρὰ σοὶ) Deterior est lectio, quam habet *Stobaeus Gesneri* pag. 195, 39. θέσθαι παρὰ σέ. Probari posset quod ibid. sequitur χρόνου δὲ διελθόντος, si vox πολλοῦ omitteretur in Codicibus. Παρὰ σοί: ut in *Isaei* verbis ex oratione perdita apud *Dionys. Halic.* T. II. pag. 167, 49., οὔσης μοι παρακαταθήκης παρ' Εὐμάθει τούτῳ. *Herodotum* sequutus ἐξαργυρῶσαι quoque scripsit *Thucyd.* quod plerumque dicitur ἐξαργυρίσαι et ἐξαργυρίσασθαι. Attigit *Dou-*

naeus in *Demosth.* pag. 88. Veterum locis adfirmarunt *Duker. Hemsterh.* et *Wesseling.* hic ad *Diodor.* II. p. 562. VALCK. — Mihi recte *Wesselingius* praetulisse visus est θέσθαι παρὰ σέ: recte vero item deinde scribitur ἔσται παρὰ σοὶ σόα. *S.*

39. οὔτε με περιφέρει οὐδὲν εἰδέναι) Non peculiaris ea *Herodoto* dictio ex *Porti* praeiudicio: habetur in *Platonis*, uti Cl. *Abreschius* monstravit, Lachete p. 246. E. περιφέρει δέ τις με καὶ μνήμη ἄρτι τῶνδε λεγόντων: quod Latinum ubi fiet, *pertinet ad me quaedam recordatio*, vim non repraesentabit, quae memoriae quendam quasi *circumactum* postulat. Statim [*lin.* 40.] τῶν ὑμεῖς λέγετε, lonum est. WESS.

46. ἀπιστεῦμένοι) Probabitur fortasse ἀπηρνημένοι *Vind.*, quod in *Arch.* pravatius; et habet, quo allubescere queat. In vulgato constans est *Eustath.* cum Codd. haud paucis, convenitque solemnis formula in *Porphyrio* Abst. An. lib. IV. 10. οὔτε παρακαταθήκην ἀπεστέρησα. *Oraculum*, *Glauco redditum*, in celebritate versatur, citatum olim saepe, [vide *Var. Lect.*] et laudabile est. *Iuvenalis* notabiles et suavissimi sunt versus Sat. XIII. 200 etc. WESS.

48. εἰ ὅρκῳ τὰ χρήματα λητσεται) *Quaerebat* Spartanus, *quae Numinis esset Mens; et an hoc illi facinus suaderet Apollo?* secundum *Iuvenal.* Sat. XIII. vs. 202. ubi historiam enarrat *Schol.* ex *Herod.* Eximium quod sequitur oraculum attigerunt etiam *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 749. et *Pausan.* II. [c. 18.] p. 149., (emendatus a *Palmerio* Exercit. p. 372.) et VIII. [c. 7.] p. 612., versum hinc excitans ultimum, Ἀνδρὸς δ' εὐόρκου γενεὴ μετόπισθεν ἀμείνων: qui est in *Hesiodi* Ἐργ. κ. Ἡμ. versus 285. Vitiosam exhibet in quarto versu lectionem *Arch.* qui recte scriptus legitur apud *Stobaeum* et *Eustath.* in Iliad. γ'. pag. 314. Oraculo subiectum dictum Delphicum, [*lin.* 60.] τὸ πειρηθῆναι τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύνασθαι, sic quoque scriptum in suo Cod. legit *Valla*, ut ex aliis obtulit Diss. Herod. pag. 115. VALCK.

54. Ἀλλ' Ὅρκου παῖς etc.) Cultius expressit illustr. *H. Grotius* Latine Iur. B. et Pac. II. 13, 1., ubi optime *Io. Frid. Gronovius* *Horcon* instar numinis considerat, quem poëtae fingunt *iurandi* veluti *exactorem et praesidem*. Ὅρκου proinde παῖς aliquid posterum et consequens est, nimi-

rum Animadversio divina, quae nec opinatis periuris superveniens fractae fidei poenas infligit. Loquendi genus in *Epicharmi* fragmento, *Grotii* medela curato, apud *Clem. Alex.* Strom. VI. p. 749. Ἐγγύα θυγάτηρ μὲν ἄτας, ἐγγύας δὲ ζαμία. Et apud *Eustath.* Amor. Ismen. pag. 426. Αἰδὼς γὰρ, παῖς ἐλέγχων ἐστί: excipit enim et sequitur reprehensionem pudor. WESS.

65. οὔτ' ἐστὶν οὐδεμίη) Istud Herodoteum: norunt, qui Musas amant. Mox πρόῤῥιζος *Arch.* et *Vind.* redono. Superius l. 32. πρόῤῥιζους ἀνέτρεψε: et III. 40. κακῶς ἐτελεύτησε πρόῤῥιζος. *Sophocles* Elect. vs. 765. τὸ πᾶν δὴ δεσπόταισι τοῖς πάλαι πρόῤῥιζον - - ἔφθαρται γένος. Alia eiusdem, et *Euripidis*, et *Abydeni* missa facio; minime mihi temperans in his *Lycurgi* Or. in Leocr. pag. 157. fin. exscribendis, τοὺς δὲ θεοὺς οὔτ' ἂν ἐπιορκήσας τις λάθοι, οὔτ' ἂν ἐκφύγοι τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμωρίαν· ἀλλ' εἰ μὴ αὐτὸς, οἱ παῖδές γε καὶ τὸ γένος ἅπαν τὸ τοῦ ἐπιορκήσαντος μεγάλοις ἀτυχήμασι περιπίπτει, quippe excellentissimis ob pietatem, et ad hunc *Herodoti* locum peropportunis. Quam vellem, ea temere iurantibus et peierantibus in pectus altissime defigi! WESS.

Ibid. οὔτε τι ἀπόγονόν ἐστι οὐδὲν οὔτε ἱστίη) Hoc ex Codd. recepturum *Herodotum* indicat Diss. Herod. p. 65. Ubi *Iuvenali* dicitur *Extinctus tota pariter cum prole domoque*, Herodotea non omisit *Grangaeus*. Iudaeis secundum *Celsum Origenis* VIII. p. 424. ἀντὶ τοῦ γῆς ἁπάσης εἶναι δεσπόταις οὐδ' ὁποῖά τις βῶλος οὐδ' ἑστία καταλείπεται: quando βώλῳ minus commode subiicitur ἑστίας mentio, scripserat fortasse *Celsus* οὐδὲ στία, qua voce, *lapillum* significante, designata quoque fuit ἡ στενοχωρία. Quod sequitur, hinc enotavit *Eustath.* in Ἰλ. γ'. p. 314. Γλαῦκος - - βουληθεὶς ἐπιορκῆσαι πρόῤῥιζος ἐξετρίβη ἐκ Σπάρτης. Multos Deus προῤῥίζους ἀνέτρεψε, *Herod.* I. 32. *Eurip.* Hippol. vs. 682. Ὦ παγκακίστη, καὶ φίλων διαφθορεῦ, (sic Msti *Paris.* et *Flor.*) - - - Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς Πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν. *Hesychius* Πρόῤῥιζον interpretatur σὺν ταῖς ῥίζαις ἀνασπώμενον. *A radicibus eversum*, et *ab stirpe sublatum* dixerunt Latini. VALCK.

CAP. LXXXVII. [1 *seq.* τῶν πρότ. ἀδικημάτων *etc.*) Vide lib. V. c. 80. et 81. *S.*]

6. πεντήρης ἐπὶ Σουνίῳ) Primum δίηρης, sed et alia hic in suo Cod. legisse *Valla* videtur, quae fortasse sunt ex Hero-

doteis Latina facta, haec scilicet: *Erat enim Atheniensium in Sunio biremis quaedam, quam Delum iam inde a Theseo quotannis mittebant.* A tempore Thesei, cui debetur institutum, quotannis in Delum missam navem, quam Θεωρίδα vocabant, luculentus testis est in Phaedone *Plato* p. 58. B. cuius eam in rem verba *Meursius* iam dedit in Theseo c. 16. plura *Spanhem.* in *Callim.* Hymn. in Del. vs. 313. In Delo sacra curaturi, et qui publicitus Athenis ad ludos mittebantur solennes, cives semper erant honoratissimi; quales ex sua quoque civitate mitti voluit *Plato* τοὺς ἄρχοντας τῆς θεωρίας ἑκάστης, de Legib. XII. p. 947. A. Unus erat plerumque Ἀρχιθέωρος. τῶν ἀρχιθεωρῶν tamen meminit et *Andocid.* p. 32, 44. *Herodotus* τὴν θεωρίδα νῆα fuisse scribit πλήρεα ἀνδρῶν τῶν πρώτων Ἀθηναίων. Stabat Attica Theoris in Delum traiectura ἐπὶ Σουνίῳ. Hinc in Delum olim traiecit etiam Latona: *Hyperides* in Deliaca, ἀπ' ἄκρας τῆς Ἀττικῆς ἡ Λητὼ ἐπέβη τῆς νήσου: excitat ista *Schol.* in *Aristid.* Panathen. mstus clar. *Burmanni.* VALCK. — Laurentio *biremis quaedam, quam Delum iam inde a Theseo quotannis mittebant:* vere quidem, atque ex *Platonis* initio *Phaedonis;* sed uberius, quam fuerat necesse. De *sacra* hac *nave* θεωρίδι et θεωροῖς libet post diligentem *Ez. Spanhemii* ad Callim. H. Del. vs. 314. et *Valckenarii* in Ammon. lib. II. 3. operam silere. WESS.

CAP. LXXXVIII. 5. προτέρην ἑωϋτοῦ ἐξέλασιν) Turbae amanuensium de corruptis testantur verbis. Si *Valla* dedisset, *hic suam ipsius priorem abitionem sive abiectionem Aeginetis inputans*, diceres couspirare cum *Passioneo:* verum eius non sunt. addita a correctore *Phoenice*, incertum quo ex codice. [Immo vero ipsius *Vallae* verba sunt.] Quod recepi, μεμφόμενος - - - π ρ ο τ έ ρ η ν ἑ ω ϋ τ ο ῦ ἐ ξ έ λ α σ ι ν, omnes motus sedat, indignationem *Nicodromi* exponens, ob prius iniunctum sibi exilium. Tale lib. V. 76. ὅτι ἐπὶ Πεισιστρατιδέων ἐ ξ έ λ α σ ι ν ὁρμηθέντες - - ἀπίκοντο. Non nescio, Cel. *Gronovio* aliud placuisse: sed suum cuique pulcrum. Retulit ad Nicodromum Philosophi locum Polit. V. 6. ἐν Αἰγίνῃ ὁ τὴν πρᾶξιν πρὸς Χάρητα πράξας ἐνεχείρησε μεταβαλεῖν τὴν πολιτείαν: *in Aegina urbe mutare reipublicae formam aggressus est is qui oppidum Chareti prodiderat*, magnus *Casaubonus* ad *Polyb.* p. 185. Ed. Gron., dubius nonnihil ob Charetem. WESS.

CAP. LXXXIX. 3. ἐδέοντο χρῆσαί σφι) Ipsa in his veritas. Supra III. 58. ἐδέοντο τῶν Σιφνίων δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι, *rogarunt Siphnios ut sibi decem talenta darent mutua:* et οὐ φασκόντων δὲ χρήσειν τῶν Σιφνίων. Quod deinceps [*lin.* 6.] διδοῦσι δὲ πενταδράχμους, sani coloris est, sicuti ἔλυσάν σφεας διμνέως, binis in singula capita minis, lib. V. 77. *Theocritus* Idyl. XV. 19. ἑπταδράχμως κυνάδας, quemadmodum ex *Aldina* principe eximie reparavit R. *Bentleius* Diss. de Epist. Phalar. p. 443. Iustum praeterea [*lin.* 7.] δωτίνην --- δοῦναι, neque latuit *Th. Galeum.* Superius c. 62. ὑπεδεικέτο δωτίνην δώσειν τῶν ἑωϋτοῦ πάντων, *Homeri* praescripto Od. ι'. 267. ἠὲ καὶ ἄλλως δοίης δωτίνην: ubi Schol. δωρεάν, quod eius hic sedem invaserat violenter. De praepositione non rixabor, cuius alioqui absentia nocet nihil. Prudenter vero Corinthii, apud Athenienses caussam perorantes, harum xx. navium, istis olim publice concessarum, mentionem interserunt apud *Thucydid.* I. 41. WESS.

6. διδοῦσι διομ. εἴκοσι νέας) Hoc civitatis suae beneficium postea temporis Atheniensibus in memoriam frustra revocarunt Corinthii apud *Thucyd.* I. 41. νεῶν μακρῶν σπανίσαντές ποτε πρὸς τὸν Αἰγινητῶν ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ πόλεμον παρὰ Κορινθίων εἴκοσι ναῦς ἐλάβετε: qui illic μετὰ pro ὑπὲρ scribendum putabat, nunc, opinor, coniecturam suam repudiabit. VALCK. — Quod adiicitur πενταδράχμους ἀποδόμενοι, *vendentes* vertunt, et de vera *venditione* *Larcherus* accepit: mihi (nescio quam recte) *quinque* illae in singulas naves *minae* de *locationis pretio* intelligendae visae erant: quam in sententiam fortasse Ἀπέδοτο apud Suidam ἐξέδωκε, παρέδωκε, exponitur. *S.*

9. νέας τὰς ἁπάσας) Liberalitate schedarum cultior nunc ordo, qualis et lib. VII. 9. Ὑστέρισαν, [*lin.* 10.] locum retinere poterit, fortasse tamen progenitum ex priore ὑστέρησαν, cui tot vindices adsunt. Frequens utriusque permutatio, etiam in *Thucyd.* lib. VIII. 44. WESS.

CAP. XC. 5. ἔφερόν τε καὶ ἦγον τοὺς) Optime vertit *Galeus* in notis, *depraedabantur;* neque enim *Aeginetas ferebant et agebant,* [ut erat in *Vallae* latinis, quae intacta h. l. *Gronov.* servavit;] sed ex agris popularium *rapiebant agebantque quae ferri agique poterant.* Semper apud veteres in isthac usitatissima formula observatur a Grammaticis

tradita significandi differentia. Quam *portabant* praedam, φέρειν: quam *prae se agebant*, iumenta nempe, dicuntur ἄγειν: sive Φέρεσθαι τὰ βασταζόμενα, ἄγεσθαι τὰ βαδιστικά. Quia iumenta potissimum praedam efficiebant, frequenter legitur τὴν λείαν ἄγειν et ἐλαύνειν. VALCK.

CAP. XCI. 4. ἐκθύσασθαι) *Suidas* hinc Ἐκθύσασθαι· ἐξιλεώσασθαι καὶ ἐκμειλίξασθαι. Obvium quoque in procurandis ominibus et prodigiis. *Dio Cass.* XLI. [c. 14 extr.] p. 179. D. οὐδὲν ἐξεθύσαντο, *nullum prodigiorum piaculis procuraverunt*. *Synesius* Encom. Calvit. p. 74. B. οὓς οἱ τερατοσκόποι καὶ οἱ μάντεις ἐκθύονται. Iunge *Eustath.* ad Homer. p. 1223, 51. [p. 1306, 19. ed. Bas.] WESS.

Ibid. ἄγος --- ἐκθύσασθαι) *Impium scelus expiare* non potuerunt. In eamdem sententiam dicitur φόνου ἄγος ἐκνίψασθαι: sed ex sanguine supplicis concepta macula nullo modo potuit elui. Qui lustravit Athenas Epimenides, τὴν πόλιν dicitur ἐκθυσάμενος *Maximo Tyr.* XXXVIII. 3. Significavit et Ἐκθύσασθαι iram Deorum *piaculis* sive *victimis placare piacularibus*: ἐξιλεώσασθαι, ἐκμειλίξασθαι *Suidas* interpretatur. Hoc sensu positum *Euripidi* latet apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 688, 27. [p. 424. B. ed. Lugd. Bat. 1616.] in ἐκθησαμένοις: cuius loco quod *Grotius* minus considerate scripserat εὖ θυσαμένοις, ne Graecum quidem in tali structura, *Barnesius* nobis repraesentat ut Euripideum T. II. p. 510. vs. 243. *Euripidis* anapaesti sic scribi poterunt emendate: Πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνέρων Τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν, Πόθεν ἔβλαστον. τίς ῥίζα κακῶν· Τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένους Εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν. VALCK.

7. ἐξῆγον ὡς ἀπολέοντες) In praegressis, ἐξῆγον ἀπολέοντες: sequunturque duo Codd. ὡς contemtim habentes. Sed enim voculae saepe, ubi sine detrimento reticeretur, sua vis suusque lepor est. Superius c. 28. διαβαίνει --- ὡς ἀμήσων τὸν σῖτον. *Plato* Menex. p. 240. D. ἠγγέλλετο βασιλεὺς διανοεῖσθαι ὡς ἐπιχειρήσων πάλιν ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. *Pausan.* Boeot. cap. 13. p. 737. Λακεδαιμόνιοι -- τοὺς τεθνεῶτας διενοοῦντο ὡς θάψοντες. Plura hoc de genere transmisit Cl. *Abreschius*, quibus locus alibi opportunior. Mox ἐπιλαμβανόμενος, [*lin.* 9.] tantopere a Cel. *Gronovio* laudatum, pristino, *Eustathii* citatione etiam munito, haud utique significantius [quam ἐπιλαβόμενος] est. Sed perseveret in nupera possessione. Optime

Hemsterhusius Noster ex *Polluce* et *Herodoti* verbis illud adscititium ἀπρὶξ exterminavit: *Suidae* enim λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο, nihil ad *Herodotum*, etsi eius ex imitatione propagatum. WESS. — Conf. *Var. Lect. S.*

9. ἐπιλαμβανόμενος δὲ τῶν ἐπισπαστήρων) Non ille *cardinibus prehensis adhaerebat*. *Porti* errorem in *Suida* iam correxerat ante *Küsterum Hemsterh.* ad *Poll.* X. 23. cui optime Ἐπισπαστὴρ id proprie fuisse dicitur, *quo ianuam clausuri attrahebant*; hoc Odysseae Paraphrastes dixit ἐπισπάσασθαι τὴν θύραν καὶ ἐπικλεῖσαι. Qui *Thracis* ista *Demosthenis*, idem *Eustathius* in Od. α'. p. 72. varias nobis enotavit adpellationes, quibus designaretur *ianuae marculus*; inter illas est etiam ex *Herod.* ἐπισπαστὴρ, ὃς καὶ ῥόπτρον ἐλέγετο. Ut apud *Herodotum*, sic Irene dicitur ἐχομένη τῶν ῥόπτρων τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ, *Phylarcho* apud *Athen.* XIII. p. 593. B. cum Ephesi confugisset in templum Dianae Ptolemaeus. Ubi vulgatur apud *Xenoph.* Ἑλλ. VI. 351, 29. ἐπισπάσασα τὴν θύραν εἴχετο τοῦ ῥοπάλου, antiquitus lectum fuisse εἴχετο τοῦ ῥόπτρου monstrant haec *Harpocrationis*: Ῥόπτρον - - - Ξενοφῶν Ἑλληνικῶν ἕκτῳ: ad *Lysiam*, qui testis ibid. citatur. vid. clar. *Io. Taylor* p. 103. Sed si Herodotea sunt, quae *Suidas* exhibet, nostris in exemplaribus voces aliquot videri deberent omissae: apud *Suidam* in voce Ἐπισπαστήρων ista leguntur absque scriptoris nomine: εὑρὼν προσκειμένας τὰς θύρας, καὶ λαβόμενος τῶν ἐπισπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο. Herodotea videbantur *H. Stephano* Thes. T. III. p. 920. Neque negari potest huic illa loco satis esse accommoda, si εὑρὼν δὲ poneretur cum viro Summo ad *Pollucem* cui nunc illa forsan in certi potius videbuntur imitatoris, ex hoc loco expressa. VALCK.

CAP. XCII. [6 *seqq.* ἀνάγκῃ λαμφθεῖσαι ὑπὸ Κλεομένεος *etc.*) Scilicet in ea expeditione, de qua c. 76 seqq. *S.*]

16. στρατηγὸς ἀνὴρ) Specimen abundantiae est Herodoteae, quale c. 83. ἦλθε ἀνὴρ μάντις Κλέανδρος. Dedi aliàs plura. [Series forsan verborum talis concipienda, στρατηγὸς ᾧ (sive τῷ) οὔνομα Εὐρυβάτης, ἀνὴρ πεντάεθλον ἐπασκήσας. Sic quidem de eodem homine, IX. 75. Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον.] *Victus Eurybates a Sophane* tandem est, solvitque poenas, quas dudum meruerat, ut solent plerumque semper hoc genus bellatores. *Valla* Sophanem τοῦ Δεκέλεος verterat *de caelis*, corruptissime in principe editio-

ne; *filii* nomen deinde accessit. Error cognitissimus ex lib. IX. 74. WESS.

CAP. XCIV. [2. ἀναμιμνήσκοντός τε αἰεὶ τοῦ θεράποντος *etc.*) Redi ad lib. V. c. 105. *S.*]

11. Ἀρταφέρνεα τὸν Ἀρταφέρνεος) Tentavit ducis nomen Nob. *Palmerius* Exercit. p. 28. ob Arundelianum marmor, APIENTEA ex *Seldeni* scriptione ostentans. Ibi vero fractum et exesum illud erat, ductusque litterarum agnitu difficiles: unde sollertissimus *Humphr. Prideaux* ad illud Chron. Marm. pag. 217. ΑΡΤΑΦΕΡΝΕΑ fuisse, merito coniicit. Nostro saepe, *Pausaniae* I. 32. *Cornelio Nep.* in Miltiade c. 4. atque omnibus potiori *Aeschyl.* Pers. vs. 21. *Artaphernes* audit. Quid *Datidi* Rex, nisi mandata absolveret, minatus fuerit, *Plato* Menex. p. 240. B. indicavit. WESS.

CAP. XCV. 3. ἐς τὸ Ἀλήϊον πεδίον) Meminit *Homerus*, nominis caussam testatus, Iliad. Z'. 200. cuius *Valla* non recordatus in errorem incurrit, leniter et docte correctum a *P. Leopardo* Emend. VII. 20. Sequentia ex Msstis cultiora sunt. WESS.

9. ἐσβιβάσαντες ἐς τὰς νέας) Parum absum a tribus ultimis abolendis, auctoribus utens Codicibus. Sunt sane ad sententiam nulli usui, Maneant tamen Scholii instar. Veterum de navium Persicarum hac expeditione numero discordiam attigit *Bosius* ad *Nepotis* Miltiad. c. 4. Quod deinceps autem [*lin.* 11.] παρὰ τὴν ἤπειρον εἶχον τὰς νέας, vir eruditus ἦγον aut ἔστελλον malebat. Non desero schedarum consensionem. Ἔχειν *Homero* idem nonnunquam ac ἐλαύνειν. Νῶϊν δ' ὧδ' ἐπ' ἀριστέρ' ἔχε στρατοῦ, Iliad. N'. 326. ubi *Eustathius.* Itidem *Herodotus.* WESS.

14. ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέει) Damnabile δοκέει minime, positum in lib. I. 152: Elegans quoque δοκέειν, *Gronovii* sollertia lib. IV. 168. instauratum, atque alibi. Optionis itaque facultas. Conf. *Abresch.* Dilucid. *Thucydid.* p. 5. et de clade Persarum ad montem Athon c. 44. WESS.

CAP. XCVI. 3. ἐπεῖχον στρατεύεσθαι) Vide ad lib. I. 80. Explicuit *Eustathius* σκοπὸν εἶχον κατὰ τῆς Νάξου στρατεύεσθαι. Geminum lib. I. 153. ἐπ' οὓς ἐπεῖχέ τε στρατηλατέειν αὐτός. Mox [*lin.* 4.] μεμνημένοι τῶν πρότερον non repudio, quamtumvis τῶν προτέρων in absurdis haud sit. Miscentur talia et variantur; veluti in *Diodori* XVII. 69. et

Maximi Tyr. Diss. IV. c. 4. ubi *Davisius.* Τὰ πρότερον, quorum Naxii in memoriam redibant, lib. V. 34. WESS.

CAP. XCVII. 5. ἐν τῇ Ῥηναίῃ) Verius fortasse et Ἰωνικώτερον ex Codicibus τῇ Ῥηνέῃ. *Thucydidi* quidem certe, *Dionysio Halic.* pluribusque aliis, *Holstenio* ad Ethnicographi Ῥήνη advocatis, Ῥήνεια. *Pausaniae* itidem IV. 34. et *Diodoro* XII. 58. In *Harpocratione* ex Or. Deliaca *Hyperidis* Ῥήνεια, in Excerptis vero Orationis apud *Sopatrum* ad *Hermogenem* p. 184. Ῥήνεια saepius. Vide *Casauboni* Animadv. in *Athen.* X. 6. [Animv. T. V. p. 371. nuperae edit. Conf. vero etiam Animadv. T. II. p. 624.] et *D'Orvillii* Exercit. de Inscript. Deliac. in Miscell. Vol. VII. p. 109. WESS.

9 *seq.* ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ *etc.*) Adscribo *Aeschinis* verba ex Dialog. III. 19. hoc fonte, uti bene Rev. *Horreus*, derivata: *Gobryam* testantur missum in Delum fuisse, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον, ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο. *Cicero* lib. I. Verr. c. 18. paria, *Xerxis* expeditioni cum *Aeschine* tribuens, quod *Darii* aetate Deliis usu venit. *Trecenta thuris talenta* [lin. 14.] *Eustath.* ad Dion. vs. 525. hinc accepit. WESS.

9 *seq.* ἐν ᾗ χώρῃ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο) In *Aeschinis* Socr. Axiocho p. 160. Gobryes Magus κατὰ τὴν τοῦ Ξέρξου διάβασιν missus dicitur in Delum, ὅπως τηρήσειε τὴν νῆσον, ἐν ᾗ οἱ δύο θεοὶ ἐγένοντο. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Del. vs. 255. et *B. Brisson.* de Regn. Pers. II. p. 218. Secundum *Valerium Max.* I. 1. ext. 6. *Persae mille navium numero Delum compulsi templo Apollinis religiosas potius quam rapaces manus adhibuerunt.* Pietatem suam demonstrasse Datis dicitur *Pausaniae* X. [c. 28.] p. 867. λόγοις τε οὓς εἶπε πρὸς Δηλίους, factisque, cum inventum in nave Phoenicia signum Apollinis Delum detulit, ut Tanagraeis, quibus fuerat subreptum, restitueretur: coll. *Herod.* VI. 118. Quae sequuntur [*lin.* 14.] Herodotea, *Tzetzes* adhibuit Chil. I. vs. 863. Δᾶτις δὲ τῷ Ἀπόλλωνι ἐνδυμιᾷ τῇ Δήλῳ Τάλαντα τριακόσια λιβανωτοῦ πρωτίστου: et *Eustath.* in *Dionys.* vs. 525. Unus plerumque *Datis* commemoratur, rarius factâ ducis alterius Artaphernis mentione. Ubi in *Aristidis* Miltiade T. III. p. 269. Datis audit ὁ τοῦ στρατοπέδου κύριος καὶ ἡγεμών, *Schol.* Ms. ἐπειδὴ, ait, τὸν Δάτιν οἶδε κύριον πάντων τῶν πραγμάτων, διὰ

τοῦτο αὐτὸν μόνον ὀνομάζει. Illic et saepius in isto praestantissimo Clar. *P. Burmanni Sec.* Codice alter ducum vocatur Ἰνταφέρνης, prout aliis etiam dicitur. VALCK.

CAP. XCVIII. 4 *seq.* Δῆλος ἐκινήθη --- πρῶτα καὶ ὕστατα) Eadem *Eustath.* [ad *Dionys.* Perieg. vs. 525.] addito τὸ πρὶν οὖσα ἀκίνητος: [nempe ex *l.* 14.] incertum, utrum cum *Med.* et *Ask.* in *negativa* delenda conspiraverit. Enim vero quid pro eius praesentia ex *Codicum* numero disputari queat, prospicio. Nec revoco tamen, motus Cel. viri sollerte disquisitione. [Haud dubie ex scholio a nonnullis adiecta negans particula; (ab aliis οὐ, ab aliis μηδέποτε,) non discrepante quidem sententià.] Classicus *Thucydidis* locus ex lib. II. 8. accedere debet: Ἔτι δὲ Δῆλος ἐκινήθη ὀλίγῳ πρὸ τούτων, πρότερον οὔπω σεισθεῖσα, ἀφ' οὗ Ἕλληνες μέμνηνται: quippe memorabilis adprime. Nam si insulam tremor *circa bellum Peloponnesiacum*, quo modo Attici scriptoris verba accepit *Seneca* Q. Nat. IV. 26., agitavit, oblitus *Thucydides* huius fuit motus; neque inportune propterea eius Scholiastes, καὶ μὴν Ἡρόδοτος λέγει, ὅτι ἐκινήθη ἐν τοῖς Μηδικοῖς. At, non recordatum fuisse, habet oblivionis et oscitantiae non laudabile crimen, a quo tum inmunis *Herodotus* non erit ipsemet. Asseverat *ad suam usque aetatem Delum* πρῶτα καὶ ὕστατα tremuisse: quae si paullo ante Peloponnesiacum quassata motu fuit, utique secunda vice ipso vivo et superstite contremuit: prorogavit enim aevum in illud usque Graecorum bellum, memoratis etiam nonnullis lib. VII. 137. 133. atque alibi, quae eius tempora testantur. Quo tandem ergo pacto πρῶτα καὶ ὕστατα *ad ipsius aetatem usque?* Equidem utrumque auctorem in concordiam vocare, quam supinitatis convictos relinquere, malim, *Thucydidis*que ὀλίγῳ πρότερον laxius sumere atque ad hunc Deli tremorem adplicare, tantoque cupidius, quod et ille Nostri exemplo in rerum futurarum prodigiis insulae motum censitum fuisse prodidit. Qui alia optant, Cl. *Wasse* ad *Thucydid.* consulent. WESS.

Ibid. Δῆλος ἐκινήθη *etc.*) Quod additur, ὡς λέγουσι Δήλιοι, monstrat, ut puto, motum istum, quem tum sensisse videbantur Delii, rem Graecis passim ignotam fuisse, vel dubitanter receptam. Huic certe Deliorum narrationi fidem non adhibuit *Thucydides*; qui, paulo ante bellum

Peloponnesiacum, atque adeo septuaginta circiter annis post. quam haec evenerunt Herodoto narrata, inmotam ante Delum scribit prima vice *κινηθῆναι*, lib. II. c. 8. Historici utriusque loca compararunt viri clarissimi *Ios. Wasse*. *Ez. Spanhem.* [ad *Callim.* H. in Del. vs. 11.] et *Iac. Gronov.* et *Herodoti* meminit *Schol. Thucyd.* Quo tempore terram movisse secundum *Thucydid.* senserunt Delii, vixit quidem *Herodotus*, sed haec iam olim scripto consignata dudum ante videtur in vulgus emisisse; ut adeo Delus ipsi dici potuerit, si vera narrabant Delii, tum temporis *πρῶτα καὶ ὕστατα μέχρι ἐμεῦ σεισθεῖσα*: sic legit etiam ista *Valla*. VALCK.

8. *καὶ Ἀρτοξέρξεω*) *Arch.* Ἀρταξέρξεω auctoritatem a *Thucydide*, *Diodoro*, *Cornelio Nepote*, *Stephano Byz.* in Ἀρταῖα aliisque aufert. Enim vero *Herodotus* vulgatum probavit lib. VII. 106. et 151. et una cum eo *Ctesias* et *Plutarchus*. Sunt in Persicis nominibus plurima, quorum initium ΑΡΤΑ, sunt quoque *Artobazanes*, *Artochines* etc. WESS. — Persuasum equidem habeo, scripturam istam Ἀρτοξ. non ab *Herodoto*, sed a sequiorum Graeculorum imperita temeritate esse profectum: quos quid induxerit ut in istum modum mutarint nominis formam, in *Var. Lect.* ad VI. 43, 6. indicavi. *S.*

14. *καὶ ἐν χρηστμῷ etc.*) *Gronovii* indicium non temno, aliunde haec inculcata opinati. [Vide *Var. Lect.*] Versum non neglexit *Eustath.* hinc acceptum non docens. Immo, si quod suspicor, palam edere licet, quae succedunt, *δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν etc.* [*lin.* 17 seqq.] sive explicationes titulorum regiorum, Grammatici quidpiam olent, non Historici. *Herodotus* sane non ita adsolet. Sed enim maneant in possessione, quam Codicum conspiratio illis asserit. In oraculi versione *ἀκίνητον inmobilem* maluit *Henr. Stephanus*, Schediasm. I. 22.; *Virgilius* tamen, *Inmotamque coli dedit et contemnere ventos* de Delo. WESS. — Quum et oraculorum responsa frequentissime adponere consueverit *Herodotus*, nec ab ullo alio digressionum genere abhorreant illius *Musae*; non satis equidem caussae video, cur aut *oraculi de terrae motu Deliaco* mentionem, eo quod illam codices nonnulli praetermiserint, aut cur *Persicorum nominum interpretationem*, quam libri ad unum omnes

h. l. insertam offerunt, a Scriptoris nostri more et ingenio alienam iudicemus. *S.*

14. *καὶ ἐν χρηστηρίῳ ἦν etc.*) A *Gronovii* iudicio non dissiderem, si aliis etiam in Codicibus omitterentur oraculi versus, quaeque versum antecedunt proxima: sed quod addit vir Egregius, *non magis Herodoto fuisse caussam adscribendi oraculi, quam fuit Thucydidi*, id vero miraturos scio, qui utrumque bene noverint. Oracula, portenta, somnia, et similia credulorum ludibria, *Thucydides* historiae gravitate censuit indigna; *Herodotus* ista talia non libenter tantum commemorat, sed ita, ut vix notam effugere possit hominis superstitiosi. Quantum hac etiam in parte distent isti duo, vel hic locus esse queat documento: terrae motus *Herodoto* prodigium esse videbatur, quo mala ventura Deus portenderet; secundum *Thucyd.* talis persuasio vulgi animos occupaverat, ἐλέγετο καὶ ἐδόκει ἐπὶ τοῖς μέλλουσι γενήσεσθαι σημῆναι. Sed legat quis *Herodot.* VII. cap. 57. VIII. 37. 65. 77. IX. 64. et 99. tum *Thucyd.* II. 17. VI. 70. VII. 79. et in his ingeniorum animadvertet differentiam. Semel tamen *Thucydides*, lib. II. c. 54., praedictionem memorat Athenis celebratam: Ἥξει Δωριακὸς πόλεμος, καὶ λοιμὸς ἅμ' αὐτῷ: et evaluisse tandem scribit, ut λοιμὸς non λιμὸς antiqua vocis scriptura crederetur. ἢν δέ γε, οἶμαι, inquit, ποτὲ ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ Δωρικὸς τοῦδε ὕστερον, καὶ ξυμβῇ γενέσθαι λιμὸν, κατὰ τὸ εἰκὸς οὕτως ᾄσονται. Hinc etiam constare poterit, quid de talibus senserit *Thucydid.* et quantum huius cauta perspicacitas *Herodoti* praestet superstitiosae credulitati. VALCK.

18. *Δαρεῖος, ἑρξίης*) Occupantur eruditissimi viri in his examinandis *S. Bochartus*, *Th. Hyde*, *Burtonus*, et *H. Relandus* in primis, Dissert. de Vet. Ling. Persica Sect. 23. 24. 61. [Adde *Anquetil*, Comment. Acad. Inscript. T. XXXI. pag. 365.] Res est obscura, et in penuria priscae Persarum dialecti inplicata. Advertit tamen animum meum Ἑρξίης *Arch.*, cui facile primas tribuo ob haec veteris poëtae apud *Hephaestion.* Enchirid. pag. 19. Ἑρξίη πῆ δὴ τ' ἄνολβος ἀθροίζεται στρατός. Quae quidem *Simonidis* si sint, (*Iac. Uptoni* ea coniectura,) pondus addent explicationi, tangentque Darii hanc in Graecos expeditionem: sententia namque, *Dario sane infelices conparantur copiae.* Haec

vir doctus ad *Dionysium* de Struct. Oration. Sect. 3. p. 23. WESS. — Apud *Hesychium* quidem Persicum vocab. Δαρεῖος graeco Φρόνιμος respondere perhibetur. Sed mirari hoc loco, ut saepe aliàs, subit contraria inter se, sibique ipsis parum constantia, doctissimorum hominum eorumdemque prudentissimorum eisdem de rebus simillimisque iudicia. Totum istum locum, quo Persicorum quorumdam nominum continetur interpretatio, a *Wesselingio*, strenuo alioqui lectionum omnium, in quas consentiunt *Herodotei* libri, defensore, paullo ante vidimus indignum Scriptore nostro iudicari et a Grammatico quodam adsutum: *Valckenarius*, is qui tot ῥήσεις integrasque sententias, communi codicum consensu Herodoto adscriptas, ab aliena manu *Nostro* obtrusas adeoque resecandas censuit, de eiusdem loci sinceritate nullam ne umbram quidem suspicionis sibi obortam significavit. *S.*

CAP. XCIX. 1. ἐκ τῆς Δήλου) Reduxi quod olim legebatur: iterata enim toties νήσου vox accidit ingrata, scholii foetus. Προσίσχοντο, tot Codicibus protectum, volentibus relinquo. Non *Aristophanis* Plut. vs. 1097. τῷ μαγειρικῷ προσίσχεται nescio: sed in *navium adpulsu* qui posuerit, habeo neminem; qui vero προσίσχειν, praeter Herodotum innumeros. Neque decerno, *Vallam* deinceps παραπλέοντες [pro περιπλ. *lin.* 4.] τὰς νήσους suis in schedis legisse: in meis nusquam certe. Persae *circum Cycladas*, Euboeam petentes, *navigarunt.* WESS.

CAP. C. 5. τῶν ἱπποβοτέων) Sic de coniectura Cl. *Abr. Gronovius* ad *Aelian.* Var. VI. 1., quam Mssti certissimam praestant. De his supra lib. V. 77. Quod autem post pauca [*lin.* 8.] ex *Arch.* adfertur a *Galeo*, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν καὶ ἐλθεῖν ἐς τὰ ἄκρα, id additamentum in eo non reperitur. *Laurentius* explevit de suo orationem, ut mollior incederet. Tale de Thespiensibus lib. VIII. 50. αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον. Alia hoc de genere Cel. *Hemsterhusius* ad Plut. vs. 1170. WESS.

8 *seq.* ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν ἐς τὰ ἄκρα) Indocti lectoris supplementum videtur, quod Codices praebent *Vallae* et *Arch.* ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἐλθεῖν ἐς τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίης. Verbum enim Noster posuisset adcommodatius, qualia nonnunquam subiiciuntur phrasi ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν: vid.

quae clar. *Taylor* adscripsit ad *Lysiae* pag. 48, 49. Herodoteum, quod vulgatur, satis ista commendarent etiam sola VIII. 50., αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον: alia praeterea dedit Clar. *Abresch.* aptissima Diluc. *Thuc.* pag. 493. Illuc *urbe derelicta fugere* voluerunt, ubi Persicae classi non patebat accessus. Fuerunt ab antiquissimis temporibus infames Εὐβοίης ἄκραι. *Euboicae cautes, ultorque Caphareus, Virg.* Aen. XI. 260. In *Schol.* ad *Eurip.* Orest. vs. 432. Nauplius φρυκτωρίας ἧψε περὶ τὰς ἀκτὰς τῆς Εὐβοίας: frequens haeret illic etiam menda: scribendum ἄκρας. Εὐβοίας ἄκραι *Sophocli* memorantur Trach. vs. 801. Ut hic *Herod.* meminit et τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν, VII. 192. *Dion Chrys.* in Euboica pag. 99. D. ὅταν οὕτω πιεσθῇ τὰ ἄκρα τῆς Εὐβοίας ὑπὸ τῶν νεφῶν: orationis initio, μόλις, ait, διεσώθημεν πρὸς τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας: sic proximum vocabant scopulosum mare. Ibid. p. 100. A. ἄγρια καὶ σκληρὰ τῆς νήσου τὰ πρὸς τὸ πέλαγος· καὶ ταῦτ' εἶπεν ἐστὶ τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας λεγόμενα: scil. *Herodoto* VIII. 13. aliisque. *Philostr.* in Heroicis p. 716., τὸ λεγόμενον πῦρ ὑπὸ Ναυπλίου περὶ κοίλην Εὔβοιαν ἐπὶ τοὺς Ἀχαιοὺς ἀρθῆναι. *Livius* XXXI. 47. *Est*, ait, *sinus Euboicus, quem Coela vocant, suspectus nautis*: prostat ibi docta *Dukeri* nota. Sunt itaque eadem propemodum τὰ κοῖλα τῆς Εὐβοίας et τὰ ἄκρα. Cur sic dicantur, ex his *Polyaeni* p. 300., εἰ δὲ ἡ θάλασσα κοίλη γίνοιτο, similibusque et hodiedum usitatis licet aestimare. VALCK.

12. ἰὼν τῶν Ἐρετριέων τὰ πρῶτα) Ionicis Atticisque tritissima locutio. *Euripid.* Med. 917. Οἶμαι γὰρ ὑμᾶς τῆσδε γῆς Κορινθίας Τὰ πρῶτ' ἔσεσθαι: et Orest. vs. 1252. τὰ πρῶτα κατὰ Πελασγὸν ἕδος Ἀργείων. *Dio Cass.* lib. XXXVI. p. 16. c. ὅτι τά τε πρῶτα τῆς βουλῆς ἦν. *Synesius* Dion. p. 35. B. Εὔδοξον ἄνδρα τὰ πρῶτα τῶν Ἀριστοτέλους ὁμιλητῶν. Non adcumulo plura. Vide Ti. *Hemsterhusium* ad *Luciani* Tim. c. 35. WESS.

CAP. CI. 2. κατὰ τέμενος) Cl. *Reiskius* loci proprium nomen arbitratur, cuiusmodi Siciliae prope Syracusas Τέμενος apud Ethnicographum. Venit olim in mentem, scriptum hic fuisse primitus κατὰ Ταμύνας, cuius in *Strabonis* lib. X. p. 687. [pag. 447. D. ed. Cas.] clarissima mentio, et in *Stephano Byz.* Cui cum omnes suspicioni refragentur Mssti, forte Nostri τέμενος Iovis est Tamynaei sive Apollinis, (variatur enim in titulo,) quo de

Strabo, ad oppidum Tamynas: tum τὸ τέμενος verius meliusque. WESS. — Sed articulum perinde ignorant libri omnes. *S.*

Ibid. κατὰ τέμενος) Articulus saltem requireretur κατὰ τὸ τέμενος: sic vicinum Apollinis templum fuisset designatum. Sed *Herodotum* scripsisse suspicor κατὰ Ταμύνας. *Strabonem* sequutus *Harpocrat.* in voc. Ταμύναι: πόλις ἐστὶν ἐν Εὐβοίᾳ ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Ἐρετριέων αἱ Ταμύναι. vid. *Holsten.* ad *Steph. Byz.* In urbis nomine scribendo *Demosthenes* et *Aeschines* sibi constant: ἐν Ταμύναις et εἰς Ταμύνας legitur apud *Dem.* contr. Mid. p. 564, 301. c. Boeot. p. 578, 20. *Aesch.* contr. Ctes. pag. 66, 5, 14. qui in Or. de falsa legat. pag. 50, 40. τὴν ἐν Ταμύναις μάχην memorat, laudemque sibi reportatam; quo spectat *Philostr.* p. 508. VALCK.

3. κατασχόντες δὲ ἐς ταῦτα τὰ χωρία) Aestum *Gronovii* sedant duo Codices, κατασχόντες δὲ ταῦτα praeferentes, omisso ἐς, utique non male. WESS. — Adnotaverat in huius loci vicinia e cod. *Med.* aliquid *Gronovius*, quod quo pertineret pendebat animi, quum graeca suae Editionis constitueret, quumque Observationes suas conscriberet. Ex scriptura codicum *Pass.* et *Ask.* quibuscum noster etiam cod. *F.* facit, intelligitur, non ἐς ταῦτα, sed nude ταῦτα cognatum illis codicem *Med.* quoque praeferre. In eamdem sententiam *Valla* graeca verba convertit, *potitique his locis*; quam versionem *Wess.* etiam tenuit, in Graecis licet ἐς praepositionem servans, unde haec prodibat sententia, *navibusque in haec loca adpulsis. S.*

9. ἔπιπτον ἐπὶ ἓξ ἡμέρας) Expulsum et Cl. *Gronovio* μὲν servari potuisse *D'Orvillius* ad *Chariton.* VI. 5. pag. 561. opinabatur; haud inprudenter quidem, nisi schedarum voluntas aliud postularet. Eretriae proditores [*lin.* 11.] *Euphorbus* et *Philagrus* sunt in *Plut.* de Garrul. p. 510. B., et *Pausania* VII. 10., ubi in Graecis Φίλαβρος Κυνέου, in Latinis melius. *Strabonem* memoria fefellit, quando lib. X. pag. 687. [pag. 448. a. ed. Cas.] de Eretria, τὴν πόλιν, ait, κατέσκαψαν Πέρσαι, σαγηνεύσαντες, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, τοὺς ἀνθρώπους τῷ πλήθει. Nihil hic talis modi. *Platonis* in Menex. pag. 240. verba in doctissimi scriptoris haerebant recordatione. Vide Clar. *Valckenarium* ad lib. III. 149. WESS.

11. Φίλαγρος ὁ Κυνέου) Hoc congruit Eretriensi nomen, non illud male ominatum Φίλαβρος, quod vulgatur apud *Pausan.* in catalogo proditorum Graeciae lib. VII. p. 546. Quando mox [*lin.* 15.] *Eretrienses Persae* dicuntur ἀνδραποδίσασθαι κατὰ τὰς Δαρείου ἐντολάς, si iusserat Darius σαγηνευθῆναι, fecerunt quomodo fecisse scribit praeter ceteros *Strabo*: vid. notata in lib. III. c. 149. *Nullam* Herodotum tamen *istius rei fecisse mentionem* monuerat iam *Petavius* in *Iuliani* p. 79. A. VALCK.

CAP. CII. 2. κατέργοντές τε πολλόν) *Laurentii* Latina, *magnam partem vastaverunt*, κατεργάζοντες trium Codicum explicant, ad rem bene, modo isti formae ea inesset notio. Taliter κατεργάζεσθαι in Musis atque apud alios frequens. Fieri fortasse potuit, idem ut significatus illi participio adhaeserit: alioqui κατέργοντες valere oportebit, non, quae viri Cl. [*Gronovii*] versio, *se coërcentes*, sed Athenienses in *angustias cogentes et concludentes*, veluti lib. V. 63. [Sic quidem et *Thucyd.* VI. 6. κατεῖργον αὐτοὺς τῷ πολέμῳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν.] Adsunt et uberes correctionum viae, *Reiskii* sollertiâ munitae, κακεργέοντες, *multa mala inferentes*; καταργέοντες h. e. καταραθυμοῦντες, *tempus nihil agendo consumentes*; καταρράττοντές τε πολλόν, *magno inpetu irruentes.* Eas ego premere non ausim. Vastitatem agrorum, a Persis tum effectam, *Plutarch.* Aristid. p. 321. A. indicat. WESS.

3 *seq.* δοκέοντες ταὐτὰ τοὺς Ἀθηναίους ποιήσειν *etc.*) Haec, nec Vallae neque ceteris intellecta, recte ceperunt *Gronov.* et [*Bellanger*] *l'Auteur des Essais de Crit.* pag. 184. Vicinum κατέργοντες πολλὸν vellem nobis explicuissent. VALCK. — Hoc quidem percommode a *Wesselingio* expositum est. *S.*

4. ὁ Μαραθὼν) Διγενὴς ἡ λέξις, ὁ καὶ ἡ Μαραθών, monitore *Eustath.* ad Odyss. p. 1568, 44.; Ionum ore ἡ Μαραθών, ni fallit *Thom. Magister*: fallere autem *H. Stephanus* App. de Dialect. pag. 157. decernit, Grammatico *Herodotum* lib. I. 62. et hoc ipsum aliaque ex c. 107. obiiciens. Sed enim ἡ Μαραθὼν hic in schedis: neque latet, quantum sibi amanuenses in mutanda Scriptoris dialecto indulserint. Adde *Porphyrium* Q. Homer. VIII., τὴν Μαραθῶνα Ionibus vindicare, et eruditos *Thomae M.* interpretes. WESS.

CAP. CIII. [3 *seqq.* Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πάτερα *etc.*) Conf. cap. 39-41. huius Musae. *S.*]

16. πίρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ) Sic *Io. Meursium* Ceram. Gem. c. 24. secutus pingi iussi. Διακοίλης, nexis vocibus, consistere non potest. Atticae Κοίλη e *Marcellino* scriptisque marmoribus nota, haud longe Ceramico aberat. Unde *Aelian.* Nat. Anim. XII. 40. Μιλτιάδης δὲ τὰς ἵππους τὰς τρεῖς Ὀλύμπια ἀνελομένας ἔθαψεν ἐν Κεραμεικῷ· καὶ Εὐαγόρας ὁ Λάκων. Quae cuncta hinc derivata cum sint, bene *Iac. Perizonius* ad *Aeliani* Var. IX. 32. τρεῖς Ὀλυμπιάδας reposuit, alioqui τρὶς Ὀλύμπια, cum Cl. *Io. Matth. Gesnero*, qui de equabus huiusmodi erudite in *Columellam* de Re Rust. III. 9. WESS.

Ibid. τῆς διακοίλης καλ. ὁδοῦ) Cum *Io. Meursio* in Ceramico Gem. c. 24. scribendum censeo, πέρην τῆς διὰ Κοίλης καλεομένης ὁδοῦ, *ultra viam, quae, quod trans Coelam ducat, nomen inde suum accepit.* Fuit enim sepulcrale Cimonis monumentum prope urbem ἐν Κοίλῃ, atque adeo ultra viam, quae vocabatur ἡ διὰ Κοίλης ὁδός. *Marcellin.* in vita *Thucyd.* p. 3, 25. πρὸς ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνεια μνήματα. Huic vitae subiectus scriptor incertus, a praecedentium auctore diversissimus, (cuius incipiunt observata p. 7, 46. [ed. *Dukeri*] ab Ἰστέον) p. 9, 23., ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τῶν πυλῶν ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς ὃ Κοίλη καλεῖται. conf. tertius vitae *Thuc.* scriptor p. 12, 12. Praeter Archinum, *Meursio* memoratum de Pop. Att. in Κοίλη, qui ἐκ Κοίλης censerentur cives innotuerunt Attici Chaeredemus Εὐαγγέλου, Phidon, et Leptines ex *Schol.* in *Aristoph.* Av. 1128., *Isocrate* p. 375. D. *Demosth.* p. 397, 104. VALCK.

20. πρεσβύτερος τῶν παίδων τῷ Κίμωνι) Consimili structura εἷς μὲν δὴ τῶν ποταμῶν τοῖσι Σκύθῃσι lib. IV. 51. et lib. IX. 107. καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωϋτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα, *filii Darii uxorem.* Error *Thomae Mag.*, παρὰ τῷ πάτρῳ explicantis ἤγουν τῷ πάππῳ, reprehensus merito fuit a *P. Leopardo* Emend. VII. 20. et *I. Rutgersio* Var. Lect. I. p. 33. WESS. — At sicut IX. 107. dativus Δαρείῳ non a substantivo γυναῖκα, sed a verbo ἠγάγετο regitur; sic IV. 51. dativus τοῖσι Σκύθῃσι pendet a sequente verbo ἐστὶ, et h. l. dativus τῷ Κίμωνι a verbo ἦν pendet: quà structurà in graeco sermone nihil usitatius. *S.*

22. παρὰ τῷ πάτρῳ Μιλτ.) Recte *Eustath.* in Ἰλ. β΄. pag.

239, 16., ὡς παρ' Ἡροδότῳ Πάτρως ὁ ἀπὸ πατρικοῦ ἀδελφοῦ θεῖος, οὕτω νῦν (Ἰλ. β'. 661.) ὁ ἀπὸ μητρικοῦ, Μήτρως. Hac etiam in voce sibi constat *Herodotus* lib. II. c. 133. IV. 76. VII. 10. In his nostris errasse *Thomam Magist. I. Rutgers.* ostendit Var. Lect. pag. 53. VALCK.

CAP. CIV. 8. καὶ ὑπὸ δικαστήριον) Additâ ex Codd. copulâ sermonem, nonnihil antea hiulcum, instruxi. Quod proxime autem [*lin.* 7.] τουθεῦτέν μιν οἱ ἐχθροὶ, in μὲν docti viri suspicione conversum memini, quoniam αὐτὸν ἀγαγόντες consequitur. Eiicerem ego posterius potius fide eorundem librorum, si quae rei necessitas; qualis in Herodoteâ redundantiâ et aliorum nulla. Confer *Diodoro* adposita lib. I. 97. IV. 39. WESS.

CAP. CV. 2. Φειδιππίδην) *Corn. Nepos* expressit, *Philippidemque cursorem eius generis, qui hemerodromi vocantur;* ubi in cursoris, prorsus uti hic, nomine libri non conspirant, *Phidippidem* dantes. In *Polluce* III. 148. Φιλιππίδης ἡμεροδρόμος, hinc, opinor, acceptus: eadem *Luciani* scriptura T. I. 727., *Plut.* Malign. p. 862. A., *Pausan.* I. 28., *Libanii* T. I. p. 138., *Plinii* Hist. N. VII. 20., *Solini* Polyh. c. 1. Non me clam est, Viros clar. *Salmasium Palmeriumque* Φειδιππίδην ubique praeferre ob *Herodoti* exemplum: at dubium illud est. Retinebo tamen, valde metuens de explorata scriptionis eius veritate, Φειδιππίδην. *Hemerodromos*, οὐ χρωμένους ὑποδήμασι ἐν ταῖς ὁδοῖς, *Musonius* ἀνυποδησίαν collaudans in *Stob.* Serm. I. p. 18., testimonio esse voluit: plura de iisdem et elegantia vetus scriptor in *Steph.* Sched. VI. 2. WESS.

7. Ἀθηναίοισι κελεῦσαι ἀπαγγεῖλαι) Eadem hinc de *Pane* narrat *Pausan.* I. p. 68. similia Suidas in Ἱππίας. Huic, a Miltiade forsan excogitatae, fraudi similem commentus est Pericles, narratam *Frontino* Stratag. I. cap. XI, 10. Et summi duces Archidamus, Agesilaus, Epaminondas, plebis superstitione scienter leguntur usi. Tegeatis non minus quam Atheniensibus istam Panis adparitionem visam fuisse veram ex *Pausaniae* constat Arcad. p. 710. In *Schol.* inedito ad *Aristidis* Panathen. Philippidae, seu Phidippidae, dixisse fertur Pan: ὅτι τῇ μάχῃ παρέσομαι· εἰπὲ δὲ Ἀθηναίοις τιμᾷν με. Huic quoque divino iussui libenter Athenienses rebus compositis obsecundasse docet Herod. [*lin.* 12.] ἱδρυ-

σαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει Πανὸς ἱερόν. Testis est et Pan ipse *Lucianeus* T. I. p. 272. [Dial. Deor. XXII. 3.] Ἀθηναίοισι συμμαχήσας οὕτως ἠρίστευσα ἐν Μαραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον ᾑρέθη μοι τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. Panis αὔλιον et τὸ τοῦ Πανὸς dixit *Aristoph.* Lys. vs. 722. et 910. Alia dedit *Meurs.* Athen. Att. II. c. 8. In *Schol. ed.* ad *Aristid.* T. II. p. 172., Pani dicuntur βωμὸν ἱδρύσασθαι et θυσίας ἐπιτελέσαι. Herodotea, καὶ λαμπάδι ἱλάσκονται, [*lin.* 14.] *Meursius* attigit in Gr. Feriata voc. Λαμπάς. VALCK.

9. γενομένου σφίσι χρησίμου) Odiosa vocis ἤδη repetitio nunc cessabit. *Hermogenis* Schol. in praegressis eam neglexit, εὔνου ὄντος αὐτοῖς repraesentans. Potior *Pass.* voluntas, in quam *Reiskii* inclinavit opinatio, mox, [*lin.* 10.] sicuti in duobus Msstis, τὰ δ' ἔτι legentis, proba utique sententia. Scholiastes ille τὰ δὲ, καὶ ἐσομένου tantum. WESS. — Quum in ed. *Gron.* aliisque ante *Wess.* sic legeretur, ἐόντος εὔνου ἤδη Ἀθηναίοις, καὶ πολλαχοῦ γενομένου ἤδη σφίσι χρησίμου, perspecte **Reiskius** monuerat, priori loco delendam ἤδη particulam: eamque cum Scholiaste Hermogenis recte ibi ignorant codices nostri *F.* et *Paris. b.* ac puto equidem etiam alii, in hisque cod. *Pass.* e quo quum notatum reperisset *Wess.* ignorare eum in hac regione istam particulam, ad iniquum locum referens eam notam Vir doctissimus, priori loco ἤδη tenuit, et posteriori loco abiecit. Pro εὔνου, quod nunc legitur, forsan εὐνόου scripserat *Herodotus*, ut voluit *Koen* ad *Gregor.* Dial. ion. §. 71. *S.*

CAP. CVI. 2. δευτεραῖος ἐκ τοῦ Ἀθ. ἄστεος) Obscura de Phidippide *Plutarchi* insectatio est, iniusta tamen. Spatium ab illo cursore, absolutum biduo, stadiis MCCXL finiit *Solinus* et magnus eius interpres p. 33.; *Plinius* vero MCXL. Hist. Nat. VII. 20. ubi docte *Harduinus.* WESS.

Ibid. δευτεραῖος - - - ἦν ἐν Σπάρτῃ) Plusquam mille ducenta stadia biduo confecisse *Salmas.* monuit ad *Solin.* p. 45. Miror quod scribit *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 862. Phidippidem παρακαλοῦντα Λακεδαιμονίους ἐπὶ τὴν μάχην ἐκ τῆς μάχης γεγενημένον. Ante pugnam Marathoniam Spartam missus, victoriae reportatae nuncius Athenas venit, *Luciano* teste T. I. p. 727. [Pro Laps. inter Salut. c. 3.] Λέγεται ἀπὸ Μαραθῶνος ἀγγέλλων τὴν νίκην εἰπεῖν πρὸς τοὺς ἄρχοντας, - - - Χαίρετε, νικῶμεν, καὶ τοῦτο εἰπὼν συναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ, καὶ

τῷ χαίρειν συνεκπνεῦσαι: ubi forte scribi praestiterit ἐναποθανεῖν τῇ ἀγγελίᾳ. In *Scholiis* ineditis ad *Aristidis* Panathen. vatis iussu Plataeis missus ad ignem sacrum Delphis petendum ἀπῆλθεν εἰς Δελφοὺς, καὶ ἦλθεν αὐθημερὸν χιλίους σταδίους ποιήσας· καὶ ἐλθὼν ἐς Πλαταιὰς, καὶ ῥίψας ἐν μέσῳ τὸ πῦρ ἐτελεύτησε, μὴ ἐνεγκὼν τὸν κάματον. VALCK.

12. ἦν γὰρ ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτη) Sermonis indolem hoc postulare *Gronovius* agnovit. Bene *Vindob.* et *Plutarchus*, in cuius Glor. Athen. p. 349. E. ἕκτῃ μὲν ἱσταμένῃ Βοηδρομιῶνος simili peccato. Superius c. 57. καὶ ἑβδόμας ἱσταμένου τοῦ μηνός. *Plutarch.* Sympos. VIII. p. 717. B. τῇ ἕκτῃ τοῦ Θαργηλιῶνος ἱσταμένου. In talibus enimvero pauca abunde sunt. Hic criminosa *Plutarchi* accusatio Malign. p. 861. F. *Herodotum* asperrime stringens, examen meretur. Negat τῆς πανσελήνου religione Spartanos ab expeditionibus abstinuisse; audacter ea in re *Pausaniae*, *Luciano*, si tamen is auctor Ἀστρολογίης, c. 25., scriptori περὶ Ποταμῶν, cui *Plutarchi* nomen inponitur, *Hermogeni*, et quos plures *Io. Meursius* Miscell. Lacon. II. 9. adpellavit, obnixus. Ad hoc, partae victoriae Marathoniae diem sextum fuisse Boëdromionis, in perpetuum eius monumentum ad posteros sacratum: quod, ne vacillantem putes, ter insinuat, etiam in Camilli Vit. p. 138. A. Falsum propterea largiter *Herodotum*, alios turpiter circumscribere, coelum ipsum, dierum rationem, omnes res confundere. Gravis profecto accusatio; sed in insectatoris reditura (sicuti prudenter *Ioach. Camerarius* Prooem. in Herodot. p. 715. *ed. Gronov.*) caput. Nam de lege, (verba eruditi eius viri sunt) deque praelii die, sua fide adfirmante utroque, venia, opinor, dabitur ei, qui fidem *Herodoti*, proxime ad Marathonii certaminis aetatem pertinentis, atque ex illis, qui conflictui adfuerunt, haud pauca edocti, pluris sibi faciendam quam *Plutarchi* putaverit. At sextus tamen Boëdromionis dies solemnis illi victoriae Athenis? Esto. Quid enim, si mense, cuius nomen *Herodotus* pressit, Metagitnione, quo Spartae *Carnia* celebrabantur, pugna in campo Marathonio fuerit pugnata? *Carnia* sane, pariterque luna, nondum pleno orbe fulgens, ne abitum Lacedaemonii maturarent, inpedimento erant, uti lib. VII. 206. Ita praelium festo illo die, quod accusator non dif-

fictur, fuit prius, relato deinde in sextum Boëdromionis. Haec et plura pro *Herodoto* eruditissimus *Freretus*, Comment. Acad. Inscript. T. XVIII. p. 138. *ed. Paris.* Dici speciose poterit, *Carniorum* nullam hic mentionem. Servemus ergo mensem Boëdromionem, et pugnam in XVI. eius diem conferamus. Nam Spartani nono mensis die ad belli consortionem invitati, post plenilunium confecto tridui itinere, Persis tantum quod profligatis, Athenas advolarunt. Sit, inquam, certamini dies XVI. Boëdromionis, potuit victoriae memoria anteverti, et sexto die sacrari, quod Mysteriorum sollemnia extremo eodem mense sanctissima essent, aut alia de caussa. Neque insolens et praeter usum, ut victoriae sollemnis pompa alio celebraretur tempore, quam reportata ipsa fuerat. Persas Graeci ad Plataeas quarto Boëdromionis straverunt; *Eleutheria* tamen, recordationi eius rei dicata, die XIV. Maemacterionis peragebantur, *Plut.* Aristid. p. 332. A. Qua in opinatione de consensu Cl. *Ed. Corsini* Fastor. Attic. Diss. IV. p. 184. gaudeo. Alia *H. Dodwellus* de Cyclis Diss. VIII. p. 330. Utram autem cunque in re adeo remota adoptemus defensionem, *Plutarchus* caussa cadet. WESS.

CAP. CVII. 3. ἐν τῷ ὕπνῳ) Quibus supervacuae hae voces, arbitrium illis relinquo. Adduntur infra c. 118. et 131. etiam III. 30. et 65., absunt VII. 12. De huiuscemodi *per quietem visis* Iocasta callide, Πολλοὶ γὰρ ἤδη κἀν ὀνείρασι βροτῶν Μητρὶ ξυνευνάσθησαν· ἀλλὰ ταῦθ᾽ ὅτῳ Παρ᾽ οὐδέν ἐστι, ῥᾷστα τὸν βίον φέρει, in *Soph.* Oed. Tyr. vs. 1000.. quo et Cl. *Burmannus* usus ad *Suetonii* Caesar. c. 7. Eum *Casaubonum*que vide. Ego vero [*lin.* 4.] συνεβάλετο, cuius in talibus creberrimus usus, reposui. WESS.

12. πταρεῖν τε καὶ βῆξαι μεζόνως) Non sane miror, si istud quoque *sternutamentum* adparuerit ominosum *Herodoto*, εἰπόντι ὡς Ἱππίας - - - ἔπταρε καὶ ἔβηξε μεῖζον τοῦ συνήθους, iuxta *Eustathium* in Od. ρ'. p. 647. Ne *Xenophon* quidem πταρμὸν memorare dedignatus in historia, Κυρ. Ἀναβ. III. p. 178, 15., ne mali militibus videretur ominis sternumentum, ut οἰωνὸν τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος accipiendum persuasit. Insaniam popularem ridendo feliciter confutavit Timotheus apud *Polyaen.* III. c. 10, 2. vid. *Davis.* in *Ciceron.* de Div. II. 40. VALCK.

13. *οἷα δέ οἱ πρεσβυτέρῳ ἐόντι*) Concinne Mss. quorum iudicio [*lin.* 12.] *μέζον* praestabilius. Vere deinceps *ὁ ὀδών*. *Eustath.* Ἰακὸν δέ φασιν ὁ ὀδών, Iliad. Λ'. p. 854, 14. [p. 795. ed. Bas.] testisque moris Ionici locupletissimus *Hippocrates.* Hippiae *πταρμὸν* et dentem excussum exscripsit in *Suidae* Ἱππίας *Aelianus* aut Scriptorum alius quis. WESS.

CAP. CVIII. 4. *πόνους - - - συχνοὺς ἤδη ἀναιρέοντο*) Scribendum arbitror *ἀναιρέατο*, vel *ἀναραιρέατο*, positum Herodoteo more pro *ἀνῄρηντο*, *susceperant*, ut vertit *Valla;* qui, nisi sic legerit, sensit tempus idem requiri, quale praecesserat *ἐδεδώκεσαν*. VALCK. — Perspecte Vir doctissimus; cuius emendationem Mssti libri firmarunt. *S.*

8 *seqq.* Quae *dixisse* narrantur *Plataeënsibus Lacedaemonii*, *Herodoti* praesertim ea de re iudicium, non miror invidiosa Spartanisque iniuria visa *Plutarcho*, qui T. II. p. 861. Οὐκοῦν, inquit, εἰ μὴ κακοήθης Ἡρόδοτος, ἐπίβουλοι μὲν καὶ κακοήθεις Λακεδαιμόνιοι, ἀναίσθητοι δὲ Ἀθηναῖοι παρακρουσθέντες, Πλαταιεῖς δὲ οὐ κατ' εὔνοιαν οὐδὲ τιμὴν, ἀλλὰ πολέμου πρόφασις, εἰς μέσον ἐῤῥίφησαν. Quid mirum inter aemulos, et suis quemque commodis invigilantes? Herodotea Spartanorum ingenio atque institutis minime disconveniunt. VALCK.

8. Ἡμεῖς μὲν ἑκαστέρω τε οἰκέομεν) Suum scriptori rediit. Ἑκατέρω alienum erat, corrigendumque ex *Foesii* (Oecon. Hippocr. p. 184.) doctrina. *Herodoti* sunt lib. III. 101. οὗτοι μὲν τῶν Ἰνδῶν ἑκαστέρω τῶν Περσέων οἰκέουσι. *Hesychius*: Ἑκαστέρω, πεῤῥωτέρω. Saepe *Apollon. Rhod.* IV. 90. etc. Mox ψυχρὴ ἐπικουρίη [*lin.* 10.] uti νίκη ψυχρὴ IX. 49. et ἐλπὶς ψυχρά. *Euripid.* Iph. Aul. vs. 1014. et *Iosephi* Bel. Iud. I. 18, 3. WESS.

11. *συμβουλεύομεν δὲ ὑμῖν δοῦναι ὑμέας etc.*) Res testificatione *Thucydidis* lib. III. 55. extra dubii periculum, non insectationis *Plutarchi*, malignitatis hîc manifesta cubilia detegentis. Spartani-ne Plataeensibus *οὐ κατὰ εὔνοιαν*, ut Atheniensibus se iungerent, suaserint; an hos bello Boeotico, Plataeensium caussa, expositos voluerint; dictu quidem nunc difficile. Cognitissimi tamen Athenis totàque Graeciâ Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια, *Euripid.* Andromach. vs. 446. WESS.

17. *οἱ δὲ οὐκ ἠπίστησαν*) Qui hic scribendum credidit *οὐκ ἠπείστησαν*, non recordabatur quod saepe legerat apud *Sophoclem*, *ἀπιστῆσαι* positum pro *ἀπειθῆσαι*. Saepius id ipsum legeremus apud veteres, si per correctores licuisset. Qui vulgo *ἀπειθής*, illis etiam *ἄπιστος* dicebatur: *ἀπιστεῖν* idem erat ac *ἀπειθεῖν*, vel *εἶναι ἀπειθῆ*. *Zonaras* in Lexico Ms. Ἄπιστος λέγεται καὶ ὁ μὴ πειθόμενος, ὡς φησὶ Πλάτων· καὶ Ξενοφῶν Κύρου παιδείας α΄ (p. 4, 14. p. 26, 11.) Εὐπιστοτάτους, (τοὺς) εὐπειθεστάτους ἢ μάλιστα πειθομένους. Luculentus testis est *Harpocration*, Ἀπιστεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀπειθεῖν, dixisse scribens *Antiphontem* et *Isocratem*: Ἀπιστίαν, τὴν ἀπείθειαν, *Demosthenem* (p. 70, 43. p. 71, 53.) aliosque plures. *Antiphontis* oratio citata periit: in *Isocratis* vulgatur ad Philippum Epist. p. 409. A. εἰ μὲν ἐπείσθης - - - εἰ δ' ἠπείθησας: reponendum ἠπίστησας ex *Harpocr.* Conf. *Hesych.* in Ἠπίστησεν. Inter *Leunclavium* et *H. Steph.* motam litem componere conatus *Hutchinson* ad *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. p. 114. *Sophoclis* excitat loca, quibus nixus *Stephano* suffragatur: sed Sophoclea debet ille *Aem. Porto*, qui collegerat illa initio notarum in *Xenoph.* Ad *Hesych.* in Ἀπιστεῖ et in Ἄπιστες errat *Küster*: recte indicat clar. *Abresch.* conf. *Porti* Lex. Ion. in Ἄχριτος et *Ti. Hemsterhuis* ad *Lucian.* p. 179. VALCK.

26. *ταῦτα γνόντες ἀπαλλάσσοντο*) In iudicio finium regundorum Boeoti non acquieverunt; inde *ἀναγνόντες ἀπαλλάσσοντο*, *suadentes discesserunt* Corinthii, ex fide librorum quorundam; pro Scriptoris dialecto haud insuave, uti *H. Stephani Portique* collectanea demonstrant. Sed muto nihil. De *Hysiis* [*lin.* 31.] ante disputatum lib. V. 74. WESS.

CAP. CIX. [*2 seq.* ὀλίγους γὰρ εἶναι, στρατιῇ - - συμβαλέειν) Intellige ὡς vel ὥστε συμβαλέειν. *S.*]

6. *ὁ τῷ κυάμῳ λαχὼν Ἀθ. πολεμαρχέειν*) Athenis *κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι* legitimum facit Pythagoras in *Luciani* Vitar. Auct. c. 6. et plures, a *Davisio* nominati ad *Max. Tyr.* Diss. XXII. p. 582. *Io.* autem *Meursius*, primum omnium Polemarchum *Callimachum* hunc creans, Att. Lect. II. 14. in fraudem *Simsonium* induit Chron. A. M. 3514., deceptum *Pausaniae* verbis I. 15., ubi *Kühnius* melius. WESS.

8. *ἦν δὲ τότε πολέμαρχος Καλλίμ.*) Incogitanter *Io. Meursio* *Callimachus* iste dicitur Athenis *primus* polemarchi munus

obiisse, Att. Lect. II. c. 14. *Meursium* sequitur *Kühnius* ad *Poll.* VIII. 92. Ut primus forte Polemarchorum Callimachus decem ducibus hoc tempore fuerit adiunctus undecimus, qui in acie honoratiorem ex lege locum teneret, (a qua suspicione non multum abfuit *Iac. Perizon.* ad *Aeliani* Var. Hist. p. 421.) certo constat non primum fuisse Callimachum apud Athenienses polemarchum. *Pausaniae* verba I. p. 37. quibus solis niti potuit *Meursius*, vel aliter accipienda sunt, vel ita leviter refingenda, ut de Callimacho scripserit, ὃς, Ἀθηναίοις πολεμαρχῶν, (vid. *Herodiani* Philetaer. a *Piersono* vulgatus p. 441.) ἤρξατο nempe μάχεσθαι, vel τῆς μάχης. Apud *Herod.* c. 111. τοῦ μὲν δεξιοῦ κέρεος ἡγέετο ὁ πολέμαρχος Καλλίμαχος: de eodem *Polemo* Soph. p. 3. ἐξῆρχε γὰρ, κἀν τοῖς πρώτοις ἔταττεν αὐτὸν ἡ πολεμαρχία. Nobile votum, quo Dianae τῇ Ἀγροτέρᾳ ante pugnam Marathoniam se obstrinxerunt Athenienses, fecisse dicitur Callimachus polemarchus in *Schol.* ad *Aristoph.* Eq. vs. 657. Recte *Meurs.* observat, Athen. Att. II. c. 5., eadem sacra postea quotannis fecisse Dianae polemarchum, *quia primus olim Callimachus polemarchus ita instituit.* Nollem cadem pag. scripsisset vir egregius, *votum illud, Dianae factum, ante Xenophontem Herodotum quoque retulisse lib. VI.; quem malignitatis accusat eo nomine Plutarchus.* Apud *Plutarch.* T. II. p. 862. B. pro φησὶ scribendum φασὶ, nam votum nusquam memorat neque sacri solennis originem *Herodotus*, atque idcirco *Plutarcho* accusatur negligentiae l. c. ἐσπουδακὼς περὶ τὰς Ἀθήνας διαφερόντως, οὐδὲ τὴν πρὸς Ἄγρας πομπὴν ἱστόρηκας, ἣν πέμπουσιν ἔτι νῦν τῇ Ἑκάτῃ χαριστήρια τῆς νίκης ἑορτάζοντες: in var. lect. πρὸς Ἀγροτέραν legitur; nisi sit ex Codicibus, alterum non mutarem, inprimis cum sequatur τῇ Ἑκάτῃ. Scripserat-ne forsan τῇ ἕκτῃ Θαργηλιῶνος? Isthoc die quotannis Athenienses τῇ Ἀγροτέρᾳ ἀποθύουσι τὰς χιμαίρας iuxta *Aelian.* Var. Hist. II. 25. Qui huius sacri meminerunt viri docti, caute abstinuerunt loco *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 302, 17. VALCK.

14 *et seqq.* ἐς κίνδυνον ἥκουσι μέγιστον) Scribi potuit: νῦν γὰρ δὴ ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, ἐς κινδύνων ἥκουσι μέγιστον: ut forte legit *Valla.* Herodoteo, ἐξ οὗ ἐγένοντο Ἀθηναῖοι, idem significat hoc *Demosth.* p. 204. ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις: et *Lysiae* p. 115. ἐξ ὅσου Ἀθηναῖοι ἀείμνηστοι εἰσίν. Deinceps, [*lin.* 28.]

ταῦτα ὧν πάντα, ait, ἐς σὲ νῦν τείνει: sicut *Eurip.* Phoen. vs. 438. Ἀλλ' εἰς σὲ τείνει τῶνδε διάλυσις κακῶν. Paene ultima Miltiadis, [*lin.* 31.] ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβουλὴν ἕλῃ, satis adparet quid sibi velint: una tamen adiecta litera, una ablata, clariora evaderent: τὴν δὲ (nempe γνώμην) τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβολὴν ἢν ἕλῃ. Sed eleganter corrigit *Reiskius*, ἢν δὲ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβολὴν ἔχῃ: vertitque *si vero iis adhaerescas qui student conflictum impedire.* τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος dicitur Thrasybulus *Thucydidi* VIII. 81. De Callimacho polemarcho *Polemon* p. 16. τῶν ἄλλων πολεμάρχων δειλίαν ἐντιθεμένων τῷ πλήθει, ἡ τούτου ψῆφος προσγενομένη τὴν ὅλην συμβολὴν ἐποίησε. Calida saepe ducum consilia suà videtur auctoritate moderatus polemarchus; cuius tamen in bellis sequentibus Atheniensium rara fit mentio. VALCK.

16. δίδοκται) Laurentii *palam est*, nisi versio sit liberior, ad δίδεικται ducit; quo modo corrector *Pass.* et *Reiskii* coniectura. loco δέδεικται. Haud contemtibile vulgatum, (quod virum eruditum non fugit,) quid ab Hippia Medisque in Athenienses *decretum* fuerit, significans. Tale δίδοκτο IX. 73. et δίδοκται sive δεδέχηται γίνεσθαι VII. 16. WESS.

22. κελευόντων συμβαλέειν) Iucundior additamento oratio. et consuetudini propior. Supra c. 106. ἦν -- μηνὸς εἰνάτη· εἰνάτῃ δὲ *etc.* et IX. 11. στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους· ξείνους γὰρ ἐκάλεον *etc.* Adde lib. III. 12. WESS.

32. τὴν συμβολὴν) Hoc flagitat res ipsa, optime ab *Arch.* oblatum. Necessitatem mutationis agnoscunt viri docti, de adhaerente ἕλῃ solliciti. Scite *Reiskius*, ἢν δὲ τῶν ἀποσπ. τὴν συμβολὴν ἔχῃ: *si vero iis adhaerescas, qui student conflictum inpedire.* Ἔχεσθαί τινος notum admodum: permutaturque in Cod. *Ask.* c. 116. εἷλον loco εἶχον. *Abreschius* ἢν δὲ τῶν ἀποσπ. τὴν συμβολὴν ἕλῃ, adscito ἡ γνώμη. Tritum sane Nostro ὡς ἐμὴ γνώμη αἱρέει II. 43. III. 45. IV. 127. plena dictione, quam defectam illis vocibus non recordor. Esto, in illo Msstorum silentio, sua cuique optio. Mihi dudum placuit, ἢν δὲ τὰ τῶν ἀποσπευδόντων τὴν συμβολὴν ἕλῃ, ut τὰ perierit ob sequens τῶν. WESS. — Vide *Var. Lect.* S.

CAP. CXI. 4. τὸν πολέμαρχον ἔχειν κέρας τὸ δεξιόν.) Rhetor Glaucias in *Plutarchi* Sympos. I. 10. Aeantidis pugnà Marathonià cornu dextrum *Aeschyli* testimonio con-

tribuit, atque ex illis Callimachum polemarchum fuisse, quippe Aphidnaeum. Quod non quidem recusandum, modo praecipua ratio Callimachi, tanquam polemarchi, ducatur. Rex olim in cornu dextro imperabat, teste *Euripide* Supplic. vs. 657. Mutatâ reipublicae formâ polemarcho honor iste cessit. De *serie tribuum*, et *quo se ordine excepe-rint*, [*lin.* 5 *seq.*] ampla disquisitio *Ed. Corsini* Fast. Att. Diss. III. p. 119. et praecipue Diss. IV. WESS. — Conf. *Taylor* Lect. Lys. cap. 5. p. 235 seq. ed. Reisk. *S.*

CAP. CXII. 7. ὁρίωντες αὐτοὺς ὀλίγους) Eicci ἐόντας Codicum imperio; haud inmemor creberrimi in Musis, nec semper necessarii, eiusdem usus. Si narranti *Pausaniae* veritas constat, diu ante Athenienses δέομῳ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐχρῶντο Messenii, lib. IV. c. 8. Prisci certe Graeci non ita, Poëtâ Iliad. Γ'. 8. indice. WESS.

13. πρῶτοί τε ἀνέσχοντο) Ubi Miltiades *Aristidis* T. III. p. 283. ἰδιώτας ἐξηγαγών, ὡς εἰπεῖν, ἐπανήγαγε νικηφόρους: *Schol.* in Codice clar. *P. Burm.* Ἰδιώτας λέγει οὐ τῶν πολεμικῶν, ἀλλὰ νίκης -- ἢ -- οὐ μάχης ἀπείρους, ἀλλὰ τοιαύτης Μηδικῆς νίκης. καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῷ στ' λέγει, ὅτι τὸ (an τότε?) πρῶτον Ἕλληνες ὑπέστησαν σχῆμα θεάσασθαι Μηδικόν. vid. *Maxim. Tyr.* XXX. 6. *Aristoph.* Nub. vs. 958. et 981. VALCK.

CAP. CXIII. 11. πῦρ τε αἴτεον) Est cui πῦρ τε αἴθεον blanditur, oblito eam verbi formam Graecis auribus insolentem esse. *Ignem* sibi *postulabant*, quo fugientium Persarum naves incenderent. WESS. in *Addendis*. — Scribens ista *Herodotus*, ut multa saepius alia Homerica, sic h. l. respexisse videtur illud Hectoris ex Iliad. ο'. 718. adclamantis Troianis, Οἴσετε πῦρ. *S.*

CAP. CXIV. 1. ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ) Glossam cum vera voce *Gronovius* mutavit optime. Πόνον, *Nostri* studio, *Procopius* creberrime: veluti, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ γενόμενος, Bel. Pers. II. 25. Ex *Sosicratis* Graecis *Rutilius Lupus* de Figur. Sent. p. 3. *Deinde in ipso belli labore ac periculo deseruit nos Philippus.* *Callimachi* nomen, quod Codicibus nonnullis abest, delere non sustineo, quippe orationem colorans. Ipsum autem innumeris confixum sagittis et iaculis inmotum stetisse, nugantur Rhetores: ἔμεινεν ἐν τῷ τῆς στάσεως σχήματι, καὶ ἐδόκει ἑστάναι, πεσεῖν μὴ δυνάμενος, *Polemo* Or. 1. p. 2. WESS.

4. Κυναίγειρος) Sic *Aeschyli* fratrem plerique indigetant. At Κυνέγειρος est quemadmodum et schedis *Med.* et *Paris.*) poëtis. Οὔ σε μάκαρ Κυνίγειρε, τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψε Φᾶτις, *Anthol.* lib. IV. p. 403. ubi *Brodaeus.* Laudabilis *Cynaegiri* audacia a *Justino* lib. II. 9. *Polemone* Or. 1. atque aliis ita pingitur, ut supra fidem longe sit. Fluxit ex frivola Atheniensium et Sophistarum iactantia, in certamine Marathonio inmanem in modum exsultante. WESS. — Conf. *Iacobs* ad *Anal. Br.* T. II. p. 200. *S.*

Ibid. Κυναίγειρος ὁ Εὐφορίωνος) *Cynaegiri* militis Atheniensis rabiem, Persicam navem manu retinentis, explicatius enarrat *Iustinus* II. 9. *Callimacho* quid evenisse diceretur tacet *Herodotus*, obortam Epizelo coecitatem tradens c. 117. Sophistarum ingeniis exercendis Callimachus praesertim et Cynaegirus praebuere materiam: duae nobis supersunt *Polemonis* orationes, utriusque laudes decantantis: de Callimacho non nominato vid. *Aristid.* Panathen. I. p. 216. *Scholiastes* ibi Ms. et Cynaegiri facinus enarrat, et Callimacho quid evenerit. Tres istos patriae defensores egregios memorant *Aelian.* de Nat. An. VII. 38. *Maximus Tyr.* V. 9. τὴν Κυναιγείρου χεῖρα, καὶ τὴν Πολυζήλου συμφοράν, καὶ τὰ Καλλιμάχου τραύματα: ubi docuit *Davisius* alibi quoque *Herodoti Epizelum* [c. 117, 5.] dictum Πολύζηλον, et *Plutarcho.* Epizeli loco Stesilaum nominat cum Miltiade, Callimacho, et Cynegiro, *Tzetzes* Chil. I. vs. 867. Unum de decem ducibus *Stesilaum* in praelio cecidisse novimus ex *Herodoto;* plerorumque nomina ignorantur, quorum gloriam Miltiades obscuravit, qui δέκατος αὐτὸς στρατηγήσας, μόνος, ὡς εἰπεῖν, ὀνομάζεται, καὶ ταῦτα Ἀριστείδου τοῦ Λυσιμάχου παρόντος, ut scribit *Aristid.* T. III. p. 286. Milites gregarios Cynaegirum et Epizelum, sive Polyzelum, in duces transformavit qui *Plutarchi* nomen mentitus confinxit *Parallela* quae vocant *minora*, T. II. p. 305. c. quique magnam mendacis libelli partem, ista quoque, descripsit *Stobaeus* p. 91, 11. Propter tot egregia vetustatis monumenta credere maluissem, Stobaeanis hic illic ex isto fuisse libello ab alia manu inculcata; sed in suo Florilegio eadem iam legisse *Photium* monstrant Scriptores citati, quorum nomina et opera pleraque etiam omnia ficta sunt. VALCK.

[5. τῶν ἀφλάστων. Vide *Heynii* Observ. ad Iliad. ό. 717. et quae mox ad c. 115, 2. notamus. *S.*]

CAP. CXV. [2. ἐξανακρουσάμενοι) Interpretatus sum *in puppim remigantes*, tamquam esset ἐπὶ πρύμνην ἀνακρουσάμενοι, quo Noster lib. VIII. c. 84. utitur: similiter **Larcher**, *ils se retirèrent sans revirer de bord*, coll. *Schol. Thucyd.* I. 50. Quae interpretatio haud male conveniret huic loco, si *proris littori obversis* stetissent naves. Atque hoc ipsum quidem ita cogitari posset, si ἄφλαστα, (c. 114, 5.) quae *manu tenuisse Cynaegirus* perhibetur, cum Grammaticis nonnullis (de quibus *Heynius* ad Iliad. ο'. 717. et ι'. 242.) eadem intelligere liceret quae aliàs ἀκροστόλια. Sed hi quum a doctioribus manifesti erroris arguantur, *aplustre* in *puppi navis* fuisse praecise contendentibus; rectius ἐξανακρουσάμενοι intelligetur *citatis* (*valide pulsatis*) *remis sese recipientes.* Neque enim magis huius loci est *Gronovii* interpretatio, quam *Wesselingius* etiam tenuit, *navibus caeteteris* **inhibuerunt**, dictione ex *Ciceron.* ad Attic. lib. XIII. Epist. 21. repetita. *S.*]

4. τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀνδράποδα) Offenderunt *Plutarchum* τὰ ἀνδράποδα, de *captivis* Eretriensibus. Potuisset leniore vocabulo αἰχμαλώτους, uti deinceps, eos Scriptor describere: hic ex Persarum iudicio, quibus utique pro *mancipiis* capti illi, sive ἀνδραποδισμένοι post pauca. Mox [*lin.* 6.] ἀπικομένους ἐς τὸ ἄστυ speciem praefert, nihil amplius. WESS.

6. αἰτίη δὲ ἔσχε Ἀθηναίοισι *etc.*) Large coniecturis indulgetur. αἰτίη ἔσχε Ἀθηναίοισι non aliud erit ac Ἀθηναίους, et hoc ἀντὶ τοῦ, οἱ Ἀθηναῖοι ἔσχον αἰτίην, *Athenienses culpam sustinuerunt;* sic *Portus*, non considerato, ne quid amplius dicam, haec Athenienses non tangere, sed Persas. *Plutarchi* αἰτίην δὲ ἔσχον laudatore gaudet docto viro, acceduntque ex parte quadam libri αἰτίην ostendentes: tum mox [*lin.* 7.] αὐτοῖσι, uti duobus in Codd., oportebit. Sententia sane tolerabilis: *Ferebantur Atheniensibus ipsis Alcmaeonidarum fraude haec machinati.* Non raro enim αἰτίαν ἔχειν, idem ac *dici*, *nominari*, *ferri*, κατηγορεῖσθαι, *Casaubono* in *Athen.* IX. 2. [Animadv. T. V. p. 15. nuperae edit.] eiusque exemplo ad *Aeschin.* Dial. 1, 2. *Horreo*, docte monentibus. Sed enim ἔσχον nusquam in schedis. *Gronovii* sententiam, inpeditam multum, adnotationes explanant. Vulgata mihi non displicent, modo αἰτίη δὲ ἔσχε αὐτοὺς ἐν Ἀθηναίοισι struantur. Consimili-

ter lib. V. 70. τὸν δὲ Κλεομένεα εἶχε αἰτίη Φονεύειν: et cap. 71. Φονεῦσαι δὲ αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας: quae et in Porti penu. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

Ibid. αἰτίη δὲ ἔσχε Ἀθην.) *Plutarchi* editi lectio T. II. p. 862. c. αἰτίην δὲ ἔσχον, mihi, ut aliis, genuina videretur, nisi hic sequeretur αὐτούς. Αἰτίαν ἔχειν, ut saepe apud alios, apud *Plutarchum* etiam significat *dici*, *perhiberi*, ex. gr. T. II. p. 803. c. 807. E. 850. B. 959. E. 1134. B. vid. *Casaub.* in *Athen.* IX. p. 368. b. Mos usitatus scribendi illic quoque substitui potuit Herodoteo. Quod aliis diceretur, αἰτίαν ἔχουσιν Ἀλκμαιωνίδαι φονεῦσαι αὐτοὺς, vel τοῦ φόνου αὐτῶν, (ut *Aesch.* Eumen. vs. 582.) id *Herodoto* dicitur, φονεῦσαι αὐτοὺς αἰτίη ἔχει Ἀλκμαιωνίδας, V. 71. ut c. 70. τὸν Κλεομένεα εἶχε αἰτίη φονεύειν. Ad istam normam ordine suo hic verba collocari potuerant: αἰτίη δὲ ἔσχε αὐτοὺς (ἐν) Ἀθηναίοισι ταῦτα ἐπινοηθῆναι, *istud excogitasse perhibebantur apud Athenienses* ἐξ Ἀλκμαιωνιδέων μηχανῆς. *Plutarchi* tamen lectionem, si Codices praeberent, reciperem. VALCK.

CAP. CXVI. 2. ὡς ποδῶν εἶχον) *Medicei* ἧκον non capio; scribae peccatum ex εἶχον formasse videtur. Infra lib. IX. 58. ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον: et VIII. 107. ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος, sic enim scripti codices. WESS.

Ibid. Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ποδῶν εἴχοντο, τάχιστα ἐβοήθεον) Dubito sit-ne τὸ τάχιστα natum ex interpretamento; sed minime cunctanter corrigo, ὡς ποδῶν εἶχον. Hoc in talibus semper invenietur: ὡς ἕκαστος τάχους εἶχε· ὡς εἶχον τάχους· ὡς ποδῶν, vel ἢ ποδῶν εἶχον, apud *Thucyd.* p. 440, 6. 447, 39. *Demosth.* p. 740, 148. *Xenoph.* p. 309, 41. etc. *Herodotus* IX. 58. ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, *quantum quisque pedibus valebant.* VIII. 107. ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος restituetur ex Codd. vid. Diss. *Herod.* p. 129. et Clar. *Wess.* ad *Diodori* II. p. 628. De aquila eleganter *Aelian.* Nat. Anim. VII. 11. ὥσπερ οὖν ὁρμῆς τε ἅμα καὶ πτερῶν εἶχεν ἐμπηδᾷ, *quanto potuit maximo alarum volatu*, *Gesner.* *Livius* XXXV. 26. *cetera classis*, *praetoria nave amissa*, *quantum quaeque remis valuit*, *fugerunt.* Aut ad hunc e campo Marathonio properantium reditum, aut ad illud tempus, quo primum obviam ibant Persis, pertinet quod scribit *Clemens Alex.* I. Strom. pag. 418. VALCK. — Potuerat quidem abesse vox τάχιστα: potest vero etiam, pro copia praesertim quam amat

Noster, percommode locum suum tueri. Et verba quidem commode sic distinguentur: Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ποδῶν εἶχον, τάχιστα etc. Possis vero etiam τάχιστα tamquam ad ὡς pertinens accipere, quasi dixisset ὡς τάχιστα εἶχον ποδῶν. *S.*

4 *seq.* Ἡρακλείου - - ἐν ἄλλῳ Ἡρακλ.) *Duo illa Herculis templa Harpocration* etiam memorat in Ἡράκλεια, ubi *Valesius* attigit Herodotea. VALCK.

CAP. CXVII. 2. κατὰ ἑξακισχιλίους etc.) *Plutarchi* Malign. p. 862. D. iudicio, ἀνατέτραπται τῆς νίκης τὸ μέγεθος, καὶ τὸ τέλος εἰς οὐδὲν ἥκει περιβοήτου κατορθώματος, ob exiguum adeo caesorum numerum. Quod illi condonamus, nimium memori inscriptionis, Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Ἔκτειναν Μήδων ἐννέα μυριάδας. *Herodotus* veracis officium Scriptoris functus est, Atheniensium laudibus nec detrahens, neque, quod exprobratum acerbius, blandiens. Ceterum *Epizelus* Cuphagorae fil. recentioribus Πολύζηλος audit, *Plutarcho*, *Suidae*, *Stobaeo* et *Maximo Tyr.* Diss. V. ubi p. 513. Cl. *Davisius.* WESS. — De *Epizelo* etiam *Valckenar.* monuerat, ad cap. 114, 4. *S.*

10. λέγειν δὲ αὐτὸν ἤκουσα) Sic acceperunt ista nonnulli, ac si ipsum narrantem audisset *Herodotus* Epizelum; quae *ab aliis accepisse se* duplici formula significat. Contra IX. 16., τάδε ἤδη τὰ ἐπίλοιπα ἤκουον Θερσάνδρου: hinc utique longe diversum esset, λέγειν ἤκουσα (vel ἐπυθόμην) Θέρσανδρον. In his errantes recte corrigit eruditus Auctor *des Essais de Critique* p. 187. VALCK.

CAP. CXVIII. 4. ζήτησιν ἐποιέετο τῶν νεῶν) Corrigendum suspicor, ἐξέτασιν ἐποιέετο: neque enim quae adessent *quaerendae* naves erant, sed *perscrutandae*; νέαν ἀκριβῶς ἐξετάζων invenit Datis in Phoenissa nave signum Apollinis, a sacrilegis furtim atque inscio duce subreptum. Phrases sunt usitatissimae, ἐξέτασιν ὅπλων ποιεῖσθαι, vel ἀνδρῶν, vel τοῦ ἱππικοῦ. In Attica lege, quam habet *Petitus* p. 209., pro Γενέσθαι ζήτησιν, emendari debet, γενέσθαι ἐξέτασιν πάντων τῶν ἐγγεγραμμένων τοῖς Ληξιαρχικοῖς γραμματείοις: ut legitur in *Isaei* fragmento apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 175, 11. conf. *Harpocr.* in Διαψήφισις. VALCK. — Vocem ζήτησιν non debuisse sollicitari, ut taceam librorum omnium et *Suidae* (voc. Δᾶτις) consensum, vel frequens usus vocabuli ζητητής, *inquisitor*, poterat docere, de quo consuli *Harpocration* potest. *S.*

10. *ἐς Δήλιον τὸ Θηβαίων*) *Pausanias*, repertam in navi Phoenissa Apollinis imaginem Nostri verbis describens, traditam ait lib. X. c. 28. pag. 867. *Ταναγραίοις ἐς Δήλιον*, contractiore usus narratione. Namque in Tanagraeorum agro, ipsisque Boeotiae finibus maritimis *Delium* illud; de quo ad *Diodori* XII. 69. Multum autem conducunt ad *Herodoti* finiendam aetatem xx. isti, quibus evolutis in Tanagraeorum Delium Apollinis signum rediit, anni. WESS.

CAP. CXIX. 9. *Ἀρδέρικκα*) In barbara voce nihil tento, ignarus quid praestet: certum est, discrepare, situm si spectes, abs similis tituli loco lib. I. 185. *Philostratus* collocat, ex *Damidis* monumentis, Eretrienses in Medorum regione, unius, sed citati cursus, dici itinere a Babylone, Vit. Apoll. lib. I. 24. Itaque, nisi a *Damide* decipimur, medii ferme Susa inter et Babylonem sedes a Dario acceperunt. WESS.

13. *ἀρύσσονται*) Sic malui, ut propior ad verum via foret. Scripsisse *ἀρύονται* aut *ἀρύτονται* doctiores consentiunt: nam *Porti ἀῤῥύσσονται pro communi ἀναρύσσονται, hocque pro ἀναρύονται* placere non potest. Fontem *Philostratus* bitumine, oleo et *aqua*, *sale* neglecto, scaturiisse, inprudenter perhibet. WESS. — Vide *Var. Lect.* Quemadmodum perinde et *ἀφύω* et *ἀφύσσω*, sic perinde et *ἀρύω* et *ἀρύσσω* olim in usu fuisse probabile est; unde substant. *ὁ ἀρυστὴρ*, *haustrum*. *S.*

18. *τὸ δὲ ἔλαιον συνάγουσι ἐν ἀγγηΐοις, τὸ*) Horum ultima quatuor docta [si Deo placet] disputatione hinc Cel. *Gronov.* amovet. Tum equidem *τὸ δὲ ἔλαιον οἱ Πέρσαι καλέουσι τοῦτο ῥαδινάκην* ex schedis legerem, ut illud duntaxat oleum *Radinacen* Persae nuncupaverint. Habent tamen *τριφάσιαι ὁδοὶ*, quae amoliendis auxiliantur: *bitumen et sales statim ut diffusa sunt*, dicuntur *concrevisse*: et, quid *oleo* factum, tacebitur? At premere hoc renuo. De cultu, scribendi modo, et Eretriensium exsulum sepulturae ritu Philostrati *Damis* plura, nonnullis intempestivâ Clar. *Olearii* curâ perversis. WESS. — Non fere dubitandum videtur genuina esse quatuor ista verba, quae cum *Aldo* codices *Arch. Vind.* et *Pd.* agnoscunt, in pluribus quidem aliis neglecta. In eorum autem numero, qui illa ignorant, poni debuisse etiam *Pass.* videtur, qui deinde cum aliis, quibus

illa desunt, vocem τοῦτο inserit; quam vocem haud dubie eodem loco etiam codex *Med.* exhibet, licet adnotare neglexerit *Gronov.* Caeterum perantiquus et ad iudicandam *codicum Herodoteorum*, qui ad nostram aetatem pervenerunt, cognationem notabilis est iste Librorum dissensus. *S.*

CAP. CXX. 7. μετὰ δὲ αἰνέσαντες) Aeque concinnum αἰνέοντες ex membranis. Venerunt Spartani τῇ ὑστεραίᾳ τῆς μάχης in *Platon.* Menex. p. 240. c. WESS.

CAP. CXXI. 1. Quod hic legitur Θῶυμα δέ μοι, idem fuit in *Plutarchi* Malign. p. 862. F. olim, prava nunc et hiante oratione, sed facillime hinc sarcienda. WESS. — Lacunam apud *Plutarchum* ex *Nostro* supplevit nuperus Editor *Hutten*, Vol. XII. p. 310. *S.*

Ibid. οὐκ ἐνδέκομαι τὸν λόγον) Narratam sibi, vel ab aliis scripto mandatam, Atheniensium quorumdam suspicionem tot argumentis repellit *Herodotus*, ut in his etiam vexandis modum excessisse videatur *Plutarchus* de *Herod.* Malign. p. 862. E. et 863. contendens primum et solum *Herodotum* istam accusationem commemorasse: πρῶτος, inquit, ἀνθρώπων ἐπενήνοχας ἐγκλήματα. - - - σὺ κατηγορεῖς, εἶτα ἀπολογῇ· καὶ γράφεις κατ' ἐπιφανῶν ἀνδρῶν διαβολάς, ἃς πάλιν ἀναιρεῖς. ἀπιστῶν δὲ, σεαυτῷ δηλονότι, σεαυτοῦ γὰρ ἀκήκοας λέγοντος, Ἀλκμαιωνίδας ἀνασχεῖν ἀσπίδα νενικημένοις καὶ φεύγουσι τοῖς βαρβάροις. VALCK.

4 *et seqq.* Καλλίῃ - - Ἱππονίκου δὲ πατρί *etc.*) Horum vellem historicus mentionem omisisset, haud sane necessariam. Quod prioribus subdit *Plutarch.* de Callia et Hipponico, habet illud multo maiorem veri speciem; nam isthac certe via sibi videtur *Herodotus* occasionem parasse *Calliam* laudandi, *patrem Hipponici; patri*, sic legitur apud *Plutarchum*, προσάψας τὸν υἱὸν Ἱππόνικον, ὃς ἦν καθ' Ἡρόδοτον ἐν τοῖς πλουσιωτάτοις Ἀθηναίων. Ista quidem acerbissima videbitur criminatio consideranti quae *Plutarchus* alibi de *Herodoto* prodidit, suos etiam nonnunquam testes excitans, veluti *Diyllum* historicum Atticum p. 862. B. et 864. C. D. *Aristophanem* Boeotum, quaeque Nostro minus honorifica narrat *Dion Chrys.* in Corinthiaca p. 456. c. Sed ista *Plutarchi* difficultate non carent: neque enim *Herodoto* fuisse dicitur Hipponicus unus ex Atheniensium ditissimis, nec

primi istius Calliae filius Hipponicus aetate floruit *Herodoti*. Suspicor verba quaedam *Plutarchi* transposita sic in proximis olim fuisse lecta: Τοῖς δὲ Καλλίου τοῦ Φαινίππου χρησάμενος ἐπαίνοις, καὶ προσάψας αὐτῷ τὸν υἱὸν Ἱππόνικον, ὁμολογησεν ὅτι μηδὲν τῶν πραγμάτων δεομένων, ἀλλὰ θεραπείᾳ καὶ χάριτι τοῦ Ἱππονίκου (ὃς ἦν καθ' Ἡρόδοτον ἐν τοῖς πλουσιωτάτοις Ἀθηναίων) τὸν Καλλίαν παρενέβαλεν: ut Calliae laudes filiique Hipponici nomen in hanc historiae partem inculcasse dicatur, quo gratificaretur Hipponico, huius nominis in ista familia secundo, *qui*, καθ' Ἡρόδοτον, *aetate Herodoti, unus erat ex Atheniensium ditissimis*. Primus quidem Callias Phaenippi fil. fuit pecuniosus; sed secundus praesertim Callias, thesauro quodam ditatus, [conf. *Athen.* lib. XII. cap. 52.] filium reliquit Hipponicum itidem secundum, qui (*Plut.* I. p. 321. D.) Graecorum fuisse fertur ditissimus. Callias iste secundus, velut Princeps legationis ad Artaxerxem missae, *Herodoto* quoque memoratus in transcursu lib. VII. c. 151. Idem Aristidi velut aequali dissimillimus saepius opponitur: vid. celeberr. *Hemsterh.* ad *Luciani* Timon. pag. 157. Quod legitur apud *Stobaeum* p. 521, 13. ὅγι μὴ τῶν περὶ Ἀθηναίων ὁ πλουσιώτατος ἀμείνων ἦν Ἀριστείδου καὶ Σωκράτους (Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους) ἐν πενίᾳ τῆς ἀρετῆς: id mea sententia ferri nequit: scioli videtur adsumentum Θεμιστοκλῆς ὁ Νεοκλέους, et non nominatus Callias Hipponici fil. fuisse designatus: conf. *Aristides* Soph. T. I. p. 340. *Lucian.* T. II. p. 638. et 696. *Themist.* II. p. 36. D. Huius familiae historiam *non paucis adhuc difficultatibus impeditam* fatetur vir summus ad *Lucian.* [*Hemsterh.* ad Tim. l. 1.] Qui de illa egerunt, citantur ad *Diodor. Sic.* lib. XII. cap. 4. n. 23. VALCK.

CAP. CXXII. 1 *et seqq.* Καλλίεω δὲ τούτου *etc.*) Memorabile *Calliae elogium* cur trium Codicum scriptores contemtui habitum praeterierint, caussam non perspicio, nisi illi id ignorarint, adsutum aliunde. *Gronovio* cupide largior, rerum nexum, si omnia ista exsulent, non dissolvi: perhibere praeterea honoris et magnificentiae testimonium, quale vix aliud. Si *Herodoto* auferantur, id sane fatendum est, non indocti admodumque recentis esse hominis, sed adprime in *Calliae* negotiis et familia callentis. Pertinet eo victoria Olympica, quam Olymp. LIV.

indeptus est, νενικηκὼς ἵππῳ, ut scholia habent ad Comici Nub. vs. 284. *Io. Meursius* oblitus eorum, quae in *Herodoto*, inprudenter ex Critici Olympiade LIV. fecit τετάρτην καὶ ἑβδομηκοστὴν, sive LXXIV., de Archont. lib. II. 4. Pisistrati enim bonorum sector vitam tam longe haud extendit. De *Phaenippo Calliaeque gente* plura *Palmerius* Exercit. p. 754. et *Perizon.* ad Var. *Aeliani* XIV. 16. WESS.

Ibid. Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ *etc.*) Hic sane miror Codicis *Medicei* bonitatem, in quo nihil horum reperiri scribit *Gronov.* Quod viro clarissimo, idem mihi quoque verum videtur, quaecunque continentur hoc capite in laudem Calliae, ab alia fuisse manu adiecta, hominis forte non longe recentioris in gratiam Calliae cuiusdam vel Hipponici: atque idem sensisse videntur antiquarii, qui in Codicibus ista censuere praetermittenda: sed, si vel in omnibus legerentur, nihilominus indigna prorsus illa iudicarem *Herodoto.* Quibus illa modis lecta sibi *Plutarchus* excepisset, turpi adulatione in laudem ditissimae familiae composita! [At satis invidiose *Nostrum* incusavit *Plutarchus*, *Calliae* laudes non nisi *in Hipponici gratiam* ab illo huic narrationi fuisse insertas.] Horum conditor, imitator ille quidem *Herodoti*, sibi tamen nativam in scribendo faciem dissimulare non potuit. Prima illa, Καλλίεω δὲ τούτου ἄξιον πολλαχοῦ μνήμην ἐστὶ πάντα τινὰ ἔχειν, Sophistam sapiunt, non Herodotum; quem, isto nusquam modo loquentem, ordine verborum perturbato voluit imitari. ἄξιόν ἐστι sequente infinitivo non est Herodoteum, quantum memini. [At vide hoc ex lib. I. c. 14, 6. τοῦ μάλιστα μνήμην ἄξιον ἔχειν ἐστί.] *Sed cur tandem decet unumquemque istius Calliae* πολλαχοῦ *meminisse?* [Quidni vero πολλαχοῦ, *qualibet oblata* occasione, laudetur ab omnibus vir laude praecipua dignus?] τοῦτο μὲν, inquit, - - - τοῦτο δὲ, - - - τοῦτο δὲ - - -, tria nobis enumerat, propter quae memoratu videri deberet omnibus dignissimus: τοῦτο μὲν γὰρ, ait, τὰ προλελεγμένα ὡς ἀνὴρ ἄκρος ἐλευθερῶν τὴν πατρίδα. Quaenam illa tandem? virum praecellentem Pisistratum oderat invidus, et, ut erat pecuniosus, eiecti quae publicata fuerant emit. [At de eodem viro ibidem memoraverat *Herodotus*, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἔχθιστα ἐς αὐτὸν πάντα ἐμηχανᾶτο.] Τοῦτο δὲ, ait, τὰ ἐν Ὀλυμπίῃ ἐποίησε, ἵππῳ νικήσας etc.

Sed quid ibi fecit adeo prae ceteris laudabile? an forte *τἀπινίκια θύσας* totam panegyrin excepit convivio? nam *ἵππῳ νικῆσαι*, et *τεθρίππῳ δεύτερον γενέσθαι*, quod cum multis habuit commune, nihil adeo erat cur prae aliis Nostro memoratis Olympionicis posterorum esset memoria dignus. *Φανερωθῆναι ἐς τοὺς Ἕλληνας πάντας μεγίστῃσι δαπάνῃσι*: ea, opinor, laus, si quid illa est, Calliis et Hipponicis congruit. [Atqui est hoc illud ipsum, quod paullo ante requirebat Vir doctissimus, quaerens: *An forte τἀπινίκια θύσας totum panegyrin excepit convivio?* Sed et ipsae per se victoriae in illis certaminum solennitatibus reportatae quanta fuerint apud Graecos laudis materia novimus omnes: earumque mentionem ab eodem *Herodoto* in virorum quorumque elogiis, quos Musae eius illustrant, frequentissime factam videmus.] Quod addit denique *de filiabus*, in libro Oeconomico patribus forsan in exemplum proponi potuerat; sed propterea nunquam in historia *Herodoto* Callias fuisset dignus visus seculorum memoria. [Immo vero ipsa illa admirabilis amabilisque aequitas et indulgentia, qua adversus filias suas usus erat Callias, quo magis aliena illa fuit a constanti Graecorum more, tanto maiori laude et honorifica ad posteros commemoratione digna videri Scriptori nostro, optimo viro, debuit.] Tandem abiiciantur ista; et Herodotea male divulsa cohaerebunt. VALCK. — Ego vero mihi videor luculente satis ostendisse, immerito *νοθείας* adeo suspectam Herodotoque indignam visam esse Viris doctissimis istam de *Calliae laudibus παρενθήκην*. *S.*

CAP. CXXIII. 10. *ἔπαυσαν τοὺς λοιποὺς τυραννεύοντας*) Inculcarunt ex praecedentibus *λοιποὺς*, hic prorsus inutile. Non equidem nescio defensionem vocabulo quaesitam ex lib. VII. 41., sed debilem admodum. *Reiskii* coniectura postulat *τοῦ λοιποῦ*, *deinceps*. WESS. — Quum paullo superius, pro *λοιποὺς*, quod *Wess.* cum *Gronov.* receperat, *ὑπολοίπους* alii dederint libri, haud incommode *λοιποὺς* hic tueri suum locum posse videtur. *S.*

CAP. CXXV. 11 *seqq.* *ὁ δὲ Ἀλκμαίων πρὸς τὴν δωρεὴν - - τοιάδε ἐπιτηδεύσας προσέφερε etc.*) Primum *προσέφερε* scribi malim una litera auctius *προσεφεῦρε*. Aviditas Alcmaeonis, dono nondum contenta, *πρὸς τὴν δωρεὴν ἐοῦσαν τοιαύτην τοιάδε ἐπιτηδεύσας προσεφεῦρε*: *insuper talia commentus est.*

Commentum hominis ridiculum indignatus bis enarrat *Dion Chrys.* primum paucis sub finem Or. XVII. p. 253. deinceps explicatius et ad Nostri ductum, Or. LXXVIII. p. 659. Thesaurum scribit ingressum Alcmaeona χιτῶνα τε ποδήρη καταζωσάμενον, καὶ τὸν κόλπον ἐμπλήσαντα γυναικεῖον καὶ βαθὺν, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐξεπίτηδες μεγάλα καὶ κοῖλα ὑποδησάμενος· τέλος δὲ τὴν κόμην διαπάσαντα (leg. διαπάσαντα ex *Herod.*) καὶ τὰ γένεια τῷ ψήγματι, καὶ τὸ στόμα ἐμπλήσαντα καὶ τὰς γνάθους ἑκατέρας, μόλις ἔξω βαδίζειν, - - - γέλωτα καὶ θέαν Κροίσῳ παρέχοντα καὶ Λυδοῖς. In Herodoteis Diss. Clar. *Wess.* p. 116. obtulit κόλπον πολὺν, procul dubio genuinum: [*lin.* 13. ubi alii βαθύν.] illinc parum distant *manus quantum extendi poterant*, πολλαὶ χεῖρες dictae *Callim.* Hymn. Dianae vs. 27. *Sophoclis*, πολλὴν γλῶσσαν ἐχχέας μάτην in *Stobaeo* pag. 163, 27. quaeque dantur similia. VALCK. — Κόλπος πολλός, *sinus amplus.* Ut πλῆθος, I. 203, 6. 204, 4. IV. 123, 10. (ubi vide Adn.) sic et πολύς, de *amplitudine*, IV. 39, 8. 109, 9. VII. 14, 7. Verbum vero προσίσχειν sollicitatum nollem, peraptum huic loco; *ad donum illud* (scil. *capiendum*) *tale inventum adtulit Callias.* Ipsa illa notio, quam verbo προσειφεῦρε expressam *Valckenarius* voluerat, in verbo ἐπιτηδεύσας inest. *S.* |

12 *seq.* ἐνδὺς κιθῶνα μέγαν) Adiectivo ob *Med.* silentium infestior Cl. *Gronov.* fuit; non ego. *Dio Chrysost.* explicat χιτῶνα ποδήρη, bene satis, Orat. LXXVIII. pag. 659. B. Mox κόλπον πολὺν non adspernor, ob *Eustathium:* [vide *Var. Lect.* et Adnot. proxime praecedentem.] potuit utique ex rariore usu librariis displicere, et propterea mutari. *Dio* tamen γυναικεῖον καὶ βαθὺν sinum fuisse ait. Quod *Eustathius* autem κόλπον interpretatur τὸ ἄνω τοῦ πέπλου, minime laudo: inprobavit et *Gronovius* similem glossam *Varini Favorini*, ex *Homeri* sumtam explanatore. WESS.

16. παρέσαξε παρὰ τὰς κνήμας) *Harpocrationis* Ἀποσάξαντα, ἀντὶ τοῦ φράξαντα τὸ τρῆμα, καὶ ἀποπληρώσαντα, Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἕκτῃ, huc olim referri posse putabam, siquidem nulla huic verbo opportunior tota hac Musa statio. At vide, quae supra c. 44. disputata fuerunt. Κοθόρνους ubique instauravi, schedis et Scriptore lib. I. 155. praeeuntibus. Adsolent Iones Θ in T saepe convertere, vicissim quoque; nec promiscue in omnibus tamen. WESS. — Ad-

vertere quidem animum Editoris debuerat scriptura illa *κοτόρνους*, quam ter deinceps hac in pericope exhibet *Aldinum* exemplum. Sed suspectam eamdem reddere utique debuit quum aliorum omnium librorum dissensus, (nam etiam ms. *Pass.* cum aliis *κοθορν.* scribit, quem in *Var. Lect.* ad h. l. nominare oblitus sum.) tum quod a nemine Grammaticorum adnotata ista scriptura reperitur. Facere quidem cum *Aldo* videri codex *Med.* poterat, eo quod scripturam istam *Gronovius* tenuit, qui in Nota ad *lin.* 14. diserte etiam ait, in cod. *Med.* *κοτόρνους οὖς* scribi. Sed, aut valde equidem fallor, aut ista Notula solummodo ad vocem *οὖς* pertinet, quam ibi codex *Med.* cum *Ask. Pass.* et *F.* pro *τοὺς* habet: scripturam *κοθορν.* vero (quam in cod. *Med.* sicut in aliis repertum iri, si quis eum denuo excusserit, suspicor) enotare ex illo codice olim neglexerat *Gronov.* quum illum Florentiae tractaret, quemadmodum multa alia diligentiam illius effugisse compertum habemus. Virum vero doctum, qui *Aldinae* praefuit editioni, subinde contra praescriptum codicum, et praeter necessitatem, verborum formas obtrusisse *Herodoto*, quas ionismus requirere illi visus erat, iam idemtidem observavimus. *S.*

19. *διασπάσας*) *Dio Chrysost.* *τὴν κόμην διασπάσαντα καὶ τὰ γένεια τῷ ψήγματι* reliquisse, dubio caret: absurdum *διασπάσαντα* explosum merito est. Tangit Rhetor eandem historiam Or. XVII. p. 253. c. Quid *Tzetzae* oculos, ut Alcmaeonem dentibus comam, auro gravem, dixerit retinentem, praestrinxerit, non adsequor. Falsum certe et nugatorium de *Pindaro*, quasi eadem ille de Alcmaeone. Graecos eius interpretes ad Pyth. Od. VII. iustius nominasset. WESS.

26. *οὕτω τεθριπποτροφήσας*) In argumento secundo Nubium *Aristoph.* *ἡ τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν οἰκία --- ἐξ ἀρχῆς, ὡς φησὶν Ἡρόδοτος, τεθριπποτρόφος ἦν καὶ πολλὰς ἀνῃρημένη νίκας, τὰς μὲν Ὀλυμπιάσι, τὰς δὲ Πυθοῖ*, etc. *Bigis* primus Atheniensium *Alcmaeon victoriam reportasse* dicitur Olympiacam *Isocrati* Or. de Bigis p. 351. c. *ζεύγει πρῶτος Ἀλκμαίων τῶν πολιτῶν Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησε.* VALCK.

27. *Ὀλυμπιάδα ἀναιρέεται*) In laudibus Alcmaeonidarum apud *Pindarum* Pyth. Od. VII, 13. praeter alias sacrorum

certaminum victorias, *μία δ' ἐκπρεπὴς Διὸς Ὀλυμπίας*, a Criticis Megacli, Alcmaeonis patri, Olymp. XLVII. assignata: quorum quidem adfirmatio haud scio an Poëtae, unam duntaxat Olympicam Alcmaeonidarum lauream celebrantis, bene consulat famae, si Alcmaeoni, Megaclis fil., altera debeatur ex Nostri testimonio. Malim opinari, idem Olympici ludi praemium a *Pindaro* et *Herodoto* praedicari. WESS.

CAP. CXXVI. 5. τοῦ Μύρωνος, τοῦ Ἀνδρέω) Avus Clisthenis *Pausaniae* II. 8. Πύῤῥων est, ubi *Kühnius* Orthagorae Sicyonii tyranni filium censuit, *Andrei* sive *Andreae* non recordatus. Orthagoram, familiae principem, agnovi lib. V. 67., deditque eundem *Plut.* Ser. Num. Vind. pag. 553. A., *Σικυωνίοις μὲν Ὀρθαγόρας γενόμενος τύραννος, καὶ μετ' ἐκεῖνον οἱ περὶ Μύρωνα καὶ Κλεισθένην, τὴν ἀκολασίαν ἔπαυσαν*, verum *Myroni* titulum egregie asserens, in *Pausania* vitiosum ac reformandum. WESS. — Proavo Clisthenis nomen *Andreas* fuit, non *Andreus*. Ἀνδρέω in medio decurtatum ex Ἀνδρέεω, a nominat. Ἀνδρέας, ionice Ἀνδρέης. Sic Πυθέω VII. 181, 3. pro Πυθέεω, a nom. Πυθέας, ion. Πυθέης. Conf. *Var. Lect.* ad I. 180, 5. *S.*

CAP. CXXVII. 2. ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἷς ἀνὴρ ἀπίκετο) His quae proxima subiiciuntur apud *Athen.* XII. pag. 541. C. *εἵποντο γοῦν αὐτῷ χίλιοι μάγειροι καὶ ὀρνιθευταί*, verba videntur *Timaei.* De *Smindyridis luxurie Iac.* egit *Perizon.* in *Aeliani* Var. Hist. IX. cap. 24. attigerat *H. Vales.* in Exc. ex *Diodoro* p. 40. [Vide *Diodor.* T. II. p. 550. ed. Wess.] Illud *Herodoti*, *πλεῖστον - - - εἷς ἀνήρ*, adhibuit de *Antiphonte* oratore *Thucyd.* VIII. c. 68. *τοὺς ἀγωνιζομένους - - - πλεῖστα εἷς ἀνὴρ - - δυνάμενος ὠφελεῖν*, *unus omnium maxime.* Cyrus *Xenophontis* Ἀναβ. I. p. 159, 16. *δῶρα πλεῖστα μὲν, οἶμαι, εἷς γε ἀνὴρ ὢν ἐλάμβανε.* Conf. *Aesch.* Pers. vs. 327. Praeter Smindyridem ex Italia Sicyona venit [*lin.* 4.] procus Agaristae Δάμασος Ἀμύριος: sic enim pro Δάμας ὁ Σαμύριος optime restituit *Galeus* ex *Arch.* Ἄμυρις etiam Italiota proverbio fuit nobilitatus, de quo plura dedit ex *Pausaniae* Lex. *Eustathius* in Ἰλ. β'. pag. 225., quam *Diogenian.* Cent. III. Prov. 26. Oraculum, quo respiciunt, servavit *Athen.* XII. p. 520. A. Hos ex Italia procos Agaristae designari voluit *Dion Chrys.* XI. pag. 163. D. ubi *Plisthenis* nomini nomen *Clisthenis* cum *Casaubono* substituendum est. VALCK.

4. Δάμας ὁ Σαμύριος) Si *Arch.* et *Valla* parum inveniuntur, Δάμασος Ἀμύριος, *Damasus Amyris F.*, erit. Amyris iste propter προσποίητον μανίαν ἐθαυμάσθη apud *Eustath.* Iliad. B'. p. 298. 6. abstulitque σοφοῦ titulum. Venit ille Sybaritarum quidem ad Delphos legatus; quo minime negatur, *Siriten* domo fuisse. Praeclara ergo *Th. Galei* divinatio. WESS.

[7. οὗτος δὲ ἐκ τοῦ Ἰονίου κόλπου) Nisi in fine huius dictionis, ut in *Var. Lect.* hariolatus sum, vocab. μοῦνος intercidit; haud dubie, pro importuna hoc loco δὲ particula, aut δὴ scripserat *Herodotus*, ut lin. 16. et 21. aut μὲν, ut *lin.* 5. et eadem *lin.* 21. *S.*]

8. ὑπερφύντος τε Ἕλληνας ἰσχύϊ) Nihil muto. [Oblitus equidem eram in *Var. Lect.* adnotare, ἰσχὺν pro ἰσχύϊ scribi in *Arch.* et *Vind.*] *Pausanias* VI. 5. οἱ πάντες ἄνθρωποι θεραπεύουσι τὰ ὑπερέχοντα τῇ ἰσχύϊ. *Titormi robur corporis*, Milonis viribus exsuperantius, describunt *Aelian.* XII. 22. et *Athen.* X. 2. [cap. 4. nostrae ed. pag. 412. f. ed. Cas.] Ambiguum autem [*lin.* 9.] καὶ φυγόντος ἀνθρώπους explicatur verbis similibus lib. IV. 174. οἱ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι καὶ παντὸς ὁμιλίην, *qui fugiunt quemcunque hominem et cuiuscunque conmercium.* Poterat quoque [*lin.* 10.] τῆς Αἰολίδος pro bono putari, siquidem Calydon et pars Aetoliae *Aeolis* olim. *Hesychium* vide in Αἰολικὸν θέαμα, et quae ibi eruditissimus *Valesius.* At hic Codicum potior iussus. WESS. — Nescio quo casu accidit, ut in nostra *Var. Lect.* illa etiam *Wesselingii* Notula omissa sit, quae ad vocem Αἰτωλίδος *lin.* 10. spectabat. Est illa autem huiusmodi: „Αἰτωλίδος *Med. Pass. Ask. Arch. Paris. B. Valla*, cum *Ald.* „Αἰολίδος alii.“ Quod ita dixit Vir doctus, ut significaret, alios codices, illis exceptis quos nominavit, Αἰολίδος praeferre cum *Aldo.* Iam *Aldina* quidem editio et caeterae ante *Gronovium* Editiones Αἰολίδος utique exhibent: sed in Αἰτωλίδος cum *Med.* reliquisque non modo noster cod. *F.* verum etiam *Parisienses quatuor*, nisi me omnia fallunt, consentiunt. Puto vero cum eisdem facere *Vindobonensem*, e quo haec scriptura hanc ipsam ob caussam non enotata est, quoniam ille h. l. a *Mediceo*, cum quo collatus est, non discedebat. *S.*

11 *seqq.* Φείδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου παῖς Λεωκήδης, Φείδω-

νος δὲ τοῦ τὰ μέτρα *etc.*) Sunt haec turpiter interpolata, luxata certe et mutila. *Phidon*, qui pondera et mensuras Peloponnesiis invenit, et Olympiade VIII. Eleos certaminum praesidio privavit, multo prior Phidone est, cuius filius Leocedes inter procos Agaristae nomen profitebatur. Non latuit ea loci insulsitas viros praeclaros *Palmerium Gronoviumque*, quorum hic opitulaturus, Φείδωνος παῖς Λεωκήδης, ἀπὸ Φείδωνος δὲ τοῦ Ἀργείων τυράννου, τοῦ τὰ μέτρα *etc.* ille vero Φείδωνος τοῦ Ἀργείου παῖς Λεωκήδης, τυράννου δὲ Φείδωνος ἀπόγονος, τοῦ τὰ μέτρα *etc.* Quae ego quidem laudare, certa praestare non possum. Prisci Phidonis τυράννων τῶν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρισάντος memoria in *Pausaniae* VI. 22. WESS. — De superiore illo *Phidone*, emendationem *Gronovii* probans *Larcherus* accurate egit in Adnotatione ad hunc locum: et de aetate quidem illius ac de mensurarum ac ponderum usu, quem in Peloponnesum introduxisse perhibetur, ad Strab. VIII. pag. 358. ed. Cas. ad Plin. VII. 56. (57.) et ad Marmora Oxon. Epoch. 31. provocavit; de insolentia vero eiusdem in agonothetas Eleenses admissa, praeter *Pausaniam* a *Wess.* laudatum, ad eumdem *Strabonis* locum modo citatum. De eodem homine consuli potest eiusdem *Larcheri* Commentatio in Actis Acad. Inscript. T. XLVI. p. 43 seqq. *S.*

17. Ἀζὴν ἐκ Παίου) Conmode *Ortelius* et *Palmerius* Παίου κώμης ἱερεῖα ex *Pausaniae* Arcadicis cap. 23. conpararunt, quibus contento esse licet. Nam Παλαιοπόλιος, ex suspicione Cl. *de Pauw*, de Arcadiae Mantinea, locuplete caret teste, abitque longius. Multum quoque Codicum quorundam Παίγου πόλιος versavi, sed irrita opera. Certum est, Phormionem, Castores hospitio excipientem in *Plutarch.* T. II. p. 1103. A., diversum videri ab *Euphorione*, *Laphanis patre*: hic *Arcas ex Azania*, ille Spartiata, et dubiae hospitalitatis apud *Pausan.* III. 16. WESS.

27. ἐκ δὲ Θεσσ. ἦλθε) *Med.* et *Ask.* ἦρχε considerationem haud merebatur, quippe scribarum vitium, et a *Steph. Byz.* damnatum: quo in Scriptore Διακτορίδης γὰρ Κρανώνιος refingitur ἀνὴρ Κρανώνιος Miscell. Nov. Tom. IV. pag. 246., temere admodum. Ipsa sunt *Herodoti* verba, quae inportunum illud γὰρ resecandum, sicuti *Pinedo* et *Holstenius* perspexerunt, clare docent. *Scopadarum* familiam hinc Cel. *Perizon.* ad *Aeliani* Var. XII. 1. illustravit. WESS.

CAP. CXXVIII. [5. καὶ τῆς ὀργῆς) Ὀργὴ h. l. *ingenium*, *indoles*, *animi impetus*: qua de notione in Adnot. ad I. 73, 18. p. 86. dictum. *S.*]

6. καὶ συνάπασι) Prave scribebatur καὶ σὺν ἅπασι. Rectius supra, lib. V. 49. ὅσα οὐδὲ τοῖσι συνάπασι ἄλλοισι. Plura *Gronov.* lib. I. 98. Quod deinceps autem [*lin.* 8.] pro ἐν τῇ συνεστίῃ, ostentant libri ἐν τῇ συνεστοῖ, tale profecto adparet, ut progredientem iniecta quasi manu moretur. Antea [I. 85, 3.] ἐν τῇ ὢν παρελθούσῃ εὐεστοῖ de praeterlapsa felicitate admirati fuimus de absentia vero, τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης lib. IX. 84. Inde-ne ἐν τῇ συνεστοῖ, *in familiari usu ipsoque convictu*, deflectit? Equidem arbitrari id, Ionici moris gnarus, nequeo. Sed vide adscripta lib. I. 85. WESS. — Ut εὐεστώ et ἀπεστώ a verbo εἰμί, *sum*, derivantur: sic et vocab. συνεστώ, ab eodem verbo ductum, idem prorsus ac συνουσία, quod paullo ante positum, valebit. Atqui manifeste videtur Scriptor h. l. vocabulum ponere voluisse, quod paullo saltem diversum a superiore significatum haberet: Iam, ut συνεστίη, sic et συνουσία quidem *convivium* subinde significat, veluti II. 78, 1. sed συνουσία latiorem habet significationem, quamlibet etiam *conversationem* et *familiarem usum* indicans; nunc igitur illa generalior notio vocabulo συνεστίη, quod nihil aliud nisi *convivium* significat, restringitur. *S.*

CAP. CXXIX. 2. τῆς τε κατακλίσιος τοῦ γάμου) Est, cui placuit, τῆς τε κατακλήσιος τοῦ γάμου, *concludendarum nuptiarum*, dictione apud Graecos ignota, in Germaniae finibus frequente. Loci sententiam *Hippoclidae* verba explicant, ὅτι πάρεστιν ἢ μετὰ τῆς γυναικὸς ἢ μόνος κατακλιθησόμενος, *adesse se, ut aut cum Agarista aut solus accumbat*, in *Diodori* T. II. p. 550. Mox [*lin* 5.] κρίνοι ex membranis melius. WESS. — Germanicum vocab. *Beylager* id ipsum exprimit, quod κατάκλισιν τοῦ γάμου *Herodotus* dicit. *S.*

[7 *seq.* κατίχων πολλὸν τοὺς ἄλλους ὁ Ἱπποκλείδης) *Valla*, quasi προίχων τῶν ἄλλων legisset, *quum longe alios antecederet*: quam fere in sententiam etiam κατίχων τοὺς ἄλλους accipi posse *Corayus* (apud *Larcherum*) censuit: quo etiam tendit *Schulzii* (in Herodoti Bellis Persicis) ad hunc locum adnotatio. *Vallae* interpretationem quum tenuisset *Gronovius*, illius loco *Wesseling.* hanc posuit, *quum longe deti-*

neret; perapte ad consuetum verbi usum, sed sensu haud satis perspicuo. *Larcherus* in hanc partem accepit. *animos omnium advertens, attentionem omnium in se prae ceteris convertens.* Equidem, quum *continendi*, *cohibendi* notione passim *Herodotus* verbum κατέχειν frequentet, in eam fere sententiam illud h. l. interpretatus sum, quam *H. Steph.* in Thes. Gr. Ling. T. I. col. 1345. ex *Isocrate* adnotavit, dicens: „Invenio autem κατέχειν et pro *Cohibeo* vel potius „*Reprimo* loquentem, et quasi *Silentium* ei *impono*." *S.*]

[9. αὐλῆσαι ἐμμέλειαν) Tragicus saltandi canendique modus ἡ Ἐμμέλεια plerumque intelligitur, honestusque censebatur. Vide *Athen.* I. p. 21. e. XIV. 631. c. et *Hesych.* hac voce. Monuit vero idem *Hesychius*, eodem nomine ab *Aeschylo* satyricum etiam modum indigitari, qui aliàs *sicinnis*: atque ea notione forsan ἐμμέλεια h. l. fuerit accipienda. *S.*]

11. ὑπόπτευε) Sic Mssti; aliud nihil mutantes. Cl. *Reiskii* coniectura ἀπέπτυσε, *despuebat*, speciem praefert, sicuti et ἀπεσιώπησε, qua non auferor. Ὑπόπτευε Clisthenes, saltatorio illo Hippoclidae orbe viso, de proco *suspicatus levissima quaevis.* Potest alioqui ὑποπτεύειν, *limis* et *iratis oculis adspexisse* Clisthenem, ut ὑποβλέπειν, ὑπιδεῖν, innuere; de qua eius vocabuli dote erudite Cl. *Ernesti* ad *Callimachi* Hymn. Del. vs. 62. Scripsi post pauca [*lin.* 12.] ἐκέλευσέ οἱ ob Codices. WESS. — Vide *Var. Lect.* *S.*

14. Λακωνικὰ σχημάτια) In *Arch.* glossa adest, a *Galeo* dissimulata. Σχήματα sive σχημάτια saltantium lucem accipiunt ex magni Animadversoris lib. XIV. 6. in *Athenaeum.* [*Casaub.* ad *Athen.* XIV. p. 628. d. Conf. eumdem *Athen.* I. 21. e.] Iam, τὴν κεφαλὴν ἐρείσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν, sic *Zenobius* Cent. V. 31. eloquitur, ἐπὶ κρὰς κυβιστήσας, non ἐπὶ κρέας, quod *Schottus* vulgavit et male vertit, in adnotatis insuper delinquens varie. WESS.

16. τοῖσι σκέλεσι ἐχειρονόμησε) Attigit ista saepius et cum similibus comparavit *Eustath.* in *Hom.* Ἰλ. ά. p. 120, 44. ψ'. p. 1460, 21. Od. έ. p. 219, 10. [p. 159. 1334. et 1531. ed. Rom.] Contra τὸ χειρονομεῖν, *gesticulari*, ταῖς χερσὶν ὀρχεῖσθαι dixit *Antiphanes* apud *Athen.* IV. pag. 134. B., qui nobis XI. p. 482. E. ex Andromeda *Sophoclis* hunc unicum servavit senarium: Ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖς χθόνα; interpretatur *Eustath.* ἱππότης ἥκεις, ἢ διὰ πλοίου, p. 1281,

20. [p. 1205. ed. Rom.] Sed hoc ad aliud etiam genus referri potest, *D'Orvillio* Viro Cl. operose tractatum in *Chariton.* p. 395. et seqq. Alia quaedam notata sunt ad *Eurip.* Phoen. vs. 28., ubi omitti non debuerant *Philostrati* *ἱπποκόμοι τῶν καμήλων* e lib. II. de Vit. Apoll. c. 1. et ex cap. 6. *ἱππόται τῆς ἀγέλης ταύτης*, *elephantis equorum loco vecti*, *T. Hemsterh.* in *Lucian.* p. 401. Conf. *I. Meursii* Orchestra in *Χειρονομία*. VALCK.

22. *ἀπωρχήσαο γε μὴν τὸν γάμον*) Clisthenis dictum merito videbatur *Athenaeo* XIV. pag. 628. D. *χάριν καὶ σημεῖον διανοίας πεπαιδευμένης*. Optime *G. Budaeum* sequutus *H. Steph.* Thes. L. Gr. II. pag. 1485., interpretatur, *τῇ ἀσχημοσύνῃ τῆς ὀρχήσεως τὸν γάμον ἀπέβαλες*. *Herodoti* verbum *Suidas* adhibuit in Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. Ἐξωρχήσῃ τὸν γάμον scripsit *Zenob.* Cent. V. Prov. 31., monente *Küstero*.: conf. *Diogenian.* VII. 21. *Erasmus* et *H. Steph. Plutarchi* verba iam compararunt, quae leguntur in *Herodotum* acerbissima T. II. p. 867. B. Forte verbi memor in hac narratione *Aelianus* de Nat. An. XVI. 23. proprio significatu scripsit *τὸν πόλεμον ἐξωρχήσαντο*, de equis, qui in bello ad tibiam saltantes, excussis sessoribus cladem dominis attulissent. Ad *ἐξορχεῖσθαι* apta quaedam dedit *Laur. Normann.* in *Aristid.* p. 590. VALCK.

CAP. CXXX. 2 seqq. πάντας ὑμέας ἐπαινέω etc.) Similis Iovis ad uxorem filiasque excusatio in *Luciani* Dial. Deor. XX. 1., forsan ad hanc Clisthenis efficta. Ob eam autem Cl. *de Pauw* valde suspecta superior declaratio *ἀπωρχήσαο γε μὴν τὸν γάμον*: neque enim talia districte locutum dicere ista haec potuisse. Fortasse fuisse, *ἀπορχήσαιο γε μὴν τὸν γάμον*: h. e. *fili Tisandri matrimonium ita forte desaltes; vel quia haec gesticulatio mihi displicet, vel quia valetudinem tuam in periculum adducis hac saltandi forma.* Sic vir doctus, haud sane advertens superiore dicto *ἀπωρχήσαο etc.* Hippocliden spe nuptiarum prorsus excidisse, his vero blande reliquos conpellari procos. WESS.

10. *Μεγακλέϊ ἐγγυῶ παῖδα*) Oblatam accipiens conditionem Megacles mox dicebat *ἐγγυᾶσθαι*. In talibus ὁ διδοὺς ἐγγυᾷ· ἐγγυᾶται ὁ λαμβάνων, apud *Isaeum* p. 40, 37. 42. p. 41, 27. *Pausan.* IV. pag. 302. f. Eàdem significandi differentià multa distabant in Attico foro. VALCK.

CAP. CXXXI. 2. Ἀλκμαιωνίδαι ἐβώσθησαν) Oblitus horum *H. Steph.* in Recensu Vocum *Herodoti*, verba Scriptoris lib. VIII. 124. Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη --- ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα reformat ἐβώθη, facto ex ἐβοήθη, cui calculum non addo. Utrumque ex βόω, per Syncopen ex βοάω, genito; quod *Sylburgius* ad *Clenardum* et *Portus* ostenderunt. WESS. — Herodoteum ἐβώσθησαν vulgo diceretur διεβοήθησαν. In βωθῆναι insertâ literâ sequentis erat asperitas mollienda. VALCK.

[4. Κλεισθένης ὁ τὰς Φυλὰς etc.) Vide lib. V. c. 66. *S.*]

CAP. CXXXII. [1. ἐν Μαραθῶνι τρῶμα γενόμενον) Adiectum malles τρῶμα Πέρσῃσι γενομ. Sed ignorant id vocab. libri omnes. *S.*]

CAP. CXXXIII. 3. στρατευόμενοι τριήρεσι) Addi plerumque triremium numerus solet. Haud ergo scio an sperni τριήρεϊ debeat, ut *una triremi* Marathonem Parii cum Persis venerint. *Valla* ita et duo Codices. Malui [*lin.* 5.] πρόσχημα λόγου (quod lib. IV. 167.) ex *Arch.* WESS.

9. κατειλημένους) Herodotei moris esse κατειληθέντας ἐς τὸ τεῖχος et ἐντὸς τείχεος, nemo non novit. Itaque bene *Vind.*, a quo una littera alii differunt, uti saepe erratur. Vid. IX. 30. et 69., atque *D'Orvillium* ad *Charit.* VII. 3. p. 601. Qui ἐσπίμπων κήρυκας [*lin.* 10.] dederunt, numerum reddiderunt iusto auctiorem. WESS.

9. ἐπολιόρκεε Παρίους ἐγκατειλημμένους) Una de duabus litera praetermissa scripserat, opinor, ἐγκατειλημμένους, ut saepius in talibus κατειληθῆναι ἐς τὸ τεῖχος· ἐς τὴν ἀκρόπολιν· ἐς τὸ ἄστυ. Apud *Nepot.* c. 7. Miltiades *urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit. Ephorus*, e quo suam sumsisse *Cornelium* narrationem vidit *Lambinus*, apud *Steph. Byz.* in Πάρος, de Miltiade, Πάρον, ait, --- καθεζόμενος (προσκαθεζόμενος scribendum puto) ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον τῆς θαλάττης εἴργων. Mirarer quomodo scribi posset ad Κατέκλεισαν in *Scholiis* ad *Thucyd.* V. p. 367, 68. τουτέστι τῶν εἰσαγωγίμων ἢ τῆς θαλάττης αὐτοὺς ἀπέκλεισαν: nisi dederit *Thucydides*, ἐγκατέκλεισαν --- Μακεδονίας Ἀθηναῖοι Περδίκκαν, ut *Sophocles* dixit in Ai. vs. 1292. ἑρκίων ἐγκεκλεισμένους, pro ἐντὸς ἑρκίων κεκλεισμένους. VALCK.

10. ἐσπίμπων κήρυκας) Scripserat usitato, ni fallor, more κήρυκα, quod praebent margo *Steph.* et *Valla*. Ex

diversis proxima lectionibus sic constituerem: αἴτεε ἑκατὸν τάλαντα, φάς, ἢν μή οἱ δῶσιν, οὐκ ἀπονοστήσειν τὴν στρατιὴν, πρὶν ἢ ἐξέλῃ σφέας. [Vide *Var. Lect.*] Paulo post interpunctione mutata scribendum: καὶ. τῇ μάλιστα ἔσκε ἑκάστοτε ἐπίμαχον, τοῦ τείχεος τοῦτο ἅμα νυκτὶ ἐξήγειρο (vel ἐξῆγετο) διπλήσιον τοῦ ἀρχαίου. Scribi quoque potuit, τὸ τοῦ τείχεος, sed alterum praefero. *Thucyd.* IV. 115., ᾗ --- ἦν ἐπιμαχώτατον, nempe τὸ τείχισμα. *Xenoph.* p. 560, 13. VALCK. — Potest vero etiam, τοῦ τείχεος ad superiora relato, commode intelligi ἐπίμαχόν τι (vel μέρος, aut ἐπίμαχον χωρίον, ex I. 84, 15.) τοῦ τείχεος. *S.*

10 *seq.* ἢν μή οἱ δῶσι) *Aldi* aliorumque δώσειν calamo debetur aberranti; cetera *Florentinis* nihil concedunt, immo potiora sunt. Neque displicet ἀπαναστήσειν τὴν στρατιὴν, a *Valla* versum, et iudicio duorum Codicum probatum. Alterum certe utrum aut glossa aut corruptela est. In Paro Miltiadae studio oppugnata discrepat nonnihil *Ephorus* in Ethnicogr. voce Πάρος, et *Cornelius Nepos* Vit. Miltiad. c. 7., ubi *Lambinus*. Quod deinceps [*lin.* 15.] καὶ τῇ μάλιστα ἔσκε *etc.*. contendi cum lib. I. 84. poterit. WESS.

CAP. CXXXIV. 10. τὸ ἕρκος θεσμοφόρου Δήμητρος) *Septum templi*, ἕρκος Nostro, περίβολον dixerunt *Plato* T. III. p. 116. c. et saepe *Pausan.*, qui, nulla quoque templi mentione facta, lib. VIII. p. 664. περίβολον θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων, *Cereris et Proserpinae*, quarum *sacerdos* Herodotea fuit *Timo*: p. 675. ἐντεῦθεν ἐς τὸν ἱερὸν περίβολον τῆς Δεσποίνης (filiae Neptuni Cererisque) ἐστὶν εἴσοδος. *Septum* si Miltiadi licuisset ingredi Cereris, viro certe fas non erat εἶναι ἐπὶ τὸ μέγαρον. Sic eximie sanctius *penetrale* vocabant. *in quo mystica sacra* Cereris recondebantur. Attigit *Hemsterh.* in *Aristoph.* Plut. p. 275. et in *Lucian.* p. 136. vid. *Hesych.* in Ἀνάκτορον. In *Plutarch.* de Is. et Osir. p. 161. [p. 378. D. E.] ubi μέγαρα in μεγαλάρτια mutanda censebat ill. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* p. 673. legerem: Βοιωτοὶ, ὅτι τὰ τῆς Ἀχαιᾶς μέγαρα κινοῦσιν. Profano non licebat Miltiadi κινεῖν τι τῶν ἀκινήτων. De aliorum etiam *templorum interiori recessu* ἀνάκτορα frequenter *Euripides*, μέγαρον adhibet *Herodotus*. VALCK.

15. Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης) Nullum *Suidae* ἐπελθούσης in libris praesidium, et merito. *Sophocles* Elect. vs. 1118. Τί

δ' ἔστιν, ὦ ξεῖν; ὥς μ' ὑπέρχεται φόβος. Pluribus nihil opus. WESS.

CAP. CXXXV. 11. ἐκφήνασαν) Libet in hoc acquiescere, etsi uotabiliter *Arch.* ἐκφήσασαν. Mox οὐ Τιμοῦν εἶναι αἰτίην τουτέων [*lin.* 13.] Cl. *de Pauw*, deleto articulo, *non esse Timoun culpandam*, *sed* etc. [At perinde τὴν αἰτίην bene habet.] Eleganter *Liban.* T. I. p. 486. ἀλλ' ἡ κρίνασα θεὸς μὴ εὖ τελευτῆσαι τὸν μέγαν Μιλτιάδην, αὐτὴ τοῦτο τὸ κακὸν ἔπεμψε, haec Nostri aemulatus, addito accusatore Xanthippo. WESS.

CAP. CXXXVI. 5. τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκα) *Ephorum* sequitur probabiliter *Nepos*. *Scholion* est ineditum in *Aristid.* T. III. p. 292. Ἕνα λέγει τὸν Μιλτιάδην· ὅτε γὰρ ἐκρίνετο ἐπὶ τῇ Πάρῳ, ἠθέλησαν αὐτὸν κατακρημνίσαι. ὁ δὲ Πρύτανις εἰσελθὼν ἔξη (ἐξῃτήσατο) αὐτόν. ἡ δὲ αἰτία τῆς Πάρου αὕτη ἦν, καταδουλεῦσθαι τὰς νήσους τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ ἐξελθὼν εἰς Πάρον πρώτην, καὶ παρελθὼν τὸ (εἰς τὸ) ἱερὸν μεμολυσμένος αἵματι τῶν πολεμίων οἱ μὲν φασὶν ὡς βέλει ἐβλήθη· οἱ δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ τείχους κατηνέχθη· κατεαγῆς οὖν τὸν μηρὸν ὑπέστρεψεν ἄπρακτος ἀεὶ ἐκρίνετο. Postrema sic emendata sunt, κατεαγὼς οὖν τὸν μ. ὑπ. ἄπρακτος, καὶ ἐκρίνετο. VALCK.

6. αὐτὸς μὲν παρεὼν οὐκ ἀπελογέετο) In fine suae pro Miltiade apologiae *Aristides*, οὐδὲν πλέον, inquit, τοῖς δικασταῖς δείξαντα τοῦ τραύματος, οὐ δακρύσαντα, οὐ παιδία ἀναβιβασάμενον. Postrema rectius omisisset Sophista. In his sua *Nepos* debet, opinor, *Ephoro*. Secundum *Herodotum*, verba pro eo fecerunt amici, [*lin.* 8-10.] τῆς μάχης τε τῆς ἐν Μαραθῶνι γενομένης πολλὰ ἐπιμεμνημένοι, καὶ ὡς ἑλὼν Λῆμνόν τε καὶ τισάμενος τοὺς Πελασγοὺς παρέδωκε Ἀθηναίοισι. Si sic scripta Codex praeberet antiquus, voces τὴν Λήμνου αἵρεσιν ex nota marginali crederem adiectas. VALCK. — Perinde vero suspicari licebat, post τὴν Λήμνου αἵρεσιν intercidisse fortasse verbum aliquod, veluti ἐπιλέγοντες, aut in eamdem sententiam aliud. Sed fortasse etiam neutra opus erat coniectura. Verbum ἐπιμεμνημένοι proinde et cum accusat. et cum genit. casu iungi potest. Itaque, sicut et aliàs variare multis modis constructionem orationis amat *Noster*, et ab alio structurae genere ad aliud subito transire, sic fortasse et hoc ἀνακολουθίας genus, quod in vulgata huius loci scriptura consentientibus libris inest, licitum sibi iudicavit. *S.*

9. τῆς ἐν Μαραθῶνι) Quod schedae adiungunt γενομένης, necessarium quidem non est, Herodoteum tamen: conf. lib. VII. 1. Tale etiam τὸ ἐν Μ. γενόμενον τρῶμα, supra c. 132. Continuo nexum aut debebat scribi καὶ τῆς Λήμνου αἱρέσιος, quae *Pavii* doctrina, aut, quod et *Valckenario* Nostro in opinionem venit, ex parte tolli, legique καὶ ὡς ἑλὼν Λῆμνον etc. [Vide superiorem Adnot.] His iungo ex *Gruteri* Thes. p. ccccxxxviii. 6. epigramma priscum, ΠΑΝΤΕΣ, ΜΙΛΤΙΑΔΗ, ΤΑΛΑΡΗΙΑ ΕΡΓΑ ΙΣΑΣΙΝ ΠΕΡΣΑΙ, ΚΑΙ ΜΑΡΑΘΩΝ ΣΗΣ ΑΡΕΤΗΣ ΤΕΜΕΝΟΣ: cuius quidem ταλαρήϊα, si pingeretur, τὰ σ' ἀρήϊα, non morarentur lectores. Alia Cl. *P. Burmannus Sec.* ad Anthol. Lat. II. p. 195. WESS.

11. προσγενομένου δὲ τοῦ δήμου etc.) Venerat Miltiades in barathri periculum ex *Platonis* narratione in Gorg. p. 516. E.; cui adstipulatur *Aristides* T. II. p. 224. *Ed. Ieb.* Alii id reticent. sollemni in talibus variatione. Mox [*lin.* 14.] σφακελίσαντός τε τοῦ μηροῦ etc. ex Msstis cultum accepit: vulgati enim iteratum pronomen accidebat insuave. Supra quoque lib. III. 66. Cambysi similis sideratio, ubi vide de *Galeno*. WESS.

CAP. CXXXVII. 2. ἐπεί τε ἐκτὸς 'Αττικῆς etc.) Si qui ἐκ τῆς et ἐξεβλήθησαν melius opinabuntur, favebunt schedae. Certum est, ἐξελάθησαν, in his libris creberrimum, non recte a *Gronovio* ἐξελάσθησαν promulgari. Vid. lib. IV. 145. — Immo vide quae ibi in *Var. Lect.* ad *l.* 4. notavimus, et conf. eiusdem cap. 145. *lin.* 16. *S.*

[7. τὴν σφίσι ὑπὸ τὸν 'Υμησσὸν) In *Var. Lect.* monere debueram, in edd. ante *Schaef.* et in msstis omnibus σφίσι αὐτοῖσι aut σφίσιν αὐτοῖσιν (ut in nostro *F.*) scribi; nos vero cum *Schaef.* posteriorem abiecisse vocem, rectius facturos si in αὐτοὶ (sc. οἱ 'Αθηναῖοι) mutassemus *S.*]

8. μισθὸν τοῦ τείχεος etc.) Τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν signatur lib. V. c. 64. et ab Ampl. *Bouherio*, Diss. Herod. c. 9. p. 100. WESS.

10. τὴν πρότερον εἶναι κακήν) Quod paulo legitur ante, ἐοῦσαν, hic meo iudicio aptius esset, quam εἶναι: illic ad ambiguum evitandum omitti potuit: ἐπεί τε γὰρ ἰδεῖν τοὺς 'Αθηναίους τὴν χώρην, τὴν σφίσι αὐτοῖσι (*ipsis*, Pelasgis nempe) ὑπὸ τὸν 'Υμησσὸν ἔδοσαν οἰκῆσαι μισθὸν τοῦ τείχεος τοῦ περὶ τὴν

ἀκρόπολίν κοτε ἐληλαμένου. Ut *Valla*, cepit ista *Io. Meurs.* Cecrop. cap. 5. Conf. *M. Solan.* ad *Lucian.* T. II. p. 22. *Schol.* in *Eurip.* Phoen. vs. 24. [at ibi nihil huc spectans:] et in *Schol.* ad *Aristoph.* Av. vs. 833. Τυρσηνῶν τείχισμα Πελασγικόν, quod attigit *I. G. Graevius* in Prooem. ad *Callim.* VALCK. — At ἰοῦσαν (*l.* 7.) commode suum locum tuetur: hic τὴν, ionice pro ἣν positum, in oratione infinita recte cum εἶναι construitur, sicut ταύτην ὡς ἰδεῖν, et paullo ante ἐπεί τε γὰρ ἰδεῖν. *S.*

16. θυγατέρας τε καὶ παῖδας) Ultima tria suspicione premuntur haud iniusta: sexus sequioris si putentur, cum nullae tum ancillae, tueri sedem haud poterunt: τοὺς παῖδας ex Msstis ubi admiseris, quid fiet brevi secuturis, ὅκως δὲ ἔλθοιεν αὗται? Erant praeterea veteri more *puellae* ὑδροφόροι. Tali Gordium ἐντυχεῖν παρθένῳ ὑδρευομένῃ tradit *Arrian.* 'Αναβ. 'Αλ. II. 3. et apud Poëtam *Od.* K'. vs. 105. κούρῃ δὲ ξύμβληντο πρὸ ἄστεος ὑδρευούσῃ. Parum itaque absum a proscriptione earum vocum, laudibusque *Arch.*, suo eas suffragio damnantis. WESS. — Nisi prorsus abiiciendae, saltem (ut admodum suspectae) *uncis includendae* a nobis fuerant tres illae aut quatuor voces. *S.*]

27. ἄλλα τε δὴ σχεῖν χωρία, καὶ Λῆμνον) Ex margine ed. *Steph.* restitui potuerat καὶ δὴ καὶ Λῆμνον. Sic solent istae voculae adhiberi: I. 29. *Sardes venerunt* ἄλλοι τε, - - καὶ δὴ καὶ Σόλων. Cap. 129. καὶ ἄλλα λέγων - - καὶ δὴ καὶ εἴρετό μιν. IV. 150. ex Codd. scriptum, εἵποντο δέ οἱ καὶ ἄλλοι τῶν πολιητέων, καὶ δὴ καὶ Βάττος. VALCK. — Vide *Var. Lect.* *S.*

CAP. CXXXVIII. 3. πεντηκοντέρους κτησάμενοι) Opportunius στησάμενοι, *positis navibus*, videri potest; nisi tum demum naves sibi Pelasgos *parasse* placeat, quae vix credibilis de insulanis opinio. Rapuerunt autem insidiatores κανηφόρους παρθένους, πλεύσαντες εἰς Βραυρῶνα, teste *Philochoro* apud Scholiasten Venetum, a *Bongiovanni* publicatum, in Iliad. A'. vs. 465. [Schol. *Villois.* ad 'Ιλ. α'. vs. 594.] Vide ad lib. IV. 145. WESS.

8. γλῶσσάν τε τὴν 'Αττικὴν, καὶ etc.) *Herodotum* sequutus *Didymus* apud *Schol.* in *Eurip.* Hec. vs. 886. αἱ δὲ τοὺς παῖδας, inquit, τὴν πατρῴαν φωνὴν καὶ τὰ ἤθη ἐδίδαξαν. Quae succedunt ibidem vitiosa, οἱ δὲ συνήρχοντο τότε ἀλλήλοις, sic videntur corrigenda: οἱ δὲ συνήρχοντό τε ἀλλήλοις, καὶ, εἴ τις τύπτοι

ἀπ' αὐτῶν τινα, ἐβοήθουν ἅπαντες: expressa sunt ista ex Herodoteis, quae respicit *Eustath.* in Ἰλ. α΄. p. 119, 41. [p. 158. ed. Rom.] Conf. *Zenob.* Cent. IV. Prov. 91. VALCK.

11. εἴ τε τύπτοιτό τις αὐτέων) Vera *Reiskii* e Msstis correctio est. Critici in *Euripid.* Hecub. 887. καὶ εἴ τις τύπτοι ἀπ' αὐτῶν τινά, ἐβοήθουν ἅπαντες, sermone aliquantum mutato. Deinceps [*lin.* 14.] καὶ πολλὸν ἐπικρατέστερ ex schedis recipi poterit. WESS.

[15 *seqq.* καί σφισι βουλευομένοισι δεινόν τι ἐσέδυνε *etc.*) *Valla: considerantesque rem esse* **indignam** etc. *Wess.* cum *Gron: considerantesque* **indignatio** *quaedam intravit; Si autem isti pueri* etc. Iam pulcre quidem novimus, δεινὸν ποιεῖσθαί τι saepius commode reddi posse *indignari aliqua re:* (cf. III. 155, 7. ibique not.) sed cum verbo ἐσδύνειν (quod aliquanto etiam mollius quam ἐσέρχεσθαι est, et *subire, obrepere, insinuare se* significat) et cum his quae hic consequuntur, parum commode *indignandi* notio convenire videtur. Longe vero magis ab auctoris mente discedit *Iacobsii*, Viri clarissimi, interpretatio (in *Atticis* p. 385.) δεινὸν h. l. **crudele** Pelasgorum de occidendis pueris *consilium* intelligentis. Frequentissime δεινὸν apud Nostrum *rem metuendam, periculosam, periculum*, significat: I. 84, 8. 120, 22. 143, 3. 151, 9. VII. 157, 18. 203, 8. etc. Igitur hoc *Herodotus* dicit, *deliberantes illos incessit metus; subiit illorum animos cogitatio quid in posterum ab his pueris metuendum sit, si iam nunc* etc. *S.*]

23. τοὺς ἅμα Θόαντι *etc.*) *Thoantem* Hypsipylae pietate conservatum poëtae perhibent. Alia omnia *Herodotus*, vitii suspectus propterea *Casp. Barthio* ad *Papinii Stat.* Theb. V. vs. 328. *Nemo*, decernenti, *de Thoante hoc tradidit. Igitur duae voces ἅμα Θόαντι, aut glossema sunt, aut corrupta est prior, et legendum, παρὰ Θόαντος.* Quid si vero *Herodotus*, ut saepe, separatas ab aliis habuerit rationes? Habuisse autem, membranae clamant omnes, et laudati ad *Euripid.* Hecub. [vs. 887.] interpretes, καὶ μετὰ ταῦτα αἱ Λήμνιαι γυναῖκες τοὺς σὺν Θόαντι πάντας ἀπέκτειναν. δι' ἀμφότερα οὖν ταῦτα ἡ παροιμία ἐδόθη, τὰ Λήμνια κακά. Errant fateor in tempore necis, alioqui Nostro conspirantes plenissime. De famoso Lemniis dicto [praeter *Paroemiographos*] multa *Stanleius* ad Coëph. *Aeschyli* vs. 631. WESS. — De Lemniorum *virorum caede a mulieribus patrata* consuli *Apollo-*

dorus potest I. 9, 17. et *Apollon. Rhod.* I. 608 seqq. Quod vero de *Thoante* Herodotum separatas ab aliis auctoribus rationes habuisse scribit Vir doctissimus, pro ea sententia ad Euripidis Scholiasten frustra provocatur; quippe quem sua, loco citato, ex ipso Herodoto hausisse (partim quidem nonnihil mutata, partim vero memoriae lapsu depravata) dubitari vix potest. Credibile est utique, legisse eum apud *Herodotum*, quod et libri nostri exhibent, τοὺς ἅμα Θόαντι, suo vero arbitratu σὺν pro ἅμα, non discrepante sententia, posuisse. Sed illud h. l. quaeri haud immerito posse videtur, recte-ne verba ista Scriptoris nostri acceperint Interpretes, quos et ego imprudens secutus in Latinis posui, *maritos suos simul cum Thoante occidentes.* Id si ille voluisset, non τοὺς ἅμα Θόαντι scripturus erat, sed nude ἅμα Θόαντι ἄνδρας σφετέρους. Adiectus articulus indicat τοὺς ἅμα Θόαντι γενομένους, *qui cum Thoante* (i. e. *Thoantis aetate*) *vixerunt*: quo indicatur tempus, quo ea res gesta est; non negatur, caede exemtum per filiae pietatem fuisse Thoantem. *S.*

CAP. CXL. 4. κατανύσας) Utrum *Valla*, vertendo *solvens*, καταλύσας habuerit ante oculos, valde dubium: certe Scholion aut aberratio est, cuiusmodi καταστήσας *Arch.* Praecessit ἐπεὰν - - - ἐξανύσῃ - - - ἐς τὴν ἡμετέρην: reditque ἐξανύουσι lib. VII. 183. Apud *Diodorum* XIV. 103. scripti libri πεμπταῖος δὲ κατανύσας ἐς τὴν Μεσσήνην: antea καταλύσας, quod hic in *Etonensi.* WESS.

8. Ἡφαιστιέες) Lemnus δίπολις erat, quarum *Hephaestia* in parte insulae versus orientem solem, *Myrina* ad eius occasum; prodente, qui ad utramque invisit, *Galeno* lib. IX. Simpl. Medic. p. 118. Quo vero utraque modo Atheniensium in ditionem venerit, *Charax* in *Stephani* Ἡφαιστία memoravit, praeclarâ Cl. *Valckenarii* adiutus et defensus operâ. WESS.

Ibid. Ἡφαιστιέες μέν νυν ἐπείθοντο) In his quoque diversum ab *Herodoto* sequutus auctorem *Nepos*, tandem tamen, qui Lemnum incolebant, secunda fortuna adversariorum captos, narrat ex insula demigrasse. *Herodoto* tota dicitur insula sub Atheniensium redacta potestatem; nam primum, inquit, Ἡφαιστιέες ἐπείθοντο, tandem et coacti Μυριναῖοι παρέστησαν. Duae tantum erant urbes in insula Lemno, Μύ-

μνα, et Ἡφαιστία, quapropter dicta fuit δίπολις secundum alios et *Etymologum* p. 279, 5. conf. *Harpocrat.* in Ἡφαιστία, *Schol. Hom.* in Ἰλ. ά. 593. et *Berkel.* ad *Steph.* in Μύρινα. Sed ad *Herodotum* pertinet inprimis insigne fragmentum Chronicorum *Characis*, quod minus intellectum hactenus apud *Steph. Byz.* nobis fuit servatum in Ἡφαιστία. Priora istius fragm. verba sic reficienda videntur: Χάραξ - - - φησὶν, ὅτι οἱ Μυριναῖοι, τῶν Πελασγικῶν ὑποσχέσεων οὐ φροντίσαντες, ἀπέκλεισαν τῷ Μιλτιάδῃ τὰς πύλας, κἀκεῖνος πολιορκίᾳ παρεστήσατο αὐτούς. Sequentibus gravius vulnus fuit inflictum: Τῶν δ' Ἡφαιστιέων τύραννος ὢν φοβηθεὶς τὴν δύναμιν ἔφη χαριζόμενος τοῖς Ἀθηναίοις, φίλοις οὖσιν, ἐμπεδοῦν τὰ ὁμολογηθέντα ὑπὸ τῶν Πελασγῶν, καὶ ἀμαχεὶ παρέδωκε τὴν πόλιν. Est qui voci τύραννος subiectum ὢν deleri voluerit, vestigium veri nominis olim a *Charace* positi, τύραννος Ἕρμων. His fac subiecta fuisse, (τῶν Περσῶν) φοβηθεὶς τὴν δύναμιν, omnia recte se habebunt. *Hermonis* nomen satis commendabit *Zenob.* Cent. III. Prov. 85. in Ἑρμώνειος χάρις: ubi in eadem historia, diversimode narrata, Ἕρμων βασιλεύων τῶν Πελασγῶν ἐξέστη τῆς χώρας, τῇ μὲν ἀληθείᾳ τοῦ Δαρείου τὴν δύναμιν φοβηθεὶς, προσποιησάμενος δὲ ἑκὼν διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις τὴν χάριν. In *Characis* verbis, quod properanti *Salmasio* exciderat, *Berkelius* non debuerat in contextum inferre, κἀκεῖνος τὴν πολιορκίαν παρεστήσατο αὐτοῖς: illa vix Graeca; sincera sunt ante vulgata, κἀκεῖνος πολιορκίᾳ παρεστήσατο αὐτούς, *qui prius obsidione cinctos sub potestatem suam redegit.* De iisdem Myrinaeis *Herodotus*, ἐπολιορκέοντο, ait, ἐς ὃ καὶ οὗτοι παρέστησαν, *donec et hi in deditionem venerunt.* Conf. lib. VI. c. 99. *Demosth.* e. Androt. p. 386, 28. Eiusdem est p. 6, 25. Ὄλυνθον παραστήσεται. In istum sensum praeter ceteros bis terve παραστήσασθαι *Thucydides* adhibuit, docente *Dukero* in Add. ad p. 73. pro ὑποχείριον ποιῆσαι, et sic *Herodot.* IV. 136. III. 45. Attigit hunc usum *Schol. Soph.* Oed. in Col. vs. 910. VALCK.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM SEPTIMUM.

CAP. I. [*Lin.* 3. κεχαραγμένον) *Hesychius*: Κεχαραγμένος· ὠργισμένος. *Euripides* Med. 156. κείνῳ τόδε μὴ χαράσσου. *S.*]

8. πολλῷ πλέω ἐπιτάσσων) Optime Mssti; e quorum uno παρεῖχον perplacet. Sic suus sermoni color et nexus redibit. Statim καὶ πλοῖα, [*lin.* 9.] etsi quibusdam in Codd. neglecta, non removeo. *Arrianus* Indic. c. 19. Νῆες δὲ αἱ σύμπασαι - - - αἵτε μακραὶ καὶ ὅσα στρογγύλα πλοῖα, καὶ ἄλλα ἱππαγωγά, discrimen inter νῆας et πλοῖα adfirmans. *Gronovium* hic consule et *Valcken.* ad lib. VI. 48. WESS.

8. πολλῷ τε πλεῖον) Superfluum est τε, neque bene cohaerent πλεῖον - - καὶ νέας - - καὶ πλοῖα. Codicum lectio, *H. Stephano* et *Galeo* memorata, genuina est, πολλῷ πλέω: nam vicinis congruit, et formam vocis praebet Nostro usitatam; quem scripsisse suspicor πολλῷ πλέω ἐπιτάσσων ἑκάστοισι, ἢ πρότερον παρεῖχον, (nempe pro παρέχειν, παρεῖχον enotatum ex *Arch.*) νέας τε, καὶ ἵππους, καὶ σῖτον, καὶ πλοῖα, *naves bellicas*, et πλοῖα, ἱππαγωγὰ et σιτηγά: vide notata ad lib. VI. c. 48. VALCK.

10. Ἀσίη ἐδονέετο ἐπὶ τρία ἔτεα) Tueri sese πᾶσα potuisset, ni stetisset per schedas. *Appianus* Bell. Civ. lib. IV. [c. 52.] p. 995. τὰ ὑπερόρια πάντα πολέμοις - - - ἐδονεῖτο. *Herodianus* VII. 5. πᾶν δὴ τὸ Λιβύων ἔθνος εὐθέως ἐδεδόνητο. Non exscribo *Gregor. Naz.* Or. XXVIII. p. 483. D. neque *Agathiam Schol.* lib. II. p. 30. *Tzetzes* Chil. I. 870. τρεῖς ὅλους ἐπὶ χρόνους turbatam Asiam, conductasque undique copias scribit; seculi more, quo de *Hemsterh.* ad *Plut.* Comici p. 407. WESS.

CAP. II. [3 seq. ὡς δεῖ μιν etc.) ὡς, *quemadmodum*, *prout*, caussali notione, *quoniam*. Pronomen μιν quum ad *Darium* referatur, commodius utique videbatur, si libri de-

dissent, ὡς ἔδει μιν. Nunc, quoniam intelligi voluit Scriptor ad quemlibet Regem pertinuisse illam legem, proprie dicendum fuerat, ὡς δεῖ τὸν βασιλέα, ἀποδέξαντα διάδοχον, aut aliquid tale. Consequens particula οὕτω *lin.* 5. valet *ita demum*, nempe postquam regni successorem designavit. *S.*]

4 *seq.* ἀποδέξαντα βασιλῆα - - - στρατεύεσθαι) Secundum *Persarum legem*, soli forte memoratam *Herodoto*, *ante expeditionem susceptam a Rege designandus erat*, *qui*, si quid ipsi humanitus accidisset, *in regnum succederet*. Ex *Herodoto* non liquet, sic designatum successorem, si pater e bello salvus rediisset, cum illo velut collegam regnasse, quod viri docti tamen statuisse videntur: vid. *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 278 seq. Quam deinceps enarrat Darii filiorum litem *ab ipso Dario* secundum Xerxen pronunciatam, illam post patris obitum a patruo velut arbitro compositam, alium auctorem secuuti, tradiderunt *Iustinus* II. 10. et *Plutarch.* T. II. p. 488. D. hinc *Simson.* Chron. A. M. 3520. conf. *Iulian.* Or. I. p. 33. B. et *Spanhem.* p. 217. VALCK.

Ibid. κατὰ τὸν Περσέων νόμον) *Legem* hanc *Persarum*, solius, quod quidem memini, *Herodoti* testimonio cognitam, *B. Brisson.* Regn. Pers. lib. I. 9. tetigit. Lata prudenter fuit, ne, rege peregre fatis functo, de successione, damno civium, iure aut mage ferro disceptaretur. Eàdem caussà Eurystheus, in Heraclidas profecturus, Μυκήνας τε καὶ τὴν ἀρχὴν, κατὰ τὸ οἰκεῖον, Atreo conmisit apud *Thucyd.* I. 9. Quod *Iustinus* autem de Dario, ab Artaxerxe patre in regni societatem adscito, *contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte mutatur*, lib. X. c. 1. id hinc convellitur. Confer *Ez. Spanhem.* ad *Iuliani* Or. I. pag. 279. WESS.

9. ἐπρέσβευε Ἀρτοβαζάνης) Hinc *Hesychius*: Ἐπρέσβευε, πρεσβύτατος ἦν. *Thomas M.* in Πρεσβεύονται: Πρεσβεύω, καὶ τὸ πρεσβύτερός εἰμι: quam in rem haec adfert *Herodoti* et *Thucydidis* verba. *Sophoclis* Polynices Oed. in Col. vs. 1418. [1422. ed. Br.] Αἰσχρὸν - - - τὸ πρεσβεύοντ᾽ ἐμὲ Οὕτω γελᾶσθαι τοῦ κασιγνήτου πάρα: erat ille quidem secundum *Euripiden* natu minor; sed *Soph.* in eodem dixerat dramate vs. 366. Ὁ μὲν νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγὼς Τὸν πρόσθε γεννηθέντα Πολυνείκη θρόνων Ἀποστερίσκει. *Herodoti* Ἀρτοβαζάνης, (*Plutarcho* et *Themistio* p. 74. D. Ἀριαμένης, atque ita forsan

etiam dictus *Iustino*) *aetatis privilegio regnum sibi vindicabat*, καὶ ὅτι [*lin.* 12.] νομιζόμενον εἴη πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν. In his *Herodoti*, si vel in aliis non legeretur, ex *Eustathii* Codice scriberem, καὶ ὅτι νομιζόμενα εἴη: quem sic legisse liquet ex eius Comm. in Ἰλ. ά. p. 22, 6. et p. 44, 51. παρὰ Ἡροδότῳ νομιζόμενα, ἀντὶ τοῦ νομιζόμενον: ubi plura collegit similia. conf. *H. Steph.* in App. Thes. Ling. Gr. p. 46, 150. VALCK. — De nominis proprii scriptura vide *Var. Lect.* ad h. l. et Adnot. ad VI. 98, 8. Qui Ἀρτοβαζ. scripsere Graeculi, hi ad graecum vocab. ἄρτος originem Persiei nominis referebant. *S.*

12. ὅτι νομιζόμενα εἴη) Nullam νομιζόμενον litem experiretur, ni *Pass.* et *Eustath.* eam intenderent: caussam Ionum Atticorumque consuetudo, *neutris* huiusmodi *pluralibus* gaudentium, urget. Morem, quo natu maior filiorum postgenitis in regni successione antefertur, *iuri gentium* et *naturae* acceptum *Iustinus* fert, ut *Eusebius* Vit. Constant. l. 21. νόμῳ φύσεως. Videndus est *H. Grotius* Iur. Belli et Pac. II. 7. 13. et quae ibi eruditi conmentatores. WESS.

CAP. III. [2. Δημάρητος) Vide lib. VI. c. 70. *S.*]

6. ὡς ἡ φάτις μιν ἔχει) *Sicuti rumor de eo fert.* Quae quidem dictio tentanda non fuerat. Τούτους μὲν τοιαύτη φάτις ἔχει scripsit lib. VIII. 94. capite vero 5. post pauca, ἵνα λόγος τέ σε ἔχῃ. Nec multum *Pindari* abit *Pyth.* Od. I. sub fin. ἐχθρὰ Φάλαριν κατέχει παντᾷ φάτις. Aliâ, eâque iucundâ figurâ, lib. IX. 83. ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσιοφάνης: et *Euripid.* Helen. vs. 257. τὸ δ' ἐμὸν ὄνομα Μαψίδιον ἔχει φάτιν. Sed abstineo manum. WESS.

CAP. IV. [3. μετὰ ταῦτά τε καὶ Αἰγύπτου ἀπόστασιν) Requisiveram καὶ τὴν Αἰγ. ἀποστ. Sed ignorant articulum libri omnes. *S.*]

4. τῷ ὑστέρῳ ἔτεϊ) Anno a pugna Marathonia quinto; quandoquidem eam apparatus ad novum bellum triennalis excepit, et quarto anno Aegyptus defecit, Persarum excusso iugo, uti signatur clarissime c. 1. Supremum ergo diem Darius obiit sub annum Olymp. LXXIII. secundum. At haec uberius *D. Petavius* Doctr. Temp. lib. X. 23. et *H. Dodwellus* Ann. Thucydid. p. 44. WESS.

CAP. V. 3. τὴν στρατιῆς ἄγερσιν) Dixit στρατοῦ ἐπάγερσιν cap. 20. et στρατοῦ ἄγερσιν c. 48.; unde στρατιῆς ἔγερσις, exercitus quaedam ad praelium excitatio, longe differt: ut recte adeo, adprobantibus Codicibus, *Portus* ἔγερσιν στρατιῆς proscripserit. Saepe peccatur, ut aliàs ostendi, in στρατιὰν ἀγείρειν apud *Libanium*, *Procopium* atque alios: quae quoque inter ἀγείρειν et ἐγείρειν adfinitas in Poëta turbas concivit, monitore ad eum *Eustath.* p. 577, 17. [Iliad. p. 438, 38. ed. Bas.] Iustum praeterea καὶ δυνάμενος παρ' αὐτῷ μέγιστον, [*lin.* 4.] videlicet *Xerxe*, quod et *Diodorus* indicavit lib. XI. c. 1. Παρ' ἑωϋτῷ, laudatum alibi, non laudant schedae. Vide tamen *Abreschium* Diluc. *Thucydid.* pag. 714. WESS.

3. ἐποιέετο τὴν στρατιῆς ἔγερσιν) Ἄγερσιν recipiet ex Codd. munitum in Diss. *Herod.* p. 117. Ut hic Mardonius Gobryae fil. dicitur δυνάμενος παρ' αὐτῷ μέγιστον Περσέων, in excerptis e *Ctesia* Ἀρτάπανος ὁ Ἀρτασύρα παῖς γίνεται δυνατὸς παρ' αὐτῷ, καὶ Μαρδόνιος ὁ παλαιός. Paulo post in istis [*lin.* 9.] ἀλλ' εἰ τὸ μὲν νῦν ταῦτα πρήσσοις, quam vim indit clar. *Gronov.* voculae εἰ, illa vereor ut idoneis exemplis possit firmari. εἰ γὰρ pro εἴθε γὰρ poëtis frequentatur, quos imitatur Noster l. c. 27. VALCK.

14. ποιεέσκετο τήνδε) Ita scripsit: non ποιέσκετο, uti *Florentiae* alibique locorum. Ποιέεσκε IV. 78. et ποιεέσκετο Polymniae c. 119. analoga sunt, non illud. Vide *Etymolog.* p. 624, 30. Post dein [*lin.* 15.] περικαλλὴς χώρη, deleto intermedio et sermonem turbante εἴη, ex Codicibus sufficit. Recte Atossa in *Aeschyli* Pers. vs. 755. Mardonium adulatorumque gregem perstringit. WESS.

15 *seq.* χώρη - - - ἀρετήν τε ἄκρη) Recte *Valla* dederat *regionem summae bonitatis*, ut mirum sit alios hic interpretes [nescio quos; nam tenuit istud *Gron.*] aberrasse. Ἀρετὴν cuiusvis rei vocabant τὴν ἀρίστην διάθεσιν, ἢ καθ' ἣν ἄριστα διάκειται τὸ ἔχον. *Metopus Stobaei* p. 7, 11. ἕκαστον τῶν ἐόντων τέλειον καὶ ἄκρον γίνεται κατὰ τὰν οἰκήαν τᾶς φύσιος ἀρετάν, ut pro ἀρετᾶς φύσιν docte corrigebat Nobiliss. *Alb. Frisching* Bernas. *Phintidi* appud *Stob.* p. 443, 46. memorantur ἀρετὰ ἵππω, ἁ τᾶς ἀκοᾶς, et ἁ τῶν ὀπτιλῶν, *oculorum.* (ὄπτιλλοι *Hesychio* restituendum pro Ὀπτοιαλοί.) Similia dantur *Platonis. Archestratus* Athen. III. p. 105, A. Ἀλλὰ παρεὶς λῆρον

πολὺν, (lege λῆρον, πολυώνυμον) ἀσταχὸν ὠιοῦ· Εἰσὶν μὲν πλεῖστοι πάντων ἀρετῇ τε κράτιστοι ἐν Λιπάραις. VALCK. — In *Archestrati* versu mireris λῆρον πολὺν sollicitatum a doctissimo Viro. Nihil illà formulà apud Atticos frequentius: neque huius loci erat vocab. πολυώνυμον. Sana omnia reperies, modo memineris, (quod nos in nupera editione *transversà lineolà* initio versus positâ indicavimus) primum hexametri pedem, qui fortasse Οὐ μὴν sive quidlibet aliud fuerat, praetermissum a Deipnosophista fuisse; utpote ad id, quod ille voluerat, nihil facientem. *S.*

CAP. VI. 6. παρὰ τῶν Ἀλευαδέων) Graeciae Thessaliaeque hi proditores notantur lib. IX. 57. et a *Pausania* lib. VII. 10. [conf. Nostrum VII. 130 sub fin.] Luxus et opum ad sumtus tolerandos inmoderata cupido, ut semper, *Aleuadas* ad perfidiam duxit, *Critia* teste apud *Athen.* lib. XII. 6. p. 527. B. WESS.

Ibid. παρὰ τῶν Ἀλευαδέων) Larissaeos fratres *Aleuadas*, Ἀλεύεω παῖδας, memorat lib. IX. c. 57. Θώρηκα, Εὐρύπυλον, et Θρασυδήϊον. Hi Thessalos primum invitos (VII. 172.) Xerxi prodiderunt. *Pausan.* VII. p. 546. Ξέρξῃ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλαύνοντι Θεσσαλία δι' Ἀλευαδῶν προὐδόθη. Postea volentes etiam Thessali, a vicinis Phocensibus irritati, Persarum partes sunt sequuti: *Philostr.* Her. c. XIX. 15. In Epist. *Socrat.* 28. Alexander Graecis indicasse dicitur τὴν Ἀλέου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν: ubi scribendum τὴν τῶν Ἀλεύου, vel τὴν Ἀλευαδῶν. Vetus et nobilissima familia Larissae viguit *Platonis* etiam et *Demosthenis* aetate; habuit enim Larissae *Gorgias* discipulos Ἀλευαδῶν τοὺς πρώτους, *Platone* teste initio Menonis T. II. p. 70. quo spectat in Lex. *Timaeus:* vid. ibi p. 15. [p. 22. ed. sec.] clar. *Ruhnkenius*, et *Vales.* ad *Harpocr.* in Τετραρχία. Apud eundem *Harp.* ex *Demosth.* p. 142, 86. memoratus Σῖμος, εἷς τῶν Ἀλευαδῶν fuisse dicitur τῶν δοκούντων συμπρᾶξαι τῷ Μακεδόνι. Philippo, nec mirum, nobiles hi Thessali favebant, quorum maiores in Thessalia regnaverant, tum temporis a tyrannis vexata. VALCK.

12. πρὸς τούτοισι ἔτι πλέον *etc.*) Perfrequens πρὸς ἔτι τούτοισι lib. III. 65. IX. 110. invectum ἔτι exeludit. Confer *Abreschium* Dil. Thucyd. 112. His vero connexa pro valde mendosis Cl. *de Pauw* putans, προσωρέγοντο οἱ ἔχοντες ἀμφὶ Ὀνομάκριτον, *stimulos Onomacritus addebat*, formabat; esse

enim οἱ ἔχοντες ἀμφὶ Ὀνομάκριτον ipsum *Onomacritum*; quod equidem hodie non credo. Pingamus ex schedis *Parisinis* προσωρέγοντό οἱ, ἔχοντες *etc.*; et finis turbarum aderit. Nimirum Pisistratidae *amplius quid regi adporrigebant, vaticinum habentes Onomacritum*: haec verborum sententia. Hinc porro Onomacriti constat aetas, quam iusto priorem *Tatianum* statuisse et *Clementem Alex.* docuit *Vossius* Poët. Graec. c. 4. p. 23. et *Bouherius* Diss. Herod. c. 14. p. 154. Cur ille autem [*lin.* 13.] διαθέτης *oraculorum Musaei? Edissertatorem* dederat *Valla*, *venditorem* vir Celeb.; *Thomae Mag.* διαθέτης est ὁ καθιστῶν καὶ οἰκονομῶν, quidam quasi *dispensator ac interpres*. Διαθετὴρ καὶ δημηγόρος iunguntur in *Themistii* Or. XXVI. p. 321. D. Vide *Harpocrat.* in Διάθεσις, et *Ulpian.* ad *Demosth.* Olynth. II. p. 14.; namque προκαταλυσάμενοι [*lin.* 14.] cur pristina in sede sit statutum, admonitione non eget. WESS. — De scriptura verbi προσορέγοντο, neglecto ex ionica dialecto augmento, in *Var. Lect.* dixi. Quod vero ista, ἔτι πλέον προσορέγοντό οἱ Vir doctissimus interpretatur *amplius quiddam regi adporrigebant*, id fere ipsum etiam *Gronovius*, parum quidem latinum, nec satis perspicuum, in versione posuerat, quum in *Vallae* latinis *praetendebant* fuisset. Ferri utcumque utralibet interpretatio posset, si προσόρεγον vel προσώρεγον activâ formâ dixisset Scriptor: at passivo verbo προσορέγοντο haud dubie alia subiecta notio est, quam equidem in nostra versione ex *Schneideri* fere sententia (in Lexic. crit. proposita) expressi, *regi conciliabantur* scribens; rectius forsan scripturus, *ad regem se adplicabant, instabant regi, eumque urgebant.* Paullo minus est. sed eodem fere pertinet, quod infra *l.* 27. ait προσεφέρετο, *accedebat ad regem, cum eo agebat.* Praeterea suspicari licuerit, pro ἔτι πλέον fortasse ἐπὶ πλέον scripsisse auctorem: coll. Adnot. ad VI. 42, 1. *S.*

15. Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου) Genuinum τοῦ Πεισιστρατίδεω Codices exhibent, ut *Stephani* et *Arch.*; mox perversam lectionem τοῦ ἑρμηνέος, [*lin.* 17.] pro τοῦ Ἑρμιονέος: idem vitium haeret etiam alibi. *Onomacritus ab Hipparcho* dicitur [*lin.* 16.] *eiectus* ἐξ Ἀθηνέων, *a Laso Hermionensi deprehensus* ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμόν. Ante *Onomacritum Solon* simillima fraude Homereis interserto versu effecerat, ut de Salamine contendentes Megarenses ab Atheniensibus

vincerentur: praeter *Plutarch.* rem narrant *Diogen. Laërt.* I. 48. *Ulpian.* ad *Demosth.* p. 254. et *Eustath.* in Ἰλ. β'. p. 215, 42. Quod his στίχον ἐγγράψαι εἰς τὸν κατάλογον, vel ἐμβαλεῖν, et παρενθεῖναι πεπλασμένον, id *Herodoto* dicitur ἐμποιῆσαι, et *Pausaniae* II. p. 171. memoranti Ἡσίοδον ἢ τῶν τινα ἐμπεποιηκότων ἐς τὰ Ἡσιόδου τὰ ἔπη, συνθέντα ἐς τὴν Μεσσηνίων χάριν. Hinc distat quod idem scribit IX. p. 762. Ἡσίοδον ἢ τὸν Ἡσιόδῳ Θεογονίαν ἐσποιήσαντα de eo, qui ingenii filiolum *Hesiodo* contribuerat et velut in adoptionem emancipaverat. VALCK. — De similibus *Onomacriti* fraudibus vide *Fabric.* ad *Sext. Empir.* p. 136. et *Porsonum* ad *Eurip.* Orest. vs. 5. *S.*

19. ἀφανιζοίατο κατὰ τῆς θαλ.) Geminum c. 235. κατὰ τῆς θαλάσσης καταδεδυκέναι. *Plato* Tim. p. 25. D. Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη. Recte schedae. WESS.

27. οἵ τε Πεισιστρατίδαι) Addunt Codices eonplures καὶ οἱ Ἀλευάδαι, quae *Med.* et duo alii praeterierunt, fortasse scribarum ex simili terminatione lapsu; cuiusmodi omissionum in *Herodoti* Msstis prostant exempla innumera. Celeb. tamen *Gronovius* dispunxit, iuncta disputatione, cui rescribere nolo. WESS. — Vide in *Var. Lect.* notata. *S.*

CAP. VII. 2 seq. δευτέρῳ μὲν ἔτεϊ - - - πρῶτα στρατηΐην ποιέεται) Tempus Aegyptiae expeditionis et Graecae tractabitur c. 20; nunc, πρῶτα στρατηΐην ἐποιέετο in proximis fuisse primitus, moneo. Vide ad I. 205. WESS. — Aberravit calamus Viri praestantissimi: ποιέεται praeferunt edd. et scripti libri omnes: nec vero στρατηΐην ante *Wess.* edebatur, sed στρατιὴν consentientibus fere msstis, quod rectissime ille in στρατηΐην mutavit, quod et a nobis cum *Schaef.* VII. 38, 13. et 174, 2. factum. Conf. I. 71, 1. I. 171, 2. II. 111, 3. V. 77, 2. *S.*

5. πολλὸν δουλοτέρην) Tale πολλὸν ἐλάσσων I. 77. et δυνατώτεραι πολλὸν III. 103. ubi *Gronov.* *Achaemenem Ctesias* Pers. c. 32. Ἀχαιμενίδην fratremque Artaxerxis perhibet, aberrans. Res certa ex lib. III. 13. et *Diodoro* XI. 74. cladem Persicam et Achaemenis necem cum Olymp. LXXIX. 3. annoque Artaxerxis tertio conponente. WESS.

CAP. VIII. 2. σύλλογον ἐπίκλητον) Posteriores una voce σύγκλητον dixisse, quod scribit *Galeus*, non opinor:

concio populi extra ordinem Athenis coacta σύγκλητος ἐκκλησία *Demostheni* dicitur et *Aeschini*: concionem Argivam σύλλογον πόλεως et ἔκκλητον Ἀργείων ὄχλον dixit *Eurip.* in Or. vs. 728. et 611. ἀγορὴν *Homerus*: erat vero *Homero* βουλὴ τῶν ἐκκρίτων μόνων. Tale *Herodotus* intelligit *sanctius consilium*, quod ex delectis Principibusque Persarum constabat. ἀποκλήτους vocabant Aetoli: *Livius* XXXV. c. 34., *Apocletos - - vocant sanctius consilium: ex delectis constat viris.* Ἐσκλητὸν vel Ἐσκλητὺν Syracusani: *Hesych.* Ἐσκλητὸς, ἡ τῶν ἐξόχων ἄθροισις ἐν Συρακούσαις. *Eustath.* in Ἰλ. β'. p. 130, 30. Βουλὴν ἐποίει σύγκλητον· - - - ὅθεν Τραγικός τις, (*Soph.* Ant. vs. 165.) σύγκλητον λέσχην γερόντων τὸ τοιοῦτον ὠνόμασεν, Ἡρόδοτος δὲ σύλλογον ἐπίκλητον λέγει Περσῶν. VALCK.

5. ἔλεξε Ξέρξης τάδε) Totam Xerxis orationem, μετασχηματισμένην εἰς τὴν Ἀτθίδα διάλεκτον, exhibet *Dionys. Halic.* T. II. p. 307, 308., velut insigne specimen, quo demonstret, *Herodoti* λέξιν τῆς τε αὐστηρᾶς καὶ τῆς ἡδείας ἁρμονίας μέσην εἶναι. In hac quoque μέσῃ τῶν δυοῖν ἁρμονιῶν iuxta *Dionys.* περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 51. princeps eminuit *Homerus*; quem, longo tamen intervallo, proximi quinam hac in parte sint sequuti ibidem docet. VALCK.

8. οὐδαμᾶ κω ἠτρεμ. ἐπεί τε etc.) Attico loquendi more, aut vulgo Graecis usitato, *Dionys.* οὐδένα χρόνον ἠτρεμήσαμεν, ἐξ οὗ παρελάβομεν τὴν ἡγεμονίαν τήνδε παρὰ Μήδων. Vocem ἐπεὶ relinquere potuerat intactam, Atticis etiam usurpatam pro ἐξ οὗ, vel ἀφ' οὗ χρόνου. Ubi vulgatur in *Aristoph.* Equit. vs. 5. ἐξ οὗ, *Thomas Mag.* legit ἐπεὶ in voc. Εἰσήρρησε: quod vidit monuitque clar. *Io. Alberti* ad *Hesych.* in Ἐπεί. Hoc a Grammaticis saepe redditur ἀφ' οὗ, vel ἐξ οὗ, velut in *Aesch.* Choëph. 607. *Eurip.* Androm. 29. etc. [At ἐπεί τε, pro communi ἐπεὶ vel ἀφ' οὗ, Ionibus propria formula est.] In sequentibus nonnulla paulo melius scripta praebet *Dionys.* quam nobis vulgata prostant. In proximis, [*lin.* 11.] ἀλλὰ θεός τε οὕτω ἄγει, pro ἄγει legisse videtur ἐνάγει, *Herodoto* prae ceteris frequentatum; nihil enim aliàs habuisset causae, cur ἄγει altero [ἐνάγει] mutasset. θεῶν ἀγόντων *Sophoclis* est Oed. in Col. 992. *Xenoph.* Κύρ. Ἀναβ. VI. pag. 223, 3. ὁ θεὸς ἴσως ἄγει οὕτως. VALCK. — Potest vero etiam *Dionysius* interpretationis caussa ἐνάγει (i. e. *inducit, incitat, impellit*) pro ἄγει consulto posuisse. *S.*

22. ἵνα τὸ νοέω πρήσσειν ὑπερθέωμαι ὑμῖν) Legitur apud *Dionys.* ἵνα ἃ διανοοῦμαι πράττειν ὑποθῶ ὑμῖν. *Galeus* omnino scribendum hic in *Herodoto* censebat ὑποθέωμαι, atque id ipsum, alibi quoque reponendum alterius loco. Quanto rectius indicavit *H. Steph.*, probante *Wesselingio*, pro ὑποθέμενος corrigendum I. 107. ὑπερθέμενος τῶν μάγων τοῖσι ὀνειροπόλοισι τὸ ἐνύπνιον. *Rem cum aliquo communicare*, vulgo Graecis ἀνακοινῶσαι et ἀνακοινώσασθαι, usitatissima *Herodoto* phrasi dicitur ὑπερτιθέναι et ὑπερτίθεσθαί τι τινί. Exemplorum affatim collegerunt *H. Steph.* in Prolegom. (pag. 737. ed. Gron.) et *Portus* in voce. VALCK.

Ibid. ὑπερθέωμαι ὑμῖν) Unde in *Steph.* marginem ὑποθέωμαι accesserit, frustra indagavi: futile profecto est, laudeque et adprobatione *Galei* indignum. *Dionysius* quidem ὑποθῶ ὑμῖν, sed suo sermone; Noster suo. Sic ἀπικνέο μοι πάντως, ἵνα τοι αὐτὰ ὑπερθέωμαι lib. V. 24., multisque aliis locis in *H. Steph.* Recens. Voc. *Herodoti* et *Porto*. WESS.

26. καὶ Δαρεῖον) Toties πατέρα τὸν ἐμὸν Xerxes, ut congeminatio ista parum sit iucunda, iteravit. *Dionysius* et bonae notae Codices eam merito damnant. Statim [*lin.* 28.] pro Ionum ritu οὐκ ἐξεγένετό οἱ τιμωρ. belle *Arch.* WESS. — Vide *Var. Lect.* ad *l.* 26. *S.*

31. πυρώσω τὰς Ἀθήνας) Mardonius ad Regem, σὺ δὲ -- πυρώσας τὰς Ἀθήνας ἀπελᾷς lib. VIII. 102. *Eustathius*, παρὰ Ἡροδότῳ πυρῶσαι κεῖται τὸ ἐμπρῆσαι ἐν τῷ, πυρώσω τὰς Ἀθήνας· κεῖται καὶ ἡ λέξις παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, ἀμφικίονας ναοὺς πυρώσων ἦλθεν, ἤγουν καύσων: quae sunt Antig. vs. 290. WESS.

34. ἀπικόμενοι ἐνέπρησαν) Praecessit ἐλθόντες: et ἀπικόμενοι eadem verborum sequetur in periodo? Offensi repetitione *Pavius* ac *Reiskius* corrigunt, ille ἀδικόμενοι, sive, uti voluisse opinor, ἀδικεόμενοι: hic ἀπιστταμένῳ, *deficiente*. Quibus de coniecturis tantum observo, utramque a *Dionysio* pessum dari: legit is Herodotea, ut sunt, ἀπικόμενοι prudenter omittens; quo quidem sublato suus sermoni habitus integer et dignitas. Sunt sane in Musis redundantiae exempla similia, quibus lib. VI. 30. locus fuit. Mallem tamen, ut sedulo dicam, ne toties δὶς ταυτόν. Mox [*lin.* 35.] ἡμέας οἷα ἔρξαν grandius mihi adsurgit, et conmoto regi congruentius. WESS.

35. *ὑμέας οἷα ἔρξαν, ἐς τὴν σφετ.*) *Dionys.* ὑμᾶς [at recte *Sylburgii* codex ἡμᾶς dabat] οἷα ἔδρασαν, εἰς τὴν γῆν τὴν σφετέραν ἀποθάντες, --- ἐπίστασθέ που πάντες. Ad hoc exemplum Herodoteis duas voculas intersererem, unam eiicerem, ut legeretur, ἐς τὴν γῆν τὴν σφετέρην: deinde, οἷα ἔρξαν --- ἐπίστασθέ κου πάντες. Ut supra ἰθύοντα στρατεύεσθαι, *Dionys.* προθυμούμενον στρατεύεσθαι, sic in vicinis, [*lin.* 38.] ἀναρτημαι ἐπ' αὐτέους [recte αὐτοὺς noster ms. *F.* cum aliis] στρατεύεσθαι, interpretatur ἀνήρτημαι ἐπ' αὐτοὺς στρατ. Lib. VI. c. 88. Athenienses dixerat ἀναρτημένους ἔρδειν Αἰγινήτας κακῶς: in istum sensum ἐπηρμένος interdum ab aliis adhibetur. VALCK.

43. *ὁ ἥλιος ὁμουρέουσαν*) *Dionysii* schedarumque ὅμουρον ἐοῦσαν parilis est elegantiae. [Immo haud dubie multis modis hoc, quod ante *Gron.* edebatur, praestat alteri.] Xerxis iactantia plures incessit, numis inscribentes ex Poëta NON SUFFICIT ORBIS, uti Philippus II. Hispaniarum rex apud *I. Iac. Luckium*, Syllog. Num. pag. 279. Eadem Alexandri vanitas, καὶ ὅρος τῆς ταύτης ἀρχῆς, οὕτπερ καὶ τῆς γῆς ὅρους ὁ Θεὸς ἐποίησε, in *Arriani* Ἀναβ. V. 26., non reminiscentis egregios versus, quos patri Philippo paucis ante necem horis *Neoptolemus* accinuit Biblioth. *Diodori* XVI. 92. WESS.

49. *οὔτε ἡμῖν αἴτιοι --- οὔτε ἀναίτιοι*) Ista *Dionysio* restitui debebant pro οὔτε ἡμῖν ἀντίοι --- οὔτε Ἀθηναῖοι. [cf. c. 9, 6-11.] Quae his proxima subiecta erant in *Eton.* Cod. Ἡμεῖς μὲν τοσαῦτα ἀγαθὰ ἕξομεν, non lecta *Dionysio*, sunt interpolatoris. [Nec tamen indigna Scriptore nostro deberent videri, si modo vel unus insuper et alter ex diversa familia codex eadem exhiberet.] Pro χρήσει παρεῖναι, [*lin.* 53.] *Arch.* dat χρὴ συμπαρεῖναι: *Dionysius* δεῖ παρεῖναι. Idem *Dionys.* paulo post exhibet δώσω αὐτῷ δωρεὰν ἤδη τιμιωτάτην ἣ νομίζεται ἐν ἡμετέρᾳ: scripsisse videtur δωρεάν, ἣ δὴ τιμιωτάτη νομίζεται ἐν ἡμετέρᾳ: postremum, *Vallae* quoque repertum, adfirmat margo *Steph.* VALCK. — Quod *Vallae* versio in *nostra domo* habet, inde quidem satis tuto haud colligitur, reperisse illum in graeco suo codice ἡμετέρᾳ aut ἡμετέρῃ. Quam vero *Wesselingius* [*lin.* 55.] cum *Gron.* recepit scripturam ἐν ἡμετέρου, eamdem apud Nostrum iam I. 35, 18. observavimus, ubi vide a *Wess.* notata. Similiter vero etiam auctor Homerici hymni in

Mercur. vs. 370. ἦλθεν ἐς ἡμετέρου dixit. Quarum formularum mentionem in Additamentis ad *Bosii* Ellipses pag. 345. faciens *Schaeferus*, (idem Vir doctus, qui in *Herodoti* Editione utroque loco scripturam ἐν ἡμετέρου intactam reliquit,) „quibus machinis, ait, permirae huic locutioni sensus eliciendus sit, *Ilgenius* docet ad Hymn. Homer. pag. 443." Ipse vero *Schaeferus* doctissimo *Corayo* se adsentiri profitetur, in Notis ad *Heliodor.* p. 199 seq. scripturam istam, ἐν aut ἐς ἡμετέρου, ubicumque reperiatur, vitiosam iudicanti. Quibus ego Viris doctissimis facile largior, in his talibus locutionibus haud adparere quodnam substantivum nomen ad adiectivum ἡμετέρου subintelligi commode possit. Simul vero et illud, primum, velim reputari, nihilo magis adparere aut intelligi posse, qua caussa quove casu factum sit, ut pro eo, quod in promtu fuerat, ἐν ἡμετέρῳ, scil. οἴκῳ, ἐν ἡμετέρῃ, scil. χώρῃ, ἐς ἡμέτερον, scil. δόμον vel δῶμα, non uno loco, sed pluribus in veterum auctorum locis, probati alioquin codices (vide *Var. Lect.*) in miram istam scripturam ἐν ἡμετέρου, ἐς ἡμετέρου, consentiant. Deinde cogitari velim, quam multae reperiantur in omnium populorum linguis loquendi formulae, quibus, quantumvis cum iustae syntaxeos regulis pugnent, *usus* tamen, *quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi*, auctoritatem conciliavit. Quo magis Wesselingium probavi, ad eadem verba ἐν ἡμετέρου haec adnotantem: „Temeritatis foret, in scriptis *Dionysii* et *Herodoteis* exstans respuere. Vide lib. I. c. 35." *S.*

56 *seq.* ἵνα δὲ μὴ ἰδιοβουλεύειν ὑμῖν δοκέω, *etc.*) Est haec ultima *Xerxis* oratio verbis in speciem lenissimis concepta; arrogantissima, quam Regi tribuit *Valerius Max.* IX. c. 5., ubi, Graeciae bellum indicturus, Asiae principibus: *Ne viderer*, inquit, *meo tantummodo usus consilio*, (ἰδιοβουλεύων) *vos contraxi*: *ceterum mementote parendum magis vobis esse, quam suadendum.* VALCK. — Xerxes haec perorans, αὐθάδης καὶ μονογνώμων, quales in *Dionysii* Ant. Rom. II. p. 86. reges plures, videri non vult; reapse *parendum magis quam suadendum*, ut verissime *Valerius* IX. 5., innuens. WESS.

CAP. IX. 5. καταγιλάσαι ὑμῖν) Plures si ὑμῶν aut ὑμῖν prae se ferrent, pro reiiculo non haberem. Supra

V. 68. *πλεῖστον κατεγέλασε τῶν Σικυωνίων.* *Plato* pr. Lach. *εἰσὶ γάρ τινες οἱ τῶν τοιούτων καταγελῶσι.* Vulgatum in his libris crebrum. WESS. — Nolenti excidit doctissimo Viro, ut *ὑμῖν, ὑμῶν, ὑμέων* in ista Adnot. scriberet: *ἡμῖν, ἡμῶν, ἡμέων* in animo habuerat. Nam et *ἡμῖν* recte in contextu cum aliis omnibus edidit, et *ἡμῶν* in Var. Lect. ex ms. *Vind.* citavit: ac nescio an et *ἡμέας*, non *ὑμέας*, ex *Arch.* adnotari debuerit. Caeterum verbum *καταγελᾷν* aliaque similia, quae aliàs vi praepositionis *κατὰ* cum genitivo casu iungi solent, cum dativo construere *Herodotus* amat: vide III. 37, 5. 38, 2. 155, 8. IV. 79, 15. quo minus sollicitari debet scriptura h. l. vulgata. Conf. *Var. Lect.* VII. 10, 71. *S.*

10. *ὑπάρξαντας ἀδικίης*) Quia forte vox in *Arch.* cod. mendosa legebatur, miror in mentem venisse *Galeo*, ut *Herodotum* scripsisse putaret *ὑπάρξαντας ἀλίτας* [*peccatores*] *οὐ τιμ.* nisi forte scriptum voluerit *ὑπάρξαντας ἀδικίης ἀλίτας οὐ τιμωρησόμεθα:* nam verbum *ὑπάρξαι* apud *Herod.* in talibus semper participium vel genitivum sibi iunctum habet: I. 5. IV. 1. VII. 8. IX. 77. e quibus nihil hic novandum liquet. VALCK.

23. *ἐπεὰν γὰρ ἀλλήλοισι etc.*) Graecorum inscitiae ac stupori acceptum fertur, quod summis Achaeorum in laudibus apud *Polybium* XIII. 1. [cap. 3. nostrae edit.] Magni sane animi et bellum humano more administrandi argumentum olim sollemnis erat clarigatio: immo et iustitiae Tibarenorum studio geminum gentis eius institutum Critici ad *Apollon. Rh.* II. 1012. arcessunt. Ut nunc vero seculum est, Mardonii valet sententia; qui in alia omnia eunt, exploduntur. Lege Ampl. *Bynkershoekii* Quaest. Iur. Publ. I. 2. WESS.

28 *seq.* *κήρυξι - - - καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς*) Optime additur, *καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι:* *verbis* Graeci *dirimere* deberent *controversias*, *et quovis potius modo quam ferro atque armis.* Fefellerunt virum doctum voces *κήρυξι καὶ ἀγγέλοισι*, quae aeque pertinent ad *καταλαμβάνειν*, quam ad *διαχρεωμένους.* Ut hic *καταλαμβάνειν dirimere* controversias, sic lib. III. cap. 128. *ἐρίζοντας Δαρεῖος κατελάμβανε.* Sententiae Herodoteae congruit hoc *Eurip.* in Phoen. 518. *χρῆν δ' αὐτὸν οὐχ ὅπλοισι τὰς διαλλαγάς, Μῆτερ, ποιεῖσθαι· πᾶν γὰρ ἐξαιρεῖ λόγος, Ὃ καὶ*

σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν. Secundum *Isocrat.* Panathen. p. 267. c. veteres Athenienses aliarum civitatum *πρεσβείαις καὶ λόγοις ἐξαιρεῖν ἐπειρῶντο τὰς διαφοράς*: postea maluerunt *πολέμῳ μᾶλλον ἢ λόγοις τὰ ἐγκλήματα διαλύεσθαι*, quod de Lacedaemoniis dicitur apud *Thucyd.* I. c. 140. vere de Philippo apud *Lucian.* T. III. p. 516. Hinc in Epist. apud *Demosth.* pag. 94., *πότερον*, ait *Philippus*, *κάλλιόν ἐστιν ὅπλοις ἢ λόγοις διακρίνεσθαι.* VALCK.

34. *οὐκ ἦλθον ἐς τούτου λόγον, ὥστε μάχεσθαι*) Sentio hoc [*τούτου*, non *τοῦτον*] praestare. Si de colloquio Mardonius, tum certe *οὐκ ἦλθόν μοι ἐς λόγους* dixisset. Id voluit, *nunquam ad eius rei rationem et caussam*, ut secum in certamen descenderent, venisse. Congruit lib. III. 99. *ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται.* WESS. — Hoc loco *ἦλθον ἐς τούτου λόγον* videri poterat id significare quod in versione expressi, *induxerunt in animum*: at collato altero loco, III. 99, 11. intelligitur, *ἐς τούτου λόγον* apud Nostrum nihil fere aliud, quam *ἐς τοῦτο*, sonare. *S.*

36. *πόλεμον προσφέρων*) Quod hic vulgabatur *πόλεμον προφέρων*, a docto viro *bello praestans*, *κατὰ πόλεμον*, explicatur. Mihi ex *Arch.* *προσφέρων* potius; et eo quidem usu, quo *βίαν προσφέρειν*, *ἀνάγκην προσφέρειν*, atque alia. WESS. — Quam frequenter, quave de caussa, *πρὸ* et *πρὸς* permutari solent a librariis, neminem fugit qui vel primoribus labiis Graecas attigit literas. *S.*

[39. *ψευσθείην γνώμῃ*) Ferri hoc potest: malueram tamen *γνώμης*, sicut est VIII. 40, 8. *ἐψευσμένοι γνώμης*, et *ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος* IX. 61, 18. Et quamvis hic in vulgatum consentiant, quod sciam, libri; memini tamen in vetustis libris terminationes *ης* et *ας* cum *ῃ* et *ᾳ* (quae olim *ηι* et *αι* scribebantur) saepius permutatas observare. *S.*]

42. *ἀπὸ πείρης πάντα ἀνθρώποισι φιλέει γίνεσθαι*) *Manilii* nobilissimum, *Omnia conando docilis etc.* et *Theocriti* *πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται*, Idyl. XV. 62. simillima sunt. Statim *ἐπιλεήνας*, [*lin.* 44.] *leniens* et quasi *laevigans*; quale *λεήνας τὸν Μαρδονίου λόγον*, lib. VIII. 142. et *Clementis Alex.* Strom. VII. pag. 901. *τὴν τῶν λογίων ἀκριβῆ σαφήνειαν λεπτουργεῖν καὶ καταλεαίνειν*, sumta translatione a ruminantibus pecudibus, qua *Philo* de iisdem *τὴν τροφὴν ἐπιλεαίνειν*, et *ἐπιλέανσιν τροφῆς*, libri de Poster. Caini pag. 254. *ed. Mang.* Idem

Iudaeus Epicuri ἐπιντρώματα, sive *gulae scitamenta*, uti praeclare *Casaubonus* in *Athen.* XII. 12. [Animadv. Vol. VI. pag. 504. nuperae edit.] traducens, ἅ φασιν οἱ φιλήδονοι ἐπιδύσεις εἶναι τῶν προηγουμένων ἡδονῶν lib. III. Alleg. pag. 115. *eiusd. Ed.*, ubi ex Mstis, in quibus ἐπιάνσεις, ἐπιλέανσεις, posterius si pristinam in possessionem migraverit, redibit sententiae sanitas. Voluptatum priorum lenimenta quaedam indicantur. Verum haec non ago. WESS.

42. ἀπὸ πείρης πάντα) *Theocriteis*, πείρᾳ θὴν πάντα τελεῖται, Eid. XV. 62., *Herodoti* verba *Casaub.* admovit Lect. Theocrit. p. 273. His Mardonius dicitur [*lin.* 44.] ἐπιλεήνας τὴν Ξέρξεω γνώμην: ut Alexander Macedo λεήνας τὸν Μαρδονίου λόγον, VIII. 142., *molliens Mardonii orationem*, *Vallae.* VALCK.

CAP. X. 2 *seqq.* Ἀρτάβανος *etc.*) *Artabanus* gravi oratione fratris filio dissuadens expeditionem in Graeciam, dicendi praebuit Sophistis materiam: ex *Alexandri* μελέτῃ specimen nobis exhibet *Philostr.* de Vit. Soph. II. p. 575. VALCK.

7. ὥσπερ τὸν χρυσὸν *etc.*) Ista quidem aptissima multis placuit comparatio. *Isocrates* in Panathen. p. 240. D. ὥσπερ τὴν πορφύραν καὶ τὸν χρυσὸν θεωροῦμεν καὶ δοκιμάζομεν, ἕτερα παραδεικνύοντες, etc. *Dionys. Halic.* II. p. 202, 24. οὕτω καὶ χρυσὸς ἑτέρῳ χρυσῷ παρατεθεὶς κρείττων τι καὶ χείρων εὑρίσκεται. Vetus fuit dictum: Ἡ πορφύρα παρὰ πορφύραν διακριτέα. *Quinctilian.* Inst. Or. XII. c. 10. *Ut lana tincta fuco citra purpuram placet; at si contuleris etiam lacernae conspectu melioris obruatur, ut Ovidius ait.* VALCK.

8. ἐπεὰν δὲ παρατρίψωμεν ἄλλῳ χρυσῷ) Valde metuo, ut παρατρίψωμεν bonae sit valetudinis. Negant certe periti artifices mutuo auri frictu praestantiam eius metalli internosci discernique posse. Lydius lapis τῇ παρατρίψει τὸν χρυσὸν δοκιμάζει, quae *Theophrasti* de Lapid. pag. 397. verba; cognitissimumque illud est examen. Accedit ad haec dissensus *Arch.*, unde, ἐπεὰν δὲ ἑτέρῳ συγκρίνηται, *ubi vero cum alio conparetur*, si adprobetur, cessabit difficultas. *Vallae* Latina vergunt eodem, et similes priscorum sententiae. Una ex *Dionysii* Epist. ad Pomp. p. 126. sufficiet: οὕτω γέ τοι καὶ χρυσὸς ἑτέρῳ χρυσῷ παρατεθεὶς, κρείττων τε καὶ χείρων εὑρίσκεται. Quid faciendum ergo τῷ παρατρίψωμεν ἑτέρῳ χρυσῷ; exterminandum-ne, revocata *Arch.* lectione? Ha-

bet, ut sum professus, suum ea decus et conmodum; nimium tamen ab aliis deflectit schedis. Equidem, si παραβλέπειν eadem esset potestate, qua παραθεωρεῖν et παραθεᾶσθαι in rei cum alia conparatione gaudent, παραβλέψωμεν refingerem, cuius nunc simile exemplum desidero. Scribi poterit παραθεωρήσωμεν ἄλλῳ χρυσῷ, *contenderimus et spectaverimus ad aliud aurum*: poterit παραθήσωμεν aut παραβάλωμεν. Utrumcunque sumatur, constabit conparationis figura. Sed me doctiores considerent. WESS. — Non ego *Wesselingio* doctior: plurimum abest ut cum immensa doctrinae copia praestantissimi Viri, vel ulla ex parte, meam posse conferri tenuitatem putem. Haud aegre tamen intellexi, non sollicitandam esse vulgatam h. l. scripturam, sed in eam sententiam interpretandam, quam in Latinis nostris expressi; gavisusque sum, *Schneiderum*, doctissimum Virum, in Lexico critico, et *Schulzium*, in Notis ad Herodoti Bella Persica, mecum sentientes videre. Ut χρυσὸν παρατρίβειν ἄλλῳ χρυσῷ dixit *Herodotus*, sic apud *Theognidem* vs. 585. ed. *Brunck.* est χρυσὸς παρατριβόμενος μολίβδῳ, scil. εἰς βάσανον vel ἐν βασάνῳ. Scripturam codicis *Arch.* unice probavit *Larcherus*. *S.*

10. Ἐγὼ δὲ καὶ πατρὶ τῷ σῷ etc.) Artabani de Scythis ad fratrem dictum lib. IV. cap. 83. proditum prostat. WESS.

26. οὔκων ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε) Et hic haereo. *Gronovii* enim explicatio haud scio Artabani mentem an recte exponat. Hoc voluisse videtur: nec terra nec mari expeditionem prosperam fore: de terrestri coniecturam capi ex eventu in agro Attico posse: consimiliter de maritima, si ad praelium res devenerit, suspicandum. Quae Artabani si fuerit, uti ego arbitror, sententia, procedet melius nova periodo: Οὔκων ἀμφοτέροισι χωρήσει, ἀλλ' ἢν etc. *Ergo neutrubi succedet, sed si* etc. Praecesserat ἢ κατ' ἀμφότερα, [*lin.* 22.] ad quod reditum orator facit: sequetur cap. 11. οὔκων ἐξαναχωρέειν οὐδετέροισι δυνατῶς ἔχει, ἀλλὰ *etc.* simili ordine. Haec mihi plausibilia: aliis alia, neque intercedam, blandientur. WESS. — Quod cap. XI. lin. 16. legitur, οὔκων ἐξαναχωρέειν οὐδετέροισι δυνατῶς ἔχει, ἀλλὰ *etc.* id, licet in verborum constructione cum his, quae hic *lin.* 26 *seq.* habemus, similitudinem aliquam praeferat,

tamen longe diversam habet rationem. Ibi omnia plana sunt, et particula ὦν, quae in οὔκων (sive οὐκ ὦν malueris, quod perinde est) continetur, usitatâ maxime notione, *Itaque*, *ergo*, ponitur; hic orationis tenor et sententia loquentis non patitur, ut eâdem notione accipiatur illa particula. Non enim ex praecedenti oratione concluditur aliquid aut colligitur: sed ad aliud quidpiam pergit oratio, et ὦν particula nonnisi continuativam quamdam vim potest habere. Iam, sicut formula οὔκουν sive οὐκ οὖν saepe interrogationi inservit, (quo de usu conf. *Hermann.* ad *Viger.* not. 261.) sic et h. l. accipi poterit; sed ita, ut interrogatio idem valeat ac sententia adfirmative expressa cum praecedente particula conditionali εἰ, prorsus ut lib. IV. c. 118., 11. ubi vide notata. Itaque h. l. perinde est ac si dixisset Artabanus, εἰ ὦν οὐκ ἀμφοτέρῃ (i. q. κατ' ἀμφότερα, *lin.* 22.) σφι ἐχώρησε, sive χωρήσει. Conf. *Schaeferi* Notam ad *Bosii* Ellips. p. 758. *S.*

41. μὴ βουλεύεο) Non displiceret μὴ βούλεο, *noli quaeso.* Quis enim adeo suffenus, ut *consulto deliberet* in periculum se, ubi nulla necessitas, praecipitare? Nihil tamen innovo. Certum ex schedis [*lin.* 43.] δοκέῃ est Ionicum. WESS. — Vide ad *lin.* 41. *Var. Lect.* *S.*

46. εἰ γὰρ καὶ ἐναντιωθῆναί τι θέλει) Sic legerunt *Eustath.* et *Valla.* Recte *Eustath.* in Ἰλ. β'. p. 131, 38., οὐκ, ait, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀεὶ κριτέον τὰ καλὰ εἴτε καὶ φαῦλα: suumque illud dictum ex sententia firmat *Herodoti.* Vulgo perverse iudicamus ab eventu: πρὸς γὰρ τὸ τελευταῖον ἐκβὰν ἕκαστον τῶν προϋπαρξάντων ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται, *Demosth.* pag. 5. quum tamen, ut scribit *Thucyd.* I. 120., πολλὰ κακῶς γνωσθέντα, ἀβουλοτέρων τῶν ἐναντίων τυχόντα, κατωρθώθη· καὶ ἔτι πλείω, καλῶς δοκοῦντα βουλευθῆναι, ἐς τοὐναντίον αἰσχρῶς περιέστη: quia τὴν εὐβουλίαν saepe fortuna destituit: τοῦ εὐτυχεῖν καὶ τοῦ καλῶς βουλεύεσθαι - - - οὐχ ἅμα ἡ κτῆσις παραγίνεται τοῖς ἀνθρώποις, *Demosthen.* contr. Aristocr. p. 421. VALCK.

50 *seqq.* Ὁρᾷς ὡς τὰ ὑπερέχοντα *etc.*) Ubi haec descripta prostant apud *Stobaeum* p. 190., rectius ista scripta leguntur, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει: sic legit et *Valla*; *parva vero nihil laedit.* Praebet etiam *Stobaeus* ἀποσκήπτει βέλεα et ἐφθάρησαν, utrumque genuinum. Qui *superbos sequitur ultor*, φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν, sive τοὺς μεγα-

λιγυοφρήσαντας, ὡς πλεῖον φρονεῦντας, ταπεινῶσαι, ut loquitur *Xenoph.* Κυρ. Ἀναβ. VI. pag. 223, 3. vid. *Aeschyli* Pers. vs. 829. VALCK.

52. οὐδέν μιν κνίζει) Considerarunt haec docti viri, ac si οὐδὲ μὶν esset: inde, *nihil laedit*, *nec leviter laedit*, aliaque, ad Artabani mentem concinue. Ut nunc sunt et Codices volunt, bene eruditissimus *Th. Reinesius* Var. Lect. III. 5. *ipsum non*, sive *nihil* potius, *angunt:* sic cap. 12. καὶ Ξέρξεα ἔκνιζε ἡ Ἀρταβάνου γνώμη: *Xerxemque angebat Artabani sententia.* Idem *Reinesius* οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι [*lin.* 51.] bene explicuit, *non sinit ultra adparere*, *efferri*, *ostentare se*, quippe ἀφανισθέντα et in nihilum redacta, lib. II. Var. Lect. c. 5.; cui iungi *Valckenarius* poterit ad Tragici Phoeniss. vs. 93. WESS. — Φαντάζεσθαι nonnumquam simpliciter *conspici*, *adparere*, significat; ut apud *Euripid.* loco cit. et passim alibi; similiterque apud *Nostrum* IV. 124, 9. ubi synonyma sunt ἀφανισθῆναι et οὐ φαντάζεσθαι. conf. VII. 15, 10. Sed h. l. amplius aliquid dici facile intelligitur; quod haud incommode *Valla* expressit, *nec sinit insolescere.* Scilicet, quemadmodum φαντασία non modo *speciem*, *visum*, *adspectum*, sed subinde et sigillatim *maiorem quamdam et insigniorem speciem* significat; (vide Lexicon Polyb. p. 645.) sic verbum φαντάζεσθαι h. l. denotat *insignem aliquam prae se speciem ferre atque ostentare.* Conf. *H. Stephani* Thes. T. IV. pag. 57. a. Iam vero κνίζειν non tam *angere* significat, quam *pungere*, *mordere*, *irritare.* ἔκνιζε αὐτὸν τῆς γυναικὸς ἔρως, VI. 62, 1. non *anxit*, sed *pupugit*, *ussit illum amor. Xerxem* VII. 12, 2. ἔκνιζε, non *anxit*, sed *pupugit*, *momordit*, *irritavit* Artabani oratio. Hoc loco, quemadmodum mox *Deus* (φθονήσας) *invidere* dicitur *arrogantibus;* (qua de locutione vide ad I. 32, 6. et ad III. 40, 8. notata;) sic κνίζει μιν significat *invidiam illius movent*, i. e. *vindictam eiusdem in se vertunt.* In *Var. Lect.* ad hunc locum, ubi vitiose excusum „puto ex *Paris.*“ facile intelligitur „puto et *Paris.*“ debuisse. *S.*

53. τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει βέλεα) Optimi hoc coloris est: τὰ βέλεα ex *Med.* nimium. Opportune *Sophoclis* Hercules, Trach. vs. 1103. ἐγκατάσκηψον βέλος πάτερ κεραυνοῦ. WESS. — Immo vero percommode τὰ βέλεα dedere probati libri, *tela sua*, vel *tela illa*, quae paulo ante verbo

κεραυνοῖ indicata sunt. βέλος de *fulmine* dixerat idem Noster IV. 79, 9. τὰ τοιαῦτα h. l. ad δένδρεα pertinet, significatque τὰ μέγιστα. *S.*

57. δι' ὧν ἐφθάρησαν) Verbi vim agnovit Cel. *Gronovius*; [scil. *extremam* indicari *perniciem*:] ego, quod ille recusavit, suum in locum reposui. [nempe ἐφθάρησαν recepit *Wess.* quum ἐσφάλησαν in contextu tenuisset *Gronov.*] δι' ὧν ita si pingatur, metum tonitruque aptum est indicare. Cultius erit multo et Herodoteo schemate δι' ὧν ἐφθάρησαν, loco διεφθάρησαν, quod supra positum. Talia κατ' ὧν ἐπλάσαντο, ἐξ ὧν εἷλον, ἐν ὧν ἔπλησαν lib. II. 85. 86. 87. Elegans haec Cl. *Reiskii* coniectura et iusta. *Stobaei* ἀξίως primam amisit syllabam ob similem praecedentem. WESS. — Verbum ἐφθάρησαν in *aoristo tempore*, (sicut alia paulo ante, in eadem oratione) de eo quod *fieri solet*, nempe quod *saepe factum est* itemque *in posterum fiet*; usitato Graecis more in sententiis generalibus et in proverbiis. *S.*

[64. λόγους ματαίους dicit non modo *vanos* et *temere iactatos sermones*, sed et *iniuriosos*, sicut cap. 15, 5. et III. 120, 4. VI. 68, 8. *S.*]

68 *seqq.* διαβολὴ γάρ ἐστι δεινότατον· *etc.*) Eadem *Pindari* mens Pyth. Od. II. fin. Βροτῶν ἄμαχον κακὸν ἀμφοτέροις διαβολιᾶν ὑποφάτιες, ubi Graeci interpretes, ἀμφοτέροις καὶ τῷ διαβαλλομένῳ καὶ τῷ πρὸς ὃν διαβάλλουσι. Non addo *Dion. Chrysost.* Or. XI. p. 185. c., nec Iudaeorum scite dicta apud *Buxtorfium* Lexic. Talm. p. 1160. Consequens οὐ παρεόν τι [*lin.* 71.] κατηγορέων defendit *Gronovius*, neque caret patronis. Accommodatius mihi οὐ παρέοντος ex orationis iusta serie. Licebit credo in ista Codicum discordia hoc amplexari. WESS. — Ex *Flor.* codicis lectione, quam *Stobaeus* etiam exhibet, sensum eruit *Gronov.*; mihi videtur inter diversas sincera, quam praebent margo *Steph.* et *Valla*, οὐ παρεόντος κατηγορέων. Absentem dum accusat calumniator ἀδικέει: quia ὁ τῇ διαβολῇ λάθρα χρώμενος ὅλον τὸν ἀκροατὴν σφετερίζεται, - - - - τὴν ἀπολογίαν τῷ λαθραίῳ τῆς κατηγορίας παραιρούμενος, iuxta *Lucian.* de Calumnia non tem. cred. [cap. 8.] T. III. p. 135. et 137. Paucis graviter *Isocrat.* de Permut. pag. 313. E. μέγιστον κακὸν διαβολή, - - - ἣ ποιεῖ τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκιμεῖν, τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας δοκεῖν ἀδικεῖν, τοὺς δὲ δικάζοντας ἐπιορκεῖν. Iudices Athenis ex lege iurare


cogebantur, ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. VALCK. — Non παρεόν τι, sed una voce παρέοντι, dativo casu, scribi apud *Stob.* et in probatis nonnullis *Herodoti* codicibus, monui in *Var. Lect.* ubi quae praeterea adnotavi, et quae supra ad VII. 9, 5. adposui, hic non repetam. Licet verbum κατηγορεῖν alibi apud Nostrum cum dat. casu iunctum non meminerim, tamen facile credam, ab ipsius manu esse h. l. παρεόντι, eamque scripturam a nonnullis, quos ea offendisset, librariis in παρεόντων, ab aliis in παρεόντος, fuisse mutatam. *S.*

80. ἢν μὲν -- ἀναβαίνῃ) Rarius illud quidem hoc sensu, mutari tamen non debuerat. [Pro eo quod h. l. ἀναβαίνειν est, aliàs ἀποβαίνειν et ἐκβαίνειν ponit Scriptor.] Proxima [*lin.* 81. et 83.] formas exhibent, quales Grammatici tribuunt Atticis, Ionibus etiam et Doriensibus usurpatas, κτεινέσθων et πασχόντων. Prioris formae, [passivae] alterà multo minus frequentatae, praebent exempla *Demosthenes*, αἱρείσθων, p. 608, 88. *Philostr.* πιστούσθων, p. 229. ἀναβεβλήσθων, p. 302. alia illinc etiam attigit *Ti. Hemsterhusius* ad *Luciani* ἀπερρίφθων pag. 364. Paulo post [*lin.* 88.] ὑπὸ κυνῶν τε καὶ ὀρνίθων διαφορεύμενον, dixit; ut *Pausan.* II. p. 192., νεκρὸν, διαφορηθέντα ὑπὸ τῶν ἐκ θαλάσσης ὀρνίθων. Ab avibus carnivoris *dilacerari* dicitur et διαφορηθῆναι in *Aristoph.* Av. 338. et vs. 354. Ἵν' ὑπὸ τούτων διαφορηθῶ; *T. H.* [*Ti. Hemsterh.* nescio ubi,] *Ut ab istis differar? Horat.* Epod. V. 99. *Post insepulta membra different lupi, Et Esquilinae alites. Plautus* Curcul. IV. 4, 20. *Iam ego te faciam ut hic formicae frustillatim differant.* VALCK.

88. διαφορεύμενον) Dirum omen. In lamentatione matris Euryali Poëta: *Heu terra ignota, canibus data praeda Latinis, alitibusque iaces,* Aeneid. IX. 485., ubi *De la Cerda* docte. Διαφθορεύμενον *Aldi* dispunxit *H. Steph.* in Prolegom. p. 737. optimeque explanavit Horatiano, *Post insepulta membra different lupi.* WESS.

CAP. XI. 9 *seqq.* ἐκ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπεος *etc.*) Frustra Cl. *Salmasius* (ad *Solin.* pag. 833.) stemmatis duplicem ordinem describi existimans, μηδὲ τοῦ Κύρου, τοῦ Καμβύσεω, post pauca addebat; quo facto poenas *Gronovio* dedit. Eumdem enim generis auctorem Cyrus et Darius agnoverunt Achaemenem. Avus Darij Arsames ex Achaemenidis

designatur lib. I. 209. liquido. Reliquam adscendentium descendentiumque seriem dabit Nobilissim. *Palmerius*, Exercit. p. 30., omisso *Teispeo*, Achaemenis fil., quem familiae ex schedis *Gronovius* inseruit primus. Eum consule et *Galeum* ad lib. I. 209. WESS. — *Galeus* in Notis brevibus ad *Herod.* I. 209. *Stemma regum Persarum* usque ad *Xerxem* in hunc modum descripserat:



Gronovius, e cod. *Med.* alium insuper *Teispen* inserens, monuit in *Notis*, utroque quidem loco in eodem codice vitiose τοῦ τε ἴσπεος scribi; cum quo posteriori loco nostrae membr. *F.* consentiunt, quae priori loco recte τοῦ τεΐσπεος praefert. Idem *Gronov.* adnotavit, in ora eiusdem codicis *Med.* genealogiam Xerxis hoc modo repeti: Ἀχαιμένης, Τεΐσπης, Καμβύσης, Κῦρος, Τεΐσπης, Ἄρμνης, Ἀρσαμένης, Ὑστάσπης, Δαρεῖος, Ξέρξης. *S.*

13. ἡσυχίην ἄξομεν) Parum referebat, ἕξομεν an ἄξομεν legeretur. Copia schedarum hic posterius postulavit. Hac Musa c. 161. ἐξήρκει ἡμῖν - - - ἡσυχίην ἔχειν, Mssti ἄγειν. *Xenophontis* in libris et *Diodori* par haud raro commutatio. WESS.

21. τιμωρέειν ἤδη γίνεται) Refingenti et resecanti docto viro ἤδη γε, ἵνα καὶ *etc.* non accedo: ita grassari, periculosae plenum opus est aleae. Γίνεται tantundem Nostro ac

ἐστὶ, veluti c. 51. et saepe alibi. WESS. — Nempe γίνεται ad καλὸν refertur. Vir doctus, cui *Wess.* non accedit, nescio an *Reiskius* fuerit: idem quidem in editis Animadverss. nil aliud ad hunc locum, nisi hoc monuit: „ἤδη „bene habet, significatque hic loci *nunc tandem aliquan„do.*" *S.*

Ibid. ἵνα καὶ τὸ δεινὸν, τὸ πείσομαι etc.) τὸ πείσομαι id mali indicat, quod sua in ditione perpessurus a Graecis rex erat, ni eos adgrederetur ipse. WESS. — Immo per ironiam haec dicta sunt: *ut cognoscam illud malum, quod tu, Artabane, mihi ominaris.* Perspecte in hanc sententiam verba ista interpretatus est *Larcher.* In Latinis nostris h. l. vocula *ut* intercidit: oportebat, *u t et ego periculum* etc. *S.*

23. Πέλοψ ὁ Φρὺξ, ἐὼν πατέρων τῶν ἐμῶν δοῦλος) Iactantiae ac Persici fastus specimen haec dant. *Nam Pelopis tempore, Phrygia sub Medorum imperio non erat, neque unquam antea fuerat*, sic *Palmerius* in Exercitationibus. Vide tamen *Platonem* lib. III. de Leg. pag. 685. D. WESS. — Conf. ipsum *Herodot.* lib. IX. c. 116. *S.*

20-23. καλὸν - - - τιμωρέειν ἤδη γίνεται) Prostat coniectura *Reiskii* legentis τιμωρέειν, ὅ, τι δὴ καὶ γίνηται: mihi quoque his impediti quid inesse videtur, quod forte tolli posset si scriberetur: καλὸν ὦν προπεπονθότας ἡμέας τιμωρέειν· ἢν δὲ δή τι γίνηται, ἵνα καὶ τὸ δεινὸν τὸ πείσομαι τοῦτο μάθω, ἐλάσας ἐπ' ἄνδρας τούτους, τούςγε καὶ Πέλοψ ὁ Φρὺξ, ἐὼν ἐμῶν πατέρων δοῦλος. *Subditos*, tanquam δεσπόται, Persarum Reges δούλους vocabant: hanc tamen Xerxis de maioribus suis vaniloquentiam verbo castigavit *Palmer.* Exercit. p. 31. Apte hic narratis congruit formula loquendi, ἢν δέ τι γίνηται, *si quid autem evenerit mali.* ἐάν τι συμβαίνῃ, ἐάν τι γίνηται, similesque, frequenter occurrunt. VALCK. — Vide paulo ante notata. *S.*

CAP. XII. [3. νυκτὶ δὲ βουλὴν διδοὺς) Intellige ἑωυτῷ, nisi prorsus adiectum olim fuit hoc pronomen, quod hodie quidem ignorant libri. Sic vero, eàdem sententià, frequenter λόγον ἑωυτῷ διδόναι usurpat Noster, I. 209, 11. II. 162, 25. III. 25, 5. etc. *S.*]

Ibid. εὑρισκέ οἱ εὖ πρῆγμα εἶναι) Contra lib. I. c. 19. Croesus βουλευόμενος εὕρισκε πρῆγμά οἱ εἶναι ἐλαύνειν ὡς τάχιστα ἐπὶ τὰς Σάρδις. vid. Clar. *Wessel.* ad IV. c. 11. *Aristoph.* Eccles.

vs. 656. *Τί γὰρ αὐτῷ πρᾶγμα μάχεσθαι.* Plebeia locutio hodiedum est usitatissima. VALCK.

8. *στράτευμα μὴ ἄγειν*) Iure negans vox accessit; frequens, ut docte *Gronovius*, post verba negandi mentemque mutandi. Notus ex *Sophocle*, Antig. vs. 449., *Euripid.* Orest. vs. 1059. mos, doctorumque observationibus ad *Aeliani* Var. III. 43. [Conf. ad *Herod.* II. 27, 3. notata.] Δολόμητιν ἀπάταν θεοῦ, qua somnio Xerxes inpulsus post fluctuationes in bellum ruit, explicat ad *Aeschyli* Pers. vs. 93. *Stanleius.* WESS.

9. *προείπας ἀλίζειν Πέρσας στρατὸν*) Revocanda mihi vetus lectio Πέρσῃσι videtur: *cum Persis ut copias cogerent denunciaveris*, ut recte *H. Steph.* VALCK. — Quod in nostra *Var. Lect.* ad h. l. scribitur „utique male," id typothetae negligentiae debetur: „utique *non* male" scripserat *Wess.* Et merito quidem: nam probum utrumlibet, Πέρσας et Πέρσῃσιν, eàdem sententià; sed istud praetuli, quod paulo difficiliorem videri poterat habere explicatum. *S.*

CAP. XIII. 5. *ἀγχίστροφα*) *Subitam et priori contrariam sententiam.* Tales *ἀγχίστροφοι μεταβολαὶ* *Gregorii Naz.* Or. XXVIII. p. 473. B. ad *Thucydidis* exemplum lib. II. 57. Quod statim *παρηγορεύμενοι*, [*lin.* 6.] ab Iouibus probatur; solitarium autem *Med.* *ἐπέξεισι* [*lin.* 9.] merito *D'Orvillius*, quippe librarii peccatum, contemsit, ad *Chariton.* I. 5. p. 57. Congruit ferme *Euripid.* Iph. Taur. vs. 987. *δεινή τις ὀργὴ δαιμόνων ἐπέζεσε.* WESS.

5 *seq.* *φρενῶν - - ἐς τὰ πρῶτα οὔκω ἀνήκω*) Idem esset *ψυχῆς ἐς τὸ φρονιμώτατον.* *Xenoph.* Symp. p. 522, 25., *ἡ ψυχὴ, ὅσονπερ ἂν χρόνον ἐν ἐπὶ τὸ φρονιμώτερον, καὶ ἀξιεραστοτέρα γίνεται.* *Ἥβης ἐς τὸ σῶφρον* dixit *Sophocles* in perditae tragoediae fragm. apud *Etymolog.* in voc. Νεῖκος: nam pro vulgatis, *ἡβήσει τῷ σώφρονι* dubium nullum est quin corrigi debeat, *ἥβης ἐς τὸ σῶφρον ἵκετο*: vidit et illud *Piersonus* noster. VALCK.

CAP. XIV. 1. *τὠὐτὸ ὄνειρον*) Monuit *Eustath.* *τὸ ὄνειρον* *Homeri* ritu poni; quo *Sophocles*, *Libanius*, *Eunapius* aliique itidem, quamquam non semper. Non damnabitur credo [*lin.* 4.] *ποιεύμενος*, neque etiam *τάδε τοι ἐξ αὐτίων ἀνασχήσει.* [*lin.* 7.] Mssti viam monstrant, testati *προσδόκα ἀνασχήσειν* glossatori nimium liberali deberi.

[Vide *Var. Lect.*] Saepe mihi, dum his distineor, castiganda amanuensium licentia est; cuiusmodi post nonnulla [*CAP.* XV. 1.] περιδεὴς ἐγίνετο, utique pristinae scripturae περιδεὴς γενόμενος, ipsa indice verborum serie, posterior multo. WESS.

CAP. XV. 2 *seq.* πέμπει ἄγγελον ἐπὶ Ἀρτάβανον καλέοντα) Genuinum arbitror quod praebuit *Med.* ἐπὶ Ἀρτάβανον: sed omitti, ni fallor, tum debuerat καλέοντα: neque enim praepositio ἐπὶ in tali structura censeri posset a verbo avulsa. καλέοντα remanere potuit ex interpretamento olim adscripto καλέσοντα: *mittit qui Artabanum ad se vocaret.* πέμπειν ἐπί τινα significat *mittere ad aliquem arcessendum. Xenoph.* Κυρ. Παιδ. III. p. 43, 13. Τιγράνην ἐκέλευσε πέμπειν ἐπὶ τὸν πατέρα. *Thucyd.* VI. c. 61. πέμπουσι ναῦν ἐπὶ ἐκεῖνον. Cap. 53. dixerat ναῦν - - ἥκουσαν ἐπὶ Ἀλκιβιάδην, non *adversus Alcibiadem*; sed navem, *quae ad eum deportandum erat missa*; ut recte *Corn. Nepos* interpretatur in Alcib. cap. 4. In *Isaeo* corrigerem p. 36, 39., Ποσείδιππον ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν ἀστυνόμον: id est ἔπεμψε τὸν ἀστυνόμον καλέσοντα. καλεῖν τὴν ἀρχὴν, [πέμπειν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν] et μεταπέμπεσθαι in eadem dixit *Isaeus* oratione. VALCK. — Familiaris *Herodoto* abundantia facile persuadere nobis possit, participium καλέοντα, qua utique non erat opus, ab ipso fuisse adiectum: intelligetur autem καλέοντα αὐτόν. *S.*

10. συνεπαινέον) Nolo mutare; ut animi tamen sententiam declarem, pro genuino et Herodoteo συνέπαινον ἐὸν ποιέειν censeo. [quod et ego receptum vellem.] Scriptoris consuetudinem συνέπαινοι γὰρ ἔσαν οἱ Πέρσαι lib. V. 20. ostendunt, et quae plura *Portus.* Mox, [*lin.* 12 *seq.*] ἐν ἡδονῇ ἐστι στρατηλατέειν scriptum si foret, tolerabile esset. Nunc laudo vulgatum, redundantiae geminam speciem ignorans. *Cronovius* in alia abit. [nempe tamquam Herodoteum pleonasmum probans γενέσθαι στρατηλατέειν.] WESS.

CAP. XVI. 2. οὐ τῷ πρώτῳ οἱ κελεύσματι) Sermonem adauxi: Casus ex verbali pendet substantivo, ut τῷ θεῷ ὑπηρεσία in *Platon.* Apolog. p. 30. A., τὰ Ἑλένης καὶ Μενέλεω Τηλεμάχῳ δῶρα *Dion. Chryst.* Or. VII. p. 117. c., ἐπίθεσις τῇ βασιλείᾳ τῶν Σύρων *Strabon.* XVI. p. 1092. A. [p. 752. c. ed. Cas.] His similia Cl. *Dukerus* ad *Thucyd.* V. 46. VII. 50. VIII. 21. De κελεύματι, quod in schedis, superius

lib. IV. 141. Cunctabatur fortasse *in regio solio sedere* Artabanus, [*lin.* 3.] quoniam Persis *in sella regis consedisse capitale foret*, Alexandro apud *Curtium* VIII. 4. auctore. WESS. — Ad τῷ πρώτῳ οἱ lubens equidem γενομένῳ intelligam, ut ab hoc subintellecto verbo pendeat dativus *οἱ. S.*

5. *Ἴσον ἐκεῖνο, ὦ βασιλεῦ, etc.*) Sive Homericae seu Hesiodeae simillima putetur Artabani haec professio, memorabilis est; *Th. Gatakeri* eruditissima illustratione ad *Antonin.* Imp. lib. IV. 12. cohonestata, et *I. G. Graevii* ad *Hesiodi* Ἔργ. vs. 294. Mox τά σε καὶ ἀμφότερα πέρι ἥκοντα [*lin.* 7.] ex Fragm. *Paris.* laudem meretur. Vide lib. VI. 86, 1. Κακῶν ἀνθρώπων ὁμιλίαι σφάλλουσι respondet Paullino Epist. ad *Corinth.* prior. c. xv, 33., ubi *Wetstenius* plena manu. WESS.

5. *Ἴσον ἐκεῖνο -- παρ' ἐμοὶ κέκριται*) Quae *Stobaeus* descripsit pag. 42. Herodotea, *Gatakerus* comparavit cum nobilissimo *Hesiodi* dicto Ἔργ. κ. Ἡμ. vs. 291, 293., ad *M. Antonin.* IV. 12. conf. *Graevius* ad *Ciceron.* pro Pub. Sextio c. 40. Proxima, [*lin.* 6 *seq.*] qualia legit *Valla*, *Gronovius* egregie restituit: τά σε καὶ ἀμφότερα περιήκοντα κακῶν ὁμιλίαι σφάλλουσι. Eadem alibi semel *Herod.* verbum περιήκειν adhibuit structura, VI. p. 359, 8. [VI. 86, 13 seq.] τοῦτον τὸν ἄνδρα φαμὲν τά τε ἄλλα πάντα περιήκειν τὰ πρῶτα, καὶ δὴ καὶ ἀκούειν ἄριστα δικαιοσύνης πέρι. Verbum σφάλλειν, *Euripidi* frequentatum, veteribus semper adhibitum activa virtute, proprie notat id ipsum quod Latinum *fallere* in istis *Livii* XXI. c. 36, 7. *lubrica glacie non recipiente vestigium, et in prono citius pedes fallente.* Sic emendarunt *I. F. Gronov.* et *A. Drakenborch.* VALCK.

[6-8. *τά σε καὶ ἀμφότερα περιήκοντα, ἀνθρώπων κακῶν ὁμιλίαι σφάλλουσι*) *Schneiderus* in Lexic. crit. hunc locum citans, itemque alterum ex VI. 86., περιήκειν interpretatur *circumdare*, *adesse*: quae interpretatio alteri quidem loco ita convenire poterat, si naturalem verborum seriem hanc intelligeres τά τε ἄλλα πάντα τὰ πρῶτα περιήκειν τοῦτον τὸν ἄνδρα: at hoc loco τὰ καὶ ἀμφότερα nullo pacto tamquam subiectum orationis considerari possunt; sed structurae naturalis ratio haud dubie haec est, ὁμιλίαι ἀνθρώπων κακῶν σφάλλουσι σὲ περιήκοντα ταῦτα ἀμφότερα. Ex quo intelligitur, generalem formulam constructionis, qua in verbo περιήκω

utitur Herodotus, hanc esse, *ἐγὼ περιήκω τοῦτο.* Superest ut videamus quaenam sit huic locutioni notio subiecta. Ego cum superioribus Interpretibus, a quibus ne *Schneiderus* quidem dissentit, in hanc sententiam accepi, *ego hoc consequor*, sive potius (quoniam ἥκω in praesentis temporis forma plerumque significationem praeteriti habet) *ego hoc consecutus sum*, id est, *ego hoc habeo, hoc mihi adest.* Consentit *Reiskius*, in Animadv. ad VI. 86. scribens: „Significat, si recte intelligo, dictio *περιήκειν τὰ πρῶτα* idem atque *ἥκειν εἰς τὰ πρῶτα.*" Sed mox idem Vir doctus adiicit: „Aut sic: *περιήκειν* (*τουτέστι ὑπερβάλλειν*) *τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐς πάντα τὰ πρῶτα.*" Rursus idem *Reiskius* ad eum locum, in quo nunc versamur, haec notavit: „*Περιήκειν* hic loci est *ἥκειν περὶ* (hoc est *ὑπὲρ*) *τινα, προφέρειν, ὑπερβάλλειν*, praestare, superare, excellere. *Quibus in ambabus rebus te praestantem ceteris.*" Sic ille. Optent docti: ego in superiori interpretatione adquiesco. *S.*]

8 *seqq. κατάπερ τὴν - - - θάλασσαν πνεύματα etc.*) Ad multitudinem transtulerunt oratores, natura sua maris instar tranquillam, demagogorum flabellis tanquam ventis procellosis facile concitandam. Herodotea horumque similia *I. F. Gronov.* attulit ad ista *Livii* XXVIII. 27. *Multitudo omnis sicut natura maris per se immobilis est, venti et aurae cient; ita aut tranquillum aut procellae in vobis sunt.* [Conf. *Polyb.* XI. 29, 9 seqq. ibique notata.] *Dioni Chrys.* III. pag. 44. c. imperium populare dicitur *ποικίλη καὶ παντοδαπὴ φορὰ πλήθους οὐδὲν εἰδότος ἁπλῶς, ταραττομένου δὲ ἀεὶ καὶ ἀγριαίνοντος ὑπὸ ἀκολάστων δημαγωγῶν, ὥσπερ κλυδῶνος* [*κλύδωνος*] *ἀγρίου καὶ χαλεποῦ, ὑπὸ ἀνέμων σκληρῶν μεταβαλλομένου.* VALCK.

16. *τὴν σφαλερωτέρην σεωϋτῷ*) Non minus adcommodate *τὴν σφαλερωτάτην* Codicum priscorum. Potest utrumque blandiri, si vel posterius pro comparato habeatur. Magnus Animadversor ad *Athen.* XIII. 1. [*Casaub.* in *Athen.* XIII. p. 558. a.] hoc pro usu excitavit Thaliae c. 119. *ὃς καὶ ἀλλοτριώτατός τοι τῶν παίδων καὶ ἧσσον κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι.* Clarissime *Euripid.* Andr. vs. 6. *Νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ Ἐμοῦ πέφυκεν.* Sed vide *Abreschium* Dil. Thucyd. p. 514. WESS.

19 *seq. θεοῦ τινος πομπῇ, οὐκ ἰόντος*) Hoc a correctoribus potius exspectandum, quam quod margo praebet *Steph.*

lectum *Vallae*, οὐκ ἰῶντά σε καταλύειν τὸν στόλον, ad remotius ὄνειρον referendum: sic supra cap. 15. ἐπιφοιτῶν ὄνειρον φαντάζεταί μοι, οὐδαμῶς συνεπαινέον ποιέειν με ταῦτα· νῦν δὲ καὶ διαπειλῆσαν. More Homerico τὸ ὄνειρον Noster dixit et τὸν ὄνειρον. VALCK.

20. οὐκ ἰῶντά σε καταλύειν) Verius hoc videtur, [quam olim vulgatum ἰῶντος,] siquidem *insomnium* spectat: nam quamvis τὸ ὄνειρον depositum supra, τὸν ὄνειρον tamen c. 18. atque alibi usurpavit. Iam τὰ ἐς ἀνθρώπους πεπλανημένα [*lin.* 21 *seq.*] in *Vallae* Latinis, *quae adeuntia homines frustrantur*, latius porriguntur, et iterum deinceps. *Errantia* sunt et *vaga somnia* in Thebaid. X. 106. *Papinii Statii*. Illustres *Homeri* Odyss. T'. 561. versus non exscribo. WESS.

23 *seq.* πεπλανῆσθαι αὖται *etc.*) Quam paulo putabat inferius inserendam vir Doctus, mihi praepositio, saepius e scribendi compendio sic depravata, latere videbatur in prima verbi syllaba, scribendumque adeo: περιπλανᾶσθαι αὐταὶ [quidni αὗται?] μάλιστα ἐώθασι αἱ ὄψιες τῶν ὀνειράτων τά τις ἡμέρης φροντίζει. *Quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident, quaeque aiunt vigilantes agitantque, ea si cui in somno accidant, minus mirandum est: Accius* in Bruto apud *Ciceron.* de Div. I. 22. VALCK. — *Reiskius lin.* 24. olim scriptum fuisse περὶ τά τις suspicatus erat. *S.*

26. ταύτην τὴν στρατηλασίην καὶ τὸ κάρτα εἴχομεν μετὰ χεῖρας) Supra c. 5., τάπερ ἐν χερσὶν ἔχεις, et I. 35. *Quum tantum belli in manibus esset*, *Liv.* IV. c. 57. *Quamcunque rem habent in manibus*, *Cic.* Tusc. V. c. 7. Longe frequentius obvium ἔχειν τι μετὰ χεῖρας quo hic sensu rarius occurrit, pro *rem animo agitare*, vel *re quadam occupatum esse*, de Themistocle *Thucyd.* I. 138., ἃ μετὰ χεῖρας ἔχοι καὶ ἐξηγήσασθαι οἷός τε. VALCK.

27. εἰ δ' ἄρα μή ἐστι) Egregie aptum est ad fraudem ὅραμα *Arch.*, de *visis* per quietem in *Macrobii* Somn. Scipion. I. 3. atque aliis. Series hinc excludit librarii commentum. Οἷον ἐγὼ διαιρέω optime, *quale ego esse statuo*, interpretabatur Cl. *Lamb. Bos*, Observ. Critic. c. 6. hoc nomine vituperationem per figuras non meritus. WESS.

[28. τὶ τοῦ θιοῦ μιτέχον) τοῦ θείου malebam, sed nil novant libri. *S.*]

39. τὸ δὲ ἐπιφοιτέειν) Non offendor repetitis, quas vir

doctus inducendas iudicabat, negationibus: earum in iteratione nihil insoliti praeterque morem. Cohaerentià orationis, οὐδὲ ἐπιφοιτήσει respuente, angor. Quod expressi, plene satisfacit, aestusque sedat. Itaque *Laurentii* Latina reduxi, ex bonis Graecis bona. Falsus si sum, quod nolim, duces ac socios *Th. Gale*, *Corn. de Pauw* et *Valckenarium* habeo. WESS.

Ibid. οὐδὲ ἐπιφοιτήσει) Quam praebet *Galeus* Codicum lectionem, σὲ δὲ ἐπιφοιτήσει, hanc postulant vicina: εἰ δὲ ἐμὲ μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιήσεται, - - - σὲ δὲ ἐπιφοιτήσει, (*Valla* necdum interpolatus, *sed te adibit;*) τοῦτο μαθητέον ἤδη ἐστί· εἰ γὰρ δὴ ἐπιφοιτήσειε συνεχέως, φαίην ἂν καὶ αὐτὸς θεῖον εἶναι. In istis nihil praeterea novandum puto. VALCK. — Vide nostram Versionem latinam, et quae super hoc loco in *Var. Lect.* disputavimus. *S.*

41. οὕτω δεδέκηται) Receptius in Musis δέδοκται: nec illud propterea reiiciendum. *Pindarus* Nemeωn. Od. V. 33. ἢ σιδηρέιταν ἐπαινῆσαι πόλεμον δεδόκηται. Nititur veritate αὐτὸ παρατρέψαι [*lin.* 42.] ex *Arch.*, assecutusque est coniectando *Reiskius* et *Abreschius*. WESS. — αὐτὸ παρατρέψαι scribi malim, quam αὐτῷ, sicut vulgatur, vel αὐτὰ, quae viri docti est coniectura. VALCK.

42. ἀλλ' ἤδη ἴημι) Quod sequitur ἢ ἐμὲ, loco ἴημι, in scriptis quibusdam, explicat vir Celeb., sed ita ut indoctior atque incertior abeas. Scribarum ego errorem arbitror. WESS. — Quod suo e codice, consentientibus aliis, *Gronovius* dederat, ἀλλ' ἤδη ἢ ἐμὲ *etc.* id sic explicandum ille censuerat, *nisi et ipse ego in tuo cubili dormiero.* Istam scripturam improbans *Wess.* ἴημι revocavit, pro εἶμι cum *Reiskio* accipiens, neque ullam de bonitate huius scripturae dubitationem significans. Itaque indictum deletumque velim, quod in *Var. Lect.* ad h. l. scripsi „quod vitiosum esse pulcre ipse *Wess.* intellexit." Caeterum, quae ibidem notavi, nil opus est ut hic repetam. Videndum vero, ne ἀλλ' ἢ δεῖ ἐμὲ scriptum oportuerit. *S.*

CAP. XVII. 4. κοῖτον ἐποιέετο) Nihil in dictione desidero: namque κοῖτον ἐποιέετο, loco εὕδετο, quod non nemini in mentem venit, se non commendat. Ecce tibi ex Vit. *Homeri* c. 31. καὶ τότε μὲν τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐποιήσατο. Quo in genere κοῖτον et κοίτην non differre

ex lib. V. 20. constat. In consequentibus [*lin.* 7.] *Σὺ δὴ κεῖνος εἷς ὁ etc.* irato bene congruit. WESS.

10. *κατεπηροῖξαι*) Laurentii *consideras* per editiones male vagabatur. Vide *Valckenarium* ad lib. III. 36. WESS.

CAP. XVIII. 2. *θερμοῖσι σιδηρίοισι*) Sic optime *Arch.* Ὀβελοὶ σιδήρεοι lib. II. 135. pristinum non adiuvant. Σιδήρια enim sunt *ferramenta* lib. III. 29. IX. 36. *Platoni* Gorg. p. 500. etc. WESS.

Ibid. *θερμοῖσι σιδηρείοισι*) Scribendum *σιδηρίοισι*. Nam ἡ σιδηρουργία, σιδηρεῖον dicebatur; *ferramentum*, σιδήριον. σιδήρια λιθουργικὰ habet *Pollux* VII. 125. et τοιχωρύχων σιδήριον. *Suidas: Σιδήριον, τὸ μικρὸν, ὑποκοριστικῶς διὰ τοῦ ι. Herod.* IX. 36. ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε. Quod sequitur [*lin.* 3.] Ionicum *ἀμβώσας*, restituendum arbitror in libello de Syria Dea inter *Lucianeos* T. III. p. 471, 88. pro *θαμβώσας*: illinc receptum fuit in Indicem Graecis inusitatum *θαμβόω*. VALCK.

6 *seqq.* *οἷα ἄνθρωπος ἰδὼν ἤδη etc.*) Ubi descripsit ista *Stobaeus* p. 130. cepit multo rectius pleraque *Gesnerus* quam ceperat *Valla*, turpiter hallucinatus in vicinis. *μεγάλα πεσόντα πρήγματα ὑπὸ ἡσσόνων*, vel potius *ἑσσόνων*, optime *H. Steph.* interpretatur. [*sub Hessonibus* scripserat *Valla.*] Ista proximum accedit hoc *Thucyd.* II. c. 98, 6. *πολλὰ δὲ καὶ στρατόπεδα ἤδη ἔπεσεν ὑπὸ ἐλασσόνων τῇ ἀπειρίᾳ, ἔστι δὲ ἃ καὶ τῇ ἀτολμίᾳ.* In proximis, *τῇ ἡλικίῃ εἴκειν* [*lin.* 8.] longe aliter est accipiendum ac lib. V. c. 19. *σὺ μὲν, ὦ πάτερ, εἶκε τῇ ἡλικίῃ.* Ibi de patre sene Macedo loquitur Alexander; hic Artabanus fratris filium Regem *τὰ πάντα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν*, *prorsus morem gerere* nolebat *iuvenilis aetatis cupiditati*, qua coecatus amplificare desiderabat imperium: hoc obscurius indicatum voluisse sequentia monstrant, *ὡς κακὸν εἴη τὸ πολλῶν ἐπιθυμέειν.* Εἴκειν in talibus notat *animi concitati motibus* velut imperiosis dominis morigerum cedere. Achilles *Homero* pingitur ut leo, *μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ Εἴξας*, Iliad. ω'. 42. *Eustathius*, *Istis*, ait, *εἴκειν δοκεῖ ὅσα καὶ δεσπόταις ἐγκελευομένοις αὐτῷ.* *Eurip.* Helena vs. 79. *Ἥμαρτον· ὀργῇ δ' εἶξα μᾶλλον ἢ μ' ἐχρῆν. εἴκοντας κάκῃ Platoni* restituit *H. Steph.* Schediasm. I. c. 23. VALCK.

13. *ἀτρεμίζοντα*) *Bellis supersedentem;* qua quidem mente principes ipsi se et cives beare solent. Κῦρον οὐκ ἀτρεμίζοντα,

bella ex bellis cientem, lib. I. 190. descripsit. Verissime *Philo Iud.* alia etsi in re, de Septen. p. 1186. A. ἐν μέρει δ' ἀτρεμίζοντες ἑτοιμότερα καὶ εὐκινητότερα τὰ τοῦ σώματος ἴσχωσι μέρη. WESS.

[14. Ἐπεὶ δὲ δαιμονίη τις γίνεται ὁρμὴ) Totam istam historiolam quisquis legerit, is mecum, puto, non tam imbecillitate offendetur Xerxis et Artabani, indignas fraudes ex Mardonii machinatione conflatas ad divinum numen referentium, quam Scriptoris nostri mirabitur simplicitatem, omnia ista tantâ cum gravitate ac sine ulla suspicionis significatione narrantis. Sed haec quidem, ut alia nonnulla, condonemus viri alioquin optimi prudentissimique religioni! *S.*]

16. Φθορή τις καταλαμβ. θεήλατος) Illa Φθορὴ θεήλατος, sed Persas [non *Graecos*] adflictura, tragica *Aeschyli* dictione pingitur in Pers. vs. 102. etc. WESS.

[21. θεοῦ παραδιδόντος) Conf. V. 67, 13. *S.*]

CAP. XIX. [6 seq. *μετὰ δὲ etc.*) Quid sit quod adiiciat *evanuisse dein coronam*, haud percipio; quandoquidem hoc ad sinistrum magis, quam ad faustum omen, videri poterat pertinere. Videndum satis-ne sanus et integer sit locus. *S.*]

CAP. XX. 1. ἐπὶ μὲν τέσσερα ἔτεα πλήρεα) Testis *Thucydides* est lib. I. 18. decimo a Marathonia pugna anno Xerxem expeditionem in Graecos suscepisse. *Plato* lib. III. de Leg. p. 698. c. σχεδὸν δέκα ἔτεσι, *decem ferme annis*, ante Salaminium praelium Persas et Athenienses in Marathonio campo committit. Hinc dissidium de intervallo temporis, quo certamen disiungitur utrumque, his decem, illis undecim annos probantibus. *Herodoti* calculos nos subducemus. Apparatum Darii ad novum in Graecos bellum triennalem signavit c. 1.; adiungens, quarto post Marathoniam pugnam anno Aegyptios descivisse; tum proximo ab eorum defectione Darium diem obiisse supremum c. 4. qui quintus utique a praelio Marathonio. Sequuntur pleni quatuor anni, a Xerxe in comparandis ad Graecum bellum rebus absumti: πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ, *volvente* sive *procedente anno quinto*, rex Persa expeditionem ingreditur; delatusque *Sardes* post iter longum interquiescit, ac ibidem hiemem transigit c. 32. vere deinde ineunte Abydum pro-

ficiscitur c. 37. Unde consequens videtur, ut pro *Herodoti* rationibus Rex undecimo post Marathoniam cladem anno in Europam moverit Graecosque. Certe *Iuliani* Imp. Or. I. p. 42. c. χρόνος ἐτῶν οὐκ ἐλάσσων δέκα, a Xerxe in belli adparatu insumtus, nunquam procedet, nisi Darii quinque anni auxilio veniant, ex doctissimorum virorum *Petavii* et *Spanhemii* censura. Iunge *Duker.* ad *Thucydid.* I. 18. et, quem ille merito laudavit, *H. Alphenium* in Commentar. Chronolog. ad *Danielis* cap. IX. Part. III. c. 3. WESS.

3. πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀνομένῳ) *Arch.* ἀναιτιμομένῳ laudibus *Th. Galeus* et *Ioseph. Wasse* (Indicis Thucydidei voc. Χιὼς.) ferunt, restitutumque optant. Erit profecto Ionicae speciei, modo ἀναισιμουμένῳ formetur; hic valere utrum queat, dubito valde. Ἀναισιμοῦσθαι locum sibi capessit in rebus temporeque *absolutis*, veluti II. 31. οὗτοι γὰρ συμβαλλομένῳ μῆνες εὑρίσκονται ἀναισιμούμενοι ἐξ Ἐλεφαντίνης πορευομένῳ ἐς τοὺς Αὐτομόλους; *hi enim* quatuor *menses conputanti reperiuntur absoluti, ex Elephantina ad Automolos profecto;* et saepe aliàs apud *Portum.* Atqui annus quintus Xerxis *procedebat* duntaxat, ad finem nondum devolutus; τέσσερα ἔτεα πλήρεα, *pleni quatuor anni,* qui antecedunt, ita rem habere, clamant. Ἀνόμενον itaque ἔτος est *volvens,* cuius anni principio Xerxes expeditionem orsus fuit. Tale νέον ἤματος ἀνομένοιο, *inchoante die, Apollon. Rh.* II. 496. III. 1339. et ἤνετο τὸ ἔργον Nostri I. 189. et VIII. 71. in opere, quod continuo *procedit* et porrigitur. *Homerus* Iliad. K'. 251. et *Eustathius* consimiliter. WESS. — Ἄνεται apud *Homer.* l. c. τελειοῦται interpretatur *Eustathius.* Hoc loco ἔτεϊ ἀνομένῳ *anno ineunte* reddiderat *Valla,* quod et *Wess.* cum aliis in lat. versione tenuit: equidem *exeunte* cum *Porto* posui; malim vero, ex eiusdem *Wesselingii* monito, *volvente* poni, sive, *quum vero quintus ageretur annus. S.*

Ibid. πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀνομένῳ) Hinc *Hesych.* Ἀνομένῳ, ἀνυομένῳ: vetus ista verbi forma sic semper apud *Hesych.* redditur per alteram usu receptam, in Ἄνεται· Ἀνόντος· Ἄνων· Ἦνον etc. *Suidas:* Ἄνοις, ἀντὶ τοῦ ἀνύοις, Φρύνιχος. Vid. *Eustath.* in *Hom.* Od. β'. p. 80, 2. [p. 1534. ed. Rom.] et Miscell. Observ. V. p. 95, 96.; sed quod illic vir Eruditissimus *Xenophonti* tribuit ex *Suida,* id ego velut minime Xenophonteum *Suidae* libenter reliquerim: habet et *Hesych.*

Callimacheum "Ανην, et bis ἄνυσιν interpretatur. VALCK.

11. μήτε τὸν Μυσῶν *etc.*) Si τῶν Μυσῶν volueris, oratio pendebit ex superioribus κατὰ τὰ λεγόμενα, tum, ut *Arch.* τῶν πρὸ τῶν Τρ. γενομένων: quibus equidem non capior. τὸν Μυσῶν innuit στόλον. Mox διαβάντες τὴν Εὐρώπην [*lin.* 13.] expedire vir Celeb. nititur; qui si cogitasset ultimam vocis praecedentis syllabam, uti saepe factum pulcre noverat, praepositionem ἐς devorasse, arcessitam haud probasset explicationem. Praepositio in huiuscemodi transitu non spernitur lib. IX. 6. 113. etc. *Teucrorum Mysorumque in Europam traiectum* repetit lib. VII. 75. WESS.

14. τὸν Ἰόνιον πόντον) Sic recte *Aldus* olim, uti lib. VI. 127. IX. 91. Non nescio Cl. *Marklandi* observata ad *Maxim. Tyr.* Diss. XXXIX. p. 723.; certum tamen durat, veterum plerosque et soluta et ligata oratione Ἰόνιον πόντον sive πόρον et κόλπον maluisse. [Conf. ad *Appiani* Prooem. cap. 3. olim a nobis notata.] Mox τοῦ πρὸς μεσαμβρίης, [*lin.* 16.] refingitur docti coniectura viri τοῦ πρὸς Σαλαμβρίης, et auctoritate quidem *Tzetzae* Chil. IX. vs. 707. Peneum, Onochoumque et Sperchium amnes *Salambriae* titulo a barbaris ferri, prodentis. Mihi talis opinatio errans est et vaga. Sequentia [*CAP.* XXI. 1.] scribi cuperem, αὗται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ αἱ ἕτεραι πρὸς ταύτῃσι γενόμεναι στρατηλασίαι. Sane οὐδ' εἰ *Med. Ask.* ab aliis proscribitur. Sequar proinde Codicum plurium consensionem. WESS. — Vide *Var. Lect.* Ad οὐδ' εἰ ἕτεραι commode intelligetur verbum εἰσί. *S.*

CAP. XXI. 1-3. Αὗται αἱ πᾶσαι, οὐδ' εἰ *etc.*) Scriberem literis quae male videntur repetitae deletis: Αὗται αἱ πᾶσαι, οὐδὲ ἕτεραι πρὸς ταύτῃσι γενόμεναι στρατηλασίαι, μιῆς τῆσδε οὐκ ἄξιαι. Delendum articulum [ante στρατηλασίαι] censuit et *Reiskius*. οὐδ' εἰ ἕτεραι prodierat ex *Med.* Reliquae στρατηλασίαι πρὸς ταύτην μηδὲν ἐφαίνοντο, sive μιῆς τῆσδε οὐκ ἄξιαι, *indignae sunt, quae cum una ista comparentur.* Scribi quoque potuit ab Herodoto μιῇ τῇδε οὐκ ἄξιαι συμβληθῆναί εἰσι. Utriusque usus exempla collegit ex *Herodoto Raphelius* in Ep. ad *Rom.* VIII. vs. 18. VALCK.

4. κοῖον δὲ πινόμενόν μιν ὕδωρ οὐκ ἐπέλιπε;) Voculam μιν ex cod. *Med.* interiecit *Gronov.* In ceteris illa Codicibus si non legitur, neque hic videbitur requiri. *Demosth.* c. Polycl. p. 674, 87. τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν φρεάτων ἐπέλιπεν. Sic saepius

apud *Herod.* simpliciter legitur: *aqua* ἐπέλιπε, *defecit; et* ἐπέλιπε τὸ ῥέεθρον, ubi *flumina* Persis narrantur *epota. Aristid.* T. I. p. 223. τὰ ἐκείνων ῥεύματα - - - ὑπὸ Ξέρξῃ πάντα ἐπέλιπε. *Diodor.* T. I. p. 407. [lib. XI. c. 5.] Φασὶ τοὺς ἀεννάους ποταμοὺς διὰ τὴν τοῦ πλήθους συνέχειαν ἐπιλιπεῖν. Huius rei praeter ceteros Poëtae quoque Latini meminerunt. VALCK. — Licet absolute alibi ponatur verbum ἐπιλείπειν, percommode tamen etiam pronomen μιν locum suum hic tueri potest. *S.*

CAP. XXII. 1. καὶ τοῦτο μὲν, ὡς προσπταισάντων *etc.*) Vulgo vertuntur et sumuntur ac si superiora respiciant, eaque unum propter Athon sint parata atque instructa. Laurentius: *quae triennio superiore praeparata erant;* alius, *eaque triennio praeparata* etc. Utrumque a Scriptoris instituto longe, nec *Pavium* fugit, aberrat. Orditur enim hic moliminum contra Graecos initia, clare docens, superbum regem contra Athon iram primo exseruisse, illique a continente avellendo iam ante triennium operam fuisse inpensam. Errant ergo, qui tres hos annos eosdem statuunt, ac quatuor adparatus ad bellum c. 20. uti *Dodwellus* Annal. Thucydid. p. 44.; illi enim pleni, et ad universum expeditionis paratum, hi intra eorum ambitum propter Athon erant. Neque extra usum, ut τοῦτο μὲν novam periodum, non excipiente τοῦτο δὲ, inchoët, uti lib. VI. c. 125. WESS. — Verba ista Καὶ τοῦτο μὲν *etc.* perperam vulgo superioribus ita iuncta erant, ut non modo eàdem cum illis sectione comprehensa, sed ab illis etiam nonnisi minore puncto distincta essent. Nos ab eisdem verbis novi Capitis initium fecimus, quum antea a verbis Ὁ γὰρ Ἄθως (*lin.* 9.) *Capitis XXII. initium* signatum esset; quam rationem etiam *Wess.* in Contextu tenuerat. Familiarem Nostro formulam Τοῦτο μὲν utique non semper excipit τοῦτο δὲ, sed alia dictio similem huic vim habens: omninoque τοῦτο μὲν saepe idem fere valet ac πρῶτον μὲν, *primum quidem*, vel, *ut ab hoc incipiam.* Itaque illi τοῦτο μὲν, quod lib. VI. c. 125, 3. legitur, respondet Μετὰ δὲ, initio capitis 126. Ad τοῦτο μὲν, VII. 176, 1. refertur ibid. lin. 6. ἡ δὲ αὖ *etc.* Lib. III. c. 108. habes lin. 8. τοῦτο μὲν, ad quod paullo post (lin. 13.) refertur ἡ δὲ δὴ λέαινα. Hoc loco, in quo versamur, ad Τοῦτο μὲν, a quo incipit nar-

ratio rationis qua isthmus ad Athon montem perfossus est, peracta illa narratione, referuntur ista, initio capitis 25. Ταῦτα μὲν νυν οὕτω ἐποίεε· παρεσκευάζετο δὲ καὶ ὅπλα etc. *S.*

5. ὤρυσσον ὑπὸ μαστίγων) Atrocitatem, qua ὑπὸ μαστίγων fossores operi admovebantur, *Plutarch.* Anim. Tranq. pag. 470. E. iure taxavit; eadem infra cap. 56. WESS. — Infra cap. 56. dixit τὸν στρατὸν ὑπὸ μαστίγων διαβαίνοντα. Hic significatur, fodisse *flagellis coactos*: explicat ipse *Herod.* cap. 103. ἴοιεν ἀναγκαζόμενοι μάστιγι ἐς πλεῦνας ἐλάσσονες ἐόντες. In praelio Persarum duces secundum *Herod.* ἔχοντες μάστιγας ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα, ut *verberibus coacti*, ὑπὸ μαστίγων, pugnarent. Legitur illud ipsum in *Xenoph.* Κυρ. Ἀν. III. p. 184, 4. ἔβαλλον, ἐσφενδόνων, ἐτόξευον ὑπὸ μαστίγων: ubi quem sensum admittat non satis intelligo. [Quidni prorsus intelligeremus ut apud Nostrum?] Herodotea comparat ibi *Hutchins.* p. 244. Illinc paululum distant, quae plurima dantur similia: *Xenoph.* p. 270, 22. τὰ τείχη κατέσκαπτον ὑπ' αὐλητρίδων. *Cicero* de Lege Agr. c. 34. *hostiae - - - ad praeconem et tibicinem immolabantur.* *Thucyd.* V. p. 360, 81. χωροῦντες - - - βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν. *Herod.* I. 17. Alyattes ἐστρατεύετο ὑπὸ συρίγγων τε καὶ πηκτίδων. Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος est in *Aristoph.* Acharn. vs. 1000. ᾄδων ὑπ' αὐλητῆρος *Archilochi* in *Schol.* ad Aristoph. Av. 1426. Alterius casus exempla dedit *T. Hemsterh.* ad *Lucian.* p. 355. VALCK.

7. Βουβάρης) Ita perpetuo lib. V. 21. VIII. 136. Ἀρταχαίης, *Tzetzae* Ἀρταχαῖος, erronee, patre-ne *Artaeo* an *Artachaea* fuerit genitus, in Codicum discordia dubium. *Artaei* redibit mentio c. 66. ubi in nomine alia variatio. Quae mox de *Atho*, a Scholiaste ad Iliad. ξ'. 329. exscripta fuerunt. WESS.

16. αἱ δὲ ἐντὸς Σάνης) Unde *Valla* ἐκτὸς, *extra*, acceperit, ignoro. *Sane*, Andriorum colonia, in ipsa cervice isthmi erat, montem *Athon* eiusque oppida amplexi; itaque, quod *Thucydides* IV. 109. et ipsemet *Herodotus*, indicat, eàdem fossâ a continente fuit dissecta. Urbium in Atho Ἀκρόθωον [*lin.* 18.] recte Codices edunt, praeeunte *Thucydide* et *Steph. Byz.* ubi *Holstenius* bene. Placet quoque Θύσσος [*lin.* 19.] ex eodem Attico scriptore et *Plinio* Hist. Nat. IV. 10. De *fossa*, cuius nulla nunc vestigia, erudite *Is. Vossius* ad *Melam* lib. II. 2. fin. WESS. — Easdem urbes memorat *Thu-*

cyd. IV. 109. Σάνην μὲν --- παρ' αὐτὴν τὴν διώρυχα, --- τὰς δὲ ἄλλας, Θύσσον, καὶ Κλεωνὰς, καὶ Ἀκροθώους, καὶ Ὀλόφυξον, καὶ Δῖον, αἳ οἰκοῦνται ξυμμίκτοις ἔθνεσι βαρβάρων διγλώσσων. Ibidem ἡ διώρυξ dicitur etiam τὸ τοῦ βασιλέως διώρυγμα. In *Aeliano* de Nat. An. XIII. 20. scribendum arbitror: ἔνθα τοι καὶ ἡ τοῦ Πέρσου φαίνεται διατομὴ, ἣ διέταμε τὸν Ἄθω. VALCK. — Descriptionem isthmi a Darii perfossi, quo mons Athos continenti olim iunctus erat, hodieque rursus iungitur, recenti aetate dedit ill. Comes *de Choiseil-Gouffier* in *Voyage pittoresque de la Grèce*, T. II. Part. I. (Paris. 1809.) p. 145 seqq. qui satis clara priscae illius fossae vestigia hodieque reperiri testificatur p. 148. *S.*

CAP. XXIII. 19. ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ πρητήριον) Attigit ista *Casaub.* in *Polyb.* p. 184. Ut vox ἀγορὴ quo hic esset sensu capienda intelligeretur, adiecit καὶ πρητήριον. Errorem *Vallae* [*praetorium* intelligentis] *P. Leopard.* iam correxit, Em. VIII. c. 1. *Moeris*: Πωλητήριον, Ἀττικῶς· πρατήριον, Ἑλληνικῶς. Non tamen Athenis *forum rerum venalium* πωλητήριον dicebatur. Miror quod scribit *Herod.* I. 153. οἱ Πέρσαι ἀγορῇσι οὐδὲν ἐώθασι χρῆσθαι, οὐδέ σφι ἐστὶ τοπαράπαν ἀγορή: et verius opinor quod *Xenophon* tradidit Κυρ. Παιδ. p. 2, 36. illic a foro artium liberalium locus secernitur, ubi essent τὰ ὤνια et οἱ ἀγοραῖοι. In illud autem πρητήριον secundum *Herod.* σῖτος πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀληλεσμένος: *comportabatur*, recte *Valla*. *Xenoph.* p. 253, 39. ὅθεν καὶ ὁ κατὰ θάλατταν σῖτος φοιτᾷ. *Andoc.* p. 22, 17. οὐ μέλλει ἐκ Κύπρου σῖτος ἥξειν ἐνταῦθα. VALCK. — Ἀγορή τε καὶ πρητήριον dixit *Herodotus* per figuram ipsi familiarem, quam ἓν διὰ δυοῖν vocant Grammatici: adiecto vocab. καὶ πρητήριον declaratur qualis intelligatur ἀγορὴ, scil. τῶν ὠνίων, τῶν πιπρασκομένων, *forum rerum venalium*. *S.*

CAP. XXIV. 2. μεγαλοφροσύνης εἵνεκα) Ubi montem sua quidem opinione perfossum scribit *Aristides* πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως μᾶλλον ἐπιθυμίαν ἢ χρείαν, in Themist. T. III. p. 297. *Scholiasta* Mstus hunc designavit *Herodoti* locum: ἐπιθυμίαν μᾶλλον ἢ χρείαν εἶπεν, ὅτι ἠδύνατο ταῖς τριήρεσι τὸν Ἄθω περιπλεῦσαι, καὶ οὕτως ἐλθεῖν· νῦν δὲ ὠρύξας (ὤρυξε) τὸν Ἄθω καθάπερ ἐπιθυμίαν πληρῶν· τοῦτο δὲ παρὰ Ἡροδότου ὠφέληται· λέγει γὰρ ὅτι διὰ μεγαλοφροσύνην τοῦτο ὁ Ξέρξης ἐποίησεν, οὐ διὰ χρείαν. VALCK.

4 *seq.* μηδένα πόνον λαβόντας) Ita-ne *nullo negotio*, in tanta navium multitudine? Rei difficultate perpensa Cl. *Corn. de Pauw* μηδένα πόρον λαχόντας, *nullum transitum nactus*, fingebat; cui nihil rescribo. Verba conparate sunt accipienda. Labor erat tot naves per isthmi iugum trahere, multo maior fossam tam laxam et altam deprimere. Si *Dionysii* Siculi milites uno die locum planum, luto coenoque plenum, latitudine stadiorum viginti, egregie stiparunt, et triremes per eum octoginta traxerunt, apud *Polyaen.* V. 2, 6. quid ab inmani Persarum numero exspectari non potuit? *Hesychius* διειρύσαι explicat hoc ex loco διαστῆσαι, διελκύσαι: quod *Gronovius*, praeclare in his occupatus, perspexit. Tali in re διελκύσαι τὰ σκάφη *Diodor.* lib. IV. 56. XV. 50. *Polybius* διϊσθμίζειν et ὑπερισθμίζειν lib. IV. 19. Pertinet huc *Suidae* observatio in Ἰσθμός, ad quam nonnihil *L. Küsterus* offendit in Comici Thesmophor. vs. 654. Mox ἐλαστρευμένας optime *Eustath.*, quemadmodum II. 158. WESS.

5. τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας διειρύσαι) Postremum, *Hesychio* redditum διελκύσαι, *Gronovius* recte *Herodoto* restituit; cui praeter εἰρύσαι, *trahere*, et διειρύσαι, adhibentur verba ἀνειρύσαι (τὰς νέας, p. 545, 8, 16. [IX. 96, 16. et 97, 6.] vulgo ἀνελκύσαι τὰς ναῦς) ἐξειρύσαι· ὑπεξειρύσαι· ἐπειρύσαι· κατειρύσαι· et παρειρύσαι. Res ipsa, cuius hic primum fit mentio, est illa aliunde nota, qua *itineris minuendi causa* remulco naves per Isthmorum iuga transducebant: ut *Herod.* τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας διειρύσαι: ναῦν διελκύσαι, *Diodor.* T. I. p. 300, 60. διαφέρειν τὸν ἰσθμὸν τὰς ἡμίσειας τῶν νεῶν dixit *Thucyd.* p. 511, 91. [VIII. 8.] ubi vs. 73. legitur ὑπερενεγκόντες τὰς ναῦς τὸν ἰσθμὸν, ut alibi apud eumdem plus semel: vid. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 241. [IV. 8.] *Berkel.* ad *Steph. Byz.* p. 8. sed in primis *Wess.* Obs. lib. I. c. 28. Illud novum, quod Annibalem fecisse narrat *Livius* XXV. 11. *viâ, quae in portum per mediam urbem ad mare* erat *transmissa*, *plaustris transvectae sunt naves.* VALCK. — Facile adparet, ad τὸν ἰσθμὸν ex consequente διειρύσαι intelligendam διὰ praepositionem. *S.*

CAP. XXV. 2. παρεσκευάζετο δὲ καὶ ὅπλα) *Med.* et aliorum παρεσκευάζοντο habet exempla lib. II. 96. et 125. similis structurae, et in *Diodor.* saepe, lib. I. 93. [Scilicet illis in locis nomen plurale neutrius generis, praeter con-

suetum morem, cum verbo plurali construitur; quod quidem et frequenter aliàs apud Nostrum reperitur. At h. l. ὅπλα non est nominativus casus: παρεσκευάζετο (activa notione) scil. *Xerxes*, *paravit*, *confici iussit.*] Ὅπλα sunt *rudentes*, τὰ κατὰ τὴν ναῦν σχοινία, *Galeno* in Hippocrat. de Art. p. 659. et *Erotiano* docentibus; et βύβλινα, non *sirpea*, uti *Valla*, nec *iuncea*; sed ex *byblo* sive *papyro*, quomodo c. 36. et *Eustath*. Perieg. vs. 912. WESS.

8. πορθμηΐοισι) Non repudio πορθμηΐσι *Arch*. fortasse (etsi neglectius in linguae Thesauris) unice verum. Nostro πορθμήϊα, *traiectus*, aut proprium inde nomen lib. IV. 12.45. *Callimacho*, *naulum*, Fragm. CX. Πορθμεῖα tamen *pontones* in *Diodori* XIV. 74. Sicuti πορθμὶς autem, ita nihil praefert πορθμηΐς nisi legitimum. Ceterum ἄλλον ἄλλῃ, uti schedae, respicit σῖτον ἀληλεσμένον c. 23. unde iustissimum [*lin.* 9.] τὸν δὲ ὦν πλεῖστον, cui in tanta Codicum discordia principatum concessi. *Reiskii* coniectura eodem tendebat. WESS.

CAP. XXVI. 12. καὶ ἑτέρου οὐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου) Apposite Cl. *Abreschius*, οὐκ ἐλάσσονες ἢ Μαιάνδρου nimirum πηγαί. *Pausanias* [II. 10.] Corinth. p. 135. τὰ δέ οἱ, paederoti herbae, φύλλα ἐλάσσονα ἢ φηγοῦ, μείζονα δέ ἐστι ἢ πρίνου. Longe gravius huic inflictum loco vulnus, si olim [*lin.* 13 *seq.*] ex Cl. *Salmasii* coniectura ad *Solin*. p. 580. seqq. ἐὸν Μαρσύης, ὃς καταῤῥάκτης ἐξ αὐτῆς τῆς ἄκρης τῶν Κιλ. scriptum fuerit. Neque enim notum hic nomen fluvii *Catarractae*: Marsyae praeterea *fontem ex summo montis cacumine excurrentem magno strepitu aquarum cadere*; quae *Curtii* initio lib. III. verba. Sic fere *Gronovius*, Salmasiana utroque pollice premens. Fateor ultro plausibilia videri, de veritate licebit dubitare. *Marsyam* novit *Herodotus* lib. V. 118. qui cum *Celaenis* praecipite cursu rueret, a civibus Καταῤῥάκτης iusto titulo adpellari potuit: quo utique in negotio novi nihil, nihil insoliti, agnoscente ad *Strabon*. XII. p. 865. [p. 577. ed. Cas.] magno Viro. De fontibus *in ipso foro*, ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς, res difficilior. *Xenophontem* Ἀναβ. I. p. 10. si audimus, scaturiebant illi ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει, *sub arce*, propter magni Regis regiam, immo ἐκ τῶν βασιλείων. Non hic obliviscor decreti Salmasiani, τὰ βασίλεια, *regiam*, in montis vertice collocantis: cuiusmodi

nihil suavissimus scriptor, utrumque Xerxis opus, τὰ βασίλεια et ἀκρόπολιν, disertim secernens. Fluxa hinc et vaga ex *Curtio* περὶ τῆς ἄκρης τῶν Κελαινέων disputatio. Iam *ad fontes Marsyae* regia cum fuerit, absonum-ne putabitur, *forum* ibidem aliquod admittere? Sed hinc abeo, magni *Salmasii* ingenium laudibus ferens. WESS. — Nil opus esse ut *l.* 12. cum *Abreschio* ἐλάσσονες pro ἐλάσσονος corrigatur, recte *Schaeferus* ad *Gregor.* Dial. Attic. §. 39. observavit, ubi de pleonasmo voculae ἢ post comparativum agitur. *S.*

16. *Μαρσύεω ἀσκός*) *Xenophonti* δέρμα, *Aeliano* Var. XIII. 21. δορὰ, ubi Cel. *Perizonius* omnes reprehendit, qui *Vallam* secuti Marsyae pellem *utris forma* suspensam voluerunt: ἀσκὸν ipsam esse *pellem*. Paria *Hutchinson* ad *Xenophontem* 'Αναβ. I. p. 11. Volens utrique eum τοῦ ἀσκοῦ usum largior: *Vallam* tuebitur *Plato* Euthyd. p. 285. D. εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου, ἀλλ' εἰς ἀρετήν: *modo ne pellis mihi in utrem, sicuti Marsyae, desinat, sed in virtutem.* WESS.

15 *seq.* *ἐν τῇ καὶ - - - Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται*) Qui vicina docte tractavit, *Salmasium* in *Solin.* dum saepius ista describebat, his miror non fuisse offensum, ἐν τῇ - - - ἐν τῇ πόλι. Voculis ἐν τῇ omissis, sequentia sic *Perizon.* interpretatur, *etiam Sileni Marsyae cutis in illa urbe suspensa est*, ad *Aeliani* Var. Hist. XIII. 21. Reprehendit ibi vir Celeb. *Vallam*, cui non sanequam absurde *Marsyae pellis in utrem* dicitur *formata: corpus* quidem etiam hominis figurate vocatur θύλακος et ἀσκὸς, sed quod notum esse scribit *Periz.* vereor ut probari possit. Sequitur, ut saepe, *Perizonium* *Hutchins.* ad *Xenoph.* Κυρ. 'Αν. p. 11. Quid vero facient his *Platonis* in Euthyd. p. 285. D. εἴ μοι ἡ δορὰ μὴ εἰς ἀσκὸν τελευτήσει, ὥσπερ ἡ τοῦ Μαρσύου? Non Athenarum tantum acropolis, sed aliarum etiam urbium *arces* nonnunquam πόλεις vocantur: et hic nihil impediret, quo minus ἐν τῇ πόλι in hunc sensum acciperemus; nam Sileni pellis in arce fuit suspensa. *Xenophonti* 'Αναβ. I. p. 146, 6. aula Regis fuisse traditur Celaenis ἐπὶ ταῖς πηγαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει· - - - ἐνταῦθα λέγεται 'Απόλλων ἐκδεῖραι Μαρσύαν νικήσας, - - - καὶ τὸ δέρμα κρεμάσαι ἐν τῷ ἄντρῳ, ὅθεν αἱ πηγαί. Sed arcis apud *Herod.* mentio iam praecesserat; nam non

dubito quin pro ἀγορῆς [*lin.* 14.] recte correxerit *Salmas.* ἄκρης: ut flumen Marsyas *magno* dicatur *aquarum strepitu* ἐξ αὐτῆς τῆς ἄκρης τῆς Κελαινέων ἀνατέλλων. Tum scripsisse Nostrum suspicor, ἐν τῇ (scil. ἄκρῃ, *in qua arce*) καὶ ὁ τοῦ Σειληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἀνακρέμαται. Voce ἄκρης in ἀγορῆς depravata, nihil mirum si quis adscripserit ad hunc locum, ἐν τῇ πόλει. VALCK.

CAP. XXVII. 1. Πύθιος) *Stephano* in Πυθόπολις et *Plutarcho* Virt. Mulier. p. 262. Πυθῆς audit, *Plinio* H. Nat. XXXIII. 10. *Pythius Bithynus*, non bene: fuit enim *Lydus* domo, ditissimus quidem, sed pariter miserrimus. Plura *Holstenius* et *Harduinus*, et de *aurea platano ac vite B. Brisson.* Regn. Pers. I. 77. WESS. — *Herodotum* sequuti *Pythium* vocant *Seneca*, *Tzetzes*, *Eustathius*, *Suidas.* [*Suid.* in Ἀπαρτίαν.] Πυθίας dicitur in *Schol.* msstis ad *Aristidem*; Πύθης *Plutarcho* de Virt. Mulier. p. 262, 263. et *Polyaeno* VIII. 42. Non ille tantum ἐξείνισε τὴν βασιλέως στρατιὴν πᾶσαν ξεινίοισι μεγίστοισι: sicut Λυσιθείδης teste *Diodoro* XI. 56. κατὰ τὴν διάβασιν τοῦ Ξέρξου τὴν δύναμιν τῶν Περσῶν ἅπασαν εἱστιακώς: sed Lydus etiam Pythius, secundum Nostrum, *Xerxis patrem Darium* [*lin.* 9.] ἐδωρήσατο τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσέῃ καὶ τῇ ἀμπέλῳ. De Xerxis loquens expeditione *Aristid.* in Panathen. p. 223. Εἰ δ', inquit, ἐπιθυμήσειε σκιᾶς, δένδρον ἦν αὐτῷ χρυσοῦν ἡ σκιά. *Schol.* Ms. in Cod. clar. Pet. Burmanni Sec. λέγεται ὅτι πλάτανον εἶχε χρυσῆν ἐπὶ τοῦ ὀχήματος συσκιάζουσαν αὐτόν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ἣν παρέσχεν αὐτῷ Πυθίας ὁ Λυδός. Neutrum tradit *Herod.*, quem sequitur *Tzetzes* Chil. I. 925. De *aurea vite et platano* vid. praeter *Brisson.* Celeberr. *Wess.* ad *Diodor.* [XIX. 48.] T. II. p. 354. VALCK.

CAP. XXVIII. 9. ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας) Lineola vel praetermissa vel loco non suo posita peperit errorem in Edd. *Eustathii* ad *Hom.* Iliad. β'. p. 277, 31. [pag. 366. ed. Rom.] Pythius illic habuisse legitur ἀργυρίου μὲν τάλαντα δύο, χρυσοῦ δὲ στατήρων Δαρεικῶν μυριάδας τετρακοσίας ἐπιδεούσας ἑπτὰ χιλιάδων: ex *Herod.* *Tzetzes* memorat Chil. I. vs. 927. δισχίλια μὲν τάλαντα ἀργύρου ἀνεργάστου: scripserat *Eustath.* ἀργυρίου μὲν ταλάντων δύο χιλιάδας. Quae quidem essent intra μυριάδα, χιλιάδες literis vulgo designabantur infra notatis obliquo ductu: β'. sunt duo: ͵β. δύο χιλιάδες. Ex istis etiam scribendi compendiis plures hic illic

remanserunt errores. *Stater aureus*, sive Δαρεικὸς, valebat ἀργυρᾶς δραχμὰς εἴκοσι, sex adeoque florenos: vid. *I. Perizon.* ad *Aeliani* Var. I. 22. et IV. 27. Drachmae 6000. talentum conficiebant Atticum. Athenis florente republica ducenta talenta pecunia censebatur maxima: ditissimus inter Athenienses Callias διακοσίων ταλάντων ἐτιμήσατο, teste *Lysia* Or. XIX. p. 349. [p. 649 seq. ed. Reisk.] *Pythius Herodoti* talenta habuit argenti duo millia; nummorum aureorum immensam summam. Tantum auri fecerat ex aurifodinis; et metalla tanto studio coli voluit a servis, ut agrorum necessaria cultura negligeretur, testibus *Plutarcho* et *Polyaeno*; prudentia tamen uxoris auri cupidissimum ab ista iam ante retraxerat insania, quam evenirent hic *Herodoto* narrata; ut adeo Xerxi dicere potuerit, [*lin.* 12.] αὐτῷ δέ μοι ἀπὸ ἀνδραπόδων τε καὶ γεωπέδων ἀρκέων ἐστὶ βίος: quae verba sic scripta recuperabit ex Codicibus. vid. Dissert. *Herodot.* clar. *Wess.* p. 87. VALCK.

12 seq. ἀπὸ --- γεωπέδων ἀρκέων ἐστὶ βίος) Laurentii *atque ex agricolis* ansam *Porto* aliisque dedit γεωπόνων refingendi. *Suidae* Γεωπὸς, ὁ γεωργὸς, si γεωπεὺς foret, vulgato aptius congrueret; modo ex ἀνδραπόδων numero eximi, quod ut fiat metuo, possent illi agricolae et glebae adscripti. Praestat ducibus msstis uti, et γεωπέδων, utpote pristini scripturae propius, amplecti. Γήπεδα sive γεώπεδα, *Hesychio* χωρία, κτήσεις, sive *fundi*; pariterque *Harpocrationi* ac *Suidae*: ex his et mancipiis Pythio ἀρκέων βίος, *victus uber*: hoc enim accessorium schedae postulant, depositumque antea fuit lib. I. 31. WESS. — Placuit diminutivum γεωπεδίων, in quod plerique codd. consentiunt. *S.*

CAP. XXIX. 14. ἀπαρτιλογίη) Est ἀπηρτισμένος καὶ πλήρης ἀριθμὸς, sive λόγος: hinc enotarunt Grammatici: vid. clar. *Io.* noster *Alberti* ad *Hesych.* in voce. Sequentia, [*l.* 15.] κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ αὐτὸς ἐκτήσαο, reddi debebant, *et solus possideto, quae tutemet tibi parasti.* Notam verbi κτᾶσθαι vim exemplis adfirmarunt *G. Raphel.* ad *Lucae Ev.* XII, 12. et *I. I. Wetsten.* ad *Matth.* X, 9. *Euripidis* ex Inone fragm. apud *Stobaeum* p. 511. sic commode restitui poterit: Κέκτησο δ' ὀρθῶς ἅ 'ν ἔχῃς ἄνευ ψόγου, Κεἰ σμικρὰ σώζων· (τοὔνδικον σέβειν πρέπει.) Μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος, εὖ πράξας ποτὲ, Ζητῶν τὰ πλείον' εἶτα πάντ' ἀπωλέσῃς. Versu secundo pro vulgatis,

τοῦνεχ' ὃν σέβειν πρ. *Grotius* posuerat οὕνεκ' εὐσεβεῖ πρ. VALCK.

CAP. XXX. 4. ἐς Κολοσσὰς, πόλιν μεγάλην) *Xenoph.* 'Αναβ. I. p. 10. εἰς Κολοσσὰς (Κολοσσὰς) πόλιν οἰκουμένην, εὐδαίμονα καὶ μεγάλην. Male ergo Codd. nonnulli μεγάλης titulum urbi negant. *Lycum*, [*lin.* 5.] *in terrae voraginem semet mergentem et emergentem iterum*, describit *Strabo* XII. p. 867. B. [p. 578. c. ed. Cas.] WESS.

[9. ἐς Κύδραρα πόλιν) Eamdem videtur urbem dicere quae Κούραρα apud *Strabonem* lib. XII. p. 578. c. et XIV. 663. c. *S.*]

CAP. XXXI. 6. παρὰ Καλλάτηβον) Non debuerat Cl. *Galeus*, ex vitioso *Arch.* Καλλάτιον, reformare Καλλατίαν, urbem longissime in Thraciae fines remotam. *Stephani* Καλάτιβος, πόλις Λιβύης, 'Ηρόδοτος ἑβδόμῃ, hinc descendit; sed pravatum, et Nostri praescripto, quod *Ortelius* perspexit, sanandum. Δημιουργοὺς, *mellificantes*, attigit etiam lib. IV. 194. WESS.

8. εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα etc.) Velut ἐραστὴς, secundum *Aelian.* Var. II. 14. Xerxes ἐξῆψεν αὐτῆς κόσμον πολυτελῆ, στρεπτοῖς καὶ ψελλίοις τιμῶν τοὺς κλάδους, καὶ μελεδωνὸν αὐτῇ κατέλιπεν, ὥσπερ ἐρωμένῃ φύλακα καὶ φρουρόν: ubi notant *Scheffer.* et *Kühn.* *Platanum* dicitur Herodoti *Xerxes* [*lin.* 9.] μελεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας. Ex *Brissonio* praesertim de Regn. Pers. I. p. 165. (conf. notata ad *Diodor.* I. p. 409. et ad *Hesych.* in 'Αθάνατοι:) notissima quidem illa cohors decem millium lectorum equitum; quos *immortales*, ἀθανάτους, cur vocaverint Persae rationem pandit *Herod.* VII. 83. Sed ob eam ipsam rationem miror, unum ex istis, quem huic arbori servandae custodem constituit Xerxes, hic ab *Herodoto* dici ἀθάνατον ἄνδρα. Scripserat-ne fortasse μελεδωνῷ τῶν ἀθανάτων ἀνδρὶ ἐπιτρέψας? sic custodiendam demandasset *uni ex Immortalium cohorte*: unus ex istis vereor ut usquam Graecis dicatur ἀθάνατος. *Themistio* dicitur τις ἀθάνατος ἀριθμὸς ἀποθνησκόντων στρατιωτῶν, II. p. 36. c. Iuxta *Pausan.* VI. p. 464. Polydamas in Perside κατὰ πρόκλησιν Περσῶν ἄνδρας τῶν καλουμένων ἀθανάτων ἀριθμὸν τρεῖς, ἀθρόους οἱ μονομαχήσαντας ἀπέκτεινεν: non utique scripsisset *Pausanias* Polydamanta Περσῶν τρεῖς ἀθανάτους ἄνδρας ἀποκτεῖναι. VALCK. — 'Αθάνατον ἄνδρα hic dicere videtur, cui etiam nunc vivo successor est designatus, qui in mortui

aut ab officio discedentis locum illico succedat: ita ut dici hactenus possit, numquam intermori qui officio, de quo agitur, fungatur. *S.*

8 *seq.* δωρησάμενος κόσμῳ χρυσέῳ) Nimium *Tzetzae* ad *Lycophron.* p. 142. καθ' Ἡρόδοτον ἐχρύσωσεν αὐτὴν διὰ τὸ κάλλος, decepti *aurea platano* c. 27. Idem *Io. Chrysostomi* peccatum Homil. VII. in Ep. ad Colossens. p. 377. B. ubi felix memoria *Montfauconium* destituit. Cautior et copiosior *Aelian.* Var. II. 14. Μελεδωνὸν ἀθάνατον platani explicabit Noster c. 83. inferius. WESS. — Vide proxime ante notata. *S.*

CAP. XXXII. 7. οὐκ ἔπεμψαν Δωρεῖῳ) Adscisci poterit ἔδοσαν: alterutrum sane ex glossa est. Δοῦναι et πέμπειν hoc in genere variantur. Confer lib. IV. 127. et 131. [Vide *Var. Lect.*] Cur autem Xerxes *nullos Athenas et Spartam* ad petendam aquam et terram *ablegaverit*, docetur c. 133. WESS.

CAP. XXXIII. 3. Μαδύτου) Absurde *Valla* atque *Arch.* Ἀβύδου. *Madytus* et *Sestus*, *Chersonesi urbes*, recte iunguntur: immo vero hinc *Madyti* ad Hellespontum positio, quae Cl. *Cellario* Geogr. Ant. lib. II. 15. p. 1311. quodammodo incertior, adparet, atque ex lib. IX. 119. Verius in eodem *Valla* cum *Arch.* et *Vind.* ἀκτὴ τραχέα, [*lin.* 4.] *ora salebrosa.* Memini ἄκρας λεπτὰς τῆς ἠπείρου lib. VIII. 107.; neque infitiabor adeo, παχέην dici quoque posse. At tractui isti sollemne id cognomen ex *Tzetze* ad *Lycophron.* pag. 141. γεφυροῦν ἐπεμήθησαν τὸν Ἑλλήσποντον περὶ τραχεῖαν ἀκτὴν λεγομένην, μεταξὺ Σηστοῦ καὶ Μαδύτου, non Ἀβύδου, ut vulgo. WESS.

8. ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν) Infra IX. 119. *Artaycten* σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν: id est πρὸς σανίδα πασσαλεύσαντες. Nostro loco πρὸς σανίδα διεπασσάλευσαν legisse videtur *Eustath.* ad Od. χ'. p. 780, 28., ubi ex Lexico veteri Σανὶς esse dicitur, ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν. *Hesych.* Σανὶς - - - τίθεται καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ: spectant ista locum *Aristoph.* Thesm. vs. 937. In eiusdem *Pluto* legitur vs. 944. πρὸς τὸ μέτωπον - - - Ὥσπερ κοτίνῳ προσπατταλεύσω τουτῳί: *ad frontem*, (calceos) *tanquam ad oleastrum*, *clavis affigam huic: Berglerus. Hegesippus* in Adelphis apud *Athen.* VII. p. 290. E. πρὸς τὴν θύραν, Ἑστήξετ' ἀχανὴς προσπεπατταλευμένος, Ἄφωνος ἄχρις ἂν *etc.* Eiecta voce Ἄφωνος, ex inter-

pretamento voci ἀχανὴς olim adiecta, scribendum: Ἄχρις γ' ἂν αὐτὸν *etc.* sic suus versui constabit modulus. Herodoti *Artayctes*, praeter cetera flagitia, *in Protesilai templo*, [*lin.* 9 *seq.*] ἀθέμιτα ἔρδεσκε. (ἐν τῷ ἀδύτῳ quippe γυναιξὶ μισγόμενος, IX. c. 115.) Vocem istis olim interiectam ἔργα recte *Gronov.* omisit: ἀθέμιτα mutari non debuit: VIII. cap. 143., μηδὲ ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε: ubi ex *Arch.* enotatum, ἀθέμιτα ῥέξειν. Ad istam normam alibi scripsit ἀχάριτα παθήματα, et δῆμον συνοίκημα ἀχαριτώτατον: hoc enim ex Msstis praebet *Galeus* in p. 4̄51, 37. [VII. 156, 19.] VALCK.

10. ἀθέμιστα ἔρδεσκε) Sive ἔργα addas, seu demas, parum referet. Ἀθέμιστα ἔργα ἔπρασσεν *Lucian.* Dea Syr. c. 12., ἀθεμίστια ἔργα μηδομένους *Manetho* II. 301. Noster lib. VIII. 143. μηδὲ -- ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε. In praecedentibus [*lin.* 8.] πρὸς σανίδα διεπασσάλευσαν ex *Pass.* et *Eustath.* adsumi poterat. Vide lib. IX. 119. WESS.

CAP. XXXIV. [2 *seq.* τὴν μὲν λευκολίνου *etc.*) τὴν μὲν --- τὴν δ' ἑτέρην, scil. γέφυραν, nomen in verbo ἐγεφύρουν latens. Caeterum conf. c. 25, 2 seq. *S.*]

CAP. XXXV. 2. τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς) Persae institutum et mens Scriptoris in propatulo; structura inplicatior. *Gronovius* ἐπικέσθαι legisse videtur, opinione haud probabili: [at nihil ad h. l. notavit *Gronov.* in versione autem cum *Valla* posuit *infligi*, quod et ipse *Wess.* recte tenuit:] tolerabilius ἐπιθέσθαι *Corn. de Pauw*, cui, si per Codd. staret, accedere possem. Alii maiora audent. Vulgatae si sanitas constat, dicendum est, ἐφικέσθαι et καθικέσθαι eundem praestare usum. *Plato* Hipp. Maior. p. 292. A. ἂν τύχῃ βακτηρίαν ἔχων, ἂν μὴ ἐκφύγω φεύγων αὐτόν, εὖ μάλα μου ἐφικέσθαι (nempe αὐτῇ) πειράσεται. *Sophocles* Oed. Tyr. vs. 819. διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο. In quibus diversior ordo et iunctura quidem, hic accommodanda verbo, sub dictione latenti, μαστιγῶσαι τὸν Ἑλλήσποντον, uti c. 54. et VIII. 109. Atque cum in modum *Abreschius.* Conmode, haec dum meditor, in mentem redit Homericum Iliad. Ε'. 748. Ἥρη δὲ μάστιγι θοῶς ἐπιμαίετ' ἄρ' ἵππους, quo utantur volentes. WESS. — Suo sic more scripsit *Herod.* pro ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἱκέσθαι μάστιγι πληγάς. Hac opinor ratione collocata vir doctus non censuisset tentanda. Insanum utrumque

facinus, quo fertur iratus *Xerxes in mare saeviisse flagellis et compedes demisisse*, quod *Herodotum* sequuti plurimi commemorant, *Brissonio* partim citati de Regn. Pers. lib. III. pag. 420., illud equidem a Graecis confictum suspicor cum *Th. Stanleio* ad *Aeschyli* Pers. vs. 752., cuius locum adhibuit ill. *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 195. De mari pontibus strato *Aeschylus* est intelligendus, ut eius aetate fabula nondum vulgo fuisse videatur recepta: de filio Darius apud *Aeschyl.* Ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν, δοῦλον ὥς, δεσμώμασιν Ἤλπισε σχήσειν· - - - καὶ, πέδαις σφυρηλάτοις Περιβαλὼν, πολλὴν κέλευθον ἤνυσεν πολλῷ στρατῷ. Ira regis ob pontem vi tempestatis disiectum, atque isthaec *Aeschyli* Athenis decantata, facilem fabulae fingendae ingeniis Atticis praebuerunt ansam: vid. *Diogenis Laërt.* Prooem. §. 9. Istius aevi Persica monumenta si ad nos usque pervenissent, forsan intelligeremus (quod, altera tantum audita parte, et quid nostra aetate eveniat cogitantibus nobis certe licet suspicari) mendaces multa de Persis falsa nobis Graecos tradidisse, suasque semper res amplificasse. *Dion Chrys.* Or. XI. pag. 191. D. Ἀνδρὸς, inquit, ἤκουσα Μήδου λέγοντος, ὅτι οὐδὲν ὁμολογοῦσιν οἱ Πέρσαι τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι κ. τ. λ. VALCK. — Caeterum conf. cap. 54 sub fin. et VIII. 109, 18. *S.*

3 *seq.* ἤδη δὲ ἤκουσα ὡς καὶ στιγέας;) Quod Noster auditione tantum accepisse se testatur, sanequam absurdissimum, illud vix aliis commemoratur. De Xerxe *Iuvenal.* Sat. X. 182. *Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigaeum: Mitius id sane, quod non et stigmate dignum Credidit:* ubi Herodotea dedit *Grangaeus* ut vulgantur; in quibus στιγέας ex *Med.* bene scripsit *Gronov.*, quod ex *Arch.* etiam obtulerat *Galeus*, pro μαστιγέας: sed nec *qui flagellis caederent* μαστιγέας, verum dici potuerunt μαστικταὶ, quod ex *Alex.* Cod. recipiendum in lib. IV. *Maccab.* IX, 11. Lexicographis aeque ignotum ac Herodoteum Στιγεύς. VALCK. — Praeclare στιγέας ex Msstis *Galeus* et *Gronovius.* Conf. *Iuvenal.* Sat. X. 182. ac *Plutarch.* de Ira p. 455. D. WESS.

6 *seqq.* Ὦ πικρὸν ὕδωρ, δεσπότης *etc.*) Media καὶ ἁλμυρὸν, ut supervacua, schedis desiderantibus, exterminavi. Migrarant in hanc viciniam ex proxime sequente καὶ ἁλμυρῷ ποταμῷ aut Homereo ἐπιπλεῖν ἁλμυρὸν ὕδωρ, Odyss. *ι.* 227. si-

milibusve. WESS. — Quae *in mare dicta* voluit a flagellantibus Herodoti *Xerxes*, illa supra modum admiratur *Hermogenes* pag. 403. Σχεδὸν δι' ὅλου τοῦ λόγου ἡδονὰς ἐργαζόμενος ἐν τοῖς εἰς τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ Ξέρξου πραχθεῖσιν, ὑπερεβάλετο τῇ ἡδονῇ καὶ τῇ γλυκύτητι: tum, descriptis Herodoteis, Ἐνταῦθα, ait, πρὸς τὸ ὕδωρ, ὡς αἴσθησίν τινα ἔχον καὶ προαίρεσιν, διαλεγόμενον ποιήσας τὸν Ξέρξην, ὑπερέβαλεν ἡδονῇ. Prostant illic Herodotea ut in Editis: postrema tamen rectius hoc modo scripta: σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἄρα οὐδεὶς ἀνθρώπων θύει, ὡς ἐόντι δολερῷ τε καὶ ἁλμυρῷ ποταμῷ: in his lectio firmatur *Med.* et καὶ recte omittitur. VALCK.

CAP. XXXVI. 2. τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν) Quando nihil adest, quo τὰς commode possit referri, voculam cum *Reiskio* suspicor excidisse: fortasse scribi poterit: τὰς δὲ (ἀκτὰς) ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. Erat enim cap. 33. ἀκτὴ τρηχέα ἐς θάλασσαν κατήκουσα Ἀβύδῳ κατεναντίον: et cap. 34., ἐς ταύτην τὴν ἀκτὴν ἐξ Ἀβύδου ὁρμεώμενοι ἐγεφύρουν τοῖσι προσέκειτο. Hinc vocem γεφύρας plerique cum *Valla* forte censebunt subaudiendam. VALCK. — Superius, cap. 34, 2. ad τὴν μὲν, et τὴν δὲ ἑτέρην, ex praecedente verbo ἐγεφύρουν in promtu erat nomen substantivum γέφυραν intelligere. At hoc loco alia ratio est. Quamvis dictionem ζευγνύναι γέφυραν frequentet Herodotus, ut IV. 85, 2. 88, 12. 97, 11-13. 118, 4. etc. non idcirco ad τάσδε omitti nomen γεφύρας commode admodum potuerat. Quo magis speciosa erat *Reiskii* sententia, intercidisse vocab. νέας, ἀκτὰς aut γεφύρας. Verum tamen, quemadmodum paullo ante, ubi τῇ ζεύξι dixit Herodotus, quilibet lector τῇ ζεύξι τῶν γεφυρέων intelligebat, sic et hic fortasse haud ita magno incommodo praetermitti nomen γεφύρας potuit, utpote legentium animis praesens, et a quolibet ultro subaudiendum. Aliam expediendi huius loci rationem *Dav. Schulz* Vir clar. in Animadverss. ad Herodoti Hist. Bellor. Pers. iniit. Primora huius capitis verba, οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον, ad ipsa illa quae initio cap. 34. leguntur et ad priorum pontium architectos referens, interpretatur *Illos pontes isti fecerunt, hos alii architecti;* adiecta hac observatione: „Facilis esset mutatio τοῦ ταῦτα in ταύτας, at non ne„cessaria; *neutrum* in talibus usitatissimum pro ceteris „generibus. Τὰς δὲ (γεφύρας, nam de *duplici ponte* sermo)

„tamen respondet huic ταῦτα." — Sic ille; cui *Valla* praeiverat, eumdem locum ita reddens: *Et illos quidem pontes fecerunt ii quibus haec ingrata merces proposita erat: at alii architecti, qui alios fecerunt, hoc modo iunxerunt.* Latina *Gronovii*, quae *Wess.* etiam tenuit, obscuriora sunt, graecis nimis anxie insistentia: *Et quidem ista fecerunt ii quibus hic ingratus honor propositus erat. At alii architecti illos iunxerunt.* Equidem cum *Larchero*, οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον *etc.* de his accepi *quorum munus* fuit *exsequi* saeva *Regis mandata.* conf. c. 39, 16 seqq. *S.*

3 *seqq.* Πεντηκοντέρους καὶ τριηρ. *etc.*) Quae sequuntur, non intellecta, descripserunt *Brisson.* de Regn. Pers. III. p. 434., et *Stanlei.* in *Aesch.* Pers. vs. 71. latine vertit atque explicuit *Dion. Petav.* ad *Themist.* pag. 451 seq., partim attigerunt *Casaub.* aliique: supersunt et in his nonnulla lucis indiga. VALCK. — Mihi quoque in *pontium descriptione*, quae proxime subiicitur, multa obscura esse profiteor: quibus quum nihil certae lucis valeam adfundere, ancipiti disputatione non multum detinebo Lectores, satis habens aliorum maxime super hoc loco sententias Virorum doctorum referre. *S.*

5. ὑπὸ δὲ τὴν ἑτέρην τεσσαρεσκ. καὶ τριηκ.) Magna Codicibus gratia harum restitutione vocum: erat enim ἀναπόδοτος minimeque consequens narratio. *Duo* pinguntur *pontes*, quorum *alteri*, *Euxino Ponto obverso*, CCCLX. *naves substratae; alteri*, *qui Aegaeum mare spectabat*, CCCXIV. Quae postrema si deficiant, luxa et manca oratio. Vidit defectum atque ex *Vallae* Latinis prudenter sarsit Cl. *Pavius*; animadvertit eundem Cl. D. *Petavius* ad *Themistii* Or. X. p. 451., in instauratione nimius: sic namque, ὑπὸ δὲ τὴν πρὸς τοῦ Αἰγαίου ἑξήκοντα καὶ τριηκοσίας, vel uno verbo τοσαύτας: neque enim rationem esse cur tanto plures in altero ponte fuerint. Speciose profecto; quam tamen speciem schedae respuunt, pontiumque ordo et series navium: namque prioris pontis naves stabant *transversae*, hinc *plures*: posterioris *directae* et propterea pauciores. *Pet. Bertius* de Aggerib. et Pontib. cap. 3. idem Xerxis opus adgressus fuit, sed levi brachio. WESS.

7. ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον) Videlicet ὁ ῥόος. *Valla* dederat, ut *stabiliret funes armamentorum*, rectius veriusque

contentionem ac firmitatem rudentum. Fluctus enim propellebat naves istas, quae inpulsae funium contentionem augebant. Ἀνακωχεύειν proprie est *inhibere*, ac *navem reprimere:* hinc μεταληπτικῶς *Valla* interpretatur *stabilire*. quod *Petavius* et *Pavius* perspexerunt. Statim [*lin.* 8.] ἀγκύρας κατῆκαν, indole sermonis postulante, reposui; mutato, quod tolerari potuisse miror, κατῆκον. Scripsissem quoque [*lin.* 9.] τῆς μὲν πρὸς τοῦ Πόντου cum *Petavio*, eo quod subinde sequitur τῆς δὲ ἑτέρης: ex utroque enim ponte anchoras demiserunt. Sed Mssti aliter. *Gronovii* Latina reliqui, etsi pro mea opinione minime bona. WESS.

[3-9. Gronovii versio haec erat: *Quinquaginta remorum naves triremesque trecentas sexaginta Euxinum versus Pontum composuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem transversas, Hellesponto autem secundum fluxum, ut laxa esset fluitatio intentionis armamentorum. Quibus compositis, praegrandes ancoras demiserunt, partim ab latere contra Pontum, ventorum caussa qui intrinsecus exspirant:* etc. Reiskius ad hunc locum nihil adnotavit, nisi quod pro ἀνακωχεύῃ *lin.* 7. ἀνακωχεύωσι maluerit. „ἀνακωχεύῃ si ferretur, inquit, debet referri ad γέφυρα ἑκάστη.“ Larcheri gallìca versio a latina *Gronovii* nihil fere discedit: *Ils attachèrent ensemble* CCCLX. *vaisseaux de cinquante rames, et des trirèmes; et de l'autre côté* CCCXIV. *Les premiers présentoient le flanc au Pont-Euxin; et les autres, du côté de l'Hellespont, répondoient au courant de l'eau, afin de tenir les cordages encore plus tendus.* etc. Tum vero in *Notis*, primum, miratur idem doctus Interpres, quo pacto *Wesselingius* in altero ponte idcirco *plures* fuisse *naves* dixerit, quoniam *transversae* steterint. Sic enim multo paucioribus fuisse opus: statuendum potius, eo loci latiori spatio patuisse fretum, eoque longiore opus fuisse ponte. Deinde, postquam de obscuritate conquestus est, quae Rennelli, illustris Viri, interpretationem huius loci (in *Geographical System of Herodotus*, p. 51.) premit, proponit coniecturam, cui quidem ipse non magnopere confidit: constructos fortasse hos pontes esse ea anni tempestate, qua constanter a meridie flabant venti; inde necesse quidem fuisse, ut naves ab illa parte *secundum aquae cursum* starent, istas autem ab altera parte, quae Pontum specta-

bant, *transversas* locari potuisse. Quod si nostra de coniectura statuas, non Πόντου, sed πόρου h. l. scripsisse Herodotum; (conf. infra, *lin.* 21.) duo ista, quae memorat, *ἐπικαρσίας stetisse naves*, et stetisse Ἑλλησπόντου κατὰ ῥόον, non ita fuerint intelligenda, ut prius ad unum ex pontibus, posterius ad alterum spectet; sed utrumque ad utrumque pontem pertinebit. *Utriusque pontis naves* ita locatae erant, ut *respectu traiectus* (respectu lineae rectae ab una ora ad alteram ductae) *transversae* starent; sed *rectae*, *secundum aquae in Hellesponto cursum*. Superest, ut, quae ad eumdem difficiliorem Nostri locum a *Schulzio*, Viro docto, adnotata sunt, his subiiciam. *S.*]

4-7. ὑπὸ μὲν τὴν etc.) *Sub alterum pontem, Ponto Euxino obversum, trecentas et sexaginta*, scil. συνθέντες: *sub alterum*, qui Aegaeum mare spectabat, *trecentas et quatuordecim.* Sequentia videmus ab aliis minus recte explicata, quorum omitti possunt interpretationes, his positis. Τοῦ μὲν Πόντου - - - κατὰ ῥόον, est quasi παρενθήκη, quae directionem navium iunctarum signare debet. Erant autem collocatae, non tanquam transmittentes Hellespontum, sed tanquam invehentes, *rectae, secundum fluxum Hellesponti*. i. e. τοῦ Ἑλλησπόντου κατὰ ῥόον, et τοῦ Πόντου ἐπικαρσίας, [ἐπικάρσιαι puto scribere voluerat Vir doctus.] *quoad Pontum transversae* sive *obliquae*. Ἵνα ἀνακωχεύῃ cet. non referas ad hanc parenthesin, sed ad superiora ὑπὸ μὲν τὴν etc. *ut stabiliret, fulciret funes* (τὸν τόνον) *armamentorum pontium*, quae inniterentur navibus sive ipsis fluctibus; nam paulum refert, ῥόος subintellexeris post ἀνακωχεύῃ, an τοῦτο, *opus istud iunctarum navium.* In condendis prioribus pontibus quum nihil simile factum esset, facile est intelligere, cur tam celeriter a fluctibus destructum sit opus. Nam per Hellespontum tam latum quo tandem pacto funes tantopere intendi potuissent, ne in medio saltem demissae aquam attingerent? Dav. Schulz. — At hoc ipsum mirum quodammodo poterat videri, quod in iterata etiam pontium horum constructione funibus ab una ora in alteram tensis imponere transversas trabes, quae transitum praebebant, maluerint, quam validis tignis ab unaquaque nave in proximam aut proximas porrectis, apteque inter se connexis firmatisque. Nempe amplius tribuerunt robustorum ru-

dentium firmitati, qui simul ad cedendum, quod opus foret, impetui fluminis aptiores, quam tigna essent. — Haec cum superioribus, ad istorum pontium structuram pertinentibus, ita a me perscripta, iamque prelo erant commissa; quum, cuncta denuo relegens, intellexisse mihi visus sum, nihil opus fuisse coniecturâ illâ, qua pro τοῦ μὲν Πόντου ἐπικαρσίας, *lin.* 6. τοῦ μὲν πόρου ἐπικ. legendum suspicatus eram. Eodem enim res redit. Hellespontus veluti fluvius consideratur, cuius cursus cum australi ora Ponti Euxini angulum fere rectum format. Igitur, quae naves *secundum Hellesponti cursum* rectae stabant, eaedem commode dici potuerunt *respectu Ponti oblique* sive *e transverso* locatae fuisse: neque illae, ut *Larcherus* fingebat, latera obversa Ponto habebant, sed prorae earumdem Pontum spectabant. *S.*

10. τῆς δὲ ἑτέρης) Fuit quum scribere vellem τὰς δὲ ἑτέρης: nam minus placebat *Wesselingii* mutatio praecedentis τὰς μὲν in τῆς μέν. Nunc intelligo, vulgatam lectionem negligentiae cuidam Scriptoris tribuendam esse, atque retinendam; aut, si qua corrigere volueris, ponendum esse τὰς δὲ τῆς ἑτέρης: articulus enim ante ἑτέρης abesse nequit. Τῆς δὲ si nobiscum admittas, τὰς δὲ tamen quasi subintelliges, quod respondeat priori τὰς μέν. De utroque ponte, unde anchorae demittebantur, sermonem esse vides. DAV. SCHULZ.

12 *seq.* διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν *etc.*) *Petavii* his pontibus inpensa opera latuit [*Gronovio*] Cel. viro: hinc illa eius notatio. Probat ipse separationem ὑπὸ φαῦσιν, *sub lumen*: tentat deinde ὑπὸ φλύσιν, uti videre est. Iungo ego, *Aldi* et scriptorum ductum sequens. Ὑπόφαυσις *fenestrae*, *lucem admittentis*, notionem habet apud Interpretes *Ezech.* c. XLI, 16. Hinc pro *hiatu* et *patente transitu*: par διαυγείας ratio, quae ab lucis transitu, spiraculum et foramen, quo fumus ex casis evolvitur, in *Diodori* XVII. 82., et διαυγίον, in vasculorum aperturis et spiraminibus apud *Heronem* Spirit. p. 163. Itaque διέκπλοος ὑπόφαυσις, *transitus* idem; ἀραίωμα *Luciano* Ver. Hist. II. 2., sive *interceptum spatium* et *vacuum*, per quod ὑποφαίνεται, adparetque lux, ut *Petavius*. *Reiskio*, ὑπόφαυσιν probanti, διέκπλοος adiectivi loco est. Mox [*lin.* 13.] *Petavius* scite, καὶ τριηρέων τριχοῦ: namque series

ipsae tam πεντηκοντέρους quam τριήρεας habebant, et utrasque proinde interruptas esse oportuit. WESS. — Non ego διέκπλοον pro adiectivo nomine accipiam, sed pro substantivo, per adpositionem, quam Grammatici vocant, alteri iunctum: *fenestram, aperturam reliquerunt, quae esset διέκπλους*, id est, quae inserviret διέκπλῳ, quae minoribus navigiis transitum praeberet. Inter καὶ et τριχοῦ (*lin.* 13.) in promtu erat suspicio intercidisse nomen τριήρεων: (conf. *Var. Lect.*) nec tamen illo adiecto opus utique fuisse intelligo, et e contextu reiectum istud adsumentum velim. Alternis iunctae erant triremes et naves longae sive penteconteri: *tribus in locis* inter duas triremes *aberat penteconterus*; et spatium, qua transirent minora navigia, vacuum relictum erat. Particula καὶ ante τριχοῦ similem quamdam vim habere potest, qualem passim alibi observavimus: scil. ut significet, non uno in loco, sed pluribus, et quidem tribus in locis. conf. Var. Lect. I. 99, 7. *S.*

16. στρεβλοῦντες ὄνοισι ξυλίνοισι) Egregia huic loco medela ex *Med.* et aliis. Ὄνοι sunt *axes*; ὀνίσκοι *axiculi*, *suculae*, sive *machinae tractorii generis*. *Galenus* Gloss. Hippocrat. Ὀνεύεσθαι, ἤγουν δι' ὄνων ἐπιστροφῆς τείνειν. Ὄνοι γὰρ καὶ ὀνίσκοι, οἱ ἄξονες: et pluribus ad *Hippocrat.* de Fractur. p. 551. Adde *Eustachium* in *Erotianum* p. 82. [pag. 275. ed. Franz.] et *Gronovium*. WESS.

18 *seq.* παχύτης μὲν ἦν αὐτή) Sic debuit. Nimium *Petavii* ὢν παχύτης μὲν ἦν αὐτὴ, et *Reiskii* ἡ αὐτή. WESS. — Immo recte *Reiskius*. Conf. *Var. Lect.* *S.*

20. τοῦ τάλαντον) τῶν τάλαντον Editor Genev. inprudenter: transitus in distributivis numeri est. Unde vero *Tzetzes* acceperit τριτάλαντον τῷ βάρει Chil. I. vs. 599. ipse dixerit. WESS.

[23. κατύπερθε τῶν ὅπλων τοῦ τόνου) Series naturalis verborum, κατύπερθε τοῦ τόνου τῶν ὅπλων: id est, κατύπερθε τῶν ὅπλων ἐντεταμένων. Quod sequitur [*lin.* 24.] αὖτις ἐπεζεύγνυον, obscure *Valla* reddidit, *rursus desuper innexerunt*: *Gronov. tum ibi rursus superiunxerunt*, quod tenuit *Wess.* Planius *Larcher*, sed dubito an ex mente Scriptoris, *on posa dessus des planches bien jointes les unes avec les autres. S.*]

26. καταναξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν) *Hesychius* Καταναξαντες, ἀνάξαντες, εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσαντες: forte, quae *Abreschii*

suspicio, *νάξαντες*, *εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσαντες*, ut *conplanandi* significationem, quae huius est loci, et *τοῦ κατανάγειν* iunxerit. *H. Stephanus* Thes. T. IV. pag. 1157. horum inmemor, *καταvάγω Conporto. Affertur enim κατανάξαντες γῆν pro Conportantes iniicientesque terram.* Est ex *κ α τ α ν ά σ σ ω*. In *Iosepho* Bell. Iud. I. 21, 7. *νάγμα*, *terra stipata: πύργος νακτὸς* ibid. V. 4, 3. *solida* et *bene conpacta*, sive *νεναγμένος*, quomodo Mssti Antiq. XV. 9, 6. verissime. Porro *φραγμὸν*, *sepem hinc atque hinc praetensam*, *Tzetzes χειραγωγοὺς καὶ κλίσματα*, *Arrianus* 'Αναβ. V. 7. *κλίμακας*, ubi excellenter *Gronovius*, adpellant. 'Υπερφῶντα non muto, rarum quidem tali usu, sed proprio et vetere. WESS. — *παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν*, *secundum utrumque latus duxerunt* septum. De verbo *εἰρύσαι* vide *Wess.* ad VII. 24, 5. *S.*

CAP. XXXVII. [2. *οἵ τε χυτοὶ*) Huc spectare videtur glossa apud *Suidam*: Χυτόν· *χῶμα*: et apud *Hesych.* Χυτόν· *χωστὸν*, *καὶ τὸ χῶμα*. Altera pars scholii, quod est apud utrumque, pertinet ad II. 69, 6. Quod *χυτὸν* (non *χυτὸς* aut *χυτοὶ*) scribitur apud hos Lexicographos, id fortasse ex vetustioris cuiuspiam Grammatici observatione ductum, quae huiusmodi fuerit: *Χυτὸν λέγει Ἡρόδοτος τὸ χωστὸν καὶ τὸ χῶμα*. *S.*]

9. *οὔτ' ἐ π ι ν ε φ ε λ ω ν ἐόντων*) *Aristoteles* Problem. XXIV. Sect. 17. iuvat Codicum scripturam, rogitans, *Διὰ τί τῆς αἰθρίας μᾶλλον ψῦχος γίνεται, ἢ ἐ π ι ν ε φ ε λ ω ν ὄ ν τ ω ν*. Per autem mira solis haec obscurati descriptio; talis profecto, ut veram eclipsis caussam aut exploratam non habuerit *Herodotus*, aut tragice circumscripserit. Quid enim *ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην*? Sed verum hunc solis fuisse defectum negant plerique sideralis scientiae professores, *Seth. Calvisius* Chronol. Ann. 3470., *D. Petavius* Doctr. Temp. lib. X. 25. *H. Dodwellus* Annal. Thucyd. pag. 47. WESS.

Ibid. *ἀντὶ ἡμέρης τε νὺξ ἐγένετο*) Supra, I. cap. 103., *νὺξ ἡ ἡμέρη ἐγένετο*. Cap. 74. *συνήνεικε ὥστε -- τὴν ἡμέρην ἐξαπίνης νύκτα γενέσθαι*. *Primus istam defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur* Milesius Thales, iuxta *Herod.* et *Ciceron.* de Div. I. 49. Causam solis obscurati dudum ante naturalem Graecis iam tradiderat Palamedes, teste *Philostr.* pag. 709. Hic apud *Herod.* *ὁ ἥλιος - - - ἀφανὴς ἦν*,

οὔτε ἐπινεφέλων ἐόντων, αἰθρίης τε τὰ μάλιστα: sicut apud *Livium* XXXVIII. 4. *coelo sereno interdiu obscurata lux est, quum Luna sub orbem solis subisset.* οὔτ' ἐπινεφέλων ἐόντων correctum ex *Med.* Τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ξυννέφελα ὄντα dixit *Thucyd.* pag. 529, 99. [lib. VIII. c. 42.] *Xerxi solis obscuratio*, ut vulgo imperitorum, videbatur esse *portentum*. Insigne *Pindari* carmen apud *Dionys. Halicarn.* II. pag. 273. emendavit *Scaliger* in *Propert.* p. 239. Rei causas cognovisse saepe profuit Imperatoribus, *ne velut prodigio divinitus facto militum animi terrerentur; Quinctilian.* Inst. Or. I. c. x. p. 114. *Graecis*, non Persis, *hoc ostento mala portendi* cur crediderint, certe dixerint Magi, Noster enarrat; in quibus Ἑλλήνων προδέκτορα [*lin.* 14.] bene cepit *Palmer.* In *Aristidis* Themistoclem T. III. p. 297. *Schol. Mstus*: ἐρχομένου τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ γενομένου περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, ἔκλειψις ἐγένετο ἡλίου καὶ ἀνατολῆς· (lege ἐξ ἀνατολῆς·) εἶτα ὡς ἠρώτησεν ὁ βασιλεὺς τοὺς μάντεις, τί σημεῖον τοῦτο, ἀπώλειαν εἰπεῖν τῶν Ἑλληνικῶν πόλεων. τοὐναντίον δὲ ἦν· ἐσήμαινε γὰρ αὐτῷ τὴν ἧτταν, διότι ἀπὸ ἀνατολῶν ἐξέλιπεν ὁ ἥλιος· εἴγε καὶ ἀπὸ ἀνατολῶν ἤρχετο ὁ Ξέρξης. VALCK.

14. Ἑλλήνων προδέκτορα) *Praesidem* vertunt, Nob. *Palmerio* iure inprobante. Ex προδείκνυμι venit προδέκτωρ, *praemonstrator* malorum, et *vates* quidam. Magi Φάσματος mirabilis interpretes respondent, *solem*, si quid praeter consuetum patiatur, *Graecis portendere et praesagire; lunam, suae nationi;* cuius illi coniectus quas habuerint rationes, unde indagabimus? Ob oracula, coniicit *Palmerius* Exercit. pag. 31., quae Delphis, Delo, Claro et aliis Graeciae urbibus sub Apollinis, qui sol est, nomine pandebantur. Sane non erat, cur *Ph. a Turre* erroris dicam Nostro inpingeret, Monum. Vet. Ant. p. 175. Coluerint enim Persae Solem, ut venerati fuerunt; defectus eius ex magorum disciplina damnosus aliis potuit haberi. Sed ille προδέκτορα *praesidem* censuit contra verum. WESS.

15. ἐποιέετο τὴν ἔλασιν) In hoc genere simplex mavult. Vide III. 4. VII. 6. et cap. 106. πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος. *Xenoph.* consimiliter Κυρ. παιδ. VIII. p. 217. D. E. Amplector itaque. WESS.

CAP. XXXVIII. 5. τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρὸν, - - - ἐμοὶ δὲ μέγα) Initio poëmatis *Theognis*: Εὐχομένῳ μοι κλῦθι, κακὰς

δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε· Σοὶ μὲν τοῦτο, θεά, σμικρὸν, ἐμοὶ δὲ μέγα. Propius ad Nostri structuram *Andocides* in exordio Orat. de Myster. δεήσομαι ὑμῶν δίκαια, καὶ ὑμῖν γε ῥᾴδια χαρίζεσθαι, καὶ ἐμοὶ ἄξια πολλοῦ τυχεῖν παρ' ὑμῶν. VALCK.

13. παράλυσον τῆς στρατιῆς) στρατηΐης mallem. Prave in *Plutarch.* Virt. Mul. pag. 263. A. *Pythes* seu *Pythius* χάριν ᾐτήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως - - ἕνα παρεῖναι τῇ στρατιᾷ, καὶ καταλιπεῖν αὐτῷ γηροβοσκεῖν. Scripserat παριέναι τῆς στρατείας. *Unius vacationem petens*, de eodem Pythio, *Seneca* lib. III. Ir. c. 17. Hoc, nisi erro, occupavit *Mos. Solanus* ad *Plut.* Alcibiad. WESS. — Στρατηΐης et hic scribendum, ut in simillima narratione de Oeobazo, a militia vacationem uni filiorum petente IV. 84. στρατηΐης ἀπολελύσθαι. Apud *Plutarch.* T. II. p. 263. B. Pythes χάριν ᾐτήσατο παρὰ τοῦ βασιλέως, πλειόνων αὐτῷ παίδων ὄντων, ἕνα παρεῖναι τῇ στρατιᾷ, καὶ καταλιπεῖν αὐτῷ γηροβοσκεῖν. Interpres quod sensus postulabat expressit, *ut unus eorum immunitate militiae donaretur:* scripserat, ut puto, *Plutarch.* ἕνα παρεῖναι (sive potius ἀφεῖναι vel ἀφιέναι) τῆς στρατείας. Sic passim loqui solebant. *Ulpian.* in *Demosth.* pag. 22, 15. νόμοι ἦσαν ἀφίεσθαί τινας τῆς στρατείας, ὥστε πομπεύειν εἰς τὰ Διονύσια. Leges istas respicit *Diodor. Sic.* IV. 5 fin. *Lycurgo* memorantur contr. Leocr. p. 152, 33. οἱ ἀφιέμενοι τοῦ στρατεύεσθαι ἕνεκα τοῦ βουλεύεσθαι ὑπὲρ τῶν τῆς πόλεως. Ἀφιέναι τῆς στρατείας, *Herodoto* dicitur παραλῦσαι τῆς στρατηΐης: ut VI. 94. Mardonium Darius παραλύει τῆς στρατηγίης. Quae *Porto* Herodotea dicitur locutio, *aliquem praetura amovere*, est et Thucydidea et aliorum. *Thucyd.* VII. cap. 16., τὸν μὲν Νικίαν οὐ παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς. vid. *Duker.* et *Suid.* in Παραλῦσαι. VALCK. — στρατηΐης recepi cum *Schaef.* et *Borh.* Suspectum στρατιῆς cum superioribus editis tenent quidem scripti, quod sciam, omnes. Conf. Adnot. et Var. Lect. ad III. 3, 16. *S.*

CAP. XXXIX. 7 *seqq.* ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων *etc.*) Paulo haec aliter scripta sic *Stobaeus* excitat *Gesneri* pag. 173, 34. Ὡς ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμὸς, χρηστὰ μὲν ἀκούσας τέρψιος ἐμπίμπλησι τὸ σῶμα· ὑπεναντία δὲ τουτέοισι ἀκούσας ἀνοιδαίνει: ex quibus *Herodoto* restituerem τουτέοισι ἀκούσας: reliqua vulgatis sunt deteriora. Sensum obscurioris dicti conatus est eruere *Stephano* citatus *Erasmus* in Adag. *Animus habitat in auribus.* VALCK.

9. ὑπεναντία δὲ τουτέοισι) *Stobaeus*, ut saepe, Ionum characterem servavit; nec pravum eiusdem ἀνοιδαίνει, quamquam vulgato haud prius, sicuti lib. III. 127. adscriptum. *Homerus* Iliad. ί. 550. ὅς τε καὶ ἄλλων Οἰδάνει ἐν στήθεσσι νόον. Dicti Herodotei interiorem sententiam *Camerarius* Problem. Cent. I. 9. vestigavit. WESS.

15. τὴν ψυχὴν ζημιώσεαι) Hoc ego Codicum lectioni a *Galeo* et *Steph.* enotatae non postponerem: in *Matth.* xvi, 36. nonnulla dedit *Wetsten.*; ad eamdem rationem aetate scribebant *Herodoti*. *Thucydides* [III. 40.] pag. 192, 62., μεγάλα ζημιώσεται: ubi ζημιωθήσεται, natum ex interpretamento, praebent Codices. οὔτε τι ζημιωθέντας dixit *Xenoph.* Oecon. p. 491, 35. Iussit Xerxes [*lin.* 18.] *natu maximum filiorum Pythii* μέσον διαταμεῖν· διαταμόντας δὲ etc. *Plutarch.* T. II. pag. 263. B. ὁ Ξέρξης ὑπ' ὀργῆς τοῦτον μόνον, ὃν ἐξῃτήσατο, σφάξας καὶ διατεμὼν, ἐκέλευσε τὸν στρατὸν διελθεῖν· τοὺς δὲ ἄλλους ἐπηγάγετο, καὶ πάντες ἀπώλοντο κατὰ τὰς μάχας. Secundum *Senecam*, de Ira III. 17. *quem pater elegerat*, Xerxes *in duas partes distractum ab utroque viae latere posuit, et hac victima lustravit exercitum. Senecae* locum adhibuerunt *Wess.* ad *Herod.* p. 320. [ad IV. 84, 7.] et *Brisson.* Regn. Pers. lib. III. p. 357. VALCK.

20. καὶ ταύτῃ διεξιέναι τὸν στρατόν.) *In partes duas distractum ab utroque viae latere posuit, et hac victima lustravit exercitum*, Romani moris non ignarus *Seneca*. De Peleo, qui Acasti uxorem dissecuerat, *Apollodorus* Bibl. III. 12, 7. καὶ διελὼν τὰ μέλη διήγαγε δι' αὐτῆς τὸν στρατόν. In foederum sanctione multa huiusmodi apud ill. *Grotium* in *Matth.* c. xxvi, 28. WESS.

CAP. XL. 3. στρατὸς παντοίων ἐθνέων) Vocem σύμμικτος exterminavi, minime ob ἀναμὶξ necessariam. Recte c. 55. ὁ σύμμικτος στρατὸς παντοίων ἐθνέων, unde in hanc viciniam conmigravit. WESS. — Aberat a *Med.* vox σύμμικτος. Si abessent aliis Codicibus voces οὐ διακεκριμένοι, [*lin.* 4.] has ad ἀναμὶξ suspicarer olim adiectas. Ἀναμὶξ *Hesychio* redditur ἀναμεμιγμένως: vox *Sophocli*, *Thucydidi*, *Xenophonti*, ter adhibita *Herodoto*. VALCK.

9. Νισαῖοι καλεύμενοι) Quae hic διττογραφία, eadem lib. III. 106. plurimisque aliorum in locis. Hinc dubium atque anceps, *Nisaei*-ne an *Nesaei* hi equi. Docte *Valesius* ad

Ammian. lib. XXIII. 6. de his sacroque Iovis curru et *B. Brisson.* Regn. Pers. I. 122. et III. 29. WESS.

CAP. XLI. 3. ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν) Clara utriusque vehiculi distinctio, etiam in *Xenophonte* Κύρ. παιδ. VI. p. 162. B. et 168. B. [et alibi,] tum Ἀναβ. I. pag. 247. c. *Harmamaxa* carpenti genus et mollissimae vectationis erat, mulieribus quam maribus accommodatius. *Essedum* Laurentii inprobat *Schefferus*, neque geminum plane fuit, Rei Vehic. lib. II. 17. p. 217., quem adi et doctos *Curtii* interpretes III. 3, 23. WESS.

13. καὶ μῆλα, οἱ ἄγχιστα *etc.*) *Mala Persica* ex auro imis adfixa hastis gestabant, ἐπὶ τῶν στυράκων μῆλα χρυσᾶ ἔχοντες, *Athenaeus* XII. p. 514. c. Hinc illi Μηλοφόροι, non alii ac αἰχμοφόροι, *hastati*, qui Persarum nobilissimi post regis vehiculum incedebant: nam quorum in hastis extimis mala punica aurea, ῥοιαὶ χρυσέαι, his locus erat ante decem Nisaeos equos, spiculaque in humum versus inflexa; cum hastati Μηλοφόροι hastas κατὰ νόμον, uti mos ferebat, erectas ostenderent et vibrarent. Haec plana. WESS.

CAP. XLII. 4. ἐς Καρίνην) Pro *Med.* et aliorum Κάρηνην docte *Gronov.* consistit: magis, meo quidem iudicio, adposita *Carine*, seu *Carene* potius, quippe Mysiae et Atarnensium urbi proxima apud *Plin.* Hist. Nat. lib. V. 30. Accedit *Stephani* Καρήνη, πόλις Μυσίας, Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ, hanc Nostri iudicantis. Malui praeterea [*lin.* 6.] Ἀτρακύτιον ob *Eustathii* adsensum et *Thucydidis* in primis lib. V. 1., ubi Schol. et *Dukerus.* WESS.

CAP. XLIII. 3. ἐπέλιπε τὸ ῥέεθρον) Nilus, cuius aqua stato tempore minuebatur, ἀπολείπων τὸ ῥέεθρον, lib. II. 19. patronus vulgato esse posset, nisi potior Codicum auctoritas, frequentioreque usu firmata c. 21, 58. et 125. foret. Utique nihil urget, ut ὦ ἀπέλιπε sive ἐπέλιπε - - - πινόμενον contra tabulas pingatur. WESS. — τὸ ῥέεθρον intellige κατὰ τὸ ῥέεθρον, ut II. 19, 11. *S.*

8. τῇ Ἀθηναίῃ τῇ Ἰλιάδι ἔθυσε) *Palladi Iliacae* Alexander quoque Magnus, Ilium delatus, sacra fecit, *Arriano* I. 11. et *Diodoro* XVII. 18. testibus. WESS.

8 *seq.* ἔθυσε βοῦς χιλίας· χοὰς δὲ *etc.*) Dum Xerxes Minervae Iliadi *chiliombe* faciebat sacra, *heroibus libabant Magi*, χοὰς οἱ Μάγοι τοῖσι Ἥρωσι ἐχέαντο, id est, ἐνήγισαν. Sumptuo-

sum Xerxis sacrificium, ἡ ἀπὸ χιλίων βοῶν θυσία, secundum *Eustath.* dicebatur Χιλιόμβη. VALCK.

10. ἐς τὸ στρατόπεδον ἐνέπεσε) *Terror Panicus noctu* ἐς τὸ στρατόπεδον ἐνέπεσε, vel ἐσέπεσε: hoc, ut ex *Med.*, placet *Gronovio*; illud, ut usitatius, viro docto in Miscell. Obs. III. p. 144. VALCK. — Doluit *Gronov.* ἐσέπεσε *Med.* non receptum. *Herodoto* alia mens, qui lib. IV. 203. τοῖσι Πέρσῃσι --- φόβος ἐνέπεσε: et VIII. 37. φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε: in quibus structura discrepans neminem morabitur, cum sit promiscua, ut bene vir doctus Miscell. Observ. T. III. pag. 144. *S. Lucas*, φόβος ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν, Evang. c. 1, 12., ubi ἐνέπεσε Codex unus. Verior eiusdem *Gronovii* notatio, Γέργιθας Τευκροὺς [*lin.* 13.] coniungens, quam consule. WESS. — Praeter codicis sui auctoritatem, cui alii plures accedunt, provocavit *Gronov.* ad *Herod.* V. 122, 8. Ex *Stephani Byz.* praescripto Γεργιθίας exspectasses, aut Γεργιθίους: sed Γέργιθας utrobique tuentur Herodotei libri. *S.*

CAP. XLIV. 1. ἐν Ἀβύδῳ) Inutilem vocem μέσῃ, parens schedarum iussui, induxi. Cui enim ea bono? *Reiskii* non dispar opinatio. WESS.

2 *seq.* προεπεποίητο γὰρ --- αὐτῷ ταύτῃ προεξέδρη) ἐξέδρη corrigebat *Reisk.* uti *Arch.* et *Vind.* Iam quoniam αὐτοῦ ταύτῃ haud infrequens, idem huic restituendum loco putavit *Abreschius*, Dilucid. Thucyd. p. 403. Ego vero nihil hic innovo. WESS. — Suspicabatur clar. *Abresch.* Diluc. *Thucyd.* p. 403., legi commode posse αὐτοῦ ταύτῃ: quomodo saepe loquitur Noster; sed hic vicina requirere videntur pronomen αὐτῷ, *Stobaeo* quoque lectum p. 535. Προεξέδρη Xerxi ab Abydenis parata prima sedes fuisse videtur, quae in exedra prae reliquis emineret: θρόνον ὑψηλὸν dixit *Tzetz.* Chil. I. vs. 937. Ἐξέδρα quid fuerit, post *Budaeum* docuit *H. Steph.* in Thes. Ling. Gr. I. p. 1084. Quae velut incerti Scriptoris excitat is e *Suida*, verba sunt *Diogenis Laërt.* IV. 19. quibuscum conferri possunt *Dio Chrys.* pag. 288. D. et *Harpocrat.* in voc. Λέσχαι. VALCK. — In vocab. προεξέδρη (ut in verbis προκατίζεσθαι et προκατῆσθαι) alia vis est praepositionis πρὸ atque in verbo προεπεποίητο. *S.*

CAP. XLV. 4. μετὰ δὲ τοῦτο ἐδάκρυσε) *Specie alienam, revera suam conditionem deplorasse videtur,* (*Valerio*

Max. IX. cap. 13. ext. 1.) *opum magnitudine, quam altiori animi sensu felicior*: videri enim voluit Xerxes lacrymans, *quod* tanta hominum multitudo *intra centum annos esset obitura.* Haec et seqq. paucis expressit *Tzetzes* Chil. I. vs. 940. etc. Herodoteum autem Xerxis et Artabani colloquium ob sententiarum personis congruam magnitudinem miratur *Hermogenes* pag. 509. Πλείονι τῷ μεγέθει πολλαχοῦ κέχρηται, ὡς ἔν τε ἄλλοις, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν κατὰ τοὺς Ξέρξου πρὸς Ἀρτάβαζον, κἀκείνου πρὸς Ξέρξην περὶ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων λόγους. Facilis ipsi fuit *Hermogeni* lapsus in Persico nomine; qualis fuisse videtur et *Philostrati* de Vit. Soph. II. 5, 4. VALCK.

CAP. XLVI. 4. οὗτος ὡ᾿νήρ) Absque Codicum auxilio reponi potuerat vocula, quam oratio interrupta poscebat usitatissimam: Οὗτος ὢν ὡ᾿νὴρ Φρασθεὶς Ξ. δ. Olim lectam ista monstrant *Stobaei* pag. 535, 46. οὗτος οὖν ἀνὴρ Φρ. VALCK. — At nec interrupta admodum oratio; et facile h. l. caremus illa particula, quam nec alioquin in tali verborum constructione adhibere Herodotus adsuevit. *S.*

6. ἐργάσαο) Loco quidem indicato *Gesneri* editio Stobaei ἐργάσαιο praebet: sed p. 612, 26. ἔργα σά, τὸ etc. quae minime contemnenda lectio, si robur accepit a Codd., sincera poterit videri: ὡς πολὺ ἀλλήλων κεχωρισμένα ἔργα σά, τό νῦν τε καὶ ὀλίγῳ πρότερον. VALCK.

8. Ἐσῆλθε γάρ με λογισάμενον) Verum hoc, et lib. III. 42. VI. 125. obvium. *Plutarch.* Consol. p. 109. B. Τὸν Ἠλίσιον εἰσελθεῖν, ὅπερ ἴσως κἂν ἄλλον εἰσῆλθε. Saepe *Euripides*, monitore *Valckenario* ad Phoeniss. vs. 1379., saepe alii. Lacrymas stolidi regis Epist. 7. lib. III. *Plinius* addidit. Leniter *Valer. Max.* IX. 13. Extern. 1. *Qui mihi specie alienam, revera suam conditionem deplorasse videtur: opum magnitudine, quam altiore animi sensu felicior.* Merebantur hae lacrymae acriorem censuram. WESS.

Ibid. Ἐπῆλθε γάρ με λογ. κατοικτεῖραι) Scribendum, ut legit *Stobaeus*, ἐσῆλθε γάρ με λ. κ.; alterum quidem in talibus etiam adhibetur, sed iunctum dativo, quem casum exhibent optimi quoque Codices in *Herodot.* I. 30. ἵμερος ἐπείρεσθαί μοι ἐπῆλθε. *Pausan.* VIII. p. 634., οὐκ ἐπῆλθεν ἐρέσθαι μοι. In *Isocratis* Panathen. scribendum p. 244. A. νῦν δ' οὐδὲν ἐπέρχεταί μοι τοιοῦτο, ut p. 252. C. *Demosth.* p. 100, 39. etc.

Sed eam in rem satis erit legisse *Hemsterh.* ad *Luciani* Prometh. pag. 26. Ἐσῆλθέ με dicatur, an μοὶ, nihil interest: prius tamen et apud alios frequentius occurrit et apud *Herod.* III. 42. τὸν δὲ ὡς ἐσῆλθε θεῖον εἶναι τὸ πρῆγμα. VI. 125. ἰδόντα τὸν Κροῖσον γέλως ἐσῆλθε. I. 116. τὸν Ἀστυάγεα ἐσῆλθεν ἀνάγνωσις αὐτοῦ. VALCK.

16. αἵ τε γὰρ συμφοραὶ προσπίπτουσαι) συμπίπτουσαι est apud *Stobaeum* pag. 536, 3. atque ita, ni fallor, scripserat etiam *Herodotus:* vid. p. 57, 36. [I. 139, 2.] p. 298, 35. [V. 35, 6.] etc. *Thucyd.* III. c. 60., κατανοοῦντες, --- ὡς ἀστάθμητον τὸ τῆς ξυμφορᾶς ᾧ τινὶ ποτ' ἂν καὶ ἀναξίῳ ξυμπέσοι: et p. 278, 85. VALCK. — Nec vero idcirco spernendum h. l. vulgatum. conf. *Var. Lect.* *S.*

17. καὶ αἱ νοῦσοι συνταράσσουσαι) Paene arripio *Vind.* et *Stobaei* συμφοραὶ προσπίπτουσαι, καὶ αἱ νοῦσοι, συνταράσσουσι, quod *Valla* expressit. WESS. — Qui hoc probant, hi iuncta intelligunt συνταράσσουσι, καὶ ποιεῦσι. At καὶ particula hic non copulativam vim habet, sed intensivam, idemque fere ac καί τοι valet: καὶ βραχὺν ἐόντα, *quamvis* (*quamlibet*) *sit brevis.* *S.*

18 *seq.* οὕτω ὁ μὲν θάνατος *etc.*) Ubi *in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem* vocat *Sallustius*, Catil. cap. 50. ibi *Herodotea* ista et similia veterum dicta collegit *Ios. Wasseus* p. 160. VALCK. — Laudavit hoc *Artabani effatum*, conpendio verborum usus, *Choricius* Or. in *Procopium Gazaeum* c. 24. Vide vero *Eustathii* illud ad Poëtam p. 411. [p. 311. ed. Bas.] Εἰ δὲ τὰ Ἡροδότου ἀντίγραφα ἀσφαλῶς ἔχει κατὰ τὴν διὰ τοῦ ο μικροῦ γραφὴν τῆς ζόης ἐν τῷ, ὁ θάνατος, μοχθηρᾶς οὔσης τῆς ζόης, αἱρετώτερος τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν: et mirare doctissimi hominis haesitationem ob vocem tantopere *Herodoto* adamatam, et toties repetitam. Quae mutavit, vitio memoriae accepta fero. WESS.

20. γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα) Laurentii *dulce gustans saeculum* postulat γευσάμενος. Meliora *Porti* Latina, *dulci gustu vitam adspergens.* Equidem, ni scripti Codices et *Plutarchus* in edito acquiescerent, *Stobaei* πλέξας τὸν αἰῶνα, *aevum agens*, non abiicerem. Conmode *Euphorion*, Ὦ ζεῦ, τί ποθ' ἡμῖν δοὺς χρόνον τοῦ ζῆν βραχὺν πλέκειν ἀλύπως τοῦτον ἡμᾶς οὐκ ἐᾷς, in *Stob.* Serm. XCVI. pag. 528. Simillimum διαπλέκειν τὸν βίον apud Nostrum lib. V. 90, 6. Criminatur

deum Persa, iucundam transigentem vitam. sed generi humano invidentem, at absurdissime, ne quid gravius excidat. Repete ad lib. I. 32. praescripta. WESS. — Non modo ob Codicum consensum, sed etiam per se multo probabilior mihi scriptura γεύσας videtur. Taceo quod pro ea sententia, quam *Stobaei* lectioni Vir doctissimus tribuit, πλέκων scriptum oportuerit, non πλέξας. *S.*

Ibid. γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα) Quo sit sensu capiendum verbo *Wess.* indicavit, Diss. Herod. pag. 194. Prava interpretatio decepit eruditum scriptorem *des Essais de Crit.* p. 200. *Plutarchus* in fine libelli quo docet Ὅτι οὐδὲ ζῆν ἔστιν ἡδέως κατ' Ἐπίκουρον, p. 1106. F. sic adhibuit Herodoteа, ut eorum sensum simul pandat: Σοφώτερος Ἡρόδοτος, εἰπών, ὡς ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα φθονερὸς ἐν αὐτῷ ὢν φαίνεται, καὶ μάλιστα τοῖς εὐδαιμονεῖν δοκοῦσιν, οἷς δέλεάρ ἐστι λύπης τὸ ἡδὺ γενομένοις ὧν στερήσονται. Hinc etiam manifesta constans est differentia Γεύειν inter et Γεύεσθαι: qui sibi videntur fortunati miseri mortales, γεύονται, *leviter gustant*, ὧν στερήσονται, *ea quibus mox privabuntur*: qui brevi iucunditatis sensu calamitates humanas temperat. sive *qui vitam iucundam* mortalibus miseris maligne *praebet* primis velut labris *gustandam*, Herodoto dicitur γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα. Γεῦσαι semper significat *gustum dare*, eximie rei vendendae: vid. *Eubuli* fragm. apud *Athen.* I. p. 28. F. et *Casaub.* pag. 66. *Firmus Caesariens.* Epist. 27., γεύσας ἡμᾶς Ἀττικοῦ μέλιτος. *Iamblich.* Vit. Pyth. p. 16. γεῦσαι βουλόμενος τῆς καλλονῆς τοὺς πατριώτας. *Polyaen.* p. 10. in Msto, οἴνου τοὺς πολεμίους γεύων. Venuste Silenus ad Ulyssen in *Eurip.* Cycl. vs. 150. γεῦμα τὴν ὠνὴν καλεῖ, *gustus emptorem allicit*. *Philostr.* de Vit. Soph. p. 557. F. ἱκανὰ ταῦτά που δηλῶσαι τὸν ἄνδρα, καθάπερ τὸν ἀνθοσμίαν τὸ γεῦμα. Idem de Vit. Apoll. VI. c. 12. μήτε γεῦμα παρέχειν μήτε δεῖγμα. *Eubulus* in Adelphis dixit βαδίζειν εἰς τὰ γεύματα, apud *Athen.* XI. p. 499. VALCK.

CAP. XLVII. 13. ὀρέων τοι δύο) Pati equidem intermixtam ea in sede voculam non nequeo, hac lege, ut mox in exilium abeat: et abest a tribus Codd. optimo iure. De *Mediceo* silentium admiror. WESS. — Vide *Var. Lect.* *S.*

CAP. XLIX. 8. φερέγγυος ἔσται δικασταῖ) Talia fere *Aeschyli* VII. c. Theb. vs. 402. προστατεῖν φερέγγυος, et

vs. 455. Φιλέγγυον φρούρημα, h. e. ἱκανὸν φρουρεῖν τὴν πατρίδα. Iunge vs. 476. et 803. Quae tamen omnia de hominibus. Vide supra lib. V. 30. et Criticos ad *Sophoclis* Elect. vs. 948. In sequentibus [*lin.* 9.] *Arch.* voluisse videtur καί τοι οὐκὶ ἵνα κῃ, sicuti μάλιστά κῃ, et similia. WESS.

10. παρ' ἣν δὴ κομίζεαι) Dabunt forte Codices κομίεαι, quod legisse videtur *Stobaeus* p. 364, 11. *Galeo* memorata peior est lectio *Arch.* [Vide *Var. Lect.*] Ex proximis, οὔκων δὴ ἐόντων τοι λιμένων ὑποδεξίων, in Lexica receptum Ὑποδέξιος λιμὴν, pro *portu navium capace.* Intelliguntur hic certe λιμένες δυνάμενοι δέξασθαι τὸ ναυτικόν: quales forte dici possent ὑποδέξιμοι, id est εὔθετοι εἰς τὸ δέξασθαι. Talia sunt in usu plurima: ξύλα ναυπηγήσιμα· ναυκληρώσιμοι στέγαι· ἁλώσιμον τεῖχος: quodque propius accederet, καταλήψιμος *Antiphontis* p. 129, 4. Classis Atheniensium in Siciliam profectura, ut in portus facilius reciperetur, in tres partes fuit a tribus ducibus distracta, teste *Thucyd.* VI. 42. τρία μέρη νείμαντες ἓν ἑκάστῳ ἐκλήρωσαν, ἵνα μήτε ἅμα πλέοντες ἀπορῶσιν ὕδατος καὶ λιμένων: sic ista mihi videntur omnino restituenda, admissa *Vallae* lectione *Hudsono* laudata. Cum iis quae sequuntur apud *Herod.* [*lin.* 14. γῆ δὲ πολεμίη etc.] comparandus est *Aesch.* Pers. vs. 749. Αὐτὴ γὰρ ἡ γῆ ξύμμαχος κείνοις πέλει. VALCK.

15. εἰ ἐθέλει τοι μηδὲν etc.) *Vallam* redarguit *G. Arnaldus*, εἰ ἐθέλει *si vult* vertentem; debuisse enim, *si poterit*, Animadv. Critic. c. 30. Sed *Herodoto* Graecisque aliis θέλει et ἐθέλει saepe numero redundat, poniturque de rebus inanimatis. [et infinitivo verbi iunctum, vim illi tribuit *futuri* temporis.] Nilus lib. II. 11. εἰ ὦν ἐθελήσει ἐκτρέψαι τὸ ῥέεθρον, *si alveum suum convertet;* tum lib. I. 109. εἰ δὲ θελήσει - - ἐς τὴν θυγατέρα ταύτην ἀναβῆναι ἡ τυραννίς. Negligo cetera, a *Raphelio* ad Act. Apost. c. 11, 12. conducta. WESS.

17. τὸ πρόσω αἰεὶ κλεπτόμενος) *Stobaei* βλεπόμενος displicet. *Hesychio* κλέπτεσθαι, praeter alia, πορεύεσθαι, si nempe *furtim* fiat. *Philo Iud.* lib. I. Vit. Mos. p. 648. E. μήτε λανθάνειν τοὺς πολλοὺς πειρώμενον, μήθ' οἷα φιλεῖ, κλέπτοντα τὴν εἴσοδον. Contra ea *Synesius* lib. II. Provid. p. 119. c. οἱ βάρβαροι δὲ, τήν τε ἔξοδον ἐκεκλόφεσαν. Conf. *Perizon.* ad *Aeliani* Var. III. 47. Sequens sententia (εὐπρηξίης γὰρ - - οὐδεμίη πληθώρη) plane *Aeschyleo* respondet, τὸ μὲν εὖ πράττειν ἀκόρεστον ἔφυ πᾶσι βροτοῖς, Agam. vs. 1340. WESS.

21. *εἰ βουλευόμενος μὲν ἀῤῥωδέοι, --- ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη.*) Haec *Ios. Wasseo* censetur aemulatus *Thucydides* in verissima quidem, sed, ut ego iudico, ab hac Artabani diversa sententia, lib. II. c. 40. *ἀμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει*: quam tractavit *Hemsterh.* ad *Lucian.* p. 58. Herodoteum illud meà sententià *Thucydidis* expresserunt Archidamus et Hermocrates: ille lib. II. c. 11. *χρὴ ἀεὶ, --- τῇ μὲν γνώμῃ θαρσαλέους στρατεύειν· τῷ δὲ ἔργῳ δεδιότας παρεσκευάσθαι*: id est *ἀῤῥωδέοντα βουλεύεσθαι*, *priusquam incipias.* Civibus suis utilissimum fore censebat Syracusanus Hermocrates lib. VI. p. 401. [cap. 34. extr.] *τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ δείκνυσθαι, τὸ δ' ἤδη τὰς μετὰ φόβου παρασκευὰς ἀσφαλεστάτας νομίσαντας ὡς ἐπικινδύνους πράσσειν.* Similia dantur *Demosthenis* et *Polybii.* VALCK.

22. *ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρασὺς εἴη*) Multa veteres his gemina. Satis unum erit Sallustianum: *Priusquam incipias, consulto, ubi consulueris, mature facto opus est:* Catil. c. 1. ubi plena manu *Wasse* et *Cortius*, illisque prior *Ioach. Camerarius* ad *Aristotelis* Ethic. Nicom. lib. VI. 9. WESS.

CAP. L. 9. *μὴ τὸ βέβαιον ἀποδέξεις*) Inconmodum erit *μή τι*, cui *Gronov.* locum dedit, ni *μή τι* cum *Abreschio* formetur. Vulgatum, munitum Codicum suffragio, stare potest. Idem Vir doctissimus post pauca [*lin.* 12.] scite, *πῶς χωρῇ τὸ βέβαιον*, *qua processerit ratione.* Tale *Aristoph.* Pac. vs. 471. *πῶς οὐ χωρεῖ τοὔργον;* *Lucian.* Dial. Deor. XX. 15. *ὅπως μὲν ταῦτα χωρήσει ἄδηλον*, aliaque passim. WESS. — Optime habet *τὸ βέβαιον lin.* 9. cui cave *τὶ βεβ.* praeferas. In qualibet quaestione, quae agitatur, multae possunt esse opiniones *σφαλεραὶ*, fallaces et incertae; una tantum vera et certa: atque hoc est *τὸ βέβαιον*, quod dicentem Xerxen facit Herodotus: idque ipsum *lin.* 12. repetitur. Iam *ead. lin.* quod in editis et scriptis, quoad novimus, cunctis legitur *κῶς χρὴ*, (non *πῶς χρὴ*, uti temere in nostra *Var. Lect.* itemque in *Notula contextui subiecta* scriptum:) id quidem ferri non poterat, nisi *κῶς* h. l. idem ac *ὡς* vel *ὅκως* valere statueres; cuius usus particulae illius aliud certum exemplum requirimus. Parum vero commodum *Abreschii πῶς χωρῇ* videri nobis debuit: non enim quaeritur, *quo pacto exiturum sit id quod βέβαιον* est; nam, qui *τὸ βέβαιον* novit, is etiam novit quisnam futurus

sit rei exitus. Taceo, quod pro ea sententia, quam vir doctus spectabat, πῶς χωρήσει oportuisset, non πῶς χωρῇ. Itaque ὅκως pro κῶς correxi; rectius forsan facturus, si consentientem librorum scripturam in contextu tenuissem, coniecturamque satis habuissem in *Var. Lect.* proponere. *S.*

18. γνώμῃσι ἐχρέοντο ὁμοίῃσι καὶ σύ) Ex *Med.* dedit hoc *Gronov.* pro τῇσι καὶ σύ. Insolentius illud, ὁμοίῃσι καὶ σύ, novator [sic *Herodotum* adpellare amat *Valck.*] fortasse posuerat pro ὁμοίῃσι τῇ σῇ. Ad istam rationem scribi potuit huius Ed. p. 329, 69. [IV. 109. 1.] Βουδῖνοι οὐ τῇ αὐτῇ γλώσσῃ χρέωνται καὶ Γελωνοί, *non eadem lingua utuntur atque Geloni;* ubi huius scribendi moris non recordabar: vid. *Herod. Gronovii* p. 410. 9. [VII. 95, 3.] Stracturae rarioris sectator *Pausanias* IV. p. 302. ἡ πεπρωμένη κατὰ ταὐτὰ ἐπικρύπτει, καὶ ἡ ἰλύς: pro τῇ ἰλύϊ: I. p. 101, 12. κατὰ ταὐτὰ οὗτος ἤχησε καὶ κιθάρα κρουσθεῖσα, id est ὁμοίως κιθάρᾳ κρουσθείσῃ, *perinde atque cithara pulsata resonat*, ut interpretatur *G. Budaeus* in Comm. Ling. Gr. p. 483. *Pausan.* praeterea p. 52. εὖ δ' ἐμοὶ φαίνεται ποιήσας Σκῦρον ὑπὸ Ἀχιλλέως ἁλοῦσαν, οὐδὲν ὁμοίως καὶ ὅσοι λέγουσιν: quae *Kühnio* tentata, bene ceperat *Fr. Sylburg.* in Praef. ad Lect. p. 932. *Budaei* observatis quaedam adiecit *Duker.* ad *Thucyd.* p. 494, 71. VALCK. — Sic vero saepius Noster: VI. 21, 7. VII. 115, 9. etc. Conf. Adn. ad VII. 100, 10. *S.*

21. κινδύνους ἀναῤῥιπτέοντες) Ad huius imitationem bis terve κίνδυνον ἀναῤῥιπτεῖν dixit *Thucydides*; ab his recentiores illud transumserunt: κίνδυνον μέγαν ῥίπτειν *Euripidis* est in Inone vs. 24. saepius ῥίπτειν in istum usum adhibentis. *Lucian.* T. I. p. 768. περὶ τῶν οὕτως μεγάλων οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν. Idem erat ἀποκυβεῦσαι περὶ τῶν ὅλων, et περὶ τῆς βασιλείας: quorum hoc *Diodori Sic.* illud est *Polyaeni*; ἐκκυβεύειν καὶ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις, *Polybii.* VALCK.

22. Quod ille apud *Terent.* *Non fit sine periclo facinus magnum et commemorabile*, Herodoti Xerxes, μεγάλα, inquit, πρήγματα μεγάλοισι κινδύνοισι ἐθέλει καταιρέεσθαι. Male vulgatur in his apud *Stobaeum* καὶ αἱρέεσθαι: bene cepit *Portus. Eurip.* Suppl. vs. 759. φόνῳ καθαιρεῖσθ', οὐ λόγῳ, τὰ πράγματα. VALCK. — Ἐθέλει καταιρέεσθαι, *Suscipi solent* Laurentius; *feliciter confici solent* Portus, rectius opinor. *Chariton* lib. II. p. 37. τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, ὦ γύναι, μεγάλαις ἐπινοίαις

κατορθοῦται, fortasse haec imitans. Paullo enim diversius abit *Heliodori*, a *D'Orvillio* haud neglectum, lib. IX. p. 448. τὰ μεγάλα τῶν πραγμάτων, μεγάλων δεῖται κατασκευῶν, hinc tamen propagatum. WESS. — Quum rarior ille usus verbi καθαιρεῖν (ionice καταιρεῖν) haud satis mihi certus exploratusque visus esset, ex usitatiore eiusdem verbi notione dictionem, quae in quaestione versatur, interpretatus sum. (confer, quod ad sententiam spectat, mox *l.* 24 seq. et c. 53, 10 seq.) Nec vero sperno doctissimorum Virorum interpretationem, peraptam sane et adcommodatam huic loco; quam praeiverant etiam *Guil. Budaeus* et *Henr. Stephanus* Thes. T. I. p. 198. A. B. Videtur utique *Euripides*, loco a *Valck.* citato, καταιρεῖσθαι τὰ πράγματα (nisi prorsus καθαιρεῖτ' ibi activà forma, non καθαιρεῖσθ' legendum) dixisse *conficere negotia*, *res peragere*. Tum apud *Plutarchum* in verbis ab *H. Steph.* citatis, καθαιρεῖν ἀγῶνα est *peragere*, (*feliciter*) *conficere certamen*. Idem *Plutarch.* de Cimone Atheniensi loquens (in eius Vita c. 13. T. I. ed. Francof. p. 486. E.) ait, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθῃρηκὼς ἀγωνίσματα, *qui uno die duo peregit* (*feliciter confecit*) *certamina*. Similiterque apud *Herodotum* nostrum, IX. 35, 5. ἀγῶνας τοὺς μεγίστους σφὶ συγκαταιρέει, significat *operam suam eis contulit ad quinque certamina feliciter conficienda*. *S.*

27. Φερόμεθα πορευόμενοι) Dubites, utrum optes, hoccine an Φερόμενοι πορευόμεθα, quod in bonae notae schedis. Nullum vero dubium, quin [*lin.* 29.] καὶ ἔθνος, τούτων [non τοῦτον] τὸν σῖτον ex Scriptoris calamo fluxerit. Viderunt turpem maculam *Pavius*, *Abreschius*, *Reiskius*. WESS.

29. γῆν καὶ ἔθνος, τοῦτον) Τούτων vel τούτου legisse *Valla* videtur: una tantum insertà literà scribendum censeo: τῶν ἄν κου ἐπιβέωμεν γῆν, καὶ ἔθνεος τούτου τὸν σῖτον ἕξομεν. VALCK.

CAP. LI. 5. πλεῦνα λόγον ἐκτεῖναι) Sic μῆκος ἐκτεῖναι λόγου scripsit *Aeschylus*; μείζον' ἐκτεῖναι λόγον, *Sophocles*. VALCK.

8. ἐπὶ τοὺς πατέρας) Ex more, quo *parentes*, qui coloniam deduxerunt; *liberi*, in eam profecti. *Iustinus* de Iliensibus et Romanis lib. XXXI. 8. *Tantaque laetitia omnium fuit; quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet.* Indidem Themistocles, "Ανδρες "Ιωνες, οὐ ποιέετε δίκαια

ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, lib. VIII. 22. Vide *Duker.* ad *Florum* I. 3, 9. WESS.

15 *seq.* ἐς θυμὸν ὦν βαλεῦ) Puto *Vallam* habuisse βαλεῦ, ὦ βασιλεῦ, quorsum *Ald.* et *Arch.* vergunt. Simile VIII. 68, 3. ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βαλεῦ. *Veteri dicto*, [*lin.* 16 *seq.*] (cuius alia, verum culta figura, in Achabi regis responso I. Reg. c. xx, 11.) veritas, sicuti proverbiis consuevit, constat. WESS.

CAP. LII. 4. τῶν ἔχομεν γνῶμα μέγιστον) Non percepit verborum sententiam *Valla*, uti *maximum* eius *commilitium* manifestat; nam, μέγιστον στράτευμα legisse, iniusta *Galei* suspicio est. Γνῶμα *indicium documentumque*, ab *H. Stephano* recte substitutum, exprimit. *Sophocles* Trachin. vs. 599. ἔχεις ἂν γνῶμα μὴ πειρωμένη. *Aretaeus Cappadox* Morb. Acut. I. 1. fin. τάδε μέντοι τῆς λύσιος τῆς νούσου γνώματα: *haec morbi dissipati argumenta.* Ut vero [*lin.* 5.] τῷ σύ τε scribatur, caussa deſit. πρηγμάτων vocabulum in his reticeri, norunt omnes. WESS. — Pro τῶν σύ τε *Reiskius* τῷ σύ τε legi iusserat; redire enim ad γνῶμα, *cui indicio tu ipse testis es.* S.

CAP. LIII. 1. ἀποστείλας ἐς Σοῦσα) Iustum probumque *Diodori* XIII. 96. καὶ Δέξιππον ἀπέλυσεν εἰς τὴν Ἑλλάδα: at hic ἀπολύσας *Arch.* et *Vind.* scholio debetur. Potuisset porro [*lin.* 4.] ὑμέας συνέλεξα sua in sede durare, ni scripti codices exterminassent. Placet Cel. *Gronovii* iudicium. WESS.

8. ξυνὸν - - πᾶσι ἀγαθὸν σπεύδεται) Commodam *H. Steph.* adiecit interpretationem: sed quando σπεύδεσθαι vix alibi reperitur apud veteres, et nulla Codicum est in talibus auctoritas, mihi quidem placet *Gronovii* σπεύδετε: *in hoc enim laboratis, quod sit omnibus commune bonum:* sic isthac aetate scribebant. *Eurip.* Hec. vs. 119. Ἦν δὲ τὸ μὲν σὸν σπεύδων ἀγαθόν. Phoen. 585. δύο κακὼ σπεύδεις. Troasin 955. Bacch. 913. Errat *Barnes.* in Suppl. vs. 161. *Herod.* I. 206. παῦσαι σπεύδων τὰ σπεύδεις. *Thucyd.* p. 404. μανθάνετε κακὰ σπεύδοντες. *Andocid.* p. 20, 4. τὰ ἐναντία τῇ ἑαυτῶν ὠφελείᾳ σπεύδοντες. *Soph.* Elec. vs. 253. τὸ σὸν σπεύδουσ' ἅμα καὶ τοὐμὸν αὐτῆς. VALCK. — Equidem non video quid incommodi habeat passivum σπεύδεται, scil. ἡμῖν, *studetur a nobis*, i. e. *studemus, quaerimus.* Quin immo multo probabilius mihi

videtur id dicentem Xerxen fecisse Herodotum, quam σπεύδετε, *studetis. S.*

13. τοὶ Περσίδα γῆν λελόγχασι) Haec regis professio simillima miris veterum Theologorum opinionibus, angelos *regna Dei iussu sortitos* curare et tueri. Sic, praeter Patrum alios, *Michaël Glycas* Ann. Part. I. p. 61. *ed. Venet.* ὁ προφήτης Δανιὴλ μέγα τι χρῆμα λέγει τοὺς ἀγγέλους εἶναι· προστάγματι δὲ θεοῦ πᾶσαν τὴν κτίσιν διαλαχεῖν, καὶ τῶν ἐθνῶν ἐπιστατεῖν, καὶ τούτων τὸν μὲν τοὺς Πέρσας ἐφορᾶν, *etc.* Cuius sententiae fundus in *Daniël.* c. x, 13. minime tamen firmus ex disputatione Cl. *Iac. Ode*, Comment. de Angel. Sect. VIII. p. 785. WESS. — Deterior est lectio marg. *Steph.* Apud *Thucyd.* II. c. 74. Θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιΐδα ἔχετε: *Dii qui hanc terram colitis*: ut *colere* Latinis et *habere*, Graecis ἔχειν est in talibus usitatissimum: more loquitur *Herodotus* poëtarum. *Theocrit.* Eid. XVI. vs. 83. Κούρη, ἃ σὺν ματρὶ πολυκλήρων Ἐφυραίων Εἴλαχας μέγα ἄστυ: ubi scribendum in *Scholiis* εἰληχέναι. Eid. VII. 103. Πάν, Ὁμόλας ἐρατὸν πέδον ὅστε (ὅσγε) λέλογχας. Hinc Λόγχας, τὰς μερίδας, (sive τὰς λήξεις,) Ἴωνες λέγουσιν, *Etymolog.* p. 569, 34. Verbum illic legitur Λογχεῖν. *Hesychio* restituerunt viri docti: Εὐλογχεῖν, εὐμοιρεῖν. Μοιρολογχῆσαι scripsisse videtur *Harpocrat.* ex *Antiphonte.* VALCK. — Suspicari licuerit, scripturam Περσίδα γῆν λελόγχ. ex scholio natam esse, pro ea quam margo *Steph.* cum aliis praefert, τοὶ Πέρσας λελογχ. *S.*

CAP. LIV. 1. παρασκευάζοντο non patior mutari. WESS.

4 seq. μυρσίνῃσι στορνῦντες) Adleverat margini *ed. Ald.* viri docti manus στορεννῦντες, fortasse ob *Strabonis* τὰς ὁδοὺς στορεννῦντες lib. XIV. p. 956. c.; quo quidem, et *Arch.* μυρσίνῃ, facile carebimus. Geminum lib. VIII. 99. Isto autem de vias floribus odoratisque ramis consternendi more multa eruditi interpretes ad *Matth.* c. XXI, 8. Xerxes vero, *phialam* et *aurea vasa* in mare proiiciens, exemplum Alexandro M. praebuit apud *Diodor.* XVII. 104. et *Arrian.* Ἀναβ. VI. 19. WESS. — Olim στορνῦντες edd. Equidem στορνύντες hoc tono scripsi cum *Schaef.* et nostris membr. *F.* Neutrum puto reprobum. *S.*

11. τὸ [sive τὸν, cf. *Var. Lect.*] ἀκινάκην καλέουσι) Ex *Herodoto* excitat Suidas ἀκινάκην ista in voce, et *Etymo-*

log. p. 48, 31., incertum unde: nusquam enim nunc, ut ad *Suidam* verissime *L. Kilsterus*, in Musis. Incidit olim suspicio, legisse Grammaticos hoc loco τὠκινάκῃ καλέουσι, uti τὤγαλμα, τὠληθὶς alibi, aut τούτῳ δὲ τὠκινάκῃ lib. IV. 62., quae anceps et dubia. Certissimum est, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως διακρῖναι, [*lin.* 12.] ab *Aldo* et *Hervagio* optime expressum, perperam foediorem post dein formam induisse. Κατῆκε ἐς τὸ πέλαγος [*lin.* 13.] Mssti sibi expostulant. WESS.

12. ἀτρεκέως διαχρῆναι) Διακρῖναι recipietur ex Codicibus; atque ita *Vallam* legisse *Portus* iam suspicabatur: eidem inventum πέλαγος Codices etiam adfirmant, εἰ τῷ ἡλίῳ ἀνατιθεὶς κατῆκε ἐς τὸ πέλαγος ταῦτα. Ista paulo ante memorata, οὐκ ἔχω ἀτρεκέως διακρῖναι, sic recte cepit Auctor *des Essais de Critique* p. 202. VALCK. — Mendosum διαχρῆναι intactum in contextu reliquerat *Gronovius*; sero nempe animadvertens διακρῖναι e cod. *Med.* enotatum, de quo in Notis monuit. *S.*

CAP. LV. 7. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην *etc.*) Fieri non potuisse, ut tanta uno die multitudo pontem transierit, praesertim si eo incesserint ordine, qui in c. 40., animadversio est Cl. *Corn. de Pauw*: praestare propterea, τρίτην μὲν τὴν ἡμέρην, ut *tertio* demum *die* transgressi illi fuerint. Mihi eadem progressos in ponte serie, qua c. 40., non adparet: constat insuper, ἡμέρης vocabulum laxius, ut noctem conplectatur, porrigendum, siquidem septem diebus totidemque noctibus c. 56. transitu defuncti fuerunt. Ad haec nexus rerum et verborum c. 54. ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην - - - τῇ δὲ ὑστεραίῃ - - - universum illum novandi inpetum, de msstis ut nihil adiungam, reprimit. WESS.

CAP. LVI. 6 seq. Ὦ Ζεῦ, τί δὴ ἀνδρὶ εἰδόμενος *etc.*) Hausit hoc fonte *Themistius*, Or. XIX. pag. 226. A. ἀλλὰ τὸν μὲν Ἑλλησπόντιον ἐξέπλησεν - - - ὥστε θεὸν νομίσαι Ξέρξην τὸν Δαρείου. Indidem Declamationi XXI. *Libanii* p. 535. A. color, γῆν δὲ ποιεῖ τοῖς ὁπλίταις, καὶ τριήρεσι θάλατταν· καὶ δοκεῖ τοῖς ὁρῶσι θεῶν ὁ μέγιστος ἐν ἀνθρώπου τύπῳ πάντα κινεῖν: sed fuscus et parum ridens. Voluit opinor. γῆν δὲ ποιεῖ ταῖς τριήρεσι θάλατταν, καὶ θάλατταν τοῖς ὁπλίταις γῆν: certe illa Oratoris mens, perfossum Atho et stratum ponte Hellespontum innuentis. Quod si autem eo, quo vir ille Hel-

lespontius, *Libanius* et *Themistius* modo, *Gorgiae Leontino* Ξέρξης ὁ τῶν Περσῶν Ζεὺς audivisset, risum sibilumque *Longini* περὶ Ὕψ. cap. 3. vitasset profecto, uti non absurde *Langbaenius*. Non nunc *Plutarchum* Anim. Tranq. p. 470. E. taxabo: adpositum est ex Epigramm. in Xerxem Anthol. Latin. lib. I. pag. 192. *Quis novus hic hominum terramque diemque fretumque Permutat? Certe sub Iove mundus erat.* Sumsit hinc poëta, quod eruditos viros, multa inutiliter turbantes, fugit. Xerxes, talia conmutans, merito *novus hominum*, εἰδόμενος ἀνδρί: idem *Jupiter*, *sub* quo *mundus erat*; cum non hominis ea opera, sed dei viderentur: θεῶν τοῦ μεγίστου ἐν ἀνθρώπου τύπῳ, *Libanius*. WESS.

9. ἄγων πάντας ἀνθρώπους) Frigidum videri poterit Hellespontii dictum, quod respicit *Themistius* Or. XIX. p. 226. A. Duxit secum Xerxes Παντοδαπῶν ἀνδρῶν γενεὰς Ἀσίης ἀπὸ χώρης, ut est in *Epigrammate* apud *Plutarch*. Themist. p. 116. κινώσας πᾶσαν ἠπείρου πλάκα, *Aesch*. Pers. vs. 720. Vere dicitur *Herodoto* VII. c. 157., ἐπάγων πάντα τὸν ἠῷον στρατὸν ἐκ τῆς Ἀσίης: totius enim Asiae vires contraxit, et quarumvis gentium subditarum auxilia. Notatur *Demetrio* περὶ Ἑρμην. §. 245. qui dixerat, ὅτι κατέβαινεν ὁ Ξέρξης μετὰ πάντων τῶν ἑαυτοῦ. μάλα γάρ, inquit, ἐσμίκρυνε τὸ πρᾶγμα: scribi enim debuisse μετὰ τῆς Ἀσίας ἁπάσης. Contra *Coelius* apud *Livium*, XXIX. 25., *ad immensum multitudinis speciem auget*, tantam scribens *multitudinem conscendisse naves*, *ut nemo mortalium aut in Italia aut in Sicilia relinqui videretur.* Audaciam hyperboles velut μειλίγματι represcit *Aristides* T. II. p. 318., συστάντων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἁπάντων ὡς εἰπεῖν (*ut ita dicam*) ἀνθρώπων. Sed absque isthoc adminiculo παντοδαποὺς vel παντοίους saepenumero Scriptores etiam optimi πάντας ἀνθρώπους dixerunt. *Xenoph*. Κυρ. Παιδ. VII. p. 115, 37., ἦλθεν ἡ δεινὴ ἀγγελία τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐφ' ἡμᾶς συλλέγεσθαι: omnes propemodum Asiaticos. Ἑλλην. VI. p. 341, 10. πελταστικὸν ἱκανὸν πρὸς πάντας ἀνθρώπους ἀντιταχθῆναι. Adde VII. p. 378, 11. *Isocrat*. p. 176. E. *Demosth*. p. 54, 7. 412, 91. 630, 89. *Ephorus* apud *Macrob*. pag. 505., τὸν Ἀχελῷον μόνον πάντας ἀνθρώπους συμβέβηκε τιμᾶν. Talia nonnunquam vitii fuere suspecta. VALCK.

CAP. LVII. 3. καίπερ εὐσύμβλητον ἐόν) *Valla* σύμβλητον, ut *Arch*., invenit vertitque. Verius multo vul-

gatum ex consequentibus. *Aeschylus* Prometh. vs. 774. Ἡ δ' οὐκ ἔτ' εὐξύμβλητος ἡ χρησμῳδία: pro quo in Choëph. vs. 168. εὐξύμβολον τόδ' ἐστί. Iones λαγὸν malle, dictum superius. [ad I. 123, 16.] WESS.

Ibid. ἵππος γὰρ ἔτεκε λαγών) Λαγὸν suo more scripserat. Herodotea paulo si pensiculatius exegissent viri docti ad *Valer. Max.* mendam forsan sustulissent ex istis lib. I. cap. VI. p. 71: *In exercitu Xerxis - - - equae partu leporem editum constat, eodem montem Athon vix tandem transgresso:* sic scripsit ex Codd. *Pighius*; sentit vitium, tollere non potuit *Glarean.*; corrigendum ex *Herodoto*: *eodem pontem vix tandem transgresso: mons* ex *ponte* factus. *Athon*, ut puto, peperit scioli additamentum. Congruit et Herodoteis ostenti, quam dedit *Valerius*, interpretatio. VALCK.

5. ἀγαυρότατα) *Magno fastu superbiaque.* Ἀγαυρὸς Grammaticis αὐθάδης, ἔνδοξος, κομψός, ex *Hesiodi* Theog. vs. 832. Ἀγαυρίαμα, ἔπαρμα, οἴησις. Ἀγαυριᾷν, τὸ μεγάλως γαυριᾷν καὶ ἐπαίρεσθαι *Etymologo.* Quod adnectitur [*lin* 6.] περὶ ἑωυτοῦ τρέχων, bene expedivit *Portus*, ἀγῶνα sive κίνδυνον adsciscens. *Eunapius* Vit. Maximi Phil. p. 100. de Valente Imp., οὐ τὸν περὶ βασιλείας, ἀλλὰ τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρέχοντος. Adde Nostri lib. VIII. 140, 1. et cap. 74. WESS.

6. περὶ ἑωυτοῦ τρέχων) Nihil est cur articulum [τὸν] vir doctus putaret inserendum. Sicuti τὸν περὶ ψυχῆς θέειν vel τρέχειν, sic *qui de vita certabant* frequenter dicebantur περὶ ψυχῆς τρέχειν, vel ἀγωνίζεσθαι, vel κινδυνεύειν. τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς est in *Herod.* IX. cap. 36. vid. Clar. *Wess.* Diss. *Herod.* p. 129., Portus in Τρέχειν περὶ ἑωυτοῦ, *Gataker.* Diss. de Stylo N. T. cap. x. Quando Xerxes hic dicitur in regnum rediturus ut *lepus* περὶ ἑωυτοῦ τρέχειν, proverbium respicitur *Suidae*, memoratum in Λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν, [i. e. περὶ τοῦ σώματος,] dictum ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων ταῖς ψυχαῖς: conf. *Zenob.* Cent. IV. Prov. 85. Illuc spectabat et *Aristoph.* quod vidit *Küster.* in Ran. vs. 193., quando scripsit: Εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν. [conf. ibi Schol.] Aliud hic Nostro praeterea potuit obversari proverbium, quod in adversarium detorquet *Demosth.* de Cor. p. 183., λαγὼ βίον ἔζης, δεδιὼς καὶ τρέμων καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν: habet et *Dion Chrys.* p. 611. D. vid. *Hemsterh.* ad *Luciani* Somn. p. 13. Hinc nonnemini τρέμων placuerat in *Herod.* *Anti-*

phon pag. 118, 34. περὶ τῆς εὐδαιμονίας τρίμων μὴ ἀποστερηθῇ. VALCK.

CAP. LVIII. 5. ἐπὶ Σαρπηδονίης ἄκρης) Thraciae erat, Melanem sinum finiens, teste *Eudoxo* in Schol. *Apollon. Rh.* I. 922. Doctissime hoc de promontorio *Holsten.* ad *Stephani* Σαρπηδών. Aliud, et Ciliciae quidem, Σαρπηδόνιον χῶμα *Aeschyli* Suppl. vs. 876. Statim [*lin.* 8.] πρὸς ἥλιον ἀνατολάς, recte *Palmerius* θερίνας, *aestivas*, explicat: suadet postulatque itineris continuatio. WESS.

CAP. LIX. 1. Ὁ δὲ Δορίσκος) *Steph. Byz.* hinc sua in Voc. mutua accepisse, vidit *Holstenius*, optime *Vallam*, τεῖχος *murum* reddentem, deserens: *urbem* enim *castellumque Herodoto* esse, quo nihil verius: exemplorum copia in penu est *Porti*, collectaque aliunde stipaverat *Holsten.*, eius ex schedis publicata ad *Hieroclis* Synecdem. p. 681. WESS.

4. τὸ δὴ Δορίσκος κέκληται) Τεῖχος istud, sive castellum, *Doriscus* dicebatur; neque tamen, quod sciam, oppidum illud Thraciae munitum voce τεῖχος, nomini adiecta designari solet; ut saepe commemorantur Σέῤῥειον τεῖχος· Ἡραῖον τεῖχος· Ἀβώνου τεῖχος· Γορδίου τεῖχος, *Gordiutichos*, *Livio*. *Pierum castella*, τείχεα τὰ Πιέρων dixit *Herod.* VII. 112., ubi *muros* reliquerunt in Latinis. vid. *Vales.* in not. *Mauss.* ad *Harp.* p. 288. et *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 62. Dorisco castello vicina planities [*lin.* 6 *seq.*] apta nata Xerxi videbatur ἐνδιατάξαι τε καὶ ἐξαριθμῆσαι τὸν στρατόν: conf. *Diodor.* XI. cap. 3. VALCK.

7. ἐπιτήδεος ἐνδιατάξαι) Qui corrigebat εὖ διατάξαι, non recordabatur χώρου ἐπιτηδειοτέρου ἐνστρατοπεδεύεσθαι lib. IX. 2. Equidem καὶ ἐναριθμῆσαι *Arch.* et *Vind.* pro reiiculo non habeo: namque in actionibus, certo in loco peragendis, huiusmodi composita adamare solent, ut pluribus patefiet lib. IX. 7. *Salen* autem *Samothraciam*, iustissime *Gronov.* vindicavit. et *Zonen* ad Ethnicographum *Berkelius*. WESS.

CAP. LX. 1. ὅσον -- παρεῖχον πλῆθος ἐς ἀριθμόν) Veterem ego lectionem [πλήθεος ἀριθμόν] revocarem; a Medicea distant quae primo adspectu videri possent similia: alio collocatam ordine non spernerem praepositionem, ἐς ὅσον μέν νυν ἕκαστοι παρεῖχον πλῆθος ἀριθμόν. VALCK. — *Valckenarium* secutus *Borh.* revocavit πλήθεος ἀριθμόν: quae

mihi lectio ex interpretamento nata videtur. Scripturae, quam *Wess.* cum *Gronov.* tenuit, eadem sententia est: commode vero post ἀριθμὸν delebitur comma, et post πλῆθος reponetur: *Quamnam quique multitudinem contulerint, adcurate ad numerum definire non possum.* Quum vulgo post ἀριθμὸν (quemadmodum etiam in nostro ms. *F.*) incisa esset oratio; intellexeram olim: *Quamnam multitudinem quique contulerint ad complendum universum numerum. S.*

5 *seqq.* συνηγάγοντο ἐς ἕνα *etc.*) Restituentur haec ex Codicibus: συναγαγόντες ἐς ἕνα χῶρον μυριάδα ἀνθρώπων, καὶ, συνάξαντες ταύτην ὡς μάλιστα εἶχον, περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον. In his συνάξαι, *conducere*, notat *constipare*, vel *coarctare*; ut apud *Longin.* π. Ὕψ. p. 232., τὰ γλωττόκομα — οὐ μόνον κωλύει τῶν ἐγκεκλεισμένων τὰς αὐξήσεις, ἀλλὰ καὶ συνάγει διὰ τὸν περικείμενον τοῖς σώμασι δεσμόν: in quibus errat *Zach. Pearce* p. 267., iam emendatis *Scaligero* in *Propert.* p. 285. συνῆγον καὶ συνέσπων *Xenoph.* p. 152, 34. συνηγμένον apud *Athen.* XI. p. 474. E. *compressum* interpretatur *Macrob.* [Vide vero *Var. Lect.*] Praeter ceteros indicatos *Brissonio* de Regn. Pers. III. p. 407. Herodotea respicit *Aristid.* in Themist. III. p. 297. ubi *Schol. MS.* καινότερον φησὶν ἐξεῦρεν ἀριθμόν, κατὰ μυρίους, οὐ καθ' ἕνα μετρῶν· λέγει δὲ διὰ τὸ μυρίανδρον τεῖχος, οὗπερ ἐμνήσθη καὶ ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ, I. p. 224. VALCK.

5. ἐξηρίθμησαν) Placuit hoc *Gronovio* et mihi: indicatur Persarum exercitum *enumerandi actus.* Itaque mox [*lin.* 12.] τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐξηρίθμησαν· ἀριθμήσαντες δὲ, κατὰ ἔθνεα διέτασσον, uti Codices iubent. Porro συναγαγόντες, in ea schedarum discordia, ex *Arch.*, cui paene paria *Ask.* facit, praeoptavi. Verissimum praeterea [*lin.* 7.] περιέγραψαν ἔξωθεν κύκλον, *extus*, sive, uti Laurentius, *extrinsecus*, *circulum circumscripserunt.* Qui quidem *circulus* si ἔσωθεν *intus* fuerit ductus, cui tandem usui? Miror tolerari ineptias, a *Pavio* et *Reiskio* explosas, potuisse. WESS.

CAP. LXI. 3. πίλους ἀπαγέας) *Salmasii* ad *Solin.* pag. 392. *pileos incurvos*, non rectos, quales regum Persarum, attigit *Gronovii* sedulitas, cuius *pilea non densata* praefero. Ἀπαγὴς *minime conpactum* exponit: hinc οἱ ἁπλῆν καὶ ἀπαγῆ εἰς εὐσέβειαν παραλαβόντες ψυχήν, quibus ad pietatem *parum firmus* animus Gregor. *Naz.* Or. Stelit. II. pag. 119. A., et Iuliani Imp. αὐχὴν ἀπαγής, *cervix minime firma*,

ibid. pag. 122. A. Zeno quoque παχύκνημός τε καὶ ἀπαγὴς καὶ ἀσθενὴς, quippe corpore *haud bene conpacto*, in *Laërtii* VII. 1. Alibi Noster de Persis, ἀναξυρίδας δὲ ἔχοντες ἔρχονται ἐς τὰς μάχας, καὶ κυρβασίας ἐπὶ τῇσι κεφαλῇσι lib. V. 49., quae utique κυρβασίαι non erant πεπηγυῖαι *conpactiles* admodum, quales Scytharum cap. 64. Quid *Porto* arriserit, Lexicon eius docebit. WESS. — Ἀπαγίας πίλους *impenetrabiles* reddiderat *Valla*; in eamdemque sententiam *Portus* intelligebat *ex solida materia firmaque compactos, qui adeo non facile frangi aut penetrari poterant*; scil. ex ἀπὸ (privationem significante) et ἄγω, *frango*, derivato nomine ἀπαγὴς, sive a verbo πήγνυμι cum α intensivo, non privativo, ut idem valeat ἀπαγὴς atque εὐπαγής. Recte vero *Wesselingium* ἀπαγίας *non compactos* interpretatum esse, docet *Scholiastes* ad *Aristoph.* Av. vs. 487. ubi, Πᾶσι Πέρσαις, ait, ἐξῆν τὴν τιάραν φορεῖν, ἀλλ' οὐκ ὀρθήν· μόνον δὲ οἱ Περσῶν βασιλεῖς ἐχρῶντο. - - τοῖς μὲν ἄλλοις ἴδες καὶ ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν ἐς τὸ μέτωπον ἔχειν. Pro eo quod vulgo ἡ τιάρα Graeci dicebant, *Herodotum* in masculina forma usum esse hoc nomine, adnotavit *Hesych.* in voce. Caeterum super his, quae hoc cap. de *Persarum cultu* memorantur, consuli potest Commentatio eruditi Academici Parisiensis *Mongez*, Tomo IV. Actorum Instituti Literarum et Artium Gallofrancici pag. 7 seqq. *S.*

3 *seq.* κιθῶνας χειριδωτοὺς ποικίλους) *Tunicam manicatam* Persis *Strabo* et plures tribuunt. At nulla hic *lorica*, cum tamen χιτῶσι φοινικοῖς, θώραξι χαλκοῖς munirent corpus in *Xenophont.* lib. VI. Παιδ. pr., et Masistius ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτόν· κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κιθῶνα φοινίκεον inf. lib. IX. 22. Cuius neglectae fortasse caussa, quod *lorica* κιθῶνος in vocabulo lateat. *Hesych.* Στρεπτοῖο χιτῶνος, τοῦ ἁλυσιδωτοῦ θώρακος. Propterea *Heliodorus* Aeth. IX. p. 431., absoluta elegante loricae squammatae pictura, χιτῶνά τινα φολιδωτὸν ἀπεργάζονται. Alioqui fatendum erit, *loricae* excidisse mentionem, fuisseque primitus χειριδ. ποικίλους, καὶ θώρηκας λεπίδος σιδ. *etc.* quae docta *Io. Christ. Biel* (Exercit. de Lign. Libani pag. 29.) coniectura. Simile quid in *Reiskii* stilum venit. Ut ut illud est, mallem cum *Pavio* ἰχθυοειδέας, et ad κιθῶνας referre. WESS.

4. λεπίδος σιδηρέης ὄψιν ἰχθυοειδέος) Nisi quid interciderit,

videri possunt non pectus tantum, sed totum corpus, habuisse *lorica* tectum, *ex ferreis laminis squammarum instar* sibi invicem impositis facta; ut erant armati equites *cataphracti*, de quibus egère *Brisson.* de Regn. Pers. III. pag. 379 seqq. et *Spanhem.* ad *Iulian.* p. 249., ut horum adeo κιθῶνες χειριδωτοὶ fuerint λεπιδωτοὶ vel φολιδωτοί. *Herodotus* tamen infra, de Masistio loquens interfecto, τὸν θώρηκα et τὸν κιθῶνα clarissime distinguit IX. 22., ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτὸν, κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος κιθῶνα φοινίκεον ἐνδεδύκεε. In eundem sensum φολιδωτὸν dixit *Posidippus* Com. *Athen.* IX. p. 376. F. ὅστις ἂν θώρακ' ἔχῃ φολιδωτὸν, ἢ δράκοντα σεσιδηρωμένον. Eiusdem originis voces λεπὶς et φολὶς [conf. *Etymolog.* pag. 798.] in usu distinguebantur: piscium squammae λεπίδες, serpentium φολίδες dicebantur; quod vere monuit *Brissonius.* φολιδωτὰ δρακόντια dederat *Ignat.* Ep. ad Antioch. p. 106. VALCK.

[12. Ἀρταῖοι) Vide *Steph. Byz.* voc. Ἀρταία: cuius ex observatione obiter firmatur id quod de corrupta scriptura *Artoxerxes*, *Artobazus*, et similibus, subinde in his Adnotationibus monui. De errore doctorum nonnullorum virorum, qui *Arteatas* etiam nominatos veteres Persas statuerunt, vide ad I. 125, 12. notata. *S.*]

[12 seqq. ἐπεὶ δὲ Περσεὺς ὁ Δανάης τε *etc.*) Conf. c. 150. Graecanicam de *Persicorum regum origine* fabulam attigit etiam *Xenophon* Cyrop. I. 2, 1. et *Apollodor.* Biblioth. II. 4, 5. *S.*]

CAP. LXII. 1. τὴν αὐτὴν ταύτην ἐσταλμένοι) Viri docti ταύτην στολὴν probare nequeo: σκευὴν ex secuturis Scriptor *intellectam* voluit. A Medis autem cunctum illum armaturae habitum Persas mutuum habere, *Strabo* lib. XI. p. 797. C. [p. 525. D. ed. Cas.] exponit. WESS. — Vide ad I. 109, 2. notata. *S.*

[4. ἐκαλέοντο δὲ πάλαι - - Ἄριοι) Fuit deinde particulare nomen populi, Persarum imperio subiecti, Ἄρειοι sive Ἄριοι, apud Nostrum III. 93, 12. et VII. 66. Intelliguntur autem h. l. *Arii*, interprete *Anquetilio* (Act. Acad. Inscr. T. XXXI. p. 376.) incolae regionis cui nomen *Iran.* Quod vero adiecit Scriptor noster, *Medos ipsos* nominis sui originem a *Colchica Medea* derivare, (conf. *Pausan.* II. 3. p. 118.) id quidem ad credendum difficile est; nisi forte Medus aliquis, fabulatoribus Graecis per iocum gratificaturus, olim tale

quidpiam alicubi iactavit. Conf. *Is. Vossium* ad *Melam*, I. 2. p. 561. *S.*]

9. μιτρηφόροι) Ex dialecto, qua ἀγγελιηφόροι saepius, σιδηροφόρος III. 102. et μιτρηφορέειν *Arrian.* Ind. cap. 7. In *Eustath.* tamen pristina est scriptura, ad *Odyss.* Κ'. p. 1659, 10. [p. 398, 9. ed. Bas.] Melius contra pravum *Arch.* ἰσεσάχατο [*lin.* 11.] idem ad Iliad. Β'. p. 234, 12. [pag. 177, 26. ed. Bas.] καὶ παρ' Ἡροδότῳ τὸ, ἐσεσάχατο, ἀντὶ τοῦ ὡπλισμένοι ἦσαν. vid. c. 70. WESS. — Perversa lectio est *Arch.* ἰσεσάχατο: alterum aliquoties in hac recensione recurrit: c. 70. κατάπερ Ἰνδοὶ ἐσεσάχατο: c. 73. Ἀρμένιοι κατάπερ Φρύγες ἐσεσάχατο: et cap. 86. *Hesychius*: Σεσάχθαι, ἐσκευάσθαι, καθωπλίσθαι. Σάγη γὰρ ἡ καθόπλισις. *Theocrit.* Eid. XVII. 94. πολλοὶ δέ οἱ ἀσπιδιῶται, Χαλκῷ μαρμαίροντι σεσαγμένοι. VALCK.

CAP. LXIII. 3. χάλκιά τε κράνεα) Restitutum est vocab. κράνεα: nam χάλκια, solitarie posita, quid erunt? An ποιήματα, quae commode adduntur c. 80. Certe capitis munimina, adeoque κράνεα, *galeae*; quae possunt profecto varie *inplicari nectique*, πλέκεσθαι, sicuti Paphlagonum c. 70. et Thracum galeae c. 76. Utrum vero, quum in Persis, Medis, Cissiis et Hyrcanis nullas *Herodotus* galeas agnoscit, consequens, ut nec in Assyriis? [quae *Gronovii* erat opinio.] WESS.

[7 *seq.* οὗτοι δὲ ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων ἐκαλέοντο Σύριοι *etc.*) Etiam *Cappadocas* Graeci Σύρους et Συρίους adpellabant; vide I. 6, 3. et 72, 9. cum utrobique notatis: adde *Strab.* lib. XVI. p. 737. A. B. *S.*]

CAP. LXIV. 4 *seq.* κυρβασίας ἐς ὀξὺ ἀπηγμένας) Ubi habentur οὔρεα ἐς ὀξὺ τὰς κορυφὰς ἀπηγμένα, lib. II. cap. 28., in *Arch.* scribitur ἀπηγημένα: nostro loco si legeretur ἀπηγμένας, sive potius ἀνηγμένας, alterum nemo requireret. κορυφὴ οὐκ ἐς ἄγαν ὀξὺ ἀνηγμένη est in *Pausan.* IX. pag. 786. εἰς ὀξὺ συνηγμένης τῆς κεφαλῆς, *Diodori* T. I. pag. 148. εἰς στενὸν συνῆχθαι, *Athenaei* XI. p. 477. VALCK. — *Suidas*: Κύρβασις· ἔνιοι μὲν τιάραν *etc.* Quam ad nominis formam, h. l. κυρβάσιας scriptum oportebat: sed κυρβασίας penacute apud Nostrum, ut hic, sic et V. 49, 18. praeferunt edd. et mssti, quemadmodum in sing. τὴν κυρβασίαν apud *Aristoph.* Av. 487. ubi *Schol.* ἔστι δὲ αὕτη, τιάρα. Unde et *Hesychius* idem capitis tegumentum perinde et Κυρβασίαν et

Τιάραν dici, sub utraque voce monuit: quod etiam ex *Herodot.* VII. 61, 2. coll. cum V. 49, 18. intelligitur. Caeterum, ut Persarum tiarae ἀπαγέες erant, *non bene compactae firmaeque, sed in frontem propendentes;* (c. 61, 3. et ibi not.) sic contra hae *Sacarum cyrbasiae* πεπηγυῖαι erant et ὀρθαὶ, *bene compactae* (*firmae, rigidae*, coll. c. 70, 11.) et *erectae;* quales apud Persas non nisi reges gestabant. *S.*

7. ἀξίνας σαγάρεις) Interpositum καὶ, quo scholii indicium esset liquidius, voluntate Codicum eliminavi. *Sagaris* et ἀξίνη eadem, nunc quoque Armeniis, sicuti *Wisthoni* fratres ad *Mosen Choronensem* in Praefat. monuerunt. Neque occultum *Corn. de Pauw* fuit litteratoris interpretamentum, coniectanti ex abundanti suspicionum penu καὶ ἀσπίδας καὶ σαγάρεις, citra aequum tamen. [Vide omnino *Var. Lect.*] Ἀμυργίους [*lin.* 8.] tutatur *Steph. Byzant.* WESS.

8 *seq.* εἰ γὰρ Πέρσαι πάντας τοὺς Σκύθας *etc.*) Quod *a Persis Scythas omnes* scribit Σάκας *dictos*, hinc attigit *Eustath.* ad *Dionys.* vs. 749. *Ctesiae* probabiliter debentur de Dario et Sacis *Polyaeno* narrata VII. c. x. §. 6. et 8. conf. *Demetrius* περὶ Ἑρμ. §. 249. VALCK.

CAP. LXV. 1. εἵματα μὲν ἐνδεδυκότες ἀπὸ ξύλων πεποιημένα) Laurentii *amictum e lignis* exsibilant merito. Qualis enim amictus? Indi veste utebantur linea, *lino ex arboribus facto*, sicuti hunc usque in diem. *Arrianus* Ind. cap. 16. ἐσθῆτι δὲ Ἰνδοὶ λινέῃ χρέονται; -- λίνου τοῦ ἀπὸ τῶν δενδρέων. Talis Nostro ad telas materia εἴριον ἀπὸ ξύλου lib. III. 47. et uberius ibid. cap. 106. Latinorum ore aut gossipion, aut *xylon* Graeca voce. *Plinius* Hist. Nat. XIX. 1. *Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, et ideo lina inde facta xylina.* Id sequor. Σίδηρον ἦν [*lin.* 3.] ferri potest ob σίδηρα *Aretaei Cappad.* Morb. Diuturn. II. 13. pag. 134., alioqui insolentius. WESS.

CAP. LXVI. [1. Ἄρειοι) Iidem Ἄρειοι III. 93, 12. Caeterum conf. cap. 62, 4. ibique not. *S.*]

7. Ἀζάνης ὁ Ἀρταίου) In barbaris his nominibus multiplex amanuensium dissensus, conpositu difficilis. Ἀρτύβιον Persam memoravit lib. V. 108., Ἀρτάνην inf. cap. 224. Sunt ea cognomina Persica, sed quo iure edita recusabuntur? De *Parthis, Chorasmiis, Sogdis* vide III. 93. WESS.

CAP. LXVII. 1. σισύρνας) De σισύρνῃ et σισυρνοφόροις [*lin.* 8.] vide lib. IV. c. 109. WESS.

5. εἵματα μ. βεβαμμ. ἔχοντες ἐνέπρεπον) Idem esset εἵμασι βεβαμμένοις ἦσαν ἐμπρεπεῖς, vel διαπρεπεῖς: sic c. 83., χρυσὸν πολλὸν καὶ ἄφθονον ἔχοντες ἐνέπρεπον. Rarissimum illud *Aeschyli* Agam. vs. 1231. σπλάγχν' ἐποίκτιστον γένος Πρέπουσ' ἔχοντες: et vs. 30. ὡς ὁ φρυκτὸς ἀγγέλλων πρέπει, pro ἔχουσι, et ἀγγέλλει, sic optime Clar. *Abresch.* interpretatur. Ut splendida vestis ἐμπρέπειν; sic ornatus veste splendida, illâ dicitur ἐμπρέπειν. *Lucian.* adv. Indoct. §. 9., ἡ πορφύρα ἐνέπρεπε τῆς ἐσθῆτος. *Sophocles* apud *Clem. Alex.* Paedag. III. p. 286, 2. Γυναικομίμοις ἐμπρέπεις ἐσθήμασιν: quibuscum *Euripidis* ex Antiope locum recte comparavit *Io. Pierson*, Praef. *Moer.* pag. XLIII. VALCK.

[10. Ἰθαμάτρεω) Verum fuerit Ἰθαμίτρεω. Vide *Var. Lect.* et conf. VIII. 130, 10. ibique *Wess. S.*]

CAP. LXVIII. 4. Ἀρσαμένης ὁ Δαρείου) Mirum ni huic, ut reliquis Darii filiis, matris nomen historicus adiecerit. Idem *Plutarcho* dici videtur aliquoties Ἀριαμένης, T. I. p. 119. D. T. II. p. 488. D. Priori loco fratrum Xerxis audit πολὺ κράτιστός τε καὶ δικαιότατος: altero, filiorum Darii natu maximus, πρεσβύτατος τῆς γενεᾶς. Sed, cui cum Xerxe de regno fuit controversia, *Herodoto* vocatur Ἀρτοβαζάνης lib. VII. c. 2. Hoc capite memoratus si *Plutarchi* est Ἀριαμένης, cur Nostro non dicebatur ὁ Δαρείου καὶ τῆς Γωβρύεω θυγατρός? ut Ἀριαβίγνης infra dicitur cap. 97. VALCK.

CAP. LXIX. [1. ζειρὰς ὑπεζωσμένοι) Ζειρὰ vel ζιρὴ, vestimenti aut indumenti genus: quod quale fuerit explicaturi veteres Grammatici (in *Var. Lect.* citati) varias iverunt in partes, nec satis planum facere potuerunt. Illud unum h. l. monuisse iuvabit, quod apud *Suidam* et alios nonnullos legitur, Ζειραί· χιτῶνες ἀνακεκολαμμέναι: docente *Ruhnkenio* ad Tim. p. 129. ex *Etymol.* p. 410. ἀνακεκολπωμέναι corrigendum, *tunicae in sinum replicatae. S.*]

2. τόξα παλίντονα) Arcus omnes παλίντονοι quum sint, iusta observatio *Eustath.* est, Arabum arcus forma fuisse singulari, atque *utramque in partem flexiles*, ἐπὶ θάτερα μέρη κλινόμενα, sive *Attii* voce *reciproca*, monente *Scaligero* in *Varron.* de Lingua Lat. lib. VI. p. 78. Erant quoque προσ-

δέξια, *habiles* in Latinis *Vallae*, sive, quemadmodum Edd. et scripti, πρὸς δεξιὰ, *ad dextram adpensi*: equidem περιδέξια novi, non illud. Dubio exemtum nunc omni ἐκ Φοίνικος σπάθης est, [*lin.* 4.] quae *Kühnium* scriptura ad *Pollucem* non fugit. Certissimum etiam ἐναμμένοι, [*lin.* 3.] ad *Diodori* lib. I. 11. p. 15. explicitum. WESS.

3. λεοντέας ἐναμμένοι) Sic optime *Gronov.* ex *Med.* Λεοντῆν ἐνημμένην scripsit *Aristoph.* Ran. vs. 433. νεβρίδα ἐνῆφθαι, *Cornutus* de Nat. Deor. c. 27. et *Harpocrat.* in Νεβρίζων. παρδαλῆν ἐνῆφθαι, *Schol. Theocriti* I. 3. non, ut vulgatur, πάρδαλιν εἰλῆφθαι: hoc ubi est in *Pollucis* VIII. 151. ἀνῆφθαι verius est. παρδαλέην ἐνῆφθαι dederat et *Eustath.* in Ἰλ. γ'. pag. 283, 43. non ἐνεῖσθαι. In proximis, [*lin.* 4.] ut erat in marg. *Steph.* corrigit *Palmer.* ἐκ Φοίνικος σπάθης: atque id ipsum in aliis esse Codicibus didicimus ex Dissert. *Herodot. Wesselingii* p. 119. VALCK.

5. ὀϊστοὺς μικροὺς) Collatis *Agatharchidae* et *Heliodori* verbis ita reposuit *S. Bochartus* Phal. IV. 26. pag. 266.; quam magni viri correctionem in examen operosa Nob. *Palmerius* disquisitione misit, Exercit. p. 33.; probabiliter ostendens, arcui praegrandi minorem sagittam non optime convenire; incurvationis enim spatio haud sufficere; *Heliodori* verba et *Agatharchidae* controversa videri. Qua quidem in disputatione posterior mihi pars elumbis adparuit; sicuti quoque, sagittas μακρὰς et βραχεῖς recte dici, minus μεγάλας et μικράς. Verius *Gronovius*. [monens, nihil impedire quo minus sagittae μικραὶ dicantur.] Δόρασι μικροτέροισι χρεώμενοι Codices quidam lib. VII. 211. Equidem, nisi Mssti obstarent, in partes ire possem. *Lapis acutus, quo sigilla sculpebantur*, [*lin.* 6 *seq.*] *smiris*, Hebraeorum שמיר *Samir*, est; de quo eruditissime *Bochartus* Hierozoic. Part. II. lib. VI. p. 842. WESS.

12. ἦρχε Ἀρσάνης) Fortasse hoc homini nomen fuit; liquido non adfirmaverim. [Vide *Var. Lect.*] In Persis plures *Arsames*; qualis *Plutarchi*, Artox. pag. 1026 fin., *Antigoni Carystii* c. 128., *Polyaeni* VII. 28., quem *Maasvicus* cum hoc male contendit. Immo ipsis Darii in maioribus *Arsames*, inf. cap. 224. WESS. — Ἀρσάμης legitimum potius nomen videbitur: huius proavus, pater Hystaspidis, Ἀρσάμης aliquoties vocatur Nostro: bis inter du-

ces exercitus Ἀρσάμης memoratur *Aeschylo* Pers. vs. 37. et 308. *Casaubono* idem esse videbatur *Polyaeni* Ἀρτάβης vel Ἀρσάμης, VIII. c. 28.; sed, qui Barcen fraude cepit, Persa *Herodoto* vocatur Ἄμασις, lib. IV. c. 201. et 203. Arsamis germanus frater, Darii filius ex Artystone, Γωβρύης, infra VII. 72., Βρύης audit ex membrana *Med.* VALCK.

[14. εἰκῶ) εἰκοῦν scriptum oportuisse censuit *Larcher* ob *Gregor.* canonem 35. de Ionica Dialecto. Iam ad illam quidem normam Ἰοῦν et Βουτοῦν dixit Noster, a rectis casibus Ἰώ et Βουτώ: sed, ut in aliis multis, sic et hoc in genere, licitum fuit Ionibus, *Herodoto* certe, eis etiam uti formis, quae aliis Graecis, et Atticis praesertim, usitatae erant. Sic, licet αἰδοῦν, ut ionicum, ibid. commendet *Gregorius*, nusquam apud *Herodotum* reperitur haec nominis forma; sed αἰδώ, sive rectius αἰδῶ, (ut nos cum probatis libris edidimus, nempe ex αἰδόα contractum, coll. *Etymol.* p. 30. lin. 40 seqq.) praeferunt codices lib. I. c. 8, 16. quemadmodum constanter apud *Homerum* scribitur. *S.*]

CAP. LXX. 2. διξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) Veterum persuasio de *Aethiopibus Afris et Asiaticis* cognitissima ex *Strabonis* erudita super Homereo Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται, dissertatione est lib. I. p. 58. [p. 30. et 33. ed. Cas.] Indi Aethiopes rectâ et promissâ erant comâ, ἰθύτριχες: Afri οὐλότριχες, crispo, ut nunc perseverant, capillitio. Consimilis de utrisque *Strabonis* lib. XV. pag. 1012. B. [pag. 690. D.] et *Arriani* Ind. c. 6. observatio. WESS. — Conf. *Heeren Ideen über die Politik* etc. T. II. p. 352. *S.*

8. προμετωπίδια δὲ ἵππων) Frequentantur in equorum ante frontem ornatu προμετωπίδια apud *Xenophontem*, *Achillem Tat.*, *Aelianum*, *Iamblichum*, et plures: in muliebri mundo κόσμος προμετωπίδιος *Basilio M.* T. II. pag. 55. c. Hic προμετωπίδια sunt *pelles, equorum capitibus detractae, et humanis ad terrorem indutae et speciem.* Nam, quod ante frontem, προμετωπίδιον, quale προμετωπίδιον κέντρον, quo natura pisces xiphias armavit, in *Aeliani* Hist. An. XIV. 26. Atque haec, qui προμετώπια praeferunt, considerasse non videntur. WESS.

CAP. LXXI. 2. ἦσαν ἔχοντες) Culte codices pauci σκυτίνην ἦϊσαν ἔχοντες, *corio armati iere.* [*ibant.*] Belle equidem illud Declamatoris in Sallust. cap. 3. *Unus enim*

satis es materiae h a b e n s, et quae *Sanctius* Minerv. III. 10., iuxtaque Graecorum similes prorsus [periphrasticas] dictiones, conductas ad *Diodori* lib. II. 5., recordor. Sed illud huic loco magis censeo adpositum. WESS.

CAP. LXXII. [2. κράνεα πεπλεγμένα) Conf. c. 63, 3. ibique *Wess.* et cap. 79, 2. *S.*]

5. Λίγυες) Iidem c. 86. Λίβυες, et lib. III. 92. Αἰγλοὶ, sive Αἰγδοὶ, uti Mssti; mihi, quod ibi [Adnot. ad III. 92, 9.] professus fui, sive nomen expendo seu gentem, ignoti. Μαριανδυνοὶ bene habent; [conf. *Var. Lect.* I. 28, 5.] bene Σύριοι, qui volentibus schedis, heic Σύροι. Vide III. 90., notataque *Gronov.* lib. II. 104. [Adnot. ad II. 104, 12. et supra ad huius Musae c. 63, 7 *seq.*] Sit-ne vero Darii et Artystonae filius [*lin.* 10.] vero nomine Βρύης an Γωβρύης, non adfirmavero. Notior in Persis *Gobryes Gobryas*que multo est. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

[6. τὴν αὐτὴν ἔχοντες) Toties in hoc recensu vocab. σκευὴ occurrit, ut nullo incommodo hic omitti potuisse videatur subintellectum. Conf. cap. 62, 1. 71, 2. 73, 2. 77, 2. et vide ad I. 109, 2. notata. *S.*]

CAP. LXXIII. 3. Βρίγες) Conveniunt Βρίγες et Φρίγες Macedonum sono, quo Βίλιππος et Βάλακρος, qui Φίλιππος et Φάλακρος alibi. Nollem tamen *Arch.* et *Pass.* scripturam obtrudi. Βρίγες hinc clarissime *Steph. Byz.*, et de Mida *Conon* Narr. I. ὑπὲρ Μυσίαν ᾤκισε, Φρύγας ἀντὶ Βρίγας, βραχύ τι παραλλαγείσης τῆς λέξεως, μετονομασθέντας. Plura Cl. *Holstenius* ad *Stephanum*. Ceterum σύνοικοι ἦσαν [*lin.* 4.] in absurdis collocari non debet. WESS. — Qui in Thracia manserunt eiusdem originis, Βρύγοι nominantur VI. 45, 3. (ubi vide Not.) et VII. 185, 9. Apud *Strabon.* VII. p. 295. c. et XII. pag. 550, 4. ubi Βρύγες et Βρίγες olim edebatur, utrobique Βρίγες ex msstis posuit nuperus Editor Lipsiensis, cuius vide notata in Var. Lect. ad posteriorem locum, T. V. p. 92 seq. *S.*

4. Εὐρωπήϊοι ἐόντες συνοίκησαν) Ex tribus diversis lectionibus genuina mihi videtur illa in marg. *Steph.* χρόνον ὅσον Εὐρωπήϊοι ἐόντες σύνοικοι ἦσαν (ἔσαν) Μακεδόσι. Hic est Nostro familiaris scribendi mos: IV. 47. ἡ γῆ, ἐοῦσα πεδιάς, -- εὔυδρός ἐστι. cap. 147. ἦν ὁ Θήρας οὗτος, γένος ἐὼν Καδμεῖος, -- ἀδελφεός. VII. 129. τὸ μέσον δὲ τουτέων -- ἡ Θεσσαλίη ἐστὶ, ἐοῦσα κοίλη. VALCK.

CAP. LXXIV. 2. οἱ δὲ Λυδοὶ, inquit, Μῄονες ἐκαλεῦντο πάλαι, (sive τὸ πάλαι,) ἐπὶ δὲ Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην. In Codice, quem manu scriptum ab humanissimo I. I. *Wetstenio* habui utendum, hoc legebatur Scholion in Hom. Ἰλ. γ'. 401. Μηονίας· Λυδίας λέγει· Μήονες γὰρ τὸ παλαιὸν ἐκαλοῦντο οἱ Λυδοὶ, εἶτα Λυδοὶ, ἀπὸ Λυδοῦ τοῦ ἄττεος, (lege Ἄτυος,) ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ. lib. I. c. 7. VALCK. — Eadem leguntur in *Villoisoni* Scholiis Venetis, et ibi quidem recte Ἄτυος scribitur, sed perperam Ἡρωδιανὸς, pro Ἡρόδοτος. Quod ad Μηίονας spectat, vide *Var. Lect. S.*

5. ἀκοντίοισι δὲ ἐχρέωντο ἐπιχωρίοισι) Afris idem teli genus cap. 71. *Mysii* autem nobiles his iaculis, ἀκοντισταὶ Μυσοὶ *Aeschylo* Pers. vs. 52., et Ὀλυμπηνοὶ *Eustathio* in Perieges. vs. 810. [immo vero ad vers. 322. not. 3.] *Stephano*que Voc. Ὄλυμπος, unde Οὐλυμπηνοὶ et hic, [*lin.* 7.] si qua necessitas. WESS.

CAP. LXXV. [3. ζειρὰς) Vide ad c. 69, 1. *S.*]

4 *seq.* πέδιλα νεβρῶν) Vetere πέδιλα νιμρῶν delectatur Cl. *de Pauw*, caligis videlicet ex loris apte constrictis: neque enim πέδιλα νεβρῶν ulla fuisse, cum hinnuli calceis careant; nec *pelles hinnulorum*, si vel maxime caligis dederint structuram, νεβροὺς, sed νεβρίδας aut νεβρείους, adpellari. Cui opinioni speciem *carbatinae* detrahent, πεποιημέναι ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν, non utique ex *bubus*, sed *bubulo corio*, in *Xenophontis* Ἀναβ. IV. pag. 309. *Ed. Hutch. Transitum Thracum in Asiam*, iustumque eius tempus, ill. *Scaliger* vestigavit ad *Euseb.* Chron. MXLV. WESS. — Quod πέδιλα in Graecis nostris penacute scribitur, id ex *ed. Schaef. pr.* in nostrum exemplum irrepsit: πέδιλα oportebat, ut habent aliae editiones atque etiam *Schaeferiana secunda. S.*

CAP. LXXVI. 1 *et seqq.* ἀσπίδας δὲ ὠμοβοΐνας εἶχον *etc.*) Cuncta haec de Thracibus Asiaticis sive Bithynis eruditi accipiunt; quorum tamen armaturam, originem, praefectumque Persam, quod Scriptoris mos fert, summa descripserat ante accuratione. Et talia de iisdem iterum? Immo vero ἀκέφαλα sunt, defectaque et gentis titulo et praefecti Persae nomine. Hiatum sagax Cl. *Pavii* ingenium animadvertit, et agnoscent, opinor, in posterum omnes. Quo enim cunque verba versentur modo, ad Thraces Asia-

ticos non pertinebunt, nedum ad Europaeos, quibus suus demum locus c. 185. Venerant in mentem mihi *Chalybes*, ob *Martis oraculum*, et quoniam memoratis gentibus adfines fuerunt lib. I. c. 28. Sed incertissima ea divinatio. Προβόλους λυκοεργίας aut λυκεργίας [*lin.* 2.] servo, Gronovio consentiens. Opportuna est Grammaticorum glossa, ἀκόντια πρὸς λύκων θήραν ἐπιτήδεια in *Athenaeo*, alioqui turbatissimo; sicuti aliàs, post sollertem magni Animadversoris et *Paulli Leopardi* Emend. XI. 18. curam, ostendi. WESS. — Vide eiusdem doctissimi Viri *Dissertat. Herodoteam*, p. 58 seq. et quae a nobis ad *Athenaeum* adnotata sunt, Animadverss. Vol. VI. p. 212 seq. *S.*

2. προβόλους δύο λυκεργίας) Nihil attulit vir Clar. [*Gronov.*] quo lectori persuaderet, quod persuasum voluit. [scil. cum *Valla* intelligenda esse *veruta ad lupos conficienda idonea.*] Quando inter Milyas εἶχον τόξα μετιξίτερα Λύκια, quidni Thraces Asiatici προβόλους habuerint Λυκιεργίας? id est, *Athenaeo* interprete lib. XI. pag. 486. D. ἀκόντια ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα: a quo commode comparantur Ναξιουργὴς κάνθαρος, κλίνη Μιλησιουργὴς, et τράπεζα Ῥηνιουργής. *Athenaeum* tamen suspicor in suo quoque Codice legisse Λυκεργίας, [λυκοεργίας ille in suo *Herodoti* exemplo legerat, si fides vetustissimo *Athenaei* codici,] cuius loco scribi voluerit Λυκιοεργίας, ἵν' ἀκούηται τὰ ἐν Λυκίᾳ εἰργασμένα, prout corrigit *H. Vales.* ad *Harpocr.* in Λυκιουργεῖς. conf. Index Thesauri *H. Steph.* VALCK.

CAP. LXXVII. 1. Καβηλέες δὲ οἱ Μηόνες) Alibi Καβαλέες, [III. 90, 6.] ex Lydis propagati, eaque propter Meones. Mox Λασόνιοί τε καλεύμενοι, *et qui Lasonii dicuntur*, doctissimus *Pavius*, [pro Λασόνιοι δὲ, quod praeferunt libri omnes;] ut a Cabalensibus, quemadmodum lib. III. 90., separentur. Prostat ibi alia *Valckenarii* nostri coniectura. WESS. — Adde quae a *Larchero* ad h. l. notata sunt; et consule, quos ille laudavit, *Stephanum Byz.* in Καβαλὶς, et *Strabonem* lib. XIII. p. 630. c. D. et 631. A. ed. Cas. *S.*

CAP. LXXVIII. 9. Ἀρταΰκτης ὁ Χεράσμιος) Cupide ὁ Χοράσμιος docti viri *Is. Vossius*, *Pavius*, aliique; quibus calculum addere memini, motus *Arch.* indicio. Muto sententiam: ὁ Χεράσμιος, aut, si malueris, ὁ Χοράσμιος, patris nomen Artayctae dat. Neque is enim gente

Chorasmius; sed, quod Noster planissime, ἀνὴρ Πέρσης, origine et domo Persa, lib. IX. 115. WESS.

CAP. LXXIX. 1. Μᾶρες) *Hecataei* testimonio apud *Stephanum* protectissimi contra *Is. Vossii* (Κᾶρες et [*lin.* 6.] Καρῶν emendantis) molimina sunt. *Cares* utique ab hac gentium serie alienissimi. Vide c. 93. WESS. — Immo vide III. 94, 7. ibique notata. *Isaacus* vero *Vossius* ubinam significaverit, Κᾶρες h. l. pro Μᾶρες corrigendum, mihi non liquet. Illud video, eumdem *Vossium* in Notis ad *Melam* p. 562. diserte adfirmare, eosdem h. l. *Mares* ab *Herodoto* memorari, quos apud eumdem lib. III. c. 94, 7. intelligendos esse ipse *Vossius* docuit. *S.*

CAP. LXXX. 2. τοὺς ἀνασπάστους καλεομένους) His gemina lib. III. 93. Qui solos *Cares*, ob haec *Arriani* Ἀναβ. III. 8. οἱ δ' ἀνάσπαστοι Κᾶρες, intelligit *Barn. Brissonius*, Regn. Pers. lib. II. c. 223. admodum parcus est, praesertim cum eos in insulis *Arrianus* non locet. Barcaei ἀνάσπαστοι, Paeones, Eretrienses, supra memorantur, nec has tamen in insulas depositi. *Ctesiae* verba, ab eruditissimo viro adscripta, ἀνάσπαστος γίνεται εἰς Ἐρυθρὰν, Persic. cap. 39. ipsos Persas, delicti adfines, huc relegatos nonnunquam fuisse ostendunt. Latius tamen vocis notio, ad lib. IV. 204. exposita, semet extendit. WESS.

CAP. LXXXII. 4. Σμερδομένης) Sic malui, ut in hominis nomine discordia cessaret. Σμερδομένεα adpellant plerique omnes c. 122. Illud autem [*lin.* 5.] Ξέρξῃ δὲ ἐγένοντο ἀνεψιοὶ, in positione dictionis concordat c. 5. ὃς ἦν Ξέρξῃ μὲν ἀνεψιὸς, Δαρείου δὲ ἀδελφεῆς παῖς. Vide ad superioris libri c. 103. WESS.

CAP. LXXXIII. 5. ἐπὶ τοῦδε) Glossam redolet *Med.* et aliorum διὰ τάδε, nollemque defensum: alterutrum abunde est. Formam praefert Ionicam βινηθεὶς [*lin.* 6.] spernique recusat: alienum sane μισθεὶς est *Th. Galei*, nec fulcrum ex Glossatorum Μιῶσαι, *deportare*, Μίωσις, *deminucio*, nanciscitur; siquidem vitiose picta sunt, et inconmoda prorsus. Ἀραίρητο alibi assertum. WESS. — De ionica forma ἀραίρητο pro ᾕρητο vide Adnot. ad I. 191, 33. ubi quae verba ex IX. 101. citantur, leguntur ea lib. IX. c. 102, 18. Et duobus quidem istis locis ἀραίρητο significat *captus erat*: hic vero *electus erat*, (sic enim in versione po-

situm malim, quam *deligebatur*) id est, *iam ante designatus erat qui continuo in decedentis locum succederet*. Quod vero in eadem *Wesselingii* Adnot. ad I. 191. verba quae hic leguntur, ita adferuntur, quasi ἀφαίρητο cum νούσῳ iunctum esset, ut intelligeretur *morbo sublatus*, *morbo exstinctus*, id invito Viro doctissimo exciderat. *S.*

5. ἐπὶ τοῦδε) διὰ τάδε, quod in Codicem *Med.* irrepsit, interpretamentum videtur Herodoteae formulae. In proximis, εἴ τις αὐτῶν ἐξέλιπε τὸν ἀριθμὸν, ἢ θανάτῳ βιασθεὶς ἢ νούσῳ, pro βιασθεὶς in *Arch.* βιωθεὶς scribi dicitur; illinc *Galeo* placuit μιωθείς. Numerus certe dici potuit μειωθεὶς, *imminutus*; forsan et aliquis θανάτῳ μειωθεὶς ἢ νούσῳ, *morte minutus sive morbo*: μειοῦσθαι, μινύθειν, et *minutus*, in talibus adhibentur nonnusquam; et nova captat *Herodotus*. VALCK.

10. χωρὶς δὲ χρυσόν τε πολλὸν etc.) Quia *Curtius* de his lib. III. 3. *Proximi ibant, quos Persae Immortales vocant, ad decem millia: cultus opulentiae barbarae non alios magis honestabat: illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant*; Nostri χρυσὸν ad solas vestes referri *Schefferus* de Antiq. Torquib. c. 9. vetat; torques enim aureos suo continere ambitu; cui adsentior cupide. WESS.

CAP. LXXXIV. 3. καὶ ὁ πεζὸς αὐτέων) Puto fuisse τὴν καὶ ὁ etc. Idem requiri c. 86. ἐσεσάχατο τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ πεζῷ, nimirum τῇ καὶ ἐν τῷ, *Reiskius* agnovit. Ionum μετεξέτεροι: [*lin.* 4.] quod una cum scholio apud *Arch.* revocatum haud indignabuntur *Herodoti* amatores. Fuerint-ne vero veterum Persarum in capitibus ex aere ferroque ducta ποιήματα prorsus eadem ac culte ab *Heliodoro* Aeth. IX. p. 431. expicta, non habeo dicere. WESS. — Potuerat utique *lin.* 3. τὴν καὶ scribere *Herodotus*, et τῇ καὶ c. 86. Sed invito nihil tale obtrudi Scriptori debebit. Sic sane et cap. 50, 15. γνώμῃσι ἐχρέωντο ὁμοίῃσι καὶ σὺ scribere ei placuit, non τῇσι καὶ σύ. Parique ratione latine *idem atque* dicimus, et *similiter atque*. Conf. c. 86, 3. *S.*

CAP. LXXXV. 7. σειρῇσι πεπλεγμένῃσι) *Th. Galeus* potius adposuit ζωρῇσι futurum ex c. 75., longe aberrans. Σειραὶ in *amiculorum* genere, in consertis *funibus* σειραί. Σειραῖος ἱμὰς *Polluci* I. 148., σειραῖαι *funiculi*, *Philoni Iud.* Vit. Contempl. p. 897. A. Σειραῖς δὲ ἁμαρτιῶν ἑαυτοῦ ἕκαστος σφίγγεται, Graecus Proverbiorum *Salomonis* interpres trans-

late, sed eleganter, c. v, 22., ubi *Aquila* ἐν σχοινίοις ἁμαρτίας. [Notus etiam σειραῖος ἵππος ex *Sophocl.* Elect. 722.] Adi *Ivon. Villiomarum*, Animadv. in Loc. Controv. *Titii* lib. IV. p. 84. Hanc autem *Sagartiorum* in pugnando habilitatem cur *Pausan.* I. 21. Sauromatis contribuerit, non adsequor. Eamdem-ne illi seriore aetate, ut *retiarii*, de quibus *Lipsius* Saturn. lib. II. 8., probarunt? WESS.

11 *seq.* οἱ δὲ ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι) Sic recte Codices. Ἐμπαλασσόμενοι iidem ac συμπλεκόμενοι, Schol. *Thucyd.* VII. 84. Ceteris congruit ἑλόμενος δολίοις βρόχων ἕρκεσιν Agamemnon, *Euripid.* Elect. vs. 155., et *Aeschyli* ex Agamemn. vs. 1620. ἰδόντα τοῦτον τῆς δίκης ἐν ἕρκεσιν. Non equidem obliviscor Euripidei Iphig. Taur. vs. 77. ποῖ μ' αὖ τήνδ' ἐς ἄρκυν ἤγαγες χρήσας, nec *Aeschyli* Choëph. vs. 1000. ἄρκυν δ' ἂν εἴποις καὶ ποδιστῆρας πέπλους, elegantis utrinsque et haud longe abeuntis figurae, neque potioris tamen. WESS.

Ibid. ἐν ἕρκεσι ἐμπαλλασσόμενοι) Perparum interest utrum ἐν ἄρκυσι legatur, an ἐν ἕρκεσι: hoc tamen, altero rarius in talibus, dedisse videtur. *Hesych.* Ἕρκεσι, δικτύοις, Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι δευτέρῳ. Saepe *malis* ponuntur αἱ τῆς Δίκης ἄρκυες. τῆς Δίκης ἐν ἕρκεσιν est in Agamemn. *Aeschyli* vs. 1620. Eximi participio debet ἐμπαλλ. litera superflua, scribique ἐν ἕρκεσι ἐμπαλασσόμενοι, id est βρόχοις ἐμπλεκόμενοι. Sic scripta reperiuntur παλάσσεσθαι et ἐμπαλάσσεσθαι. *Aelius Dionysius* apud *Eustath.* ad Ἰλ. ε'. p. 399, 20. [p. 527. ed. Rom.] μέμνηται τοῦ Θουκυδίδου εἰπόντος τὸ Ἐμπαλασσόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἐμπλεκόμενοι, περιπειρόμενοι (δόρατι,) Φυρόμενοι. Thucydidae verba, iam a *Porto* adhibita in Ἐμπαλάσσειν, reperiuntur lib. VII. c. 84. *H. Stephanus* Ind. Thes. cetérique qui attigerunt Thucydidea, ad *Hesych.* etiam in Ἐμπαλάξαι, ἐμπλέξαι, huius non meminerunt Herodotei loci. Duo nobis exhibet fragmenta *Suidas* in Ἐμπλασσόμενοι, in quibus mihi genuina scriptio fuisse videtur Ἐμπαλασσόμενοι, in his certe *Aeliani*: τοῖς Φίλοις καὶ οἰκείοις ἐμπαλασσόμενοι ἀπέσφαττον αὐτοὺς ὡς πολεμίους. VALCK.

CAP. LXXXVI. [3. τῇ αὐτῇ καὶ ἐν τῷ πεζῷ) Vide paullo ante, ad c. 84, 3. *S.*]

8. ὡς δ' αὔτως Κάσπιοι) *Caspii* aut hic perperam ponuntur, aut paullo superius. Iunguntur Paricanis c. 68.

Utii et *Myci*; utri horum sedem mutarint, non adfirmavero. A clar. *de Pauw* Ἄριοι ex Κασπίων voce formabantur, coniectura ancipite. Meliores Mssti verum fortasse monstrabunt. WESS. — Praeter *Var. Lect.* ad h. l. vide Adnot. ad III. 93, 9. *S.*

11. ταχυτῆτα οὐ λειπομένας servo. Alibi, lib. III. 102., et plenius quidem, κάμηλοι ἵππων. οὐκ ἥσσονες ἐς ταχυτῆτα. *Pollux* de Bactrianis, καὶ εἰσὶν αὐτοῖς (κάμηλοι) ἵππων μὲν ὠκύτεραι τὸ τάχος, lib. I. 140. WESS.

CAP. LXXXVIII. 4. ἐπὶ συμφορὴν περιέπεσε) Malunt συμφορῇ περιέπεσε ex frequentiore usu. *Demosth.* in *Mid.* pag. 345. καὶ τοιαύτῃ συμφορᾷ περιπέπτωκεν. In *Diodoro* XII. 60. Ἀμπρακιῶται δὲ ἐν μεγάλῃ συμφορᾷ περιπεπτωκότες: praepositio, ut ibi indicatum, redundat. [Vide *Var. Lect.* Cum verbo ἐνέπεσε malles utique ἐς συμφορὴν, sed nec ἐπὶ praecise damnandum.] Φαρνοῦχος, alius tamen, in Pers. *Aeschyli* vs. 313. occurrit. WESS.

Ibid. ἐπὶ συμφ. περιέπεσε ἀνεθέλητον) Non spernerem, si darent Codices, περὶ συμφορὴν περιέπεσε ἀνεθ. Sed Herodotea, ni fallor, ἐπὶ συμφορὴν vel ἐς συμφορὴν ἐνέπεσε ἀνεθ. commode reddi potuerunt συμφορῇ περιέπεσε δεινῇ, *in tristem incidit calamitatem.* Suspicor adeo, περιέπεσε, velut altero longe usitatius, his adscriptum, in Codicem fluxisse *Flor.* Qua ceteris, eadem περιπεσεῖν *Herodoto* adhibetur structura. Est hic συμφορὴ ἀνεθέλητος *gravis* vel *tristis calamitas*: bene cepit *H. Steph.* Ind. Thes. Infra c. 133. ὅ, τι δὲ τοῖσι Ἀθηναίοισι - - - συνήνεικε ἀνεθέλητον γενέσθαι, οὐκ ἔχω εἶπαι. Supra I. 32., *multa nobis eveniunt in vita*, τὰ μή τις ἐθέλει, id est ἀνεθέλητα: intelliguntur *calamitates* et *infortunia*, συμφοραὶ συμπίπτουσαι καὶ νοῦσοι συνταράσσουσαι, quae, καὶ βραχὺν ἐόντα, μακρὸν δοκέειν εἶναι ποιεῦσι τὸν βίον, secundum Artabanum VII. 46. Infortunium *Herodoto* exprimitur formulà οὐκ ὡς ἤθελε, οὐχ ὡς βούλεται: et similia leguntur alibi. Iones in primis *tristia* quaevis verbis exprimunt in speciem lenissimis. VALCK.

10. ἐν τοῖσι γούνασι) Cl. *Gronovii* explicationem vide. Pristino σὺν τοῖσι γουν. haec ex lib. IV. c. 62. τοὺς δεξιοὺς ὤμους πάντας ἀποτάμνοντες σὺν τῇσι χερσὶ auxilio venire queunt. WESS. — *In commissura*, interpretatur *Gronov.* *qua femur cruribus committitur, quae est genu.* Haud ita male, me

iudice. De camelo loquens Noster, III. 103. ait, in posterioribus cruribus, σκέλεσι, quatuor habere illum γούνατα, id est, puto, quatuor *articulos*, quatuor *commissuras*. *S.*

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς *etc.*) Numerum triremium, rediturum c. 184., notae *Pass.* optime signant, pariterque *Aeschylus* Pers. vs. 341., ubi de aliorum dissensu docte *Stanleius.* WESS.

Ibid. ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι) In *Herodotum* semper malevolus *Plutarchus*, in Themist. p. 119. B. ad eumdem navium numerum definiendum uti maluit testimonio Tragici Poëtae, quam historici. De numero navium egerunt *Thom. Stanlei.* ad *Aesch.* Pers. vs. 341. *Ez. Spanhem.* in *Iulian.* p. 280. et *P. Wesseling.* ad *Diodor.* XI. c. 3. ubi eadem atque hic enumerantur gentes, sed in navium numero, quas singulae subministrarunt, a Nostro multum discrepat *Diodorus.* VALCK.

6. ἀσπίδας δὲ ἴτυς οὐκ ἐχούσας) In Glossis ἴτυς *umbo*, et inde *Valla. Clypei ambitus et labrum* est, *ex ferro; Polybii* σιδηροῦν σιάλωμα lib. VI. 21., ab *umbone* discrepans et remotum. Phoenices *peltâ* protegebantur: Πέλτη, ἀσπὶς ἴτυν οὐκ ἔχουσα apud *Hesychium.* WESS.

7 *seqq.* οὗτοι δὲ οἱ Φοίνικες *etc.*) Quod de *Phoenicum primis ad mare rubens sedibus* succedit, prorsus notabile, congruit lib. I. 1. et sacris *Mosis* Vatumque libris; mirumque accidit, ab egregiis viris *S. Bocharto*, *Camp. Vitringa*, *Hadr. Relando*, origines Philistaeorum vestigantibus, insuper haberi. Nemo infitiabitur, *Palaestinos Philistaeos*que eosdem censeri. Recensentur in posteris Mitzraimi, sive ex Aegypto orti, Casluchaei et Caphthoraei, hinc Philistaei, *Genes.* c. x, 14. *Deuteronom.* c. II, 22. et *Amos.* c. IX, 7. Tractus, quem primitus habuerunt, mari erat adfinis, et forte insularis, ex *Ierem.* cap. XLVII, 4. Talis autem ad sinum Arabicum, eumque extimum commodissimus; unde ante Mosis aetatem progressi inferioris Aegypti partem insederunt, *Exodi* c. XIII, 17. Quae quidem, cum Philistaei origine fuerint Aegyptia et prope Aegyptum habitarint olim, testenturque ipsi, suos maiores ad Rubrum accoluisse primitus mare, credibiliora videntur, quam insueto itinere in Colchidem et Cappadociam cum *Bocharto* cosducere, et in Palaestinam reducere, aut, quae *Vitrin-*

gae Comment. ad *Esaiae* c. xiv. p. 449. divinatio, ex regione Cyrenaica et Creta. Venit horum pars in Nob. *Palmerii* Exerc. p. 35. cogitationes. WESS.

13. κράνεα χηλευτά) Scholion *Pass.* πλεκτὰ χηλευτὰ revocat mihi ἀξίνας σαγάρεις c. 64. in memoriam, simili modo auctas: immo suspicionem movet, κράνεα πλεκτὰ c. 79. indidem, vetere obliterato, propagata. *Hesychius* hoc ex loco κράνεα χηλευτά. πλεκτὰ ἐκ σχοίνου, cui *Pollux* ferme conpar. *Nexiles* itaque et *sutiles* fuerunt; non, ut *Vallae* Latina, *forcipiculatae*. Bene *Stephan.* Thes. T. IV. p. 515. [quem vide.] WESS.

15. τύκους) Glossam *Aldi* et aliorum, ὄρυξ λιθοξοϊκὸν ἐργαλεῖον, *Hesychius*, *Eustathius*, *Tzetzes* ad *Lycophron.* vs. 349. non ignorant; inprudenterque additam, delendamque agnovit eruditissimus *Camerarius* ad *Aristotelis* Nicomach. lib. VI. 12. p. 304.; quo ergo iure a *Gronovio* taxatur? Notavit id *St. Berglerus* quoque. WESS.

17. ἐσταλάδατο) Vulgatum ἐστελάδατο genio sermonis pugnare *Ang. Caninius* et *Portus* observarunt. Ἔσταλτο dat Ionibus [in plurali numero] ἐστάλατο, quo *Hesiodus* usus Ἀσπίδ. vs. 288., et ἐσταλάδατο. Cognita res *Eustathii* declaratione est. [vide *Var. Lect.*] WESS. — In antecedentibus saepe reperiuntur ἐσεσάχατο, et ἐσκευάδατο, pro ἐσκευασμένοι ἔσαν, et ἐσταλμένοι ἔσαν. Quod hic Editiones insidet crucem fixit grammaticis: ἐσκευάδατο *Porto* videbatur reponendum; ἐσταλάδατο *Caninio* et *Reiskio*: sed hoc nullo modo potuit a στέλλω formari: Ionicus iste flexus, δατο, praesertim obtinet in verbis in άζω et ίζω desinentibus. Si vel in omnibus legeretur Codicibus ἐστελάδατο, Codicibus antiquiorem mendam tollerem scribendo ἐστολίδατο, id est ἐστολισμένοι ἦσαν, vel ἔσαν ἐσταλμένοι. Formâ tantum differunt Στέλλειν· Στολιδοῦν· et Στολίζειν· στολὴ, στολὶς et στολισμός. VALCK. — ἐσταλάδατο fortasse e duabus scripturis natum est. ἐστάλατο et ἐσκευάδατο, in unam coalitis. *S.*

CAP. XC. 2-4. εἰλίχατο μίτρῃσι οἱ βασιλῆες *etc.*) De Regibus Cypriis bene: Aptus-ne vero a capitis integumento ad *tunicas* transitus? Sic Cl. *de Pauw*, rogitans praeterea, an *tunicis* Cypriorum vulgus *capita* obtexerit? Hoc cum insulsum, οἱ δὲ ἄλλοι εἶχον κιτάριας, *reliqui gestabant cidares*, maluit; eoque magis quoniam *Pollux* X. 162.

κίταριν ex *Herodoto* produxit. Cui ego suspicioni, nisi *Cidaris* sive *citaris* Persarum esset, et Codices officerent, accedere possem. *Tunicas* Scriptor *vulgo Cypriorum* tribuit, *regibus* negat: capitis eorum tegmen, quod reticuit, abditum tenetur in sequentibus, τὰ δὲ ἄλλα κατάπερ Ἕλληνες. WESS. — Suspicari fas est, memoriâ falsum *Pollucem* esse, quum *Herodoto* vocabulum κίταριν tribuit, quod apud *Ctesiam* legisset Grammaticus. *S.*

5. ἀπὸ Σαλαμῖνος καὶ Ἀθηναίων) Ἀθηνέων scribendum: sed haec pleraque alibi prostant indicata. VALCK. — Ἀθηνέων scripsi ex cap. 95. WESS.

CAP. XCI. 2 seq. λαισήϊα - - - ὠμοβοίης πεποιημένα, καὶ κιθῶνας) Voculam καὶ, ut superfluam, tollendam censeo, scribendumque ὠμοβοίης. In hac forma cum Edd. conspirant Codices scripti lib. IV. c. 65. Ionica sunt βοέη et ὠμοβοέη, nempe δορά: quibusvis usitata, ὠμοβόειος et ὠμοβόϊνος. Supra VII. 76. et 79. Thracibus Asiaticis dat ἀσπίδας ὠμοβοίνας, et Colchis. Ubi in *Xenoph.* Κυρ. Ἀναβ. IV. p. 200, 17. γέῤῥα habentur δασέων βοῶν ὠμοβόεια, Mstus praebet ὠμοβόϊνα et *Suidas*. Deterior est in Herodoteis lectio quam praebet *Eustath.* in Ἰλ. ί. pag. 433, 16. Φησὶ περί τινων καὶ Ἡρόδ. ὅτι λαισήϊα εἶχον ἀντὶ ἀσπίδων ὠμοβοΐοις πεποιημένα. Fiebant autem λαισήϊα ex ἀκατεργάστων βυρσῶν, secundum eumdem ad Ἰλ. μ'. p. 874, 47. *ex pellibus nondum confectis sive mollitis*, atque adeo ἐξ ὠμοβοίης. Cretensis *Hybrias* καλὸν memorat λαισήϊον, πρόβλημα χρωτός, apud *Athen.* XV. p. 696. A. VALCK.

9-11. οἱ δὲ Πάμφυλοι οὗτοι etc.) Sic semper gentis nomen scribitur in Musis; non quale Codex exhibet *Arch.* Herodotea *de Pamphyliorum origine* attigerunt *Strabo* XIV. p. 984. A. et *Eustath.* ad *Dionys.* vs. 854., Ἡρόδοτος φησὶν, ὅτι Παμφύλιοί εἰσι τῶν ἐκ Τροίης ἀποσκεδασθέντων μετὰ Ἀμφιλόχου καὶ Κάλχαντος: in his frequens vitium offert *Arch.* ἀποσκευασθέντων. VALCK. — De *Amphilocho* cf. III. 91, 2. *S.*

CAP. XCII. 4. αἰγὸς δέρματα etc.) Parui Msstis; cur enim numerum multitudinis, eum toties praecesserit εἶχον κιθῶνας, spernerem? Paene etiam ἰστιοφανωμένους, quippe ad rem notandam abunde, admiseram. De *Termilis* non repeto ex lib. I. 173, neque ex *Diodoro* XI. 3. in navium numero discordiam. WESS.

8. ἀπὸ δὲ Λύκου) Ex marg. *Steph.* recipi potuisset *Herodoteum* ἐπὶ δὲ Λύκου. VALCK. — Idque merito a *Wess.* receptum. *S.*

CAP. XCIII. [6. ἐν τοῖσι πρώτοισι τῶν λόγων) Vide lib. I. cap. 171. *S.*]

CAP. XCIV. 5. Πελασγοὶ Αἰγιαλέες) Omnis olim Peloponnesus, *Pelasgia;* sed quoniam hi maritimam sinus Corinthiaci oram tenuerant, propterea Αἰγιαλέες. Multa viri illustres, *Spanhemius* ad *Callimachi* H. Del. vs. 73., et *Buherius* Diss. Herod. c. 9. p. 92., optime *Hesychii* errorem in Αἰγιαλεῖς detegens. Falsum namque, πρότερον eos Ἴωνες, post dein Αἰγιαλεῖς adpellatos. WESS.

CAP. XCV. 1. Νησιῶται δὲ) *Insulani* in classe hac Persica qui fuerint, praeclare *Valckenarius* Noster patefecit ex *Diodor.* XI. 3. WESS. — Vide posteriorem partem Adnotationis proxime sequentis. *S.*

4. Ἴωνες οἱ ἀπ' Ἀθηνέων) Duabus primum literis repetitis scribendum arbitror, Ἴωνες ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων: *Iones sunt quicunque Athenis originem trahunt.* Herod. lib. I. c. 147. Εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες ὅσοι ἀπ' Ἀθηνῶν (Ἀθηνέων) γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσι ὁρτήν: hi paulo dicebantur ante, οἱ ἀπὸ τοῦ πρυτανηΐου τοῦ Ἀθηναίων ὁρμηθέντες καὶ νομίζοντες γενναιότατοι εἶναι Ἰώνων. Deinde voces istas, Ἴωνες ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων, huc suspicor ex nota traductas, quam ex lib. I. petitam lector in ora Codicis posuerat. [Fallacem illam fuisse Viri doctissimi suspicionem, in *Var. Lect.* demonstravimus.] Non nescio in hac gentium recensione Nostrum alia quoque dixisse, quae tradiderat explicatius alibi; verum voces istae, quas dicebam, hac in sede satis alienae cum vicinis nexum habent nullum. *Herodotum* itaque de his Insulanis tantum scripsisse censeo: καὶ τοῦτο Πελασγικὸν ἔθνος, ὕστερον δὲ Ἰωνικὸν ἐκλήθη κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ αἱ δυώδεκα πόλιες: *ista quoque gens Pelasgica; postea vero dicta fuit ob eamdem rationem Ionica, ob quam* XII. *civitates:* κατὰ τὸ αὐτό, καί, *aeque ac*, similiter adhiberi, supra fuit observatum ad VII. c. 50. [conf. VII. 84., 3. et 86., 3.] *Insulani* hi *Iones* neque Chii erant, nec Samii; distinguuntur enim a XII. civitatibus, quae in unum coaluerant reipublicae corpus, in Panionium convenire solitae; inter istas autem XII. duae erant nobilissimae et potentissimae *Chius*

et *Samus.* Quia memorabantur in hac recensione non Ἴωνες tantum, sed et Νησιῶται, quorum illi iuxta *Herodotum* quoque centum naves Regi subministrarint, ne quis erraret, *Diodorus Sic.* XI. c. 3., Ἴωνες, ait, *μετὰ Χίων καὶ Σαμίων ἑκατὸν* (*centum naves*) *παρείσχοντο· - - - Νησιῶται δὲ πεντήκοντα.* Quinam *Insulani* sint intelligendi, declarant haec proxima *Diodori*: *τὰς γὰρ νήσους τὰς ἐντὸς Κυανέων καὶ Τριοπίου καὶ Σουνίου προσηγμένος ἦν ὁ βασιλεύς*: si nempe comparentur cum his *Herodoti*, insulanos designantis Ionas et colonos Atheniensium. Tales erant, secundum Nostrum, *Céi*, *Naxii*, *Siphnii*, *Seriphii*, lib. VIII. c. 46. Κῖοι (Κεῖοι) - - - ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηναίων. - - - Νάξιοι δέ εἰσι Ἴωνες ἀπ' Ἀθηναίων γεγονότες: tum cap. 48., Σίφνιοι καὶ Σερίφιοι - - Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηναίων. *Thucydidi*, praeter ceteras gentes, in Siciliam Athenienses sequuti narrantur VII. c. 57. ex Ionia Milesii, Samii, Chii; ex insulis Κεῖοι καὶ Ἄνδριοι καὶ Τήϊοι, - - - Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων. Sed ex media erant Ionia Τήϊοι: (*Τέων γὰρ μέσον εἶναι Ἰωνίης* ait *Herod.* I. 170., et *Steph. Byz.*) apud *Thucydiden* itaque, me iudice, non Τήϊοι, sed memorari debuerunt Τήνιοι. *Tenus* Andro erat insula vicina: *Τήνῳ συνάπτουσ' Ἄνδρος ἀγχιγείτων*, *Aeschylo* Persis vs. 888., utraque Atheniensium colonia. *Tenios* inter insulanos nostro quoque loco censendos liquet ex *Herod.* VIII. 82. Insulae autem, *Cea*, *Naxus*, *Siphnus*, *Seriphus*, *Andrus*, *Tenus*, omnes erant intra promontoria Triopium et Sunium positae: quas hic intelligi monstrat *Diodorus.* Apud *Pausan.* lib. V. [c. 23.] p. 457. ex Olympiaca tabula memorantur qui praelio ad Plataeas interfuerint; praeter ceteros *νησιῶται Χῖοι καὶ Μιλήσιοι*: - - - deinceps, *ἐκ δὲ Αἰγίου* (leg. *Αἰγαίου*, *ex Aegaeo mari*,) *καὶ τῶν* Κυκλάδων, οὐ Τήνιοι μόνοι, ἀλλὰ καὶ Νάξιοι, καὶ Κύθνιοι. In his, pro Χῖοι καὶ Μιλήσιοι, corrigendum Κεῖοι καὶ Μήλιοι. De *Meliis* agentem, in *Milesios* transmutatis a librariis, Clariss. *Wesselingium Pausaniae* locus praeterire non potuit, ad *Diodor. Siculi* T. I. p. 405. VALCK.

CAP. XCVI. 1. ἐπεβάτευον δὲ.) Laurentius ex vero. [scil. servato graeco nomine, *epibatae erant.*] Insulae civitatesque πληρώματα navium, ut *Diodorus*, sive *remiges*, ex suis suppeditarunt: in iisdem pugnaturi Persae, Medi, Sacae, callide profecto, stationem habebant. Hoc ἐπιβα-

τεύειν inf. cap. 181.; tales ἐπιβάται Athenis atque in Ionia, *Porphyrio* Q. Homer. I. testificante. WESS. — Vide Prolegom. Homeri Barnesiani p. LXXXIII. Caeterum satis ille notus vocabuli usus. Sic *Suidas* cum *Harpocratione*: Ἐπιβάτης· οὕτως ἐκάλουν τοὺς ἐν ταῖς τριήρεσι στρατευομένους, etc. Ita apud *Polybium* (ut alios omittam auctores) ἐπιβάται sunt *milites classiarii*, πλήρωμα vero *socii navales*, *remiges*, *nautae*. *S.*

7. ἐπάξιοι ἔσαν) *Porti* et Editoris *Genevensis* coniectura suum sibi tibicinem habet. Alienum certe et *indignum* ἀπάξιος erat, levique lapsu ex legitima scriptura progenitum. Legebatur apud *Philostratum* lib. II. Vit. Sophist. XI. 1. ἐπεφθέγξατο ἀπάξιον τοῦ ἀνδρός: nunc, *Olearii* curâ, ἐπάξιον, uti decebat. *Sophocles* Oed. Colon. vs. 474. ἐπάξιος μὲν Οἰδίπους κατοικτίσαι, *dignus es conmiseratione*. Sed pluribus in re manifesta non opus, nedum ut operose doceatur, necessariam [*lin.* 11.] trium vocum τε καὶ ἄρχοντες fuisse expulsionem. Sequuntur continuo ἄρχοντες singularum gentium praefecti; hic turbabant. [Vide *Var. Lect.*] Στρατηγούς, penes quos summa imperii, et ἄρχοντας sollicite distinxerat et annumeraverat c. 81. et 82. WESS.

10. ὥσπερ οἱ ἄλλοι στρατευόμενοι δοῦλοι) Vocem δοῦλοι si qui Codices omitterent, ad ista suspicarer adiectam; e quibus lector satis intelligebat tanquam Regis militasse *servos*; sicut ipsius imperio velut δεσπότου subditi habebantur omnes δοῦλοι, dicebanturque. [conf. VII. 11, 23. ibique not.] Artemisia ad Xerxem, VIII. 102. σὸν τὸ ἔργον, ὦ δέσποτα, γίνεται· οἱ σοὶ γὰρ δοῦλοι κατεργάσαντο: c. 68, 3. σοὶ, ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί εἰσι. VALCK. — Quo minus suspectum h. l. id vocabulum videri debebat. *Servi* autem (δοῦλοι) *Regis* non nisi ii adpellantur, qui e gentibus erant bella superatis, atque ita imperio Persarum subiectis. Qui natione *Persae* erant, hi *liberi* esse censebantur. *S.*

CAP. XCVIII. 3. Μάττην) Codicum copia huic primas dat: *Medicei* Μάρτην solivagum est. Possem ex Phoenicum sermone illi titulo speciem parare, et Εἰρώμου (quomodo *Hiramus* apud *Ioseph.* lib. I. in Apion. cap. 18.) si [pro Σιρώμου] fingeretur, longe lateque excurrere. At cui bono? cum verior scriptura necdum definita, et cognominum barbaricorum originatio dubii sit plenissima. Pla-

cuit tamen Μέρβαλος, quod Phoenicum nomen apud *Ioseph.* I. contr. Apion. c. 21. *Syennesis* apud *Cilices* titulus locum accepit lib. I. 74. Sicuti *Gorgus*. sic adpellabatur *Chersis filius* lib. V. 104. et VIII. 11. WESS.

CAP. XCIX. 3. Ἀρτεμισίης --- θῶυμα ποιεῦμαι) Hanc ab Halicarnassense saepius elegantissimis verbis ornatam *Plutarchus* indignatur de *Herod.* Malign. p. 869. F. 873. E. Hinc explicandum, quod scribit p. 868. A. *Herodotum*, Ἁλικαρνασσέων περιεχόμενον, οἱ Δωριεῖς ὄντες μετὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἐστράτευσαν. Halicarnassenses, origine Dorienses, Regina bellatrix ducebat *Artemisia*, θυγάτηρ Λυγδάμιος. Duarum, quae hoc insignes nomine claruerunt, iuxta *Harpocrat.* ἡ μὲν πρώτη (γέγονε) κατὰ τὰ Περσικὰ, θυγάτηρ Λυγδάμιδος: sic ex *Herod.* et aliunde patris ibi nomen restituit *H. Vales.* Quae diversis in locis de Artemisia Noster, paucis cnarrat *Polyaen.* VIII. c. 53. VALCK.

6. παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω) Fortasse *Lygdamis*, quem paucos post annos tyrannum Halicarnassus experta fuit in *Suidae* Πανύασις, avo materno cognominis. Illud enim et *Artemisiae* nomen in urbis eius tyrannis haud insolens. De λήματος voce satis ad lib. V. 72. WESS.

11. Καλυδνίων) Ex *Galei* explorata opinione Καλυνδέων oportuerat, uti lib. VIII. 87.; nam Καλυμνίων, quo modo *Dio Chrys.* Or. XXXI. p. 326. A. etsi prope abeat, et eosdem insulares, *Strabone* indice lib. X. p. 749. B. [p. 489 B. C. ed. Cas.] designet, non erit praestantior scriptura. WESS. — Videtur *Galeum* probare Vir doctissimus, Καλυνδέων h. l. ex VIII. 87, 12. et 16. corrigendum censentem. At *Calynda* oppidum fuit Cariae in Lyciae confinibus, cuius regulus ibi memoratur, idem qui paulo superius (c. 98, 8.) in ducum numero nominatus est. *Calydnii*, qui sub *Artemisiae* fuerunt ditione, sicuti hic cum *Cois* et *Nisyriis* iunguntur; sic etiam *Homerus* Iliad. β'. 676 seq. Νίσυρόν τε, καὶ Κῶν, νήσους τε Καλύδνας iunxit. Et in Καλυδνίους consentiunt h. l. libri: nisi quod in nostro cod. F. super literis υδ superne litera ν ab alia (ut videtur) manu adposita est, qua Καλυνδίους indicare nonnemo voluisse videtur. *S.*

Ibid. πέντε νέας παρεχομένη) *Naves illae quinque, ab Artemisia praebitae*, augebunt catalogum MCCVII. cap. 89. et 184., nisi si inter illas LXX. naves censeantur, a Caribus classi

Persicae additas; quod quidem vero congruens opinor. Halicarnassus Cariae metropolis erat; ex Carum ducibus Damasithymus c. 98. ille ipse, qui Calyndensium navi, et sociae, φιλίῃ, Artemisiae, praeerat lib. VIII. 87. Sic numero navium, finito ab *Aeschylo* et *Herodoto*, constans ratio durabit. Εὐδοξοτάτας [*lin.* 13.] inprobasse ob rariorem eius usum videntur plerique. WESS.

CAP. C. [1. ἐπεὶ ἠρίθμησέ τε καὶ διετάχθη ὁ στρατὸς) Utique ἠριθμήθη malles cum *Schaef.* Sed, quum pertinaciter refragentur libri omnes, nescio an, ut passim alia, sic et hoc negligentiae genus sibi indulserit Scriptor. *S.*]

10. ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζὸν) Fortassis alterutrum inducendum: malim ὡς [inductum], sine quo salva oratio. Sic c. 115. οἰκεόντων ὁμοίως, καὶ τῶν πρότερον κατέλεξα. Addicunt etiam scripti libri. WESS. — Recte monuerat Vir doctissimus, quem merito secutus est *Schaefer.* Et ego abiectam ὡς particulam, contra usum Nostri temere ex praecedentis vocis postremis literis repetitam, velim. Conf. VII. 50, 18. 84, 3. 86, 3. 95, 3. Paulo post (*l.* 12.) typothetae mendam, αἰγιάλου pro αἰγιαλοῦ, quae correctoris aciem praeterierat, corriget aequus lector. *S.*

11. ἀπογραφόμενος) Quae Xerxes ἀπεγράφετο, *curabat* [*sibi, suum in usum*] *adnotari*; illa ἀπέγραφον οἱ γραμματισταὶ, ut [paulo ante] ait *Herod.* observato formarum discrimine. Frequenter in istum sensum adhibetur medium ἀπογράφεσθαι: rarius simplex γράφεσθαι, occurrens *Herod.* II. 82. [ubi quidem rectius intelliges *notant sibi, suum in usum scripto consignant.*] *Xenoph.* Ἀπομν. IV. p. 469, 11. ἃ οἱ πολῖται ἐγράψαντο, sunt *quae cives scribi curarunt.* Oecon. p. 493, 4. οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται. Quae ibidem paulo ante leguntur p. 492, 32. ἀπαριθμήσαντες καὶ γραψάμενοι ἕκαστα, *Cicero* convertit apud *Columellam* de Re Rust. p. 781. *adnumerata ipsi exscripsimus*: malim interpretari, *adnumerata adnotari curavimus singula.* In *Demosth.* p. 50, 19. τριήρεις κατασκευάζεται καὶ νεωσοίκους οἰκοδομεῖται: recte *Ulpian.* Κατασκευάζεται, ἀντὶ τοῦ κατασκευασθῆναι ποιεῖ. Apud eumdem contr. Mid. p. 323, 30. τοὺς στεφάνους, οὓς ἐποιησάμην ἐγώ: *aureas coronas, quas faciendas curaveram.* VALCK.

13. Post ἀνοκώχευον interpunxi monitu *Porti.* Μετωπηδὸν,

in *navium* ordinibus, quando *obversis in hostem proris* procedunt, apud Schol. *Thucyd.* II. 90. aut *aequata serie* stant. De carris, hosti *aequatis frontibus* obiectis, τὰς ἁμάξας μετωπηδὸν στήσας, *Procop.* Bel. Vand. II. 17. WESS.

CAP. CI. 2. Δημάρητον τὸν 'Αριστ.) Nihil horum, quae Demarato tribuit Noster in seqq. sed illa duo praesertim Xerxi Demaratum facit dicentem *Seneca* de Benef. VI. 31. quae Regi secundum *Herodotum* VII. 49. obiecerat Artabanus: contra, patruum Regis Artabanum ubi tantum commemorant *Plutarchus*, *Iustinus*, alii; in istam scenam *Demaratum* nobis introduxit *Herod.* VII. 3. qui propterea *Suidae* dicitur (in Δημάρατος) συμπράξας εἰς τὴν βασιλείαν τῷ Ξέρξῃ. Quae sequuntur [*lin.* 4.] νῦν μοί σι ἡδύ τι ἐστὶ ἐπείρεσθαι τὰ θέλω, aliquoties expressit *Pausan.* VIII. p. 679. IX. p. 768. Apud *Plutarch.* de Musica p. 1141. D. *Pherecrates* Comic. σοὶ κλύειν, 'Εμοί τε λέξαι, θυμὸς ἡδονὴν ἔχει. VALCK.

12. μὴ ἐόντες ἄρθμιοι) *Heresbachii* μὴ ἐόντες ἀρίθμιοι, *sint innumerabiles*, emendationem, [in ora latinae versionis *Laur. Vallae*] sive corruptelam verius, *P. Leopardus* Emend. VIII. 1. traduxit. Ἄρθμιοι, *concordes.* 'Αθηναίων ἡμῖν μὴ ἐόντων ἀρθμίων IX. 9. *Theognis*, Οὔ ποτ' ἂν ἀλλήλοις ἄρθμιοι οὐδὲ φίλοι. Alia de hoc genere *Franc. Nansius* ad *Nonni* Paraphr. *Ioan.* c. XIII. vs. 157. et *Barnesius* in Hymn. *Homeri* Mercur. vs. 521. *Bern. Martini* imprudentiam castigans. WESS.

CAP. CII. 2. ἀληθηίῃ διαχρήσασθαι) Satis χρήσασθαι fuerat, simili in re frequentatum, ut nuper Cel. *Hemsterhusius* ubertim ad *Callimachi* Hymn. Dian. vs. 69. nisi conpositi conditio eadem foret, inque Musis creberrimi. Insequens ταῦτα λέγοντα [*lin.* 3.] non illepide convertitur in ταῦτα λεκτία, *ea dicenda erunt*, etc. a Cl. *de Pauw*; sed praeter Codicum voluntatem. Tendit vulgatum easdem in partes. WESS. — Scil. post ἁλώσεται intelligetur λέξω τάδε, πεισθήσομαί σοι, aut aliquid simile. Sed vide paulo post adnotanda. *S.*

3. ταῦτα λέγοντα τὰ μὴ *etc.*) Omissa vocula τὰ proxima sic exhibet scripta *Stobaeus* p. 90. πάντως κελεύεις ταῦτα λέγοντα, μὴ ψευδ. Mihi non omittenda, et sententia contracta sic videtur explenda, ac si scriberetur: ἐπειδή με ταῦτα λέγοντα κελεύεις ἀληθηίῃ χρήσασθαι, (λέξω,) τὰ (λέξας) μὴ ψευδόμενός τις ὕστερον ὑπὸ σεῦ ἁλώσεται: *quandoquidem his de*

rebus verba facientem me iubes ad veritatem loqui, ea dicam, quae qui dixerit a te postea non arguetur mendacii. Paulo ante rogaverat, κότερα ἀληθηίῃ χρήσωμαι πρὸς σὲ, ἢ ἡδονῇ; *utrum ad veritatem loquar, an ad voluntatem? Cicero* de Amicit. c. 25. *vitium* esse scribit *levium hominum atque fallacium, ad voluntatem loquentium omnia, nihil ad veritatem;* πρὸς χάριν, sive πρὸς ἡδονὴν λεγόντων. *Euripidis* est fragm. in *Stobaei* Tit. XIII. primum: Πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω, Ἢ σκλήρ' ἀληθῆ, φράζε· σὴ γὰρ ἡ κρίσις. *Grotius: Rigidi-ne veri, mollis an mendacii Malis loquelas, ede; nam datur optio.* Difficile, quod fecisse se scribit *Apollon. Tyan.* Epist. 45. VALCK. — Mihi *Stobaei* eclogam relegenti paene fit probabile, recte ab illo descriptum hunc *Herodoti* locum esse, modo non post ταῦτα λέγοντα, sed ante haec verba incidendam fuisse orationem. *ταῦτα λέγοντα μὴ ψευδόμενος etc.* id est, *haec si dixero, non vereor ne falsi convincar.* Una mihi superest dubitandi caussa, leviuscula illa quidem: scil. quod in huiusmodi sententia non pronomen ταῦτα adhibiturus fuisse *Herodotus* videatur, sed τάδε, *haecce;* quo pronomine uti solet ubi ad id refertur quod continuo subiicitur, non quod ante dictum est. Sed, quum modo dixerit ἐλέγε τάδε, facile credi potest, nunc variandi caussa ταῦτα pro τάδε positum. Caeterum nolo dissimulare, ut vulgo in editis, sic et in nostris membr. *F.* iungi κελεύεις ταῦτα λέγοντα, et comma post λέγοντα poni; tum deinde in eisdem membr. *F.* τὰ sic cum duplici accentu scribi, quo significetur, ionico more τὰ pro communi ἃ poni. *S.*

4. πενίη μὲν αἰεί κοτε σύντροφός ἐστι) Conparatur *Luciani* Nigr. c. 12. αἳ φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοί εἰσι, neque inmerito. Talia in eodem, *Polybio*, *Diodoro Sic.* atque aliis plurima. Σύνεστι non displicet, artam familiaritatem exprimens. Notissima omnibus, συνεῖναι κόπῳ, εὐκαιρίᾳ συνεῖναι, γεωργίᾳ, πράγμασι etc. Ceterum αἰεί κοτε vim deprecatur. WESS. — Restituetur vox perperam eiecta αἰεί κοτε: σύντροφος σύνεστιν, quod est in *Stobaei* Florileg. neque hoc forte reiiciendum. Graecia, naturà pauper, virtutis fuit et sapientiae gymnasium: ἀρετὴ δὲ ἔπακτός ἐστι, id est διδακτόν. Opponuntur τὸ διδακτὸν, et τὸ ἐν τῇ φύσει. *Epicharmi* dictum est: Ἃ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθᾶς πλεῦνα δωρεῖται φίλοις. *Democriti:* Πλεῦνες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται, ἢ ἀπὸ φύσιος. *Doctri-*

na sed vim promovet insitam, *Horatii*. De *Graecia* quoque *artium magistra* verissimum fuit illud *Theocriti*. Eid. XXI. 1. Ἁ πενία, Διόφαντε, μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει· Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. *Paupertas omnes artes perdocet, ubi quem attigit*: *Plautus* Stichi I. 3, 24. *Euripidis* ex Polyido, Πενία δὲ σοφίαν ἔλαχε, habet *Zenobius* Cent. V. Prov. 72. VALCK. — Σοφία apud Nostrum, ut fere constanter in Graecorum sermone, sunt *artes liberales*, *doctrina*, *ingenii cultura*. *S.*

16. ἢν τε γὰρ τύχωσι ἐξεστρατ. χίλιοι) Haec personae conveniebant Demarati, atque in hac arte magistrum *Herodotum* decent. Quae dicentem facit *Seneca* de Benef. VI. 31. ferri quodam modo possunt ista: *In primo statim monte Lacones obiecti dabunt tibi sui experimentum*; sed, quae sequuntur, illa scripta sunt incogitanter atque absurde: *Tot ista gentium millia trecenti morabuntur*; nisi paucos posuerit *Seneca*, quibus ex margine *trecenti* male sint substituti. VALCK.

CAP. CIII. 3. σὺ φῄς) Enotatum οὐ φῄς sectatus *Valla* est, *Galeo* plaudente; et dat profecto sententiam egregiam, quamquam vulgatâ, modo interrogatione animetur, haud meliorem. Σὺ εἷς Ἕλλην, c. 101., tum elegans hic repetitio, σὺ ὢν ἐθελήσεις. WESS.

10. εἰ δέ γε δίζημαι εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον) Non convenit δίκαιον *Arch.* et *Vind.* spernique debuerat. Scribentis animo obversabatur *Iliad.* Θ'. 234. Τρώων ἀνθ' ἑκατόν τε, καὶ διηκοσίων τε, ἕκαστος Στήσεσθ' ἐν πολέμῳ, haud sane contra centum ducentosque singuli pugnaturi, ἀλλ' ὡς ἀντίσταθμοι καὶ ἰσοβαρεῖς ἑκατὸν καὶ διακοσίων, explicante *Porphyrio* Quaest. Hom. XXV. WESS. — Non ut *Galeus* narrat, sed in *Arch.* codice scribi suspicor, εἰ δέ γε δίκαιον εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον: quod placet. VALCK. — Fortasse, uti suspicatus Vir doctus est, sic scribere librarius in cod. *Arch.* voluerat debueratve: at, sicut *Galeus* notavit pro ἀντάξιον ibi δίκαιον scribi, sic et *Wess.* reperit. *S.*

13. εἶς σὺ, quod Msstis praeviis probavi, reiectum iri non opinor. WESS.

19. πλεῦνες περὶ ἕνα ἕκαστον) Praefixum numeralibus περὶ tantundem valet ac ἐγγὺς et σχεδόν: in comparatione adhibentur πρὸς et παρά. Hic itaque scribendum puto: πλεῦνες παρὰ ἕνα ἕκαστον γινόμεθα ἢ χίλιοι, ἐόντων ἐκείνων πέντε

χιλιαδίων. In his etiam Herodotus Homeri sui meminerat, cuius Agamemnon in Ἰλ. β΄. vs. 126. (Εἴπερ) δ' ἐς δεκάδας διακοσμηθεῖμεν Ἀχαιοὶ, Τρώων δ' ἄνδρα ἕκαστον ἑλοίμεθα οἰνοχοεύειν, Πολλαί κεν δεκάδες δευοίατο οἰνοχόοιο. Modestior Virgilii Iuturna Aen. XII. 233. *Vix hostem alterni si congrediamur habemus.* VALCK. — Quidni vero commodus particulae περὶ hic locus sit? *mille erunt, qui unum circumstent.* S.

20. ἐόντων κείνων πέντε χιλιαδέων) Perperam post *Ald.* et *Camerarium* haec mutarunt. *Numerus*, docti viri verba sunt, *est nimius: nam sic quingentas myriadas duxisset Xerxes: si legeretur ἐόντων ἐκείνων χιλίων, ratio constaret.* At quingentas myriadas regem sub signis habuisse, infra declarabitur c. 186. WESS.

24. ἀνειμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλευθέριον) Intactum ἐς τὸ ἐλεύθερον potuerat relinqui; quoniam istud paullo plerumque diversius et *liberalitatem* spectans. *Democritus* in *Stobaei* Serm. XCII. p. 513. χρημάτων χρῆσις σὺν νόῳ χρήσιμον ἐς τὸ ἐλευθέριον εἶναι, *ad exercendum liberalitatem.* Maneat tamen in qua depositum est sede, ob *Dion. Chrysost.* Or. XIV. p. 229. D. αὐτὸ δὲ τοῦτο ὅ, τί ἐστι τὸ ἐλευθέριον εἶναι, ἢ ὅ, τι τὸ δουλεύειν, οὐκ ἴσασι: et pag. seq. c. WESS.

CAP. CIV. 12. οὔτε δυοῖσι) Fluctuationes Codicum non moror. *Hesychius*: Δυεῖς, δυσί: quomodo *Manetho* III. 217. Noster l. 32. ἀνόλβιος δὲ δυοῖσι πρήχει. *Sibylla* apud *Lactantium* Divin. Instit. IV. 15. καὶ ἰχθύεσσι δυεῖσιν, certe in scriptis libris. WESS.

15. Quod legitur, οἱ Ἕλληνες ἕκαστός φησι, turbat sermonis formulam, aut ἕς Ἑλλ. ἕκαστός φησι, aut οἱ - - φασὶ desiderantem. Atque huc animadversiones doctorum hominum *Pavii, Abreschii*, quem vide Diluc. *Thucyd.* p. 240., pronae inclinant. *Reiskius* ὤν τοι Ἑλλ. ἕκαστός φησι malebat. WESS. — φασὶ legendum puto cum Clar. *Abreschio*, Diluc. *Thucyd.* p. 240. Aliis usitata structura reperitur et apud *Herod.* VIII. 86. ἐγίνοντο - - - μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ - - - πᾶς τις (id est ἕκαστος) προθυμεόμενος καὶ δειμαίνων Ξέρξεα. In his, οἱ φασὶ ἕκαστος Ἑλλήνων τριῶν εἶναι ἄξιος, postremum ponitur pro ἀντάξιος. Xerxis magniloquentiam postea temporis egregie Susis confutavit Polydamas Thessalus, de quo *Pausan.* VI. [5.] p. 464. VALCK. — Quod si cum plurali οἱ iungi singularis ἕκαστος potest, haud satis video

quid obstet quo minus dein cum eodem ἕκαστος verbum singularis numeri φησὶ iungi possit. Itaque in constanti librorum omnium scriptura adquiescendum. *S.*

19. δεσπότης, νόμος) Alibi νόμος πάντων βασιλεύς, lib. III. 38. et νόμοι βασιλεῖς *Platoni* Conviv. p. 196. c. Demaretus δεσπότην, *dominum*, maluit; ob aspera legis imperia et sanctionem in τρέσαντας, sane acrem, inf. lib. IX. 55. et 71. Conf. *Nic. Cragium* Rep. Lacedaem. III. p. 361. WESS.

22. οὐκ ἐῶν φεύγειν) In proximis, ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξι ἐπικρατέειν ἢ ἀπόλλυσθαι, quid supplendum lectori relinqueretur, intellexit *Valla*, interpretatus: *vetans semper eos ex acie fugere, - - - sed iubens ut* etc. Similia legere se meminerat apud *Ciceron.* de Legib. II. c. 27. *Plato vetat, - - - sed - - - ut compleatur;* nempe *iubet*, quod recte subiicit *P. Manucius. Isaeus* p. 80, 44. νόμος οὐκ ἐᾷ τὸν τῆς ἐπικλήρου κύριον εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς παῖδας - - - κρατεῖν τῶν χρημάτων, nempe κελεύει. *Demosth.* p. 143. F. τῶν νόμων οὐκ ἐώντων - - -, ἀλλ' ἀνειπεῖν. In *Xenoph.* Ἑλλ. V. p. 320, 35. καταδύειν μὲν οὐκ εἴα· - - - *sed* τριήρη - - ἄπλουν ποιεῖν: subintelligi potest εἴα, ut in *Euripid.* Phoen. vs. 1223. et in his *Alexidis* apud *Stobaeum* p. 454, 40. Οὐκ ἠξίωσα καταλιπεῖν τὴν μητέρα· Πρώτην δὲ σώζειν: nempe ἠξίωσα. vid. Celeberr. *Hemsterhusius* et quos citat ad *Luciani* [Contempl. c. 2.] p. 492. In *Paulinis* ex I. ad *Timoth.* Epist. IV, 3. Κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, errorem *Isidori Pelusiotae* recte corrigit *Schol.* in Var. Lect. *I. I. Wetstenii*: οὐκ ἔστι, ait, σφάλμα καλλιγραφικόν, - - - ἀλλὰ ὀρθῶς εἰς τὴν Ἀτθίδα συνήθειαν διαπεφρασμένον. VALCK.

24. σοὶ δὲ, εἰ φαίνομαι etc.) Laudem Mssti, *Gronovius*, et *Pavius* de coniectura σοὶ reformans, merentur. Proxima, tot viro Celeb. aestus cientia, [vide *Var. Lect.*] scite Cl. *Reiskius*, φλυηρέειν πολλὰ, σιγᾶν ἐθέλω, fingebat, reditura ad regiam insultationem πολλὰ φλυηρέεις, [103, 31.] *multa blateras Demarete.* Mihi novationis gravior deſit caussa; si tamen, scriberem ἀλλὰ σιγᾶν: quam viam AMA trium Codicum munit, ex ΑΛΛΑ propagatum, usus praeterea in consecutione tritus voculae. Supra c. 16. εἰ δέ τοι οὕτω δεδόκηται γενέσθαι, καὶ οὐκ οἷά τε αὐτὸ παρατρέψαι, ἀλλ' ἤδη ἴημι ἐν κοίτῃ τῇ σῇ, *si ita tibi constitutum est, neque id revocari potest, en,* vel *ergo, ad cubandum in tuo cubili pergo.* Et

lib. IX. 41. ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς ἢ οὐκ ἴστε οὐδὲν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέγειν, ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω, *ergo ego rem proferam.* Commodum haec usurpavit ac prudenter *Raphelius* in Ep. ad Rom. cap. VI, 5. ubi ἅμα et ἀλλὰ similiter conversa. WESS. — Vulgata lectio haud incommode sic intelligetur, *de reliquis* (sc. rebus ad Spartanos spectantibus) *dehinc verba facere supersedebo.* Post τοὶ δὲ olim incisa erat oratio, perincommode, quasi ad σιγᾶν referretur ille dativus pronominis: *comma* istud merito *Schaeferus* abiecit. *S.*

CAP. CV. 1 seq. ἐς γέλωτά τε ἐτρέψατο) Pro agente verbi forma stat *Gronovius*, medià damnatà. Possem easdem concedere in partes, modo τὸ πρᾶγμα, aut quid eiuscemodi, adesset. In *Thucydide* VI. 35. Syracusiorum nonnulli ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα. *Aristophanes*, quem ibi antestatus est *Abreschius*, in Vesp. vs. 1235. κᾆτ' ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ' ἐτρέψατο. Nihil hic simile: *versus in risum* rex *est*, sive, *semet vertit*, ἐτρέψατο. [At quid tandem obstat quo minus ἔτρεψε ταῦτα ex proximis intelligamus?] Ὀργὴν ποιεῖσθαι, eiusdem [*Abreschii*] indicio, *Thucydides* I. 92. WESS.

4. ἐν τῷ Δορίσκῳ τούτῳ) Praestat τοῦτον. Nam τούτῳ ad c. 59. ubi de *Dorisco*, referre non ausim. Τοῦτον ait, quippe eum hominem distinctius descripturus. WESS. — At pronomen οὗτος adiicere eodem modo eis nominibus *Herodotus* adsuevit, quibus designantur res aut personae, de quibus antea ex professo verba fecerat. Itaque hac ipsà formulà, ἐν τῷ Δορίσκῳ τούτῳ, remittit lectorem ad eam narrationis partem, (c. 59.) unde digressus erat ad exponendam rationem, qua numerus initus est copiarum, et ad insignienda ducum nomina, qui vel universo exercitui, vel singulis populis agminibusque praefuerunt. *S.*

CAP. CVI. 2. τῷ μούνῳ Ξέρξης etc.) Veretur ne nimium sit, in tanto Megistanum numero, *Gronovius*; eritque sine dubio, si huic *uni et soli ex Persis* munera a rege missa putaverimus: pluribus enim quotannis dona dividebat, lib. I. 135. et lib. III. 160. *Soli tamen Mascami ex omnibus praefectis, a se patreque Dario isthic* [in Thracia] *constitutis.* WESS.

3. ὡς ἀριστεύοντι πάντων) Codicum Lectiones, quae prostant, ἀρίστῳ πάντων, et ἀρίστῳ ὄντι πάντων, sunt tantum interpretamenta phrasios Herodoteae ἀριστεύοντι πάντων, qua

Sophanes dicitur ἀριστεύσας Ἀθηναίων IX. 73. VALCK.

7. καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ παντ.) Quod habet *Med.*, non displiceret, si darent et alii Codices, τοῦ Ἑλλησπόντου πανταχῆ. Praeter alia plurima, οὐδαμόθι πάσης τῆς Εὐρώπης legitur VII. 126. μηδαμοῦ sic adhibetur *Platoni* Leg. XII. p. 958. D. Περὶ τελευτήσαντας - - - ὅσα προσήκει τελεῖσθαι, τοὺς ἐξηγητὰς γίγνεσθαι κυρίους Φράζοντας· θήκας δ' εἶναι τῶν χωρίων, ὁπόσα μὲν ἐργάσιμα, μηδαμοῦ. Interserta litera *Plato* mendâ poterit liberari, si scribatur: γίγνεσθαι κυρίους Φράζειν· τὰς θήκας δ' εἶναι etc. *vetat ex agro culto, eove qui coli possit, ullam partem sumi sepulcro, Cicero* de Leg. II. 27. VALCK. — Veterem scripturam in contextu tenuerat *Gronov.* sed in Notis alteram commendavit. *S.*

11. ἐδυνάσθησαν ἐξελεῖν) Verbi forma Herodotea est lib. II. 19. et 43. Habet et *Sophocles* Oed. Tyr. vs. 1235. σ' ἄλοχες Φέρειν, τάλας, Σῖγ' ἐδυνάσθησαν ἐς τοσόνδε; WESS.

CAP. CVII. 3 *seqq.* εἰ μὴ Βόγην μοῦνον *etc.*) *Boges* eiusque pervicax constantia a multis memoratur. *Plutarch.* in Cimon. p. 482. E. Βούτην, *Pausanias* lib. VIII. p. 614. Βοῆ, *Polyaenus* VII. 24. Βόργην (quae Nob. *Palmerii* observatio) adpellant; omnes corrupti, et hinc adiuvandi. Res ipsa anno Olymp. LXXVII, 3. apud *Diodor.* lib. XI. 60. usu venit. WESS. — *Palmerius* ad h. l. „*Plutarchus*, ait, *in Cimone* (p. 482. E.) Βούτην *vocat; Pausanias* (VIII. p. 614, extr.) Βόη. *Polyaenus* (p. 655.) Βόργην." Factum memorabile, quo *Boges* inclaruit, attigerunt *Plutarch.* et *Polyaen.* Illum *Plutarch.* scribit, ἀπογνόντα τὰ πράγματα, τῇ πόλει πῦρ ἐνεῖναι, καὶ συνδιαΦθεῖραι μετὰ τῶν Φίλων καὶ τῶν χρημάτων ἑαυτόν. Iuxta *Herod.* fecit illud *Boges*, ὡς οὐδὲν ἔτι Φορβῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ: et in epigramm. apud *Plutarch.* et *Aeschinem* c. Ctesiph. p. 80. Persis dicuntur Athenienses ἐπ' Ἠϊόνι, Στρυμόνος ἀμΦὶ ῥοὰς, Λιμόν τ' αἴθωνα κρυερόν τ' ἐπάγοντες Ἄρηα. Nostro de *Boge* narratis simillima exempla praebet vetus etiam historia plurima; *Diodorus Sic.* XVI. 45. XVII. 28. XVIII. 22. Phocensium ex desperatione rabies narrata *Pausaniae* X. [c. 1.] p. 800. *Plutarcho* T. II. p. 244. c. *Polyaeno* p. 821. Comparari poterit cum illa Abydenorum apud *Livium* XXXI. c. 17. Plura dabit *Is. Casaubon.* in *Athen.* XII. c. 7. [Animadv. T. VI. nuperae edit. p. 419 seq.] VALCK.

CAP. CVIII. 9. Μισαμβρίη) Eiusdem nominis, sed alius situs *Mesambria*, Ponto in ultimis Thraciae finibus contermina lib. IV. 93. VI. 33. *Strymam*, ex *Heraclide* aut *Philostephano*, insulam *Harpocratio* perhibet, Thasiorum coloniam: quod non capio, si Lissus sive Lisus amnis Mesambriam et Strymam raserit et mediam utramque transierit: an insula contra urbem fuit posita eiusdem nominis? [Potuit fluvius in duos alveos esse divisus, quorum alter *Strymam* oppidum circumfluxerit.] Litis, qua de *Harpocratio*, Thasiorum et Maronitarum de *Strymae* possessione, meminit *Philippus* Epist. ad Athenienses apud *Demosthen.* p. 94. [Vol. I. ed. *Reisk.* p. 163.] WESS.

11. οὐκ ἀντέσχε) Quis recusaret Herodoteum? Amnem Melanem οὐκ ἀντισχόντα - - τὸ ῥέεθρον, ἀλλ' ἐπιλιπόντα, memoravit c. 58. Sequetur Apidanus, οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε c. 196. De Scamandro *Eustath.* οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ, ad *Dionys.* vs. 538. Regio *Gallaica*, [*lin.* 13.] quae postea *Briantica*, non alia, iudicio *Glareani* et *Ortelii*, ac *Livii* XXXVIII. 41. *campus Priaticus*, sive *Prianticus*: nam *Priantae* sunt *Plinio* lib. IV. 11. Hist. Nat. et *Solino*, ad quem clar. *Salmasius* pag. 112. WESS.

11. οὐκ ἀντέσχετο τὸ ὕδωρ παρέχων) Recte, ni fallor, corrigit *Reiskius*: οὐκ ἀντέσχε τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ. De Apidano VII. 196. οὐδὲ οὗτος ἀντέσχε εἰ μὴ φλαύρως. Qua hic structura, eàdem II. c. 157. Azotus diutissime πολιορκεομένη ἀντέσχε. Potidaeatae *Thucyd.* II. 70. οὐκ ἔτι ἐδύναντο πολιορκούμενοι ἀντέχειν: idem esset, τῇ πολιορκίᾳ ἀντέχειν, ut II. 50. In proximis *Brianticam* [*lin.* 13.] viri docti compararunt cum *Priatico campo* apud *Livium*, ubi iter describit exercitus Romani, a Chersoneso redeuntis per Thraciam maritimam, lib. XXXVIII. c. 41. VALCK.

[14. καὶ αὕτη Κικόνων. Conf. c. 59. 13. et cap. 110, 2. *S.*]

CAP. CIX. 6. Βιστονίδα) *Steph. Byz.* de voce, τὸ θηλυκὸν, Βιστονὶς· ἐκτέταται δὲ καὶ λέγεται Βιστωνίς: cuius observationem damnat *Berkelius*, Βιστονίδα ob Βίστονας seq. capitis praeferens. Favent scripti libri, et *Ptolemaeus* Geograph. lib. III. 11. tum Schol. *Apollon. Rh.* II. 706. et *Strabo* VII. fin. quibus Βιστονὶς λίμνη. [cf. c. 110, 2.] Amnem *Nestum* [*lin.* 9.] solus *Arch.* Μέστον vocat, non sine exemplo; nam-

que in numis ΜΕΣΤΟΣ et Msstis *Plinii*, *Solini* et *Martiani*, teste *Salmasio* ad *Solin.* p. 112. Verior *Nesti* titulus, rediturus c. 126. Pertinet huc Cl. *Schurzfleischii* notatio ad *Diodori* Fragmenta T. II. p. 642. WESS.

15. Πίστυρος) Proxime adpropinquat ad *Stephani Byz.* Πίστιρον, ἐμπόριον Θράκης, sive potius, ut in Βίστιρος scribit, Πίστιρος. Vocabulum idem, Macedonum ore et sono tantum discrepans. Mox vir eruditus τὰς παραθαλασσίας τε καὶ ἠπειρώτιδας corrigebat, me iudice sine necessitate. WESS. — Corruptum esse nomen Πίστυρος, scriptumque oportuisse Τόπιρις suspicatus erat *Larcher*, provocans ad *Antonini* Itinerar. p. 321. et *Plin.* Hist. Nat. IV. XI. 18. tum ad *Ptolem.* et *Procop.* qui partim ad *Plin.* partim ad *Antonin.* a viris doctis citantur. *S.*

CAP. CXI. 5. νιφάτι) Scholion olet χιόνι. In Poëta νιφάδες χιόνος, ἐντελῶς dictae, quae νιφάδες aliis tantum, apud *Eustath.* ad Iliad. Μ'. p. 904, 58. [p. 865, 6. ed. Bas.] *Oraculum Bacchi* in Thraciae ora [*lin.* 6.] *Euripides* spectat Hecub. vs. 1267. ὁ Θρῃξὶ μάντις εἶπε Διόνυσος τάδε, ubi Critici illud circa Pangaeum aut Haemum locant, sibi in ceteris minime constantes. *Aristoteles* Θαυμ. p. 577. *Ed. Erasm.* in Bisaltis templum Bacchi spectabile habet. WESS.

7. Βησσοὶ) Soli *Arch.* Βεσσοὶ, consensu *Strabonis*, *Appiani*, *Ptolemaei*que utenti. *Dioni Cassio* Βησσοὶ lib. XLVII. p. 508. cum Cl. *Reimari* observatis; *Hippocrati* Βησσικῇ, nisi fallat *Galenus* in Glossis, τῇ ἀπὸ Βησσῶν ἐν Θράκῃ. Anceps itaque scriptio et electio. Non displicet ἡ χρέουσα antistes. *Hesychius* Χρέοντες, προφητεύοντες. WESS.

7 *seq.* Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ) E *Satris Bessi* dicuntur. Haec mirifice nuper a viro fuisse doctissimo conversa liquet ex actis Erudit. Lips. A. 1760. p. 221. [Locum istum *Gronovius* sic convertit: *Ex Satris qui in illo templo vaticinantur, sunt Bessi*; quam versionem intactam *Wesselingius* reliquit.] *Satras*, celsorum montium incolas, solos inter Thraces ad suam usque aetatem frui dixerat libertate. Meminit *Thucyd.* II. 96. τῶν ὀρεινῶν Θρακῶν τῶν αὐτονόμων οἱ Δῖοι καλεῦνται. *Plinii Diobessos*, gentem esse mixtam ex *Diis* et *Bessis*, *Ortelius* iam fuerat suspicatus. De *Satris* Herodotus, οὗτοι, ait, οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊον εἰσὶ ἐκτημένοι: in quibus e praecedenti vocem οἱ natam, atque ut inu-

tilem delendam censeo. Ex Satris Bessi quomodo dicuntur *οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱεροῦ, templi prophetae?* an ut *antistites sacrorum* sive *templi?* Mihi tamen, fateor, illud valde videtur insolens; sed insolita sectatur *Herodotus;* atque in illorum illud forte classem referre maluerint viri docti, quam corrigere, *οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ*, *Dei*, vel *divinae mentis interpretes.* Nusquam memini me legere *προφητεύοντας ἱεροῦ*, vel *μαντείου*, vel simile quid; saepenumero memorantur *προφῆται τῶν θεῶν· τῶν Μουσῶν· τῆς ἀληθείας·* etc. Paternae mentis interpres, *Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρὸς*, secundum *Aeschyl.* Eumen. vs. 19. namque *Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξίᾳ θεσπίσματα*, ut idem alibi scripsit. Prope Herodoteum accederet illud Xythi in *Euripidis* Ione vs. 413. *τίς προφητεύει θεοῦ;* ad istam sic respondet quaestionem puer aedituus, ut Principes Delphorum, sorte lecti, *Δελφῶν ἀριστεῖς, οὓς ἐκλήρωσεν πάλος*, fuisse videantur *οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ:* ut hic inter *Satras* praestantissimi *Bessi* dicerentur *οἱ προφητεύοντες τοῦ θεοῦ*, *qui Dei* nempe *responsa, per mulierem, ut Delphis, edita fatidicam, interpretarentur.* [*et scripto consignata traderent consultantibus.*] *Οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται* ubi habentur apud *Lucian.* T. I. p. 390. [Dial. Mort. XIII. 1.] iudice *Hemsterhusio*, *poterat forte non deterius scripsisse ὁ τῶν Ἀμμωνίων προφήτης.* conf. *Wesselingius* ad *Diod.* T. II. p. 199. [ad lib. XVII. c. 51.] Quin Delphis etiam *templi* fuit *antistes*, eximie sic dictus *Livio* XXIII. xi. *ὁ προφήτης Herodoto* VIII. 36. *πάντες οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν, καὶ τοῦ προφήτεω· - - - ᾧ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος*, c. 37. Talis etiam praeter reliquos *χαμαιεύνας* insignis honore fuit in Dodonaeo sacrario, quem *Θεσπρωτὸν ἄνδρα ἐν Δωδώνῃ* vocat *Maximus Tyr.* XIV. 1. Hunc designatum suspicor in oraculis, quae *Demosthenes* nobis custodivit in Orat. c. Mid. p. 332. [p. 531. ed. *Reisk.*] istâ formulâ bis illic repetitâ, *ὁ τοῦ Διός σημαίνει.* Quod si commentum illud non placet, doctis multo minus forsan adprobarem, quod mihi venit olim in mentem, scriptum hic primitus, *οἱ προστατεύοντες τοῦ ἱροῦ:* ut *Satrae oraculum tenere*, vel *possidere*, Bessi dicerentur *templum tueri*, sive rebus sacris administrandis esse praefecti. Elei *προεστάναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου ἱεροῦ* dicuntur *Xenophonti* Ἑλλ. III. p. 288, 32. cui in eundem sensum *προστατεύειν* frequenta-

tur; illinc ortum περιστακτίχ ex Msstis restitui debuerat *Thucydidi* II. [c. 80.] p. 149, 24.; quem enim alium in finem tanta cura Codices exiguntur scripti, nisi ut, in his saltem libris, depravata redintegrentur, aut certe sincera revocentur? VALCK. — Quidni vero τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προζητεύοντες τοῦ ἱροῦ, plane intelligerentur οἱ προφῆται ἐόντες (scil. τοῦ θεοῦ, vel τῶν χρησμῶν) ἐν τῷ τῶν Σατρέων ἱρῷ? aut οἱ τῶν Σατρέων προφῆται ἐν τούτῳ τῷ ἱρῷ? *S.*

CAP. CXII. 1. τὴν εἰρημένην) χώρην, vocem hic necessariam, lectam *Vallae*, praebet *Arch.* [De vocab., quo commode carere possumus, vide *Var. Lect.* et conf. c. 115, 3 seq.] Mox τείχεα τὰ Πιέρων, castella sunt *Pierum*, non *muri.* Proxima, [*lin.* 3.] τῶν καὶ ἐνὶ Φάγρης ἐστὶ οὔνομα, sic recte *Gronov.* restituit ex coniectura *Leopardi*, aliorumque, quantumvis nihil ille diversae scriptionis ex membrana veteri enotasset Florentiae. Non, ut vulgabatur, sed legit in suo Codice *Valla*, τῶν καὶ ἐνὶ Νιφράγης, syllabâ male repetitâ. VALCK. — Laudo τῶν καὶ ἐνὶ Φάγρης, nixum olim doctissimorum hominum coniecturis, nunc schedarum certa fide. WESS.

CAP. CXIII. 6. ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον) Non plane alienum ἡ παρὰ τὸ Παγγ. quemadmodum *Steph. Byz.* legit, ut regio monti Pangaeo accubans describatur. Obnituntur tamen omnes Codd. et *Eustathius.* Ἐκαλεῖτο Φυλλὶς Grammaticus ille scribere voluit, uti olim et nunc *Herodotus.* WESS. — De *Boge* (*lin.* 4. memorato) dictum est cap. 107. Quod apud *Steph. Byz.* παρὰ τὸ Παγγ. legitur, librarii aut Editorum errori debetur: praepositioni παρὰ nullus, si quid video, hic locus est. *S.*

9. ἐς τὸν οἱ Μάγοι etc.) In *Strymonem*, ad amnem placandum: tale ἀποσφάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐς τὸ ἄγγος lib. IV. 62. Simili ex superstitione Tiridates *equum placando amni* Euphrati *adornavit* in *Taciti* Ann. VI. 37. cui egregiam lucem hinc *Casaubon.* ad *Strabon.* XV. p. 1065. [ad p. 732. d. suae edit.] adspersit. WESS.

CAP. CXIV. 3. Scriptura ex *Arch.* edita, Ἐννέα Ὁδοῖσι τῇσι Ἠδωνῶν, veritate commendatur. WESS. — Vide tamen *Var. Lect.* Eodem in loco deinde *Amphipolin* urbem in utraque *Strymonis* ripa fuisse conditam, quum aliunde, tum praesertim ex *Thucyd.* IV. 102. notum.

Quod hic adiicitur, *ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφύρας*, id parum commode vulgo *iere ad pontes* reddunt; sicut et Larcher, *ils marcherent vers les ponts*. Oportebat, *per pontes fecerunt iter*; quibus nimirum iam ante iungi Strymonem Xerxes iusserat, cap. 25 extr. *S.*

8. *Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν*) Fide *Medic.* cui paria duo alii faciunt, haec expunguntur. Quid tum vero continuo nexis fiet? an et illa eradenda? Non puto. Firmatur barbara superstitio facto Amestris, a *Plutarcho* Superst. p. 171. D. advocato, ubi duodecim *τῷ ᾅδῃ* regina defodit. *Persicum* autem fuisse, exempla Cambysis III. 35. et aliorum apud *Brisson.* Regn. Pers. II. p. 218. testificantur, tum *Aristides* T. II. p. 414. *ἢ ζῶντες ἂν κατορύττοισθε περσιστί; an vivi more Persico defodiendi?* Morem ipsum admirabili consecutione *ab Abrahami exemplo filium primogenitum offerendi* arcessit *Th. Hyde* Rel. Pers. c. 2.; processisse enim Persas *ad offerendum quemvis filium aut hominem: idque non semper filium aut filiam comburendo, sed et defodiendo in terra aut demergendo in aquis.* Haud vidi magis. WESS.

CAP. CXV. 6. *Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα*) *Vicum* in *Dionis Chrysost.* Or. XLVII. p. 525. A. *τὰ δὲ Στάγειρα κώμη τῆς Ὀλυνθίας ἦν*, ex quodam contemtu. *Στάγειρα* numero multitudinis praefert *Stephan.*, *Στάγειρον* agnoscens in *Βίστιρος.* Plura *Io. Nunnesius* ad Aristotelis vitam, a se publicatam. WESS. — Paulo ante, in *Πετιδνίου* (ubi quispiam fortasse *Ποσιδ.* desideraverit) nil mutant libri. Conf. *Etymolog. M.* p. 684. 25. *S.*

CAP. CXVI. 2 seq. *ξεινίην τι ὁ Πέρσης -- προεῖπε*) *ὁ Ξέρξης*, ut *Valla*, legit *Arch.* Non Acanthiis ille praecepit, ut sibi *ξένια* praeberent; sed, quos honore voluit dignari, *ἐσθῆτι* donavit Acanthios *Μηδικῇ*, atque *in amicorum* iussit *hospitumque numerum referri*; id hic dicitur, *ξεινίην τοῖσι Ἀκανθίοισι προεῖπε*: Abderitanis *ξεινίην συνθέμενος*, VIII. 120. De utroque more regio *Barn.* egit *Brisson.* de Regn. Pers. I. p. 127. 139. Proxima [*lin. 4 seq.*] *ἐπαίνεέ τι, ὁρέων καὶ τοὺς προθύμους ἐόντας ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων ἤδη γενόμενον*: sic exhibent *Arch.* et *Valla*: vellem praeterea dedissent, *ὁρέων αὐτοὺς προθύμους.* VALCK. — Vide *Var. Lect.* Formulâ *ξεινίην προεῖπε*, praesertim si cap. 119, 3. et c. 120, 9. contuleris, intelliges puto non id significari

quod ex *Valckenarii* sententia *Wesselingius* in latina versione posuit, *Acanthiis ius hospitii obtulit;* sed quod *Valla* posuerat, *praecepit Acanthiis ut hospitalitatem exhiberent.* Aliud est ξεινίην τινὶ συντίθεσθαι, VIII. 120, 3. *S.*

CAP. CXVII. 4. μέγιστον ἐόντα Περσέων) Attigit *Tzetzes* Chil. I. vs. 918. Ὢν ἐπιστάτης ἦν σφοδρὸς Βουβάρης ὁ Σατράπης, Καὶ Ἀρταχαῖος σὺν αὐτῷ πεντάπηχυς μεγέθει. vid. *Herod.* VII. 21. Quatuor cubitorum apud Graecos iusta hominis censebatur statura. Ad *Aristoph.* Ran. vs. 1046. γενναίους καὶ τετραπήχεις, *Casaubonum* [Not. ad *Sueton.* III. 68.] citant *Küster.* et *Spanhemius.* Modum excedebant πεντάπηχεις: *Olearius* vid. in *Philostr.* Vit. Apoll. II. 4. Gigantum cadavera δεκαπήχη dicuntur inventa *Pausan.* I. [35.] p. 86 seq. qui de Scotussaeo Polydamante, ut mortalium post heroas maximae staturae, agit lib. VI. [c. 5.] p. 463. VALCK.

9. τῷ Ἀρταχαίῃ θύουσι) *Tumulum Artachaeae*, τὸν Ἀρταχαίου καλούμενον τάφον, ad Acanthiorum isthmum locat *Aelian.* Animal. Hist. lib. XIII. 20. subdens, ἔνθα τοι καὶ ἡ τοῦ Παραίου φαίνεται διατομή, ἡ δίαιτα μὲν τὸν Ἄθω, valde vitiosa. *Is. Vossius* ad *Melam* II. 2. manum illis medicam negare noluit, sed qua erroris reus *Aelianus.* Sana erunt ἔνθά τοι ἡ τοῦ Ξέρξου, sic et Cl. *Gronovius*, φαιν. διατομή, ἣ διέτεμε τὸν Ἄθω. Cl. *Valckenarii* non discrepat opinatio ad c. 21. WESS.

CAP. CXVIII. 1 *seq.* Οἱ δὲ ὑποδεκόμενοι *etc.*) Haec ubi leguntur in *Athen.* IV. p. 146. A. in formas pleraque vulgares conversa, prostat ἐς πᾶν κακὸν ἀφίκοντο, pro ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο. Utrumque dicebatur; et, omissa voce κακόν, vel κακοῦ, εἰς πᾶν ἐλθεῖν, aut ἀφικέσθαι. *Xenoph.* Ἑλλ. VI. pag. 340. 13. εἰς πᾶν ἀφίκετο βασιλεύς, *in extremum Rex fuit adductus discrimen. Demosth.* contr. Conon. p. 690, 22. ού - - φαύλας λαβὼν πληγάς, ἀλλ' εἰς πᾶν ἐλθὼν διὰ τὴν ὕβριν καὶ τὴν ἀσέλγειαν τὴν τούτων: aderat in scripto cod. supplementum, εἰς πᾶν κακὸν ἐλθών. *Demosthenem* imitatus Lacedaemonios ait *Aristides* εἰς πᾶν ἐλθεῖν in Cimone, T. III. p. 257. ubi *Schol. Ms.* ἀντὶ τοῦ περὶ παντὸς κινδυνεῦσαι· - - - λείπει δὲ κινδύνου. Plene loquitur *Pausanias* VII. pag. 552. ἀφικνεῖτο ἐς πᾶν ὁ Μεναλκίδας κινδύνου: et pag. 16., Πτολεμαῖος ἐς πᾶν ἀφικόμενος κινδύνου: sic scribendum omisso articulo, quem

non admittit ista *Pausaniae* frequentata loquendi forma. VALCK. — Vitiosa erat scriptura in *Athenaei* loco cit. olim edita: duo codices longe omnium probatissimi, quibus in nupera editione uti nobis licuit, ἐς πᾶν κακοῦ dedere, prorsus uti in Herodoteis legitur libris. Vide Animadvers. in *Athen.* T. II. p. 479. *S.*

4 *seqq.* ὅκου γε Θασίοισι ὑπὲρ τῶν *etc.*) In his explicandis et vertendis errabatur. *Publice a Thasiis Antipater, Orgis filius, lectus fuit, ut inpensas pro suis in continente urbibus in coenam faceret; quarum e rationibus adparuit, insumta fuisse quadringenta argenti talenta;* haec sunt τάλαντα ἀργυρίου τετελεσμένα, uti bene Cl. *Pauw* et *Abresch.* Hoc volunt *Athenaei* verba, ὅκου Θασίοισι - - - Ἀντίπατρος τῶν ἀστῶν (δόκιμος) ἀνὴρ ἐδαπάνησε: *ubi* [vel, *quandoquidem*] *pro Thasiis - - - Antipater, vir inter cives probatus, expendit.* Non itaque suo Antipater, sed publico civitatis nomine illa erogavit talenta. Factitarunt idem aliis in urbibus ad eam rem designati, sive οἱ ἐπιστιῶντες ἀπεδείκνυσαν τὸν λόγον, *expensi tabulas exhibuerunt. Antipater* autem, τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος in *Aldo* et ex recta *Pavii* sententia; male enim comma post se ostentabat. Quae adduntur ad praeclari viri laudes, [ὁμοῖα τῷ μάλιστα] illustrata dedimus lib. II. 57. WESS.

6. ἀραιρημένος τῶν ἀστῶν) Ex civibus ille quidem erat *delectus*; neque tamen ista, sed haec iungenda sunt, τῶν ἀστῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ut c. 141., τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκ. ὁ. τ. μ., quam *Bossio* non satis intellectam formulam explicuit *Hemsterhusius.* [Perperam h. l. olim post ἀραιρ. τῶν ἀστῶν incisa erat oratio.] A civibus erat Antipater ᾑρημένος, *electus*, ad huius rei *procurationem*; non enim haec ἀρχὴ, sed erat ἐπιμέλειά τις καὶ διακονία: quae distinguuntur ab *Aeschine* contr. Ctesiph. p. 55, 34. Pro more itaque postea τὸν λόγον ἀπέδωκε τῶν δαπανημάτων, vel ἀπελογίσατο. Secundum *Herod.* in coenam 400. talenta, prolato expensi codice, *demonstravit insumta*, ἀπέδεξε - - τετελεσμένα, id est δεδαπανημένα: atque adeo tantum pecuniae ex aerario ἐδαπάνησε, quod in his enarrandis usurpat *Athenaeus*; qui recte alibi [lib. II. cap. 12. nuperae edit.] τελεῖν, ait, τὸ δαπανᾷν· καὶ πολυτελεῖς, οἱ πολλὰ ἀναλίσκοντες· καὶ εὐτελεῖς, οἱ ὀλίγα. VALCK.

CAP. CXIX. 7. κτήνεα σιτεύεσκον) Ionismus,

optime agnitus a *Galeo*, postulabat restitutum. Servat eundem in hac vicinia ἴσχεσκον πόνον, et οὕτω ἀπελαύνεσκον. Durat alibi; crebrior, si librariis placuisset, futurus. WESS. — Σιτεύεσκον si forte praebuisset membrana *Flor.* ambitioso verborum tractu commendasset *Gronovius*: cur oblatum non recepit ex *Arch.*? In *Vallae* Latinis relinqui non debebat *cortibus*: dederat is fortasse, pro ἔν τε οἰκήμασι καὶ λάκκοισι, [*lin.* 9.] *in cratibus et in vivariis.* Oves *textis cratibus* claudebant; aves alebant in *aviariis* vel *caveis*, ἐν οἰκίσκοις: sic *caveae* multo frequentius vocantur quam οἰκήματα. ἐν οἰκίσκῳ forte scripserant *Diodorus Sic.* T. I. p. 603, 73. et *Plutarch.* T. II. p. 516. D. Ex marg. *Steph.* paulo post [*lin.* 11.] reciperem κρητῆρας ἐποιεῦντο. *Athenaeus* IV. p. 146. B. ἐκπώματα ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ καὶ κρατῆρας παρετίθεντο: his proxima [apud eundem *Athen.*] corrigenda sunt, ut coniecit *Casaub.* καὶ ταῦτα μὲν τὰ τοῦ δείπνου· εἰ δὲ Ξέρξης δὶς ἐσιτεύετο, μεταλαμβάνων καὶ ἄριστον, ἀνάστατοι ἂν ἐγεγένεσαν αἱ πόλεις: quibus contraxit Herodoteum [cap. 120.] Abderitanis Megacreontis dictum. VALCK. — Equidem depravato aut defecto *Athenaei* loco aliam adferendam medicinam putavi. Apud eumdem pro vitioso ἐσιτεύετο, quod olim vulgabatur, recte ἐσιτέετο duo optimi codices dederunt. Postrema verba quae ex *Athenaeo Valckenarius* citavit, ex *Nostri* cap. 118, 3. mutuatus est Deipnosophista. *S.*

11. κρητῆρας ἐποιεῦντο) *Valla* [loco olim vulgati κρητῆρες] κρητῆρας habuit, non utique ex Codicum quorundam consensu spernendos. Vicina, [*lin.* 12.] interpunctione mutatâ in *Arch.* et *Vind.* πάντα μὲν ταῦτα τῷ τε βασ. praeter speciem nihil habent. Πάντα, superioribus nexa, *reliqua mensae vasa* itidem χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα conmonstrant. WESS.

CAP. CXX. 11. διατριβῆναι) *Hesychii* Διατριβῆναι, ἀπολέσθαι hoc fonte manavit. Alioqui blandiri ἐκτριβῆναι Fragm. *Paris.* posset. *Sophocles* Oed. Tyr. vs. 435. σοῦ γὰρ οὐκ ἔστι βροτῶν κάκιον ὅστις ἐκτριβήσεταί ποτε. i. e. ἀπολεῖται, *perdetur*, ubi recte de verbi virtute scholiastes. *Synesius* lib. I. Provid. pag. 108. D. ὅλως γὰρ ἐκτριβήσεσθαι τὸ Σκυθικόν. Consequens ὁμοίως -- ἐπετέλεον [*lin.* 12.] *Valla* dedit ac si ὅμως foret, nactus plausum docti viri; cui meum iungerem, nisi ὁμοίως aptissime indicaret, *et hos, etsi vehementer pressos,* c o n s i m i l i t e r *imperata fecisse*, uti

reliquae civitates. WESS. — Vide *Var. Lect.* ad *lin.* 12. Verbo ἐκτρίβειν notione τοῦ ἀπολλύειν et διαφθείρειν utitur Noster VI. 37, 9. et 86, 66. Διατρίβειν eadem notione, licet caeteroquin nil obstet quo minus illo sic usum esse *Herodotum* credamus, vix ullibi, si unum hunc Nostri locum excipias, reperietur. Caeterum quantam apud *Xerxem*, splendide a se receptum, *Abderitae* gratiam inierint, memorat Noster lib. VIII. c. 120. *S.*

CAP. CXXI. 5. συντομώτατον) Hoc praestet, an συντομώτερον, a *Valla* expressum, non adfirmo. Xerxis exercitusque iter apud *Diodorum* XI. 5. prorsus idem. WESS.

7. τρεῖς μοίρας - - δασάμενοι) Ex *Suida* [A *Suida*] ut Herodoteum enotatum ἐς τρεῖς μοίρας, etsi schedae taceant, pro legitimo fortasse aliis putabitur. Sic lib. II. 147. ἐς δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. WESS. — Vulgatam iure praefert *Gronovius* lectioni quam *Suidas* praebet in voc. Δάσασθαι· ἐς τρεῖς μοίρας - - δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατόν. In istiusmodi locutionibus eleganter omitti praepositionem *Casaub.* docuit ad hunc *Alexidis* versum, Τὸ δ' ἄλλο σῶμα κατατεμὼν πολλοὺς κύβους, apud *Athen.* VII. p. 324. c. [vid. Animadv. in *Athen.* T. IV. p. 429. nuperae edit.] quo *L. Küster.* usus est in *Aristoph.* Eq. vs. 765. *Platonis* e Timaeo, p. 35. B. ὅλον ἐν τοῦτο μοίρας ὅσας προσῆκε διένειμεν, interpretatur *Cicero*: *id ipsum in ea, quae decuit, membra partitus est*: *Chalcidius* convertit, *totum hoc unum divisit in partes competentes*; nam sic scripsisse videtur. Hic sane subit mirari in Editionis suae margine scribentem *H. Stephanum*: *Legendum videtur* εἰς μοίρας, *quamvis nec apud Proclum extet haec praepositio*: in adnotationibus in *Platonem* ista: *Deesse videtur praepositio* εἰς, - - *et tamen alios inveniri scio huius scriptoris locos huic similes ubi non habetur.* Ex istis locis hic est, in Critia p. 113. E. τὴν νῆσον τὴν Ἀτλαντίδα πᾶσαν δέκα μέρη κατανείμας. *Theocriteis* eam in rem mallem abstinuissent viri docti. VALCK. — Vide *Nostrum* II. 147, 7. et IV. 148, 14. cum *Var. Lect.* ad utrumque locum: et facile persuasus eris, praepositionem apud *Suidam* e scholio esse adiectam. *S.*

15. Σμερδομένεα) Restituetur idem hic nomen, quod supra c. 82. praebebant Codices: illic qui dicitur Σμερδόνης, cur hoc in loco filius Otanis vocaretur Σμερδομένης?

VALCK. — Ex *Var. Lect.* in cap. 82, 4., collata cum scriptura quam h. l. exhibent libri, abunde intelligitur Σμερδομένεα, non Σμερδόνεα, nomen huius viri scripsisse Herodotum. Caeterum in *Var. Lect.* c. 82, 4. *pro* c. 122. *repone* c. 131 extr. et ibid. pag. 115. lin. 1. pro *Ald. Vind.* oportebat *Arch. Vind. S.*

CAP. CXXII. 3. διώρυχα --- διέχουσαν δὲ ἐς κόλπον) Nostrum suo more scripsisse suspicor διώρυχα--- ἐσέχουσαν *etc.* Semel alibi διέχουσαν posuerant librarii loco simillimo, IV. 42. διώρυχα -- τὴν ἐκ τοῦ Νείλου διέχουσαν ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον: ubi nunc legitur ex Codicibus ἔχουσαν. Διώρυχα satis commendabunt usus *Herodoti*, et ad *Thom. M.* in Διῶρυξ adnotatio *Hemsterhusii*, sic minuta quoque tractantis, atque isthac arte inimitabili, ut semper Leidensem Criticum agnoscas. VALCK. — διώρυγα operarum error editionem *Gronov.* invaserat: διώρυχα tacite reposuit *Wess.* ut habent superiores editi scriptique libri omnes. In διέχουσαν hic nihil variant libri: et pro ἔχουσαν, quod lib. IV. c. 42, 10. a *Gronov.* ex *Med.* receptum tenuerat *Wess.* et post eum alii, equidem probis ex codicibus consulto διέχουσαν revocavi, probum verbum, et peraptum utrique loco. Verbum ἔχειν, ut I. 180, 12. sic iam saepius alibi apud Nostrum ita positum vidimus, ut denotet *dirigi*, *tendere* versus aliquod extremum. Itaque compositum διέχειν (quamvis aliàs longe etiam diversa notione usurpatum) percommode significare poterit *pervenire*, *pertingere*, *pertinere* usque ad illud ipsum extremum, quo *tendebatur. S.*

4 *seq.* Ἀπσά τε πόλις καὶ Πίδωρος καὶ Σίγγος καὶ Σάργη) Urbium nomina legitima dedit *Wessel.* Herodotea Dissert. pag. 121. VALCK. — Πίλωρος verum oppidi nomen, sicuti sequentis Σάρτη. Utrumque apud *Steph. Byz.* In priore *Med.* et *Ask.* haesitant, a iusta scriptione, si iuventur, non alieni. Attigit urbem Cl. *Wasse* ad *Thucydid.* IV. 115., verum obscure. WESS. — Vide *Var. Lect.* In *Latina* vero *versione* nostra pro vitioso *absumto* candidus lector *adsumto* corriget. *S.*

6. ἔπλει ἀπιέμενος) Verbum ἀπιέμενος Cl. *Gronovius* explicat; mihi ἀπικόμενος plebeium non est, quippe *Herodoteum.* At gaudeat recente possessione. WESS. — ἀπιέ-

μενος *Gronovius*, ad thema ἀφίημι (puto) referens, nauticum illud exprimere ait *velis immittere habenas*. Ego, sicut simplex ἴετο IX. 78, 3. *ivit* significat, sic ἀπίετο *abiit*, *profectus est*, intellexi. *S.*

10. Σερμύλην) Temerarium *Maussaci*, Ὀλύνθην substituentis, coniecturam praeter *Holstenium* contudit *H. Valesius* ad *Harpocrationem* p. 125. Σερμυλία Ethnicographo; cives Σερμύλιοι *Thucydid.* I. 65. WESS.

CAP. CXXIII. 3. ἐπὶ Καναστραῖον ἄκρην) ἐπὶ Καναστραῖον ἄκρον, ne soloeca maneret oratio, *Palmerius* voluit. Καναστραῖον *Arch.* sufficit, sicuti in *Thucydidis* IV. 110. atque aliis: Κάνα στραίην divisis vocibus *Cellarius* Geogr. lib. II. 13. p. 1050. advocat ex *Galei* editione, qui operarum error, notatus a Cl. *Wasse* ad eum Attici Scriptoris locum. WESS. — Nescio an Καναστραῖον absque ἄκρην habeat *Arch.* quod quidem ex *Var. Lect.* a *Wess.* relata haud adparet: sicco vero pede hunc locum praeteriit *Galeus*. Quidquid sit, nullo incommodo ad Καναστραῖον per adpositionem adiici ἄκρην potuerit. *S.*

6. Θεράμβω) Haec Θράμβος *Steph. Byz.*, unde Θράμβου *Vossius* ad *Scylac.* p. 62. *Ed. Gronov.*, plausibili suspicione. Quod si oppidi tamen nomen Θράμβος, Θεράμβης, Θραμβοῦς pictum fuerit olim, quae *Holstenii* ad Ethnicographum doctrina, Θεράμβω ex Θεράμβεω descendet. Quae sequitur *Sane*, [*lin.* 7.] alia est ac c. 22. WESS.

13. Σμίλα, Αἴνεια) Plerasque harum urbium *Stephanus* exscripsit; qui quoque Κρουσίς, μοῖρα τῆς Μυγδονίας ex *Strabonis* VII. [ubi tamen, quum defectus ille liber sub finem sit, verba ista hodie non reperiuntur:] ἀπὸ Κρουσίως, τοῦ Μύγδονος υἱοῦ. Hinc ansa Cl. *Pauw* suspicandi, Κρουσαίη in *Herodoto* fuisse. Addere potuisset Κρουσίδα γῆν καλουμένην *Thucydid.* II. 97., et huius quidem tractus, tum maxime barbaros *Crusaeos*, βαρβάρους, Κρουσαίους καλουμένους, qui Pallenen olim tenuerunt, apud *Dionys.* Antiq. Rom. l. pag. 39. Utcunque coniectura, praesidio schedarum defecta, cesserit, regio *Crossaea* et *Crusaea* eadem, nec discrepat *Theod. Ryckii* (Diss. de Primis Ital. Colon. p. 443.) opinatio. WESS.

19. Σινδόν τι πόλιν) Uter melius, *Herodotus* an *Stephanus*, urbis nomen edat, dubium: non enim apud alios

reperiri, verissime *Palmerius*. Χαλίστρην [ibid.] plures Ναλάστρην nuncupant: *Suidae* tamen Χαλίστρα πόλις. *Diodoro* T. II. p. 578. Χάλιστρον, ubi alios excitavi. [Nil variant *Herodotei* codices hactenus excussi.] Ceterum regionem Βοττιαιΐδα, [*lin.* 21.] reversuram c. 127., Βοττιαιὴν *Thucydides* I. 65. et *Diodorus* XII. 47. scribunt. Herodoteum ex Βοττιαῖος, quod incolarum nomen, formatur: unde Antiochiae βωμὸς τοῦ Βοττιαίου Διός, ab Alexandro Macedone constitutus, modo vera doceat *Libanius* Antiochici pag. 348. D.; Βοττίου Διός in *Malalae* Chronogr. p. 255., corrupte. WESS.

CAP. CXXIV. 7. ἐπὶ ποταμὸν Ἐχείδωρον) Quum cap. 127. tres Codices isto amnis in titulo conspirent, et *Apollodoro*, *Ptolemaeo* atque *Etymologo* Ἐχίδωρος aut Ἐχείδωρος adpellitetur, *Is. Vossio* ad *Scylac.* p. 64., ut fluvius suum sibi nomen reciperet, dedi, nec inprobatum iri puto. WESS.

CAP. CXXV. 6. θωυμάζω δὲ τὸ αἴτιον) Frigide Nostrum *Aelianus* laudat, ὀλίγα δὲ Ἡρόδοτος ἤδει ἐξετάζων τροφὴν τήνδε καὶ τήνδε κατὰ τὴν νόσνην λεόντων Θρᾳκίων. Fuerint enim leones illi occulta quadam naturae vi, φύσει τινὶ ἀποῤῥήτῳ, et fauce inproba in camelos, quos ante non viderant, incitati; mirum-ne accidet, in hos ruisse solos, nullo neque homine neque iumento laeso? WESS.

CAP. CXXVI. 4. ὅ, τε δι' Ἀβδήρων etc.) *Aristotelem* huc spectasse Hist. Anim. VIII. 28., p. 254. (ubi ἐν τῷ μεταξὺ τόπῳ τοῦ Ἀχελῴου καὶ τοῦ Νέσου) monuit *D. Petavius* ad *Themist.* Or. X. p. 140. A., insuper ex *Dione Chrysost.* Or. XXI. pag. 269. c. adstruens, in Europa deinceps leonum genus defecisse. Certe de Acarnania locuples testis est Agathion, questus in *Philostrati* Vit. Herod. c. 7. magnum sibi fortunam negasse certamen, ἐπεὶ μηκέτι βόσκει λεόντας Ἀκαρνανία. Eidem rei *Io. Brodaeus* diligentem inpendit operam, Miscell. lib. VIII. 13., lectu oppido dignam. Deinceps ὑπολοίπῳ ἠπείρῳ [*lin.* 8.] scribatur, an ἐπιλοίπῳ, ad sententiam nil proderit. quamquam ultimo Scriptor delectatur lib. VI. 3. alibique. WESS.

CAP. CXXVII. 10. ἐκ Κρηστωναίης ῥέων) Inserto articulo scribendum: ὁ ἐκ Κρηστωναίης ῥέων Ἐχείδωρος μοῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος. Frequentius in talibus locutionibus usurpantur οὐκ ἀντέσχε, vel οὐκ ἀπέχρησε: quod

utrumque legitur VII. 196., sed et οὐκ ἀντίχρησε Herodoteum est: vid. cap. 187. VALCK. — Articulum ante ἐκ Κρηστ. ignorant libri omnes: et haud magno incommodo abesse videtur, quum praesertim haud multo ante idem memoratus fuerit fluvius, c. 124, 7. *S.*

CAP. CXXVIII. 1. οὔρεα τὰ Θεσσαλικά) Rediit sollemnis scriptura: semper Θεσσαλίη, Θεσσάλιος, Θεσσαλικός in Musis, *Thucydide* et veterum plerisque; quorum morem Cl. *Wasse* ad *Thucyd.* I. 20. docte exposuit. Eustathiana enim vocis pingendae consuetudo aliunde procedit, nec morabitur quemquam. WESS. — Capitis huius initium *Eustathius* attigit in Iliad. B'. p. 255. VALCK.

8. ἐς Πεῤῥαιβοὺς παρὰ Γόννον) *Aldus* ita et Mssti; etiam c. 131., editi vero c. 173. et 185. Bene μενεπτόλεμοί τε Περαιβοὶ Poëtae Iliad. B'. 749. cogniti sunt; sed et solutae orationis usus, [caninam literam geminantis] atque ipsa gentis traditio apud *Eustath.* [p. 254, 12. ed. Bas.] ex *Stephano*, verum integriore, quam vulgo legitur. Γόννον quoque maluerunt, non Γόνον, quomodo *Arch.* iterumque c. 173., eodem *Eustathio* ad *Iliad.* B'. p. 335, 39. auctore. WESS.

10 *seq.* ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα *etc.*) Semper *Xerxes navem conscendisse* dicitur *Sidoniam*, ὅκως τι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι: sic recte scribit R. pro τοι. VALCK. — ὅκως τι (pro ὅκως τοι) scribi oportere, docti viri *Pavius* et *Reiskius* belle viderunt. WESS.

11. ἀνέδεξε σημήϊον) Haec voculam videntur requirere, qua nectantur cum antecedentibus: ἀνέδεξε δὲ σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι. VALCK. — Nempe, quum ante ἐσβὰς nonnisi nudo inciso distincta oratio esset, videbatur ἐσβὰς ad superius ἐπείτε referri: adeoque deinde requirebatur coniunctiva particula, quam quidem post ἀνέδεξε ignorant libri omnes. Recte *Schaeferus* ante ἐσβὰς paulo maiorem distinctionem, qualem et noster cod. F. agnoscit, posuit: atque ita commode procedit oratio; neque opus fuit δὲ particulâ, quam post ἐσβὰς idem *Schaef.* ex *Arch.* adscivit. Asyndeton amat Scriptor noster, qua magis animetur oratio: et credere fas est, coniunctionem illam in *Arch.* ex scholio (qualia multa ille codex habet) esse adiectam. *S.*

[15 *seq.* εἴρετο εἰ τὸν ποταμὸν *etc.*) Quid spectans *interrogaverit* hoc *Xerxes*, cap. 130. declaratur. *S.*]

CAP. CXXIX. 1 *seqq.* Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ *etc.*) *Strabo* IX. p. 658. A. [p. 430. ed. Cas.] τὸ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο, ὡς λόγος, τὸ πεδίον· - - - ὑπὸ δὲ σεισμῶν ῥήγματος γενομένου, καὶ τὴν Ὄσσαν ἀποσχίζοντος ἀπὸ τοῦ Ὀλύμπου, διεξίησι ταύτῃ πρὸς θάλασσαν ὁ Πηνειός. Concinunt ista Herodoteis, de quibus pauca quaedam excerpsit *Eustath.* in Iliad. B'. p. 255. [pag. 337. ed. Rom.] *Herodoto* quoque ἔργον esse σεισμοῦ videbatur ἡ διάστασις τῶν οὐρέων: et Thessaliam σεισμοὶ dicuntur ἀναπτύξαντες *Philostrato* Icon. II. pag. 835. f. qui picturam nobis exhibet p. 831. Neptuni ῥήξοντος τῇ τριαίνῃ τὰ ὄρη: nam, *quum Thessaliam scopulis inclusa teneret Peneo stagnante palus, et mersa negarent Arva coli, trifida Neptunus cuspide montes Impulit adversos: tum forti saucius ictu Dissiluit gelido vertex Ossaeus Olympo: Claudian.* de Raptu Pr. II. vs. 179. Secundum alios *discessit Olympo Herculea gravis Ossa manu*; et *Diodor. Sic.* IV. c. 18. Egisse hac de re videtur in libro nono Philippicorum *Theopompus.* VALCK.

4. τό, τε Πήλιον οὖρος:) Qui celebratissimum montem Πήλιον dixerit, quaerere abnuo. Nostro Πήλιον lib. IV. 179., *Homero*, *Straboni*, *Virgilio*, *Horatio* aliisque audit. Iustum porro habendum ἀποκληΐει, vice ἀποκλῄει Ionum ore tritissimi. WESS.

9 *seqq.* ὥστε ὦν ποταμῶν *etc.*) Series verborum, qualis *Arch.* et *Ask.*, non displicet; ἐς αὐτὴν iniuriâ *Med.* omittit; si tamen vera omissio, nec conferentis oculi alibi posita praeterviderint. Quo fuerit id cunque modo, ad sententiam requiruntur: illa redit ad superiora, [*lin.* 2.] ὥστε γε συγκεκληιμένην πάντοθεν *etc.* eaque illustrat. Pro *quinque* autem *fluviis* Scholiastes *Apollonii* quatuor annumerat, neglecto *Onochono*, tertium Πανισὸν adpellans. At idem in lib. IV. vs. 132. de amnibus, in alios lapsis nomenque pristinum ponentibus, τὸ δὲ αὐτὸ γίνεται ἐπὶ Ὀνοχώνου, τοῦ κατὰ Θεσσαλίαν, καὶ Παμισοῦ καὶ Σπερχειοῦ· ὅταν γὰρ εἰς ταυτὸ συῤῥεύσωσι πάντες, Σπερχειὸς καλοῦνται: insulse profecto, nisi tu corruptissima atque hinc refingenda decernas. WESS.

11. Ἀπιδανοῦ) *Apidano* forma reddi poterit Nostro consueta Ἠπιδανοῦ. [nempe sic VII. 196, 12.] De istis *quinque* nobilioribus *Thessaliae fluviis* minime protrita notan-

tur in *Critique du Diction.* de *M. La Martiniere* pag. 340 et seqq. VALCK.

25. Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν) Neptuni Ἐννοσιγαίου, Σεισίχθονος, γαίης κινητῆρος cognomina nemo non recordatur. Terrae motus, hiatus, fluminum et fretorum ἐρείγματα Neptuno apud *Diodor.* XV. 49. et *Ammian.* XVII. 8. credula superstitio contribuit: hinc δοκεῖ γάρ μοι τὸ ῥῆξαι τὸν Ἰσθμὸν Ποσειδῶνος δεῖσθαι, in *Philostr.* Vit. Herod. c. 6. Confer Icones *Philostrati* lib. II. 14., ubi pictura Neptuni, montes Thessaliae rumpentis. WESS.

CAP. CXXX. 5. ἀλλ' ἥδε αὕτη) Nisi viae duces exitum digito monstrarint, verius videbitur ἥδε αὐτὴ, nisi *solus hic*, de correctione Cl. *Abresch.* Dilue. Thucyd. pag. 605. Consequens, ex *Homero* propagatum, expressit *Oppian.* Halieut. II. vs. 121. Οὔρεσι τ' ἀμφοτέρωθε περίδρομος ἐστεφάνωτο. WESS.

13. ὑπόβρυχα γενέσθαι) Aldinum ὑπὸ βρυχία aptavit artissime *Portus*, ὑπόβρυχα coniectans, quo nihil ex *Arch.* melius. Poëta *Odyss.* E'. 319. Τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε πολὺν χρόνον, i. e. ὑποβρύχιον. Veniat-ne id vocabuli ex ὑπόβρυξ, an ex ὑπόβρυχος, ab *Eustath.* disputatur p. 1538, 54.; [Od. p. 228, 41. ed. Bas.] mihi prior placet derivatio. WESS.

CAP. CXXXI. 5. οἱ μὲν, κεινοί) Herodotea sunt ἰδόντες τὸν χῶρον κεινὸν, *vacuum*, lib. IX. 56., et χώματα χῶσαι κενὰ, *tumulos inanes*, mssti ibid. c. 85. [et alibi passim.] *Hesychius*: Κεινὸν, κενόν. Dictioni respondet quodammodo Beatae Virginis, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς, Euang. *Lucae* 1. 53. WESS.

CAP. CXXXII. 2. Ἐνιῆνες hic et c. 185. in Αἰνιῆνες aut Αἰνιᾶνες, quomodo saepe aliis et Codd. quibusdam, converti necesse non est. Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, *Homerus* Iliad. B'. 749. WESS.

2 *et seqq.* Ἐνιῆνες, Περαιβοί) Huius utriusque populi sic mihi nomina scripsisse videtur Noster ad imitationem *Homeri*, cuius est in Ἰλ. β'. 749. τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί. Codicum in talibus aut nulla aut certe perexigua est auctoritas. Ἐνιῆνες non veniet, opinor, in controversiam, quod in *Herodoto* legitimum agnoverunt *Ios. Wasse* in *Thucyd.* p. 349. et *Io. Davis.* ad *Max. Tyr.* p. 644. [De Περαιβοῖς vel Πεῤῥαιβοῖς vide ad c. 128, 8. nota-

ta.] Qui iuxta *Herodotum* petenti Xerxi terram et aquam dederunt novem Graeciae populi, iidem enumerantur *Diodoro Siculo* XI. cap. 3.; nam ibi, pro Ἀχαιοί τε καὶ Φθιῶται, scribi facile posset, Ἀχαιοὶ οἱ καὶ Φθιῶται, vel Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται, ut vocantur aliis et hic *Herodoto*; nisi considerarentur alibi tanquam diversi: vid. Clar. *Wess.* loc. cit. et T. II. p. 65. Hae novem de duodecim fuere gentibus, quae Amphictyonum concilii fuerant ab antiquis temporibus participes: ex Ionico Dorieoque genere praecipui stabant pro libertate Athenienses et Lacedaemonii. Inter XII. gentes, olim τῆς Ἀμφικτυονίας consortes, ex *Theopompo* memorantur *Harpocrationi* tanquam diversi Ἀχαιοὶ, Φθιῶται: nisi et illic scribendum Ἀχαιοὶ οἱ Φθιῶται, [aut nude Ἀχαιοὶ Φθιῶται,] ut unius illinc gentis nomen exciderit; at excidit nomen ex *Aeschine* de Falsa Leg. p. 43, 22. ubi inter nomina Ἴωνας et Περραιβοὺς libenter ponerem Αἰνιᾶνας: pro Μαλιεῖς [apud eumdem *Aeschinem*] scribendum Μηλιεῖς: Μαλιέας dixit in harum quoque gentium recensione *Pausan.* X. p. 815. et *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 354, 54. hi plerisque sunt Μηλιεῖς [et Μηλιέες *Nostro*.] VALCK.

6. πόλεμον ἀειράμενοι) *Portus: ἀειράμενοι praesens est, loco aoristi pr. medii ἀειράμενοι*: quod ipsum accipere, viam munientibus membranis, cur pigremur? Ipse cap. 156. dabit Scriptor ἀειραμένους τι πόλεμον αὐτῷ. WESS.

6 seqq. τὸ δὲ ὅρκιον ὧδε εἶχε) *Iurisiurandi formula*, quo se Graeci in Persarum fautores et studiosos obligarunt, in *Diodori* XI. 3. leviter discrepat, ut ibi monitum. WESS.

9. τούτους δεκατεῦσαι τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ) Secundum *Lycurgum* p. 158. et *Diodor. Sicul.* XI. c. 29., in eam sententiam iurarunt qui libertatem contra Persas tuebantur Graeci, antequam proelium inirent ad Plataeas; hoc autem temporis articulo eidem *Diodoro* lib. XI. c. 3. decrevisse narrantur, τοὺς μὲν ἐθελοντὶ τῶν Ἑλλήνων ἑλομένους τὰ Περσῶν δεκατεῦσαι τοῖς θεοῖς, ἐπὰν τῷ πολέμῳ κρατήσωσι. [conf. *Polyb.* IX. 39.] Hic decretum illud iureiurando traduntur adfirmasse: alterum iusiurandum, quod iurasse perhibentur ad Plataeas, *Theopompo* suspectum, illud non commemorat *Herodotus*. Huc pertinent incerti scriptoris verba apud *Suidam* in Δεκατεύειν, ubi scribendum, ἐφ' οὓς, pro ἐφ' οἷς. [At, quemadmodum h. l. apud Nostrum ἐπὶ

τουτέοι; sic et ibi apud *Suidam* ferendum ἐφ' οἷς videtur.] Quandoquidem hic *Herodoto* et *Diodoro* recensiti Graeciae populi, praeter Thebanos, plerique omnes coacti partes Persarum sunt sequuti, hoc iurando ceteri praesertim spectasse videntur Thebanos, ἑκόντι Μηδίσαντας. *Xenophon* Ἑλλ. VI. [c. 3.] p. 347, 12., οἱ μὲν Ἀθηναῖοι οὕτως ηὔχοντο τὴν γνώμην, ὡς νῦν Θηβαίους, τὸ λεγόμενον, δεκατευθῆναι δέοι: quae eadem paene leguntur p. 356, 14. [cap. 5. eiusdem libri,] νῦν ἐλπίς, τὸ πάλαι λεγόμενον, δεκατευθῆναι Θηβαίους. Atque id ipsum alteram illam formulam magis etiam reddit suspectam, quod in illa iurasse perhibentur apud *Lycurg.* pag. 158, 5. τὰς τὰ τοῦ βαρβάρου προελομένας (πόλεις) ἁπάσας δεκατεύσειν: quo spectat et *Aristid.* T. II. p. 82., et huius *Schol.* in *Cod.* Msto Clar. *Burm.* p. 131. et p. 299. ubi ἔδοξεν, inquit, τὰς πόλεις τὰς μηδισαύσας (imo μηδισάσας) δεκατεῦσαι· ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι ἐπέσχον ὕστερον καὶ Θεμιστοκλῆς. priori loco Scholiastes Δεκατεῦσαι interpretatur τὸ δέκατον μέρος ἀνελεῖν. *Budaeum* sic miror in *Herodoto* verbum accepisse pro *decimum quemque interficere.* Romanis, ut notum est, *decimari legiones* dicebantur, resque Romanas tradentibus Graecis δεκατευθῆναι [sic *Dioni Cassio*, locis in *Reimari* Indice citatis:] sed ab huius temporis Graecorum humanitate crudelitas ista prorsus abhorret. Recte τὰς πόλεις δεκατεῦσαι apud *Lycurg.* *H. Steph.* interpretatur Thes. Ling. Gr. I. p. 937. τὰς τῶν πολιτῶν οὐσίας: et hic, *ad solvendam Deo Delphico decimam adigere.* VALCK. — In huius loci *Herodotei* mentionem incidens *Creuzerus* noster, Vir clarissimus, in Historicorum Graecorum antiquiss. Fragmentis pag. 178. monuit, collatis *Xanthi Lydii* verbis apud *Strabon.* lib. XII. p. 572. A. B. ed. Cas. cum alio *Strabonis* loco lib. VI. pag. 257. B. videri posse verbum δεκατεῦσαι in isto Graecorum decreto ita accipiendum, ut *ipsa hominum corpora Delphico deo fuerint destinata*; puta, qui servituti fuissent addicendi ad opus faciendum in agris deo sacris; aut (quod in meam venerat cogitationem) deo in eam conditionem tradendi, ut ille, quid his fieri vellet, ediceret. Neque tamen omnino urget hanc interpretationem Vir eruditissimus; neque ego eam utique premendam censeo. *S.*

CAP. CXXXIII. 4 seq. οἱ μὲν αὐτέων ἐς τὸ βάραθρον) Quod vix definiri posse videtur scriptori des *Essais de Crit.*

p. 65., quodque fecisse suspicatur Spartanos, id Atheniensibus attribuendum vel ex *Herod.* liquet, et *Suida* in Δᾶτις καὶ Ἀρτ. Conf. *Brisson.* Regn. Pers. III. p. 413. Apud *Herod.*, qui dixerat Ἀθήνας καὶ Σπάρτην, οἱ μὲν αὐτέων sunt *Athenienses*, οἱ δὲ, *Spartani*: sic l. c. 56. et alibi: sed et in his saepe fuit peccatum. [Nec vero constanter, uti hoc quidem in loco, formula οἱ μὲν ad eos qui priores nominati sunt, et οἱ δὲ ad posteriores refertur: sed haud raro etiam optimi Scriptores vice versa utuntur.] Atheniensium erat τὸ Βάραθρον: de quo *I. Meurs.* Att. Lect. l. c. 25. In *barathrum* morti damnatos saepe praecipitabant: εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλεῖν dixerunt *Alexis Athen.* VII. p. 303. A. *Plato* Gorg. p. 516. E. *Aristoph.* Eq. vs. 1359. ubi *Schol.* B. τόπος - - - βαθὺς ὅπου καὶ τοὺς Δαρείου πρέσβεις ἔβαλον: quos Herodoto dicuntur ἐς τὸ βαρ. ἐσβαλόντες. conf. *Thucyd.* II. 67. VALCK.

9. οὐκ ἔχω εἰπαι) In communi Atheniensium *Pausanias* adsentitur, *privatim* vero poenas Miltiaden luisse, ἐν Ἀθήναις δὲ ἰδίᾳ τε καὶ ἐς ἑνὸς οἶκον ἀνδρὸς κατασκῆψαι Μιλτιάδου, quoniam is civibus auctor fuerat, ut legati violarentur atque in barathrum devolverentur, lib. III. c. 12. WESS.

CAP. CXXXIV. 4. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι, Ταλθυβιάδαι) De *Talthybiadis* bene a *Gronovio* dicta non retracto; quamquam γέρας δίδονται [*lin.* 6.] ex scriptis malim. WESS. — Monuerat *Gronov.* non necessario requiri post ἀπόγονοι nomen Ταλθυβίου: quod illi quidem ultra concedimus, sed huiusmodi repetitionem nominum praesertim propriorum amare Scriptorem nostrum frequenter observavimus. *S.*

[5 *seq.* τοῖσι αἱ κηρυκηΐαι *etc.*) Conf. lib. VI. c. 60. *S.*]

7. καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο) Interpretatione molliendum iudicabat Clar. *Abresch.* Diluc. *Thucyd.* p. 633. Ego corrigendum suspicor οὐκ ἐγίνετο. Hoc in ista saepe recurrente formula frequentatur; οὐκ ἐδύνατο, pro οὐ δυνατὸν ἦν, nusquam, opinor, vir literatissimus legerat! semel tamen occurrit οὐ δύναται, sed valde diversa structura positum, apud *Herod.* IX. c. 44., Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ δύναται καταθύμια γενέσθαι: id est οὐκ ἐθέλει γενέσθαι, ut loquitur *Xenoph.* in fine lib. VI. Ἀναβ. ἱερὰ μὲν οὐκ ἤθελε γενέσθαι τὰ ἱερά: ubi paulo ante, θυομένῳ αὐτῷ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὐκ ἐγίγνετο τὰ ἱερὰ, ut pag. 224, 35. et Ἑλλ. III. p. 283, 19. Quando *hostiis caesis laeta* erant *exta*,

θύεσθαι καὶ καλλιερεῖν, θυομένοις καλὰ τὰ ἱερὰ γενέσθαι dicuntur, et simpliciter etiam τὰ ἱερὰ γενέσθαι, quod apud eumdem p. 234, 39. in Msto Cod. reddebatur τὰ ἱερὰ καλὰ εἶναι: apud *Demosth.* p. 775., γέγονε καλὰ - - τὰ ἱερά: et ἐκαλλιεροῦμεν. vid. Clar. *Io. Taylor* in *Lys.* p. 32, 33. quique plurima collegit *Des. Heraldus* Advers. I. c. 5., *Dukero* citatus ad *Thucyd.* V. 54., ubi Lacedaemoniis τὰ διαβατήρια θυομένοις οὐ προὐχώρει: cap. 55. et 116. οὐκ ἐγίνετο. Hoc *Herodoto* diceretur καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐγίνετο, *litare non poterant*, sive *consulentibus Deos laeta non erant exta; extis enim inspectis Deorum mentem scrutari*, sive τὸ μαντεύεσθαι διὰ σπλάγχνων, secundum *Ammonium* Θύεσθαι dicebant. VALCK. — Huc spectant quae commodissime a *Schaefero*, Viro tam diligente, quam doctissimo, ad *Bosii* Ellips. Graec. p. 213. adnotata sunt. „Istud καλλιερῆσαι θυομένοις οὐκ ἐδύνατο non tentasset (inquit) Vir summus (*Valckenarius*,) si meminisset, καλλιερεῖν sic absolute dictum in ipso *Herodoto* se passim legisse. καλλιερεῖ θυομένῳ, *sacrificanti laeta fiunt exta*. Subaudias tu τὰ ἱρά. Plene *Herodotus* IX. 19. καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν, *litato*: ubi pulcre *Wesselingius*, exempla locutionis ellipticae excitans." — Nempe καλλιερῆσαι θυομένοισι οὐκ ἐδύνατο idem valet ac καλὰ γίνεσθαι τὰ ἱρὰ θυομένοις οὐκ ἐδύνατο. conf. IX. 36, 3. Eadem notione etiam passivum verbum usurpatur, IX. 19, 8. ὥς σφι ἐκαλλιέρετο, i. e. ὡς καλά σφι τὰ ἱρὰ ἐγίνετο. *S.*

12. Σπερθίης τε - - καὶ Βοῦλις) Magna utriusque in nomine discordia. *Suidae* in Βοῦλις dicitur legationis princeps Σπέρχις, et alibi illo in vocabulo, *Plutarcho*que Praec. Reipubl. Gerend. p. 815. E. Idem cod. *Eton.* edit cap. 137., indice *Galeo*, et *Valla*, uti videtur. At in *Plut.* Apophth. Lacon. p. 235. F. Βοῦρις καὶ Σπέρτις: *Stob.* Serm. VII. p. 93. Βοῦλης καὶ Σπέρχης. Quae ad Herodotea facili auxilio revocari possunt et debent. WESS. — Quod offertur ex *Eton.* codice, correctoris esse videtur, Σπέρχις: Nostro dicitur eorum alter aliquoties Σπερθίης. Σπέρχις et Βοῦλις vocantur isti Spartiatae *Luciano* in *Demosth.* Encom. p. 513., *Plutarcho* T. II. pag. 815. E. et bis apud *Suidam*; atque ad istam normam nomina redintegranda sunt apud eumdem *Plutarch.* T. II. p. 235. F. ubi Xerxi, virtutem Spartanorum miranti, eadem fere respondisse narrantur, quae nobis

ex Sereni scriptis *Stobaeus* exhibet, historiam eamdem aliter enarrans p. 93. ex ignobili quodam *Theseo*. Haec pleraque ad manum fuere *P. Leopardo*: vid. Em. XIV. 18. VALCK. — In eumdem *Sperchin* (sive Herodoti *Sperchium*) *lugubre carmen* a Spartanis cantari solitum intelligebat *Toupius*, memoratum *Theocrito* Idyll. XV. 98. (vide *Wartoni Theocr.* T. II. p. 338.) Cui sententiae non ego quidem cum *Valckenario* (Adnot. in *Adoniaz.* p. 389.) illud opponam, quod de Sperthia eiusque collega, (ut qui salvi rediissent) *non nisi laeta* dici potuerint. Confici enim id carmen eo tempore potuerat, quo legati isti Spartani, ad certissimum (uti videbatur) supplicium subeundum, cui se ipsi destinaverant, domo proficiscerentur. *S.*

CAP. CXXXV. 4. ὁ δὲ Ὑδάρνης) Prave in *Plutarch.* T. II. pag. 236. Ἰνδάρνης. *Hydarnes* cognomen Persicum est, atque in Musis crebrum. Mox a Msstis oblatum ἱστία [lin. 6.] blanditur. Ionicae sunt speciei, et *Herodoti*, ἱστίη, ἱστιητόριον, et quidni ἱστιᾷν; tamen οἴκατε πανδαμεὶ πόλιν εἰστιῆσθαι lib. V. 20. Porro εἴρετο λέγων τάδε *Arch.* et aliorum, non abit a probato ἔφη λέγων; ἔφησε λέγων, lib. I. 125. VI. 37. etc. WESS.

τί δεδέξωσθε· γάρ πρὸς αὐτοῦ). In hoc acquiesco, Codicum conspiratione bene munito. *Gronovius* enim libro Florentino nimium fidit. Geminum lib. IX. 47. ἐπεί τι δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι, *siquidem praestantissimi esse existimamini.* Hydarnes autem ex Demareti, Spartanorum regis, apud Persam gratiosi, et reliquis familiaris, colloquiis atque exemplo de Lacedaemoniis talia. WESS. — *Gronovius*, licet in codice *Med.* δεδέξωσθε reperisset, tamen e superioribus editis δεδόξωσθε in contextu tenuerat, in Notis vero ex interlineari eiusdem codicis notula δεδέξωσθε unice probavit, interpretatus *futurum erit ut videamini. S.*

Ibid. δεδέξωσθε γάρ) Hic posuissem sinceram et veterem libri *Flor.* scriptionem, δεδόξωσθε γὰρ πρὸς αὐτοῦ ἄνδρες εἶναι ἀγαθοὶ, *ipsius enim iudicio viri esse videmini virtute praestantes.* Quorumdam verborum sic usurpari praeterita monuit iam *H. Steph.* App. de Dial. Att. p. 140 seq. Hoc ipsum eodem modo posuit *Herod.* IX. c. 47., ἐπεί τι δεδόξωσθε εἶναι ἄριστοι. VALCK. — Ab eodem themate δοκέω vel δεκέω, pro communi δοκεῖν vel δοκάζειν, est ἐδεξόατο, VIII. 124, 3. *S.*

CAP. CXXXVI. 5. οὐκ ἔφασαν, ὠθεόμενοι) Quando voculas saepe copulat negantes, neque hic spernerem interiectam, οὐκ ἔφασαν οὐδ' ὠθεόμενοι ὑπ' αὐτέων ἐπὶ κεφαλὴν ποιήσειν ταῦτα οὐδαμά. Sed et vulgata sic accipi possunt, ut cepit *H. Steph.* pro ἔφασαν οὐδ' ὠθεόμενοι - - - ποιήσειν. Ὠθεῖν ἐπὶ κεφαλὴν, *praecipitem in caput dare*, *Ti. Hemst.* attigit in *Lucian.* p. 213., cui illud ἐπὶ κεφαλὴν valde frequentatur; rarius adhibetur ἐπὶ τράχηλον ὠθεῖν, et ἐπὶ στόμα: quorum illud T. I. p. 437. hoc, μὴ καὶ ἐπὶ στόμα ὦσῃ με, forte reponendum T. II. p. 490, 35. pro vulgatis μὴ καὶ ἐπιστομίσῃ με, idem significans ac ἐπὶ κεφαλὴν. Homerea certe, ἐξεκυλίσθη Πρηνὴς - - ἐπὶ στόμα, vertit *Virgilius*, *pronus volvitur in caput*: alibi *Homero* dicitur Κύμβαχος, unde Ἀνακυμβαχιάζον olim lectum in *Hom.* Ἰλ. π'. 379. *Hesychius* explicat ἀνατρέποντο ἐπὶ κεφαλήν. ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ est et *Platonis* de Rep. VIII. p. 553. B. *Livius* XXVII. 32, *equus quum prolapsum per caput regem effudisset*. Similiter forte scripserat XXII. 3., *consulem lapsum per caput effudit*: proclivis fuit error syllaba repetita *lapsu super caput* scribentis. VALCK.

l. 8. ἀπεμαχέσαντο τούτῳ) τοῦτο *Vind.*, suspicionibus Cl. *Pavii* et *Reiskii* extusum, minime inprobum. [immo unice probum.] *Appian.* Bell. Hispan. p. 523. [c. 89.] καὶ οἱ μὲν αὐτοὺς ἀπεμάχοντο. [iterum ib. c. 90.] et Mithridat. p. 375. [cap. 78.] ἀπομαχομένων αὐτοὺς τῶν Ἀμισηνῶν. Quo plura de genere Cl. *Davisius* ad *Maximi Tyrii* Dissert. I. pag. 499. Nec desero tamen vulgatum, siquidem eius structura haud insolens: talis sane *Polyaeni* lib. VII. 6, 13. ἡ δὲ στρατιὰ τοῦ Κροίσου ἀπομαχομένη ταῖς τοῦ Κύρου προσβολαῖς: talis *Herodiani* VIII. 2. τοῖς προσιοῦσιν ἀπεμάχοντο. In προσκυνήσει, mortalibus neganda, paria Spartanis Callisthenes fecit apud *Arrian.* Ἀναβ. IV. 11. et Conon in *Cornel. Nepot.* c. 3. WESS. — Τοῦτο scribi malim; quo verbum usurpari structura docuerunt *Davis.* et *Markland.* ad *Max. Tyr.* I. 3. VALCK. — Probatissimi quique scriptores graeci, et in his diligens *Herodotei* styli aemulator *Appianus*, (nisi absolute posito utuntur verbo ἀπομάχεσθαι, quomodo etiam apud Nostrum I. 9, 2. ponitur,) aut cum nudo accusativo casu illud construunt; aut cum πρὸς praepositione. Apud *Polyaenum* l. c. *Marklandus* ad *Maxim. Tyr.* e msstis puto codd. τὰς - - προσβολὰς, pro vulgato ταῖς προσβολαῖς ci-

tat. *Herodianus* norma, puto, non fuerit, ad quam *Herodoteum* exigemus sermonem. Simplex utique verbum μάχεσθαι cum dativo construi casu satis notum est omnibus. Vulgatum olim τεύτῳ ita defendere conatus est *Reiskius*, ut intelligeret τούτῳ τῷ λόγῳ, *qua eum se defendissent oratione.* Sic et *Lareher. S.*

[8. δεύτερά σφι λέγουσι τάδε) Videri poterat λέγουσι esse tertia persona pluralis, nisi pronomen σφι adesset, indicans dativum illud esse participii a verbo ἔφη pendentem, quod *lin.* 13. consequitur; ubi, quoniam interiectis legatorum verbis interrupta est oratio, idem dativus λέγουσι, adiecta pro more Nostri δὲ particula, repetitur, prorsus sicuti cap. 141. lin. 11. col. lin. 7. Itaque, quo clarius adpareret orationis connexio, non debuerat hoc loco *lin.* 11. post τίσοντας maioris distinctionis signum poni, nec ibidem Λέγουσι a maiuscula Λ litera incipi: sed in hunc modum ista rescripta velim, ποινὴν ἐκείνων τίσοντας·" λέγουσι δὲ αὐτοῖσι etc. *S.*]

13 *seq.* κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ etc.) *Legatorum ius*, divino humanoque vallatum praesidio, Xerxes inter τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα recte ponit, admirabili *H. Grotii* sollertia uberius firmatum lib. II. Iur. B. et Pac. cap. 18, 1. Persae autem generosum et vere regium facinus merito *Libanius* miratur, Panegyr. in Iulian. p. 246. D., ubi haec, κήρυκες ἠδίκηντο παρ' ὅλης πόλεως, εὐκαταφρόνητοι τῷ Μήδῳ. καὶ ἅμα τὴν ἀνδρίαν τῶν αὐτοὺς διδόντων ᾐσχύνθη, ex scholio inserta, lenem orationis progressum conturbarunt, *Morellum*que in praecipitia egerunt. WESS. — Non immerito Xerxi videbantur Lacedaemonii *ius gentium violasse*, συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, dum legatos suos contrucidassent: iuxta *Antiphontem* pag. 125, 26. ἔστις -- ἀνόμως τινὰ ἀποκτείνει, ἀσεβεῖ μὲν περὶ τοὺς θεούς, συγχεῖ δὲ τὰ νόμιμα τῶν ἀνθρώπων. Qui cadavera matris nolebant operimento tegi, Ἀνδρας βιαίους dixit *Eurip.* Suppl. vs. 311., Νόμιμά τε πάσης συγχέοντας Ἑλλάδος. VALCK.

CAP. CXXXVII. 8 *seq.* πρὶν ἢ ἐξῆλθε) Inprudens *H. Stephani* πρὶν ἢ ἐξῆλθον, *priusquam discessissent*, [quod ille in marg. ed. sec. proposuerat,] ferri nequit. *Gronovius* optime. Sic lib. VI. 108. Ἱππίης μὲν δὴ ταύτῃ τὴν ὄψιν συνεβάλετο ἐξεληλυθέναι, *visum illud suam finem accepisse.* [Conf.

ad VI. 80, 8. notata.] Pravum quoque Codicum, cum prava distinctione, ἐφέρετο. En ex lib. V. 58. ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε. Atque haec quidem plana et certa. In caussae explicatione et nexu plus difficultatis, cui Cl. *de Pauw* promta opera ita medebatur: τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε, τόδε συμπεσεῖν ἐς παῖδας τῶν ἀνδρῶν: *iustissima de caussa factum est, ut ea incideret in filios eorum, qui* etc. Quae lenia sanequam et speciosa sunt. Sed tum τὸ δίκαιον οὕτω ἔφερε sequentibus unice aptum erit, quod procedere posse ambigo. Ut paucis absolvam, productior verborum series suspensam fecit orationem: si τὸ δὲ συμπεσεῖν ἐς τοὺς παῖδας τῶν ἀνδρῶν τουτέων, Νικόλαν καὶ Ἀνήριστον, τοῦτό μοι θειότατον ἐφαίνετο, si ita fuisset, haesitandi cessasset occasio. Nunc, pluribus interpositis, addi necessum [certe mori Scriptoris nostri consentaneum] fuit, δῆλον ὦν μοι ὅτι *etc.* WESS.

12. ὃς εἷλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος) Revocatum provocabulum [ὃς, pro quo olim ὡς editum erat,] laudatur merito. Cetera referebam Diss. Herodoteae c. XI. p. 195. ad *Halienses*, oram Peloponnesi maritimam prope Hermionem habitantes, τοὺς ὀνομαζομένους Ἁλιεῖς in *Diodori* XI. 78. et *Thucyd.* I. 105. cum adnotatione Cl. *Wasse*. Et hos quidem τοὺς ἐκ Τίρυνθος, quoniam eius oppidi fuerunt coloni; auctoritate *Ephori* apud *Stephanum* in Ἁλιεῖς et Τίρυνς. Ad eosdem recta ducet *Arch.* Ἁλίκας, modo Ἁλικοὺς formes. Incoluerunt enim Ἁλίκην, desertam *Pausaniae* aevo lib. III. 36. dictique etiam Ἁλικοί, teste eodem *Stephanoque*. Ob ista vertebam, *qui Halienses ex Tyrinthe - - - cepit.* Consideravi deinceps, *Halienses* in ditione et solo fuisse Spartano, neque adeo *Aneristum* socios atque amicos voluisse intercipere; *Thucydidem* praeterea lib. II. 67. τοὺς ἐμπόρους τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων, qui Peloponnesi oram navibus onerariis, ὁλκάσι, legebant, captos interemtosque ab Aneristo et consociatis, perhibere: inde haesitatio mihi. Habe ergo coniecturam, deinceps mihi cognitam, Cl. *Corn. de Pauw*, qua ὃς εἷλε - - - ὁλκάδι καταπλώσαντας πληρεῖ Ἀνδρίων, *qui piscatores Tirynthios cepit, navi oneraria Andriis plena vectos.* Andrios fuisse bello Peloponnesiaco, quod verissimum, Atheniensium socios, ξυμμάχους: eos autem a *Thucydide* Spartanorum atque Aneristi insidiis captos et contrucidatos tradi. Accedit, quod

ille neglexit, *Vallam* habuisse καταπλώσαντας, *navigantes*. Haec hactenus. Maiorem distinctionem post vocem ἀνδρῶν ex praescriptis non inmerito fixisse mihi videor. WESS. — Quos *piscatores* fuisse *Herodotus* scribit, eosdem fortasse *mercatores* fuisse contenderunt Athenienses. Forsan etiam primum quidem piscatores nonnullos, deinde vero etiam mercatores (ut quidem Athenienses praedicabant) interceptos homo ille occidit. *S.*

12 *seqq.* ὃς εἷλε ἁλιέας τοὺς ἐκ Τιρ. *etc.*) Obscuram historiae particulam suo more *Pet. Wesseling.* illuminavit in Diss. *Herod.* p. 195. Ex *Arch.* Ἁλίεας praebet *Galeus*. *Halienses* isti, Ἁλιεῖς, dicebantur et Ἁλικοί: oppidum ipsum etiam Ἁλίκη secundum *Pausan.* II. p. 196. citatum *Ioh. Wasseo* ad *Thuc.* p. 67. Sed de *Haliensibus* interceptis ab *Aneristo* nihil aliunde constat. *Thucydidi* praeterea lib. II. c. 67. narrantur Athenienses, interfectis Lacedaemoniorum legatis, Aneristo, Nicolao, Stratodemo (sic nomen scribendum videtur, Στρατόδημος, non Πρατ.) vindictam sumsisse de iniuria, quam, gentium violato iure, priores intulerant Lacedaemonii, τοὺς ἐμπόρους, οὓς ἔλαβον, Ἀθηναίων καὶ τῶν ξυμμάχων ἐν ὁλκάσι περὶ Πελοπόννησον πλέοντας ἀποκτείναντες. Sed, huc si spectat *Herodotus*, quomodo quaeso mors legatorum *divina* potius quam *humana* videri poterat *vindicta*? *Negaverat*-ne forsan, quod Nostris ex Editis *posuisse* videtur? Parentum quidem et maiorum delicta puniri credebantur in posteris; sed isthac in parte nihil fecerant illaudabile Sperthies et Bulis, cur filiorum mors homini superstitioso (nam talis fuit *Herodotus*:) videretur θεῖον πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος. Praeter ceteros legatos, Corinthius etiam Aristeas idem fatum Athenis subierat. Tandem mirarer equidem cur sic ista [*lin.* 6 *seq.*] scriberet Noster: τοῦτό μοι ἐν τοῖσι θειότατον φαίνεται γενέσθαι. Ἐν τοῖσι; *quibus* tandem? Fac scriptum antiquitus: τοῦτο μέντοι θεῖόν γε οὐ φαίνεται γενέσθαι: et paulo post, [*lin.* 13 *seq.*] δῆλον ὦν μοι ὅτι θεῖον οὐκ ἐγένετο τὸ πρῆγμα ἐκ τῆς μήνιος: sic si scriberentur alicubi, forent intellectu facillima. VALCK. — Mirum vero doctissimi Viri inventum: quod semel atque iterum disertissime *adfirmat* Herodotus, id eum praecise *negantem* fingere; et id quidem nulla prorsus cum specie veri. Quo magis *Larcherum* etiam mireris,

inane commentum cupide amplectentem. Idem *Larcherus* illud etiam premit a *Valckenario* constanti librorum scripturae oppositum, quaerente „ἐν τοῖσι; *quibus* tandem?" Pulcre tamen noverat uterque Vir doctissimus, ἐν τοῖσι θειότατον valere ἐν τοῖσι θειότατον (i. e. θειοτάτως) γενομένοισι. Sed nimirum ita praecellentissimam etiam mentis aciem praestringere valet praeiudicato opinio animo insidens. *Herodoti* sententia, quam rectissime *Schulzius* perspexit, haec est: Talthybii ira ob violatos praecones merito incumbere in Spartanos, donec effectum sortita esset, debuit. Itaque, quum duo legati, qui illius criminis culpam luendam in se susceperant, salvi sospitesque domum redierint, hoc mihi, inquit, maxime divinitus accidisse videtur, quod tamen filii eorumdem, longo quidem post tempore, sub capite poenas illius criminis Talthybio dederint. *S.*

16. προδοθέντες δὲ ὑπὸ Σιτάλκεω) *Proditos in Thracia legatos scribit* Herodotus *a Sitalce, Teris filio et ab Abderitano Nymphodoro.* Secundum *Thucyd.* II. 29. initio belli Peloponnesiaci conciliaverant Athenienses sibi Nymphodorum τὸν Πύθεω, ἄνδρα Ἀβδηρίτην (οὗ εἶχε τὴν ἀδελφὴν Σιτάλκης) δυνάμενον παρ' αὐτῷ μέγα: operà Nymphodori filius Sitalcis Atheniensis factus iuxta *Thucyd.* II. c. 67. legatos prodidit Atheniensibus. VALCK.

21. πολλοῖσι ἔτεσι ὕστερον ἐγένετο) Anno Olymp. LXXXVII. tertio: itaque annis post Xerxis in Graecos expeditionem quinquaginta duobus. Temporis ratio ex *Thucydide*, miserabilem eorum hominum casum lib. II. 67. describente, extra dubium. WESS.

CAP. CXXXIX. 1. Ἐνθαῦτα ἀναγκαίῃ ἐξέργομαι) Qui imitari voluit *Plutarchus*, dictum non expressit bene, ἐνταῦθα κατὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐξείργομαι γνώμην εἰπεῖν. Tom. II. p. 1098. A. Tu vide superius c. 96. [Mox *lin.* 4.] Εἰ Ἀθηναῖοι *etc.* addicentibus schedis prudens *Gronovii* sollertia iustissime integravit. WESS.

10. πολλοὶ τειχέων κιθῶνες) Elegans figura; qua nescio quis apud *Eustath. Iliad.* p. 379, 20. [p. 287, 16. ed. Bas.] *moenia*, τὸ τεῖχος, ἱμάτιον πόλεως, *vestem* dixit *urbis.* Fortasse Nostri animo obversabatur *Homeri*, ἦ τέ κεν ἤδη λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεκα, quo lapidibus indui, sive operiri potius, dignum significavit, Iliad. Γ. vs. 57. Mox *Med.* ἐπ'

ἀνάγκης [*lin.* 12. pro ἀναγκαίης,] Ionicam speciem pessumdat. WESS.

10. τειχέων κιθῶνες) Hinc, opinor. ἔλαβεν ἀφορμὴν ἀστείου λόγου καὶ ὁ εἰπὼν τὸ τεῖχος Ἱμάτιον πόλεως, potius quam ex Homerico, Λάϊνον ἕσσο χιτῶνα, quo cum rectius contulisset Xenophonteum Ἐπιέσασθαι γῆν *Eustathius* in Ἰλ. γ'. p. 287, 16. Dixerat autem *Demades* τὸ τεῖχος Ἐσθῆτα τῆς πόλεως, *Athenaeo* teste III. p. 99. D. Dudum ante *Gronov.* in proximis [*lin.* 11.] scribi potuerat προδοθέντες ἂν Λακεδαιμονίοι, ex *Valla*, *Arch.* et *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 864. A. cui haec, vere in laudem Atheniensium ab historico scripta, non adeo dixisse videtur Herod. εἰς τὸν Ἀθηναίων ἔπαινον, ἀλλ' Ἀθηναίους ἐπαινῶν ἵνα κακῶς εἴπῃ τοὺς ἄλλους ἅπαντας. Ista si ratio valet, nullus est historicus, quin accusari possit malevolentiae. In his rectius quam vulgatur legisse videtur *Plutarch.* ἀποδεξάμενοι ἔργα μεγάλα ἀπέθανον γενναίως. VALCK. — Vide *Var. Lect.* lin. 15. *S.*

22. σωτῆρας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος) Praeclara Atheniensium laus, ex praemissis leniter defluens, sed invidiosa, *Plutarcho*que ingrata. *Lesbonax* Protrept. p. 174., expositis Atheniensium ad Artemisium, Salaminem, Plataeas egregiis facinoribus, ὥστε εἰς τόδε ἡμέρας σωτῆρας τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζεσθαι, subdit, haec aut spectans, aut popularium iactantiae velificatus. WESS.

23. οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τἀληθέος.) Omnino corrigendum puto τἀληθέος. Ut ψευσθῆναι τἀληθοῦς, sic dicitur ἁμαρτάνειν τἀληθοῦς. *Lucian.* de Hist. scrib. §. 9. ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι: atque istum casum constans poscit usus verbi etiam apud *Herod.* IX. c. 32. ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου: c. 78. γνώμης ἡμάρτηκας χρηστῆς. *Antipho* p. 138, 17. ἥμαρτε (vulgatur ἥμαρται) τῆς ὑμετέρας γνώμης: eiusdem est p. 134, 40. ἂν ψευσθῆτε τἀληθοῦς. Incertus scriptor apud *Suidam* in Ἔρις: πᾶσιν, εἰς ἐπίθετο τούτων ἡμάρτανεν οὐδείς. VALCK. — *Reiskius* οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τοῦ ἀληθοῦς scite fingebat. At quid si λέγων repetendum Scriptor desideraverit? WESS. — Potuerat etiam κατὰ τὸ ἀληθὲς intelligere. Quidquid sit, in consensione librorum nihil tale debuit ab Editore mutari. *S.*

25. τοῦτο τὸ Ἑλληνικὸν) Scribi malim οὕτω τὸ Ἑλληνικὸν πᾶν τὸ λοιπὸν, ὅσον μὴ ἐμήδισε, αὐτοὶ οὗτοι ἦσαν οἱ ἐπεγείραντ-

τις, καὶ βασιλῆα μετά γε θεοὺς ἀνωσάμενοι. Postremum [*lin.* 27.] tuetur Clar. *Io. Taylor* ad *Lysiae* Or. II. p. 41. Sed istam laudationem Funebrem *Lysiae* esse iudico, ut *Demosthenis*, quae huius nomen praefert: utraque deflectit ab ista simplicitate nativa, et sophistae debetur. VALCK. — At in eiusmodi panegyrica quid aliud magnopere vel a consummatissimo exspectes oratore, nisi sophisticam aliquam orationem ad ostentationem comparatam? Quod οὕτω pro τοῦτο maluit Vir doctus, et ego hoc malim. Sed vide ne idem τοῦτο valeat, scil. κατὰ τοῦτο intelligendum. *S.*

27. ἀνωσάμενοι) *H. Stephani* ἀπωσάμενοι [in Recens. Vocum Herodotearum ab illo propositum] scripti Codices respuunt, sperniturque a Cl. *Taylor* ad *Lysiae* Ἐπιτάφ. p. 41. ob lib. VIII. 109. νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων ἀνωσάμενοι. Ea memini disputationibus vexari, sed animum nunc non percellentibus. WESS.

28 *seq.* οὐδέ σφεας χρηστήρια) Neque Athenienses ad Graeciam deserendam inducere potuerunt χρηστήρια φοβερὰ ἐλθόντα ἐκ Δελφῶν, καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα, *quantumvis terrorem incuterent.* Voculam καὶ si illic Codices omitterent, significaretur, *quae aliis terrorem inderent oracula, non tamen Atheniensibus illa metum incussisse.* VALCK.

CAP. CXL. 4. Ἀριστονίκη) Eadem ac Ἀριστονίκα videtur, quae et Sibylla aliis διὰ μέτρων ἐθιμίστευσεν, *carminibus vaticinatae fuerunt*, in *Plut.* De Pyth. Oracul. p. 406. B. *Tzetzes* tamen Chiliad. IX. 812. responsum illud *Bacidi* vati tribuit, errans longe. Initium Ὦ μέλεοι Cl. *Ruhnkenius* ad *Timaei* Lex. p. 198. [p. 279. ed. sec.] illustrat. WESS.

5 *seqq.* Ὦ μέλεοι, τί κάθησθε *etc.*) De his duodecim, octo versus paulo aliter scriptos *Oenomaus* praebet *Eusebii*, Praep. Ev. lib. V. [c. 24.] p. 216. Octavum et duo paene sequentes *Clem. Alex.* Strom. V. p. 728. subiectos primis duobus oraculi secundi. Quod versu dat *Eusebius* primo, πόλιν φεῦγετ' ἔσχατα γαίης, correctoris esse videtur, quem offenderit variatio numeri. Tentabat *Reisk.* λιπὼν φύγ' ἐς ἔσχατα γαίης: sic Latinum *fuge*, φύγε, Deus iam adhibuerit Delphicus! Sincerum non debebat incrustari: λιπὼν, φεῦγ' ἔσχατα γαίης, δώματα etc. [subintellecta ad φεῦγε vocula ἐς.] In *sexto versu* vulgatum, Συρηγενὲς ἅρμα, firmat *Eusebius*: Ἀσσυ-

γενὴς legisse *Vallam*, eius monstrant Latina, sic primum forte scripta: *Et Mars acer equis urgens Asiaegena currum.* Mars quidem *Asiagenes* dici potuit, ut L. Scipio *Asiagenes*, de quo vir magnus *I. F. Gronovius* egit: *Ismenias Thebagenes Varronis* apud *Nonium* p. 172. Θηβαγενής. Ἀσιαγενῆς dixit *Athen.* XII. p. 550. E. et ὄνομα Ἀσιαγενὴς, XIV. p. 653. B. VALCK.

10. Συρηγενὲς ἅρμα) An tenebris vera *Aristonice* involvit, currumque Syrium maluit prae Asiatico? Haud scio; quamquam mihi Ἀσιηγενὴς arridet, notum vocabulum, *Asiaticos* indicans. *L. Scipio Asiagenes*, a *Io. Fr. Gronovio* egregie *Livio* XXXIX. 44. assertus, Obs. lib. IV. 25. et ἐκβοῦχοι Ἀσιαγενῆς *Diodori* XVII. 77. erunt pro testimonio: adde eiusdem scriptoris T. II. p. 604. Post pauca [*lin.* 13.] ἱδρῶτι ῥεεύμενοι ex *Clem. Alex.* ab Ionum sermone discessionem non faciunt. [Sed non utique ionicum loquendi morem sequi adsueverat Pythia.] De *templis statuisque sudantibus*, ac veteratorum hoc in genere fraudibus, ad *Diodori* XVII. 10. WESS. — Foedum rursus typothetae sphalma indignabundus animadverto, quod versum istum nostro in exemplo vitiavit. οἵ που νῦν ἱδρῶτι scriptum oportebat. S. [16. κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν) Quamnam his verbis sententiam subiecerit Loxias deus, ipse dixerit. Mihi graeca ista aeque obscura ac *Vallae* latina, *malis effundite mentem*, quae quidem *Schulzio* video placuisse: nam et ille, postquam *Larcheri* gallica, *armez-vous de courage contre tant de maux*, explosit, similiter convertit, *effundite animum his malis.* Nam „tristissima (inquit) iis pronunciat deus, omnem spem salutis adimit." *Henr. Stephanus* Thes. T. III. p. 814. ait: „Fortasse iis verbis Pythia monet, ut *dispiciant quo pacto possint occurrere malis imminentibus.*" Equidem, quum ἐπικίδνημι proprie *inspergo* significet, de pulvere salutari cogitavi qui vulneribus solet inspergi, bariolatusque sum, hoc dixisse oraculum, *spargite animi robur super mala*, id est, prouti *Larcherus* interpretatus est, *his malis opponite animi robur. S.*]

CAP. CXLI. 2. προβάλλουσι δὲ σφέας αὐτοὺς etc.) *Laurentii* Latina, *quibus inter se agitantibus tam triste responsum*, iniuria tolerabantur. Nil tale in προβάλλειν, quod *Pavius* et *Abreschius* perspexerunt, trito in periculis et abiectione animi. *Euripides* Rhes. vs. 183. χρὴ δ' ἐπ' ἀξίοις προ-

τιν, ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος. Mens consultorum et paene ominoso oraculo desperantium nunc in aperto. WESS. — Significare ista non potuerunt Graeca: *quibus inter se agitantibus tam triste responsum*. Mihi sententia potiore videbatur *anxiis*, vel *animum despondentibus*, vel simile quidpiam; qualis sensus phrasi καταβάλλειν ἑαυτὸν nonnunquam adaptari potest: alii nos forte docebunt προβάλλειν ἑαυτὸν vel in istum sensum usurpari, vel in alium, qui hic narratis congruat. VALCK. — Perapta huic loco foret sententia, quam proposuit *Wesselingius*; modo iste verbi usus certa niteretur auctoritate. At apud *Euripidem* quidem l. c. ψυχὴν προβάλλειν non est *animum abiicere*, sed *vitam obiicere aleae fortunae*, *vitae periculo se obiicere*; quod aliàs παραβάλλειν. Nescio an προβάλλουσι ἑαυτοὺς significare possit *humum sese prostraverunt*; quod nimirum *desperabundi* facere subinde adsueverunt. *S.*

3-5. Moestis auctor fuit *Timon*, *ramos ut oleae gestantes, tanquam supplices*, Deum iterum adhiberent: in quibus ἱκετηρίας λαβοῦσι, pro ἱκετηρίην, habent *Arch.* et *Valla*. VALCK. — Omissa ὁμοῖα τῷ μάλιστα ab *Arch.* prave sunt. Vide *Gronov.* ad II. 57. WESS.

13 *seqq.* Οὐ δύναται Παλλὰς *etc.*) Ore liberrimo totum exagitat oraculum *Oenomaus Eusebii*, Praep. Ev. [V. 24,] p. 216, 217. Qui oraculi praeter illum fecere mentionem, prioribus versibus aliquot omissis, controversos praesertim attigerunt: hos inter, singulas oraculi partes pensiculate pertractavit homo superstitiosus explicuitque *Aristides*, in Apolog. pro Themistocle T. III. p. 346. et seqq. illinc orsus ὅ πάντες θρυλλεῦσι, Τεῖχος Τριτογενεῖ etc. In *versum tertium* [*lin.* 15.] coniecturam *Reiskius* proposuit, qua formam iterum Poëtarum Deo contribuit poëtis inauditam, πεδάσσας [pro vulgato πιλάσσας]: in πεδήσας syllaba longa fulcri non indigebat. Paulo quidem obscurius, quod *firmum* erat *instar adamantis* futurum, dicitur ἀδάμαντι πελάσσας. Sensum perspexit vir eruditus in Actis Lips. Ann. 1760. p. 222. VALCK.

15. ἀδάμαντι πελάσσας) *Fr. Vigerus* in *Eusebio* vertebat, *quod indomita cognovi ex virgine*; Ἀδάμαντα Minervam ἀδάμαστον, cuius hic res agebatur, intelligens, pro oraculi tenebris non inprudenter. Malunt alii πελάσσαν, referen-

dum ad ἔπος: videlicet *verbum tibi proponam, quod adamantinum est*, et ad lapidis eius naturam *accedit proxime*. Certe ἀδάμαντι δεδεμένον, quale Dionysii Siculi imperium in *Diodori* XVI. 5. ferebatur, hoc est, *bene firmum et stabile decretum* Pallas canit. Conf. *Perizon.* et *Kühn.* ad *Aeliani* Var. VI. 12. Praeterque ceteros *Rittershusium* in *Oppiani* Cyneg. III. vs. 240. Congruit *Homeri* Iliad. Α'. vs. 204. ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τόδε καὶ τετελέσθαι ὀΐω, nuper provide cum hoc ab erudito viro Act. Lipsiens. 1760. p. 221. conparatum. WESS. — πιλάσσαν probavit *Larcher.* in Notis ad h. l. πεδήσας *Bothe* ad Terent. p. 466. Ex librorum praescripto, quibuscum *Eusebius* consentit, teneri πιλάσσας debebit. Masculinum genus ad Apollinem referetur, qui hoc oraculum edens fingitur. Verbo activa notione posito, sententia erit *adamanti adpropinquare faciens hoc verbum*, i. e. *adamanti simile reddens, adamantis in modum illud firmans. S.*

18. Τριτογενεῖ) *Vigerus* Τριτογενείῃ maluit, κατὰ συνίζησιν pronuntiandum, nec *Pass.* scriptura abludit. Contra tamen *Polyaenus*, *Theodoretus* et Codd. plures veniunt, tumque Τριτογενὴς Minervae in *Hesychio* et *Suida* titulus. Notavit doctissimus *Berglerus*, versum a *Tzetze* in *Homeri* vita apud Lipsienses manu scripta, Τεῖχος Ἐρεχθείδαις ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς, edi. WESS.

CAP. CXLII. 4. γνῶμαι πολλαὶ καὶ ἄλλαι) Non inprobabilis ordinatio verborum ἄλλαι καὶ πολλαὶ ἐγίνοντο in schedis. Αἵδε συνεστηκυῖαι μάλιστα, [*lin.* 5.] *maxime solidae*, ex opinione *Gronovii*; aut *maxime probabiles*, quomodo *Pavius*; mihi *contrariae et pugnantes*, ob dicta lib. I. 208. videntur. WESS.

8. ῥήχῳ ἐπέφρακτο) Huius non meminerat loci *Io. Meurs.* in Cecrop. c. 4.; *Herodoti* namque nititur auctoritate, quod illic tradunt *Syrianus* et *Sopater*: ille, οἱ μὲν, ait, συμβουλεύουσιν ἔχεσθαι τῆς ἀκροπόλεως· ῥάχῳ γὰρ ἐπέφρακτο. *Sopater* arcem scribit κοτίνοις τότε πυκνοῖς καταπεφραγμένην: legerat, ita suspicor, in *Glossario* veteri, quod nobis tradit *Pausan.* II. [c. 32.] p. 188. Ῥάχους καλοῦσι Τροιζήνιοι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον, καὶ φαυλίαν, καὶ ἀγριέλαιον. Ex *Herod.* sua quoque sumsit Aristid. in Themist. Tom. III. p. 307. οἱ μὲν πρεσβύται τῆς ἀκροπόλεως ἔχεσθαι παρῄνουν· (οὕτω παρελήφεσαν·) πεφράχθαι γὰρ αὐτὴν ῥάχῳ τὸ ἀρχαῖον, καὶ τὸν χρησμὸν εἰς τοῦτο

εἴρξειν. Schol. ms. ἀντὶ τοῦ τετειχίσθαι· Ῥάχος δέ ἐστιν εἶδος ξύλου. Herodotea forma vocis Ῥῆχος in *Gloss. Herod. Suidae, Hesychio* redditur φραγμός. VALCK. — De tono vocis vide *Var. Lect.* De interpretatione responsi in istam partem conf. lib. VIII. c. 51. *S.*

14. Ὦ θείη Σαλαμὶς) Calliginosam horum ambiguitatem *Oenomaus* perstrinxit egregie apud *Euseb.* Praep. Evang. V. 24., Momusque *Luciani* Iov. Trag. c. 20. Dubia Pythiae more sunt, Persis aeque ac Graecis, si eventus respondisset, damnosa. WESS.

CAP. CXLIII. 4 *seq.* Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόν κως) Refingunt ultima ἐτεόν κως, *revera*, aut, pari notione, ἐόντως, *Reiskius* et *Abreschius*; quibus pro opera, qua uti non licet, magna gratia. Malim, *Valla* et scriptis monitoribus, τὸ πάθος εἰρημένον, *dicta calamitas*, atque in structura εἶχε ἐόν κως, quae, uti pulcerrime norunt, genio sermonis congruit. Proxime iunctum οὕτω ἡμῖν *Arch.* et *Vindob.* nihil *Florentino*, [in quo οὕτω μιν] viro Celeber. quodam modo fatente, cedit. Libera proin electio. Themistocleam autem oraculi enodationem *Plutarchus* in Imperatoris Vit. p. 116. E. et post eum *Polyaenus* I. 30. praeclare a *Piersono* ad *Aelium Herodianum* [cum *Moeride* editum] p. 438. iostauratus, commemoraverunt. WESS.

Ibid. Εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος) Τὸ πάθος praebent *Valla*, *Arch.* et *Eton.* Ubi vulgatur πάθος in *Soph.* Antig. vs. 73., vetus fuit in *Scholiis* custodita lectio ἔπος. Mox εἰρημένον ἐόν κως, ut *Reiskio*, mihi quoque videtur incommodum: ἐόντως, *revera*, non esset absurdum. εἰ ἐόντως, *si revera clades ista praedicta spectaret Athenienses*, οὐκ ἂν οὕτω οἱ (sic *Koenius* corrigit pro μοι) δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι [et commode μιν dedere probati libri.] Sed *Deum potius fuisse dicturum*, Ὦ σχετλίη Σαλαμὶς, ἀντὶ τοῦ θείη, sive Ὦ δειλή. Similia leguntur apud *Plutarch.* in Themist. p. 116. E. et *Polyaen.* I. c. 30, 1. ubi eleganter *Piersonus* emeodat, καὶ ἡ νίκη τὴν ἐξήγησιν ἐπιστώσατο. Themistocles enim, *responsa secutus*, *Obruit Eoas classes, urbemque carinis Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas: Claudian.* de Mallii Theodori Cons. vs. 150. VALCK. — Non iuncta intelligi debent εἰρημένον ἐόν, sed naturalis verborum structura in hunc modum concipienda: εἰ τὸ ἔπος εἰρημένον εἶχε ἐόν κως

ἐς Ἀθηναίους: et εἶχε ἐὸν idem valebit ac εἶχε ἐόντως. Vocab. πάθος autem haud dubie e scholio invectum. *S.*

14. αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον) Neglectum in Codicibus quibusdam μᾶλλον mordicus teneo: offendit librarios intendendi vox conparatis addita, uti *Thom. Magistrum* et alios isto de grege. Nostri sunt, μᾶλλον ὀλβιώτερος, lib. I. 32, 2., κερδαλεώτερον μᾶλλον, IX. 7, 1., a *Porto* enotata: *Aeschyli*, μᾶλλον ἐνδικώτερος, in VII. c. Theb. vs. 679., ubi plura *Abreschius.* Mitto *Budaeum*, *Nansium*que in Paraphr. *Nonni* c. IV, 259., siquidem cumulatissime *Wetstenius* ad *S. Paulli* Epist. ad Philipp. c. 1, 23. WESS.

CAP. CXLIV. 4. ἐν τῷ κοινῷ) Series hoc requirit, ἐν τῷ κοινῷ, *in aerario*; neque *Reiskium* fugit. Tale *Thucydidis* I. 80. οὔτε ἐν τῷ κοινῷ ἔχομεν: ubi bene Schol. ταμιείῳ δηλονότι. *Laurium* montem, [*lin.* 5.] in quo Atheniensium *argenti fodinae*, Λαύρειον et Λαύριον scribi, ex aliis ad *Thucyd.* II. 55. *Dukerus* docuit, et *Casaubonus* in *Strab.* IX. pag. 612. [ad p. 399. suae edit.] hanc rem illustrans. WESS.

Ibid. τὰ ἐκ τῶν μετάλλων σφι προσῆλθε) *Quum pecunia publica, quae ex metallis redibat, largitione magistratuum quotannis interiret; ille persuasit populo, ut eâ pecuniâ classis centum navium aedificaretur*: *Corn. Nepos* Themist. c. 2. *Plutarchus* Themist. p. 113. c. eadem narrat ex *Herodoto*, τὴν Λαυρεωτικὴν πρόσοδον vocans ἀπὸ τῶν ἀργυρείων μετάλλων. Quomodo hoc civibus persuaserit, paratae que fuerint triremes, aliunde tradidit *Polyaen.* I. c. 30. p. 64. De *metallis Laurioticis Is. Casaub.* egit ad *Strabon.* IX. p. 613. VALCK.

5. ὀρχηδὸν) Laurentius ex *Hesychii* et Scholiastae interpretamento ἡβηδὸν, *viritim in singulos puberes* Latine dedit: prius satis explicabat negotium, *Porto* recte iudicante, eiusque ignaro *Tan. Fabro* Animadv. in *Luciani* Tim. cap. 2. [Timon. c. 37.] Illi ὀρχηδὸν, quasi κατ' ὄρχεις, *qui mares virosque suo testimonio demonstrant*; huic κατ' ὄρχους, *una serie, uno et perpetuo ordine*, atque ita *viritim*: cultius opinor et origini congruentius. [Eamdem originem voci (merito, ut mihi videtur) tribuit *Reisk.*] Ridicule *Morellus* (quidni enim his accederet?) illa *Libanii* Or. de Saltator. p. 512. c. ὥσπερ καὶ τοὔνομα τοῖς ὀρχησταῖς, ἀπὸ τῶν ἐν ἀρχῇ περὶ τοὺς ὄρχεις σκιρτημάτων, *et ea propter nomen saltatoribus datum a tripudiis circa* *testiculos* *salientes in primordiis artis* Latina fecit. WESS.

Ibid. ἔμιλλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν) Hinc primum *Hesychio*, pro Λάξασθαι· κληρώσασθαι: restitui debet Λάξεσθαι: alterum, non fuit in usu; uti nec ἀπολάμψασθαι: cuius loco recte positum ex Codd. III. c. 146., ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι. Deinde soli forsan ex veteribus usurpatum Nostro Ὀρχηδὸν, a Grammaticis redditum per ἠβηδὸν, significat *viritim*, ἀνδρακὰς *Homero*, (vid. *G. Canter.* Nov. Lect. III. cap. 25.) id est κατ' ἄνδρα: proprie, ut puto, κατ' ὄρχεις, *testiculatim*; huc enim in ista voce Nostrum potius opinor respexisse, quam quo putabat *T. Faber* in *Luciani* Timon. T. I. [ed. Hemst.] p. 148 seq., vocem ἠβηδὸν docte pertractans. Corruptus est in hac voce *Schol.* ineditus in *Aristid.* Them. in Codice certe clar. *P. Burm. Sec.* Postquam originem ille tradidit belli Aeginetis illati, ἐπλεόνασεν, inquit, τότε Ἀθηναίοις τὰ μέταλλα τοῦ ἀργυρίου· ταῦτα ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι ἀρχηδὸν μερίσασθαι, τουτέστι τοὺς ἄνδρας μόνον καὶ τοὺς παῖδας. Nemo his lectis dubitabit quin scribi debeat ὀρχηδόν: *in viros*. *Plautus* Aulul. II. 1. vs. 30. *Nostrae qui est magister curiae Dividere argenti dixit nummos in viros.* Athenienses libera republica semper fuerunt hirudines aerarii. VALCK.

8 *seq.* τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγων) Multo mihi id cultius quam λέγω. Themistocles enim *Aegineticum bellum*, τὸν πόλεμον, quod illud tum arderet maxime, dicendo innuebat. Huc, quae continuo cohaerent, tendunt planissime omnia. Nec *Plutarchus* Themist. pag. 113. D. disconvenit; in triremium, quas *centum* constructas asseverat, *Corn. Nepotis* c. 2. consensu et *Polyaeni* I. 30, 5. gaudens. WESS.

Ibid. τὸν πρὸς Αἰγ. λέγω) Postremum, neglectui habitum, primum mihi videbatur mutandum in λόγῳ: sic *bellum cum Aeginetis* Themistocli haec suadenti fuisse tantum diceretur *praetextus*, ut revera fuit; graviora bella, qua erat perspicacia, facile praevidenti. Sed quia margo Steph. dat λέγων, hoc sincerum arbitror; *bellum intelligens cum Aeginetis*, quod instabat; hoc saltem intellectum voluit. *Isocrates* Panathen. p. 277. D. ἔλεγεν, ὅτι σὺ μὲν πεποίησαι τοὺς λόγους, ἐμὲ λέγων. *Cicero* de Finib. V. 3. *Hoc inquit non poterit sic abire, cum hic adsit, me autem dicebat.* VALCK.

CAP. CXLV. 1 *seq.* τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἑλλήνων) Aut in his, sed potius in proximis, τῶν τὰ ἀμείνω φρονεόν-

των, articulus τῶν videtur superfluus. Horum τὸ κοινὸν συνέδριον fuit in Isthmo, sive Corinthi, secundum *Diodor.* initio lib. XI. et *Herod.* VII. 172. ubi memorantur πρόβουλοι τῆς Ἑλλάδος, ἀραιρημένοι ἀπὸ τῶν πολίων τῶν τὰ ἀμείνω φρονεουσέων περὶ τὴν Ἑλλάδα. VALCK. — Immo recte *lin.* 1. et 2. utrobique suo loco stat articulus. οἱ περὶ τὴν Ἑλλάδα Ἕλληνες distinguuntur a Graecis Asiam et Thraciam incolentibus: οἱ τὰ ἀμείνω φρονέοντες opponuntur eis qui ad Medorum partes inclinabant. *S.*

4. Deliberantibus visum est, πρῶτον μὲν χρημάτων πάντων καταλλάσσεσθαι τάς τε ἔχθρας καὶ τοὺς κατ' ἀλλήλους ἐόντας πολέμους. Themistocli tribuit hoc *Plutarchus*, ut omnium quae fecerit maximum, in Themist. pag. 114. F. In istis *Herodoti* scribi potuit olim πρῶτον μὲν χρῆμα πάντων: sed puto equidem scribendum πρῶτον μὲν πρηγμάτων πάντων. VALCK. — Qui πρηγμάτων corrigunt, *Leunclavii* errorem errant, Xenophontea Κυρ. παιδ. l. pag. 124. F. ἐκ πολλῶν δὲ καὶ πονηρῶν χρημάτων consimiliter mutantis. Prudentior *Portus*: χρήματα *res* saepe *quascunque* signant. *Theognis* vs. 461. μηδὲ μετοίνα χρήμασι, τῶν ἄνυσις γίγνεται οὐδεμία: *neque animum* rebus *intende*, *quarum effectio nulla*, vere *Sylburgius*. WESS. — *Reiskio* iudice, χρήματα hic idem sunt atque χρεῖαι, *res factu utiles atque necessariae*. *S.*

6. ἔσαν δὲ πρός τινας καὶ ἄλλους ἐγκεχρημένοι) Altera mihi coniecturarum *Reiskii* venerat in mentem, ἐγκεχειρημένοι. Latine quoque dicitur *bellum in manibus esse*. VALCK. — *Portus* ἐγκεχρημένοι ex ἐγχράομαι, *bella quae in manibus habebant*, ἐν τῇ χρήσει ἦσαν. *Reiskius*, levi mutatione, ἐγκεκρημένοι, *quae quasi in mixtura erant*, ob lib. V. c. 124. καὶ ἐγκερασάμενος πρήγματα μεγάλα: quod vereor ut geminum haberi queat. Mallem ἐγκεχειρημένοι. WESS. — Vulgatum tenendum censens *Larcher* (cum *Dammio*, Lexic. Etymol. p. 2762.) interpretatur *bella* conserta *cum aliis populis*. Eadem *Schultzii* sententia, intelligentis *bella impacta*, i. e. *conserta*. *Schneiderus* quidem in Adpend. Lexic. crit. vitiosam iudicat scripturam vulgatam. *S.*

13 seq. κελεύοντας βουθέειν) Puto συνθησομένους [futurum participii, quod *lin.* 11. consentiunt libri] pondus addere recepto ex schedis participio. Haec vero luxata et manca decernens vir eruditus, sua de penu in Mi-

scell. *Lipsiensibus* adstruit, καὶ γάρ σφί τι ἔσεσθαι περιγενέσθαι συμφρονήσαντες, εἴ κως ἕν τι γένοιτο τὸ Ἑλλ., *posse enim periculum effugere, si conspirent, si unum quasi corpus fiat Graeca natio*. Quam quidem liberalitatem illi cupide redono, nihil contra tabulas innovandum opinatus, praesertim re plana et oratione iusto tramite eunte. WESS. — Qui locus difficilis et luxatus videbatur, aliis opinor facilis erit intellectu. Synedri *legatos mittere* decreverunt *ad Gelonem, ad Corcyraeos, in Cretam*, φρονήσαντες, hoc consilio, vel hunc in *finem, ut, si fieri posset, inter omnes Graecos coalesceret concordia, mutuisque viribus Persam repellerent*. Rarius illud συγκύψαντες [*lin.* 15.] supra lib. III. c. 82. restituit explicuitque Vir celeberrimus. VALCK. — Vide *Wessel.* ad III. 82, 22. *S.*

17. οὐδαμῶν Ἑλληνικῶν τῶν οὐ πολλὸν μέζω) Mirum laudationis genus. *Valla* expresserat, *nec multo minores quam Graecorum*, tanquam ex μείω. Quod si foret, praeferrem τῶν οὐ πολλῶν ex scriptis, ut *nullis Graecorum, modo ne admodum validi fuerint, vires* Gelo *habuerit minores*. Πολλὸν et πολλὴν eam admittere notionem, cognitissimum est. *Philostratus* Vit. Apoll. VI. 3. πολλὴν γὰρ ἡγοῦμαι τὴν θεὸν, *potentem valentemque*, *Euripidis* pr. Hippol. exemplo, Πολλὴ μὲν ἐν βροτοῖσι κοὐκ ἀνώνυμος Θεὰ κέκλημαι Κύπρις. In *Pavii* etiam coniecturam μείω venit, talem utique mansuram, donec aliunde melior medicina. WESS. — At nulla opus est medicina: bene habent omnia. *Nullis non Graecanicis rebus longe maiores esse praedicabantur res Gelonis*: i. e. *Nullus erat Graeciae populus, cuius potentiam et opes non superare dicebatur Gelonis potentia*. Perspecte hunc locum cum eis contulit *Hermannus*, (Adnot. 29. ad *Vigerum*,) ubi οὐδεὶς ὅστις οὐ graece dicitur, ut latine *nemo non*; velut apud Nostrum III. 72, 13. et V. 97, 12. nec vero idoneam video caussam cur h. l. cum eodem doctissimo Viro aut καὶ ante οὐδαμῶν adiiciendum, aut μεγάλα delendum censeamus. *S.*

CAP. CXLVI. [5. βασανισθέντες *torti* reddidi cum *Valla*: et denotat quidem βασανίζειν *quaestionem habere* de reo, nec tamen utique *admotis tormentis*. Itaque repositum malim *interrogati convictique*. *S.*]

15. ταῦτα θηεύμενοι) Leve hoc, sed postulat scriptoris

mos. Supra cap. 44. θηεύμενος δὲ, et c. 212. λέγεται βασιλῆα θηεύμενον, quod redit lib. VIII. 88. *Apollon. Rh.* I. 436. γήθει δὲ σέλας θηεύμενος Ἴδμων. Merito autem generosum hoc Xerxis facinus laudibus a *Polyaeno* fertur lib. VII. 15, 2. et *Plutarcho* Apophthegm. p. 173. c., cui magnum illud et memorabile P. Scipionis apud *Polyb.* XV. 5. *Liviumque* lib. XXX. 29. concedit nihil. WESS.

Ibid. ἐπὴν δὲ θεεύμενοι ἔωσι πλήρεες) Hinc θεεύμενος a *Porto* receptum: sed more Nostri scribendum θηεύμενοι. A θάω, praeter θαύω, θαῦμα etc. fluxerunt θεάομαι, θαέομαι, et θηέομαι: hoc Ionicum et Herodoteum. Speculatores Xerxes dimitti voluit incolumes, postquam ista *spectandi satietate cupiditatem explevissent.* Non illaudabile superbi Regis factum *Polyaenus* enarrat lib. VII. c. 15, 2. et huius simile viri vere magnanimi P. Cornelii Scipionis VIII. 16, 8. *Livio* narratum XXX. 29., qui speculatores *per castra qua vellent circumduci iussit; percunctatusque, satin' per commodum omnia explorassent, datis qui prosequerentur retro ad Annibalem dimisit:* illud neutrius, sed factum memorat Valerii Laevini *Frontinus* lib. IV. c. 7, 7. VALCK.

CAP. CXLVII. 8 seq. παραδώσειν σφίας τὴν ἰδίην ἐλευθερίην) Iubent *Pavius* et *Reiskius* σφίας καὶ τὴν ἰδ. ἐλευθ. aut σφίας τήν τε ἰδίην ἐλευθ. rescribi: quibus aliud non repono, quam pronomen ex redundantia quadam collocatum videri. Non esse insolitam utroque in sermone eam abundantiam viri eruditi ad *Livium* lib. XXV. 27. et ad *Lucian.* Dial. Marin. III. cap. 1. pleno horreo ostenderunt. WESS. — Scilicet, quoniam post οἰκεύσαντας τοὺς Ἕλληνας pluscula nonnulla verba interiecta sunt, perspicuitatis caussa deinde adponitur pronomen σφέας, ad ista superiora spectans. *S.*

20. τοῖσί τε ἄλλοισι ἐξηρτυμένοι καὶ σίτῳ) Iuvenes ὕδασί τε καὶ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένοι lib. II. 32. ad huius tuitionem satis fuerant habiles. Accedet *Athenaei* lib. XII. p. 511. D. ὁ δὲ πᾶσιν ἐξηρτυμένος πρὸς ῥαστώνην: et *Menandri* Eclog. Legat. p. 124. ed. *Hoesch.*, ἐπεὶ οὖν ἅπαντα αὐτῷ — ἐξηρτυμένα ἦν, ubi idem prius, quod in *Medic.*, peccatum. *D'Orvillium* confer ad *Chariton.* VI. 4. [pag. 535. ed. Lips.] Xerxis illam in Graecorum nautas et mercatores lenitatem *Polyaen.* VII. 15, 3. neglectam noluit. WESS. — In his, ut saepe,

sincerae deteriorem formam ἐξηρτημένοι supposuerat *Gronovius*. τἄνδον ἐξήρτυε, *Eurip*. Electr. 422. *Herodotus* II. 32. ὕδασί τε καὶ σιτίοισι εὖ ἐξηρτυμένους dixit. conf. *D'Orvill*. in *Charit*. p. 549. Quod hic narratur fecisse Xerxes, tradidit et *Polyaenus* p. 637. VALCK.

CAP. CXLVIII. 6. πειρήσονται παραλαμβάνοντες) Praeclarum e membranis auxilium. Quanto damnabilior Editoris *Genevensis*, suspicionem *H. Stephani* οὐ παρήσονται in orationem sine monitu, sine codice scripto, intrudentis, audacia: saltem *Porti* sui vestigia, adscito παρέσονται, *aderunt*, legisset: quamquam nec id laudabile. WESS. — Qui πειρήσονται temere olim mutarunt, hi non recordati esse videntur, construi id verbum cum participio, loco infinitivi, ex *Herodoti* quidem more. *S.*

Ibid. πειρήσονται) Hoc, quod in suo codice *Valla* legerat, recte restituit ex *Med. Gronov*. pro παρήσονται, cuius loco οὐ παρήσονται *H. Stephanus*, παρέσονται non absurde legebat *Ae. Portus*. Absque Codicibus non facile πειρήσονται alicui in mentem venisset, hac structura non temere obvium, et, quantum recordor, in duobus tantum *Herodoti* locis, huius libri c. 172. et cap. 139., οὐδαμοὶ ἂν ἐπειρῶντο ἀντιούμενοι βασιλέϊ. VALCK. — Immo vero vide I. 77, 4. et quae ibi a *Wess.* notata sunt. *S.*

14. εἴσω τὸν προβόλαιον) *Pavius* et *Reiskius*, viri Clar., τὸ προβόλαιον, *Eusebii* invito *Oenomao*, et schedis. Latine, liberius tamen et licentius, oraculum *Chalcidius* [vide *Var. Lect.*] dedit: *Vicinis offensa, Deo carissima plebes, Armorum cohibe munimina, corporis omne Discrimen sola capitis tutabitur umbra*. WESS. — Duo priores oraculi versus ex *Oenomao* habet *Eusebius* Praep. Ev. VI. p. 255. Quid per τὸν vel τὸ προβόλαιον intellectum poëta voluerit, non exputo. Per κεφαλὴν *arcem* forte designavit, Argis Λάρισσαν dictam, testibus *Strabone*, *Steph. Byz.* aliisque. VALCK. — Verissime, si quid video, CORAYUS in *Larcheri* ad hunc locum Notis monuit, προβόλαιον nihil aliud dici nisi *venabulum*, *hastam*, aut *verutum*, quod προβόλιον *Xenophonti*, Nostro VII. 76, 2. πρόβολος vocatur. Itaque τὸν προβόλαιον εἴσω ἔχειν equidem intelligebam *hastam intus premere*, *non exserere*, *quietum sese tenere*. Idem vero Vir doctissimus (collato *Xenoph*. Cyneget. c. x. §. 12 et 16. ed. Lips. 1778.)

eum intelligi censet statum venatoris aut militis, quo paratus est vel ad ictum ferae aut hosti inferendum, vel ad illius impetum sustinendum avertendumque. *S.*

17. ἐπελθεῖν ἐπὶ τὸ βουλευτήριον, quod in scriptis, Scriptor non abnuet. Sic enim lib. IX. 6. ἔλεγον τάδε ἐπελθόντες ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους: et cap. 11. ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους. WESS.

[22. καί τοι κατά γε τὸ δίκαιον etc.] Ob veterem Argivorum, Agamemnonis aetate, eminentiam super caeteros omnes Graeciae populos, aequum esse censent, ut ipsis solis summum in consociatas cunctas Graecorum copias imperium deferatur. *S.*]

23. ὅμως σφι ἀποχρᾷν κατὰ τὸ ἥμισυ ἡγεομένοισι) Secundum *Diodorum* XI. 3. ipsi Argivi, missis ad commune Graecorum concilium legatis, ἐπηγγέλλοντο συμμαχήσειν, ἐὰν αὐτοῖς μέρος τι τῆς ἡγεμονίας συγχωρήσωσιν: quibus responsum refert praeter cetera, si barbarum habere mallent dominum, quam Graecum Imperatorem, ὀρθῶς αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν. VALCK.

CAP. CXLIX. 6. μηδὲ σπονδέων ἐουσέων ἐπιλέγεσθαι) Structura verborum anomala est. Exspectabatur, ἐπιλεγομένοισι σπονδέων μὴ ἐουσέων, *considerantibus foedere nullo percusso.* Mutata series est ex productiore, ut saepe aliâs, et interciso sermone. Bona hic *Porti* sollertia, [in Lexic. Ion. voce Ἐπιλέγεσθαι,] nimis tamen sollicita. Ἀνακόλουθος oratio in Musis frequentatur, qua de doctissimus *Raphelius* in Epist. ad *Galat.* cap. 2, 6. WESS. — Ἀνακολουθίαις utique quibusdam salebrosa quodammodo videri subinde potest mollissime alioqui fluens Scriptoris nostri oratio: at hoc quidem loco, lenissimâ vulgatae scripturae adlatâ medicinâ, quam et res ipsa clamabat, et veteres offerebant libri, voculâ μηδὲ in duas μὴ δὲ divisâ, recte atque ordine nunc omnia procedunt. Infinitivus ἐπιλέγεσθαι, sicuti praecedentes ὑποκρίνασθαι et σπουδὴν ἔχειν, a superiore verbo λέγουσι legitime pendet: satisque perspicua est naturalis verborum structura huiusmodi, ἐπιλεγόμενοι δὲ, μὴ, σπονδέων μὴ ἐουσέων, τὸ λοιπὸν ἔωσι Λακεδαιμονίων ὑπήκοοι, ἣν ἀρχὰ σφίας etc. De verbo ἐπιλέγεσθαι (quod proprie *secum reputare*, *perpendere*, significat) commode *Corayus* apud *Larcherum* docuit, haud raro illud *metus* notionem includere,

et idem fere ac φοβεῖσθαι sonare, provocans ad VII. 47, 13. 49, 22. 52, 11. 236, 18. Qui nimirum usus illius verbi hoc praesertim loco obtinet, ubi (quasi ipsum φοβιόμενοι hic esset positum) consequitur μὴ τὸ λοιπὸν ἔωσι etc. In *Var. Lect.* adnotare debueram, (quod meam tunc animadversionem praeterierat) divisis vocibus μὴ δὲ recte etiam in editione *Aldina* scribi; scripturam vero μηδὲ primum ab *H. Steph.* esse invectam. *S.*

[8. πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσην) Haec *Larcherus* vertit *quelque échec de la part des Perses:* quemadmodum et *Reiskius* interpretatus erat, *si aliam cladem a Persis acciperent.* At hanc in sententiam πρὸς τοῦ Πέρσεω scriptum oportuerat. Itaque alii ἐν τῷ πρὸς τὸν Πέρσην πολέμῳ supplent; quos equidem in latina versione secutus sum. Verum si quaerimus, ἢν σφέας καταλάβῃ πταῖσμα πρὸς τὸν Πέρσην proprie significaverit *si in offensionem Persae incurrent:* sed, quoniam adiicitur ἄλλο πταῖσμα, consentaneum est ut *clades* simul intelligatur offensionem illa consecutura. *S.*]

14 *seq.* οὔκων δυνατὸν εἶναι τῶν ἐκ Σπάρτης οὐδέτερον παῦσαι τῆς ἡγεμονίης *etc.*) Miror equidem quae Lacedaemonii legati Argivorum senatui respondisse traduntur de *Rege Argivorum et duobus Spartanis.* De duobus regibus Spartanis unus tantum hoc tempore ducebat exercitum post legem ante aliquot annos latam, quam supra commemorat lib. V. cap. 75. Libertatis et aequalitatis studiosissimi si hac tempestate Regem habuerunt Argivi, illius, in historia (quantum opinor) non memorati, vix ulla oportet fuerit auctoritas. *Pausan.* lib. II. [c. 19.] p. 152., Ἀργεῖοι, inquit, ἅτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων ἐς ἐλάχιστον προσήγαγον. VALCK.

16. τὸν Ἀργεῖον) Solet τὸν Λυδὸν, τὸν Πέρσην, τὸν Ἀράβιον, τὸν Μακεδόνα, τὸν Σκύθην, nationum earum reges adpellare, et τὸν Ἀργεῖον respuerem? Adplaudo membranis, quae in κωλύειν egregiae itidem. *Diodori* in harum rerum commemoratione dissensum non tango, lib. XI. 3. WESS.

16 *seqq.* οὕτω δὴ οἱ Ἀργεῖοί φασι *etc.*) Hic ab Argivis traditam τῶν Σπαρτιητέων τὴν πλεονεξίην illam equidem veram fuisse causam arbitror, cur bello hoc Persico neutri parti addicti quieverint, quin Persis potius faverint quam

Graecis, et de duobus malis ut levius praeoptaverint ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἄρχεσθαι, ἢ ὑπεῖξαι Λακεδαιμονίοισι. His quia Mycenaei miserant auxiliares octuaginta ad Thermopylas cum Leonida profecturos, Argivi τὰς Μυκήνας κατέσκαψαν, *Diodor.* XI. c. 65. *Pausan.* II. [c. 16.] p. 146. Oderant, nec immeritos profecto, superbos vicinos Lacedaemonios Argivi, a quibus semper vexati, et nuper adeo magna fuerant affecti clade, impia Cleomenis fraude decepti. Hinc, opinor, infra Noster c. 152. οὐκ Ἀργείοισι, ait, αἴσχιστα πεποίηται: et frustra *Plutarchus* excusare nititur Argivos tanquam οὐκ ἀπειπαμένους τοῖς Ἕλλησι τὴν συμμαχίαν, T. II. p. 863. B. Ob idem illud odium abstinuerunt postea bello Peloponnesiaco; quo Lacedaemoniorum socii fuerunt omnes Peloponnesii, teste *Thucyd.* II. c. 9. πλὴν Ἀργείων καὶ Ἀχαιῶν: solos Argivos excipit *Diodor.* XII. c. 42. Sed Achaei bello quoque Persico Argivorum sententiam sequuti videntur *Pausaniae* VII. [c. 6.] p. 536 seq., ut ille suspicabatur, quia Λακεδαιμονίους Δωριεῖς ἀπηξίουν σφίσιν ἡγεῖσθαι. Quiescentes Peloponnesiaco bello Argivi longae pacis primum commoda, postea perceperunt etiam mala; opibus enim ditati in sua saepe viscera saevierunt, intestinis agitati seditionibus: de pacis commodis *Thucyd.* vid. II. 28. *Diodor.* XII. 75. de incommodis *Is. Casaub.* in *Aeneae* Poliorcet. c. XI. et *P. Wessel.* ad *Diodor.* XII. 58. VALCK.

CAP. CL. 10. ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους) Non nemini, *fratres nostros ex diverso utero* explicanti, adstipulari non licet. Ἀπόγονοι, superius positi, προγόνους indicant, ut saepe his in Musis, *maiores*; in quis *Perses*, Persei filius de Graecorum et Persarum [ut quidem Graeci iactabant,] sententia, supra c. 61. et *Apollodor.* Biblioth. II. 4, 5. Congruit nonnihil Atheniensium ad Ionas scriptum, οὐ ποιέετε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, lib. VIII. 22. Etsi autem non nesciam ἀντίξους *Synesii*, *Agathiae*, *Procopii*, et ἀμφίξουν Epigram. apud *Suidam*, obtrudere [*lin.* 12.] *Herodoto*, ἀντιξόους ubique probanti, non ausim: ipse vir Celeber. cos ex *Steph.* margine c. 192. nullo honore dignatus est. WESS. — Nempe ἀντίξους ex *Med.*, cui etiam *F.* adsentitur, receperat *Gronov.* *S.*

10-12. οὔτε ἂν ἡμέας οἰκὸς) Οἰκός, Nostro familiare, hic ex *Arch.* item recipi debuerat, et paulo post ἀντιξόους

servari. Haec vero, a Graecis ut suspicor conficta, comparari poterunt cum narratis lib. VIII. c. 22. VALCK.

14. *μέζονας ὑμέων ἄξω*) Fortasse aliis ἕξω, quibus paria non fecero, probabitur. Vetat Nostri lib. II. 172. καὶ ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, tritissimumque eidem et *Pausaniae* ἐν τιμῇ ἄγειν. *Synesius* Dion. p. 47. A. ταύτῃ δὴ τὸν Ἕλληνα τοῦ βαρβάρου πρῶτον ἄγω. WESS. — Οὐδαμοὺς μέζονας ὑμέων ἄξω, id est, οὐδαμοὺς τιμιωτέρους vel ἐν μείζονι τιμῇ ἄξω. Hoc ego quidem anteponerem lectioni codicum ἕξω, tanquam usitatius ista aetate. VALCK.

14 *seqq.* Ταῦτα ἀκούσαντας - - πρῆγμα ποιήσασθαι) Sic lib. VI. cap. 63. τοῦτο ἤκουσαν μὲν οἱ Ἔφοροι, πρῆγμα μέντοι οὐδὲν ἐποιήσαντο τοπαραυτίκα: id est *rem auditam* παρ' οὐδὲν ἦγον, vel ἔθεντο, *pro nihilo ducebant*; prout loquuntur *Sophocl.* Antig. vs. 34. et *Aeschyl.* Agam. 238.; hic contra περὶ πολλοῦ ἐποιήσαντο. VALCK.

16. *οὐδὲν ἐπαγγελλομένους μεταιτέειν*) Ultimum non absurde *Reiskius* in *μετιέναι* mutabat; mihi repetitum ex vicinia videbatur, atque idcirco delendum. Multa describit hinc *Plutarchus*, et malevolus accusat malevolentiae, de *Herod.* Malign. p. 863. VALCK. — Nihil nec mutandum, nec delendum. Οὐδὲν ἐπαγγελλομένους μεταιτέειν idem valet ac οὐδὲν ἐπαγγέλλεσθαι καὶ οὐδὲν μεταιτέειν. Potuerat dicere Scriptor οὐδὲν ἐπαγγελλομένους οὐδὲ μεταιτέειν οὐδέν: sed vulgatae scripturae eadem inesse videtur sententia. *Argivi* primum, ut *nihil de societate professi* aut *polliciti erant*; (nec enim cum aliis Graeciae populis ad deliberandum convenerant: cap. 145, 1. et 10. et cap. 148, 1-3.) *ita nihil* (vel ab aliis Graecis vel a Lacedaemoniis) *vicissim postulaverant*. In verbo παραλαμβάνειν, quod (*lin.* 17.) consequitur, ponitur (ut persaepe apud Nostrum) actio, pro voluntate et conatu agendi; *adsumere*, pro *conari adsumere*, *invitare ad contrahendam societatem*. Sic idem ipsum verbum παραλαμβάνειν ponitur cap. 168, 2. et 18. et cap. 169, 1. *S.*

19. *ἐπὶ προφάσιος*) Alibi προφάσιος δὲ τῆσδε [nimirum εἵνεκα,] lib. IV. 135. ἐπὶ προφάσεως *Aristaenetus* quoque lib. I. Epist. 18. monitore *Abreschio*. In his taxandis, tanto recentior, *malignitatem* non excusabit *Plutarchus*. WESS.

CAP. CLI. 4 *seq.* *ἀγγέλους Ἀθηναίων etc.*) Haec, quae de *Callia*, *Hipponici F.*, *Atheniensium ad Persarum regem Ar-*

taxerxem legato, cum anno Olymp. LXXXII. quarto concurrunt in *Diodori* lib. XII. 4. WESS.

8. *εἴ σφι ἔτι ἐμμένει etc.*) Scioli mihi videtur. insolentiora corrigentis, quod margo dat *Stephani* ἐμμένειν ἐθέλουσιν *Valla*, *an amicitiam - - - putaret adhuc durare*. Meo gustui satisfacit, velut Herodoteum, εἴ σφι ἔτι ἐμμένει τὴν πρὸς Ξέρξεα φιλίην συνεκεράσατο. Graece doctis et Latine genus illud structurae notissimum est; sed inter exempla, quae sibi olim eam in rem collegerunt, ad haec perpauca respondebunt accurate; discrepant nonnihil ex. gr. et haec *Lysiae* p. 348. τὴν οὐσίαν, ἣν κατέλιπε τῷ υἱεῖ, οὐ πλείονος ἀξία ἐστιν ἢ etc. et *Sophocl.* Trach. vs. 687. ᾧ γὰρ ἔχριον - - πόκῳ τοῦτ' ἠφάνισται. VALCK.

CAP. CLII. 7-10. εἰ πάντες ἄνθρωποι τὰ οἰκήϊα etc.) Eximium *Eusebii* dictum, qualia multa sub hoc nomine solus nobis custodivit *Stobaeus*, ex huius florilegio cum his comparavit Cl. *Wesselingius* in Diss. *Herodot.* p. 122. Illud eodem modo emendaveram, nisi quod vocem πολλῶν in πολλῷ mutatam pertinere suspicabar ad ista, ἑωϋτοὺς (πολλῷ) ἄμεινον πρήσσοντας. Totius dicti sic paucis expressit sensum *Plutarch.* T. II. p. 863, 29. ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν ἐγκλήματα. Obscurius de industria loquens significatum voluit, opinor, quosvis alios Graeciae populos ea fecisse nonnunquam, quae graviorem reprehensionem mererentur, nihilque hac in re admisisse Argivos, quod videri posset turpissimum. Non itaque debuerat *Herodotus* propter haec de Argivis dicta in acerbam incurrere *Plutarchi* criminationem; qui Philosophus in isthoc libello ab aequitate philosopha, quam commendat, nimium quantum deflectit. Quam sibi praefixit *Herodotus* formulam, [*lin.* 11 *seq.*] se quoque sequutum scribit *Pausan.* VI. [c. 3.] p. 458. Ἐμοὶ μὲν οὖν λέγειν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη· πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκ ἔτι ἀνάγκη. VALCK.

8. ἐς μέσον συνενείκαιεν) Nollem substitutum συνενείκαιαν, mirifica verbi forma atque invisitata. Quod rediit, *Stobaeus* et scripti valide adfirmant, auctorque fragmentorum Pythagoreorum, haec manifesta aemulatione adumbrans, αἵ τινες τὰ αἰσχρὰ ἐκ τῶν ἰδίων πάντοθεν συνενείκαιεν p. 716. ed. *Galei.* Cultius praeterea et aptius ἐγκύψαντες, [*lin.* 9.] quomodo *Stobaeus* et boni Codices, dicti quo-

que elegantis imitatores. Notissimi οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες, dicterio Comici Nub. vs. 191. philosophi; quod *incurvi* rebus *attenderent*, talique viderentur incessu. Nihil autem congruum magis *Eusebii* Philosophi apud *Stob.* Serm. CV. p. 567. sententià, fonte Herodoteo progressà: Εἰδέναι δὲ, ὅτι καὶ αὐτοὶ ἔς τε τὰ ἑωυτῶν ἐγκύψαντες, καὶ τὰ ἐκείνοις παρόντα ἐπιφρασάμενοι, εὑρήσουσι ἑωυτοὺς ἄμεινον πρήσσοντας. Sic enim ex *Trincaveli* editione et *Gesneri* scholio commode constituitur. *Socratis* simile effatum (videntur enim haec amasse, unde πάνυ ὡραῖον in *Pass.* adpostium cernitur) dabit *Plutarch.* Consol. ad Apollon. p. 106. B. WESS. — Suspicatus equidem eram, ex *prisci* alicuius *Sapientis* dicto, sententiam hanc mutuatum esse *Herodotum*, et, ita in suum usum convertisse, ut, quod ille de fortunae casibus et calamitatibus dixisset, quibus obnoxii sunt mortales, ad mala moralia, ad prava atque turpia facta hominum (conf. mox *lin.* 11.) transferret. Iam opportune video *Larchero* observatum, eam ipsam quam dico sententiam *Soloni* auctori adscribi a *Valerio Max.* VII. 2. ext. 2. sic scribente: *Aiebat* (*Solon*), *si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum ut propria deportare domum, quam ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre mallet.* S.

11 *seqq.* Ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα etc.) Nobilem et sinceram professionem cum *Plutarchus* haud ignorarit, cur iterum iterumque repetuntur criminationes? Idem recentioribus dictum esto, tanta, qua ille, eruditione plerumque defectis. *Pausanias*, quod *Kühnius* et *Berglerus* viderunt, ad Nostri exemplum, Ἐμοὶ μὲν οὖν, ait, λέγειν μὲν τὰ ὑπὸ Ἑλλήνων λεγόμενα ἀνάγκη· πείθεσθαι δὲ πᾶσιν οὐκ ἔτι ἀνάγκη: lib. VI. 3. p. 458. WESS.

17. πᾶν δὴ βουλ. σφι εἶναι πρὸ τῆς) Apud *Plutarch.* de *Herod. Malign.* p. 863. vulgatur vs. 36. πᾶν δὴ βουλ. σφι προσεῖναι τῆς παρούσης λύπης. Dubium scripserit-ne censor προεῖναι, an εἶναι πρὸ τῆς π. λ. Supra VI. c. 12. πρὸ τούτων τῶν κακῶν ἡμῖν γε κρέσσον καὶ ὁτιοῦν ἄλλο παθέειν ἐστί. *Euripidis* Praxithea in Erechtheo: Μισῶ γυναῖκας, αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ Ζῆν παῖδας εἶλον. Usitatius in talibus ἀντὶ verbo etiam προαιρεῖσθαι adiicitur. VALCK.

CAP. CLIII. 4. οἰκήτωρ ὁ ἐν Γέλῃ) Laurentio Οἰκήτωρ nomen proprium fuit, scribenti praeterea *Epitriopio*,

haud nitide. Οἰκήτωρ ὁ ἐν Γέλῃ idem crit Γελῷος: articulus tamen, quae et *Reiskii* opinio, minus adcommodatus. Ceterum interpretes *Pindari* Pyth. II. vs. 27. Dinomenem ferunt, Gelonis patrem, τὰ ἱερὰ ἐκ Τριόπου τῆς Κύπρου in Siciliam deportasse, vehementer lapsi. Id bene, quod ταῖν θεαῖν ἱεροφάντην, sive Cereris et Proserpinae, sistant. WESS. — Vide *Var. Lect.* Ferendum fortasse fuerat οἰκήτωρ ἐν Γέλῃ: sed rectius cum genitivo construitur id nomen, sicut mox lin. 20. et IV. 34, 10. *S.*

6. καὶ Ἀντιφήμου) *Athenaeus*, *Stephanus Byz.*, *Pausanias*, *Etymologus*, Scholiastes *Pindari*, quos plerosque ill. *Scaliger* ad *Euseb.* Chron. Ann. MCCCXLIII. p. 80. perstricta praviore hac nominis scriptura, antestatus est, hominem ita adpellitant. Consentiet illis in posterum *Herodotus*; qui profecto οὐκ ἐλείφθη [non ἐλήφθη] reliquerat. WESS. — *Athenaeum* vide lib. VII. p. 297. F. et *Steph. Byz.* in Γέλα. *S.*

18. οὐ πρὸς τοῦ ἅπαντος ἀνδρός) Non mihi quis facile persuadebit, apud *Herodotum* similesque scriptores reperiri τὸν ἅπαντα ἄνδρα. Aut eiiciendus est articulus, aut in talibus etiam usitatum requiritur participium: dederat-ne forsan οὐ πρὸς τοῦ παρόντος ἀνδρός? Sophoclea Noster suaviloquus sapienter adamavit, et est illud *Sophoclis* Oed. Tyr. vs. 401. Καί τοι τό γ' αἴνιγμ' οὐχὶ τοὐπιόντος ἦν Ἀνδρὸς διειπεῖν: ubi *Schol.* οὐ τοῦ τυχόντος ἦν σαφηνίσαι. Hoc forsan argutum; sed si Codicibus abest articulus, verum videbitur, οὐ πρὸς ἅπαντος ἀνδρός. *Cratinus Athenaei* II. p. 68. A. Οὐ πρός γε παντός ἐστιν ἀργύσαι καλῶς: sic enim, vocula γε tantum interiecta, corrigi malim, quam cum Viro magno [*Casaub.*] οὐ παντὸς ἀνδρός etc. [Vide et Animadv. in *Athen.* T. I. nuperae ed. p. 454 seq.] *Lucian.* T. II. p. 506. οὐ πρός γε σοῦ τὸ τοιοῦτον. Sed est tamen illud in nobili senario apud *Zenob.* Cent. V. pr. 37. Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς: *Non cuivis homini* etc. *Aelian.* de Nat. An. XIII. 9. ἵππον Ἰνδὸν κατασχεῖν - - οὐ παντὸς ἦν. Eleganter, ut Sophista scilicet, *Philostr.* Vit. Soph. lib. II. c. XXXI, 2. εἶναι δή, ait, τὸ μὲν ζῶντα τὸν τύραννον ἐπικόπτειν ἀνδρός, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός. VALCK. — Facile credo, alium auctorem οὐ πρὸς ἅπαντος ἀνδρός, absque articulo, scripturum fuisse: sed adiicere articulum non dedignatus videtur *Herodotus*. Sic quidem

idem I. 91, 29. τοῖσι ἅπασι scripsit, ubi alius satis habiturus erat nude ἅπασι scribere, quemadmodum idem ipse Noster I. 1, 8. *S.*

CAP. CLIV. 1. τοῦ Παντάρεος) Auctoritatem nomini Cl. *Gronovius* conciliavit, [nullum quidem alium testem, nisi *Mediceas* membranas, advocans;] neque ego defugio. Decessit *Cleander* de vita anno Olymp. LXX. 3. cuius successor *Hippocrates* Gelae tyrannidem in VII. annos continuavit, nactus dominationis succedaneum *Gelonem* Olymp. LXXII. anno secundo, quod *Dionysii Hal.* lib. VII. pr. et *Pausaniae* VI. 9. constat testimoniis. Plura *H. Dodwellus* Ann. Thucyd. p. 42. WESS.

[7. καὶ Αἰνησιδήμου) Huius nomen h. l. insignivit Herodotus, quoniam filii eiusdem infra (c. 165, 4.) mentionem erat iniecturus. *S.*]

Ibid. ὃς ἦν δορυφόρος Ἱπποκράτεος) His si adesset μετέπρεψε, series verborum hians optime coiret. Ὁ Γέλων - - - πολλῶν μετ' ἄλλων - - - μετέπρεψε· μετὰ δὲ etc. *Gelon - - cum aliis multis - - - excelluit; non multo vero post tempore etc.* Fieri certe potuit, ut ob consequens μετὰ similis initii verbum a librario transiliretur. Haec mera suspicio; quam qui recusant, tractam longius Scriptoris contra morem orationem vocibus ἀνὴρ ἐφαίνετο ἐν τούτοισι terminare, sublatis maioribus punctis, debent; quae Cl. *de Pauw* mens fuit. Ceterum praefecturam equitatus, ἁπάντων τῶν ἱππέων τὴν ἐπιμέλειαν, Geloni ab Hippocrate mandatam *Timaeus* quoque prodiderat apud Criticos *Pindari* Nem. Od. IX. prope fin. WESS. — Mihi expeditissima certissimaque emendandi huius loci ratio ea videtur, quam secutus sum. *S.*

18. ἐπὶ τοῖσδε καταλλάξαντες) Subvenire vitiosae καταλλάξαντες lectioni Cl. viri versio *certis conditionibus*, quas *recensuerunt*, voluit. Quanto apertius et melius, quod in *Pass.* et *Reiskii* coniectura, *hac lege reconciliantes.* Conditio fuit, *ut* ob cladem ad Elorum (qua de in schol. ad *Pindari* Nemeon Od. IX. 96.) *Syracusani Camarinam*, nuper eversam, *Hippocrati* bona fide *restituerent*, *Thucydid.* VI. 5. WESS.

CAP. CLV. 5. καὶ Κλεάνδρῳ) *Cleander*-ne, an *Cassander*, iusto fuerit nomine, in Msstorum dissensu non assevero. Gelo, modo ne fallant ex *Timaeo* Schol. *Pindari*,

utriusque tutorem egit: specie tutelae, ut saepe similis ambitionis alii, pupillorum caussae studuit, reapse suae: quae quidem, ut alia in re Oedipus Sophocleus, λόγῳ μὲν ἐσθλά, τοῖσι δ᾽ ἔργοισιν κακά, Oed. Col. vs. 816. WESS.

11. Κυλλυρίων) Propius verum Καλλικυρίων aut Κιλλικυρίων. *Hesychio* certe et *Eustathio*, leviter erranti, Κιλλικύριοι: *Suidas* Καλλικύριοι, ubi *L. Küsterus* et vir eruditus *Miscell. Nov.* T. I. p. 79. De Syracusanorum Γαμόροις sive Γεωμόροις *Valesius* ad *Diodor.* T. II. p. 549. erudite. WESS. — Pro vulgato Κυλλυρίων, in *Med.* est Κιλλυρίων: ex his duabus tertia lectio formari poterit Κιλλικυρίων, meo iudicio hic etiam sincera. Sic nomen et alibi scribitur, et apud *Hesych.* in sua serie: Κιλλικύριοι, οἱ ἐπεισελθόντες γαμόροις (γεωμόροις leg.) δοῦλοι δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ τοὺς κυρίους ἐξέβαλον. Praeter haec, ista quoque *Zenobii* IV. 54. syllabam firmant quae excidit apud *Herodotum*: ἡ αἰτία τῆς κλήσεως αὐτῶν, διὰ τὸ παντοδαποὺς εἰς τοῦτο συνελθεῖν, ὥστε τοὺς κυρίους (τοῖς κυρίοις leg.) ἐγκεῖσθαι: sed apud *Zenob.* dicuntur Καλλικύριοι, ut in *Plutarchi* sub nomine divulgatis a *Iac. Gronovio* proverbiis §. x. et aliquoties apud *Suidam*, qui testes excitat *Timaeum* et *Aristotelem* in Rep. Syracusanorum. De his notavit quaedam vir doctus in Misc. Obs. Nov. I. p. 78. conf. *H. Stephani* schediasm. IV. 15. VALCK.

CAP. CLVI. 1. Γέλης μὲν ἐπικρατέων) Si participium ad superius redeat structura παρέλαβε τὰς Συρηκούσας ἐπικρατέων, Γέλης μὲν etc., nihil hic incommodi: sin, non male ἐπικρατέειν aut ἔτι κρατέων cum *Abreschio* pingetur. Clar. *Reiskio* aliud, sed violentius, remedium in *Miscell. Lips.* Vol. VIII. p. 486. WESS. — Γέλης ἐπικρατέων, id est, ἧς ἐπεκράτει. *Gelam quidem, quam tenebat, minoris faciebat: hanc cum Hieroni fratri commisisset gubernandam, ὁ δὲ τὰς Συρακούσας ἐκράτυνε.* In his non egemus correctionis. VALCK. — Naturalis verborum series haec fuerit, λόγον ἐλάσσω ἐποιέετο ἐπικρατέων Γέλης: ubi ἐπικρατέων idem valet ac ἐπικρατέειν, quemadmodum multa in Graeco sermone verba cum participio construuntur, loco infinitivi. *S.*

4. ἔσαν ἅπαντα αἱ Συρήκουσαι) *Reiskii* et *Pavii* ἔσαν ἅπαντά οἱ αἱ Συρήκ. elegans, sed minime, cum pronomen tacitum intelligatur, necessarium. Multa docti viri ad III. 157. nominati. WESS. — Lenissima *Reiskii* mutatio,

legentis καὶ ἔσαν ἅπαντά οἱ αἱ Συρήκουσαι: ubi omitteretur forte rectius articulus: *et omnia erant ei Syracusae:* sic recte vertit *St. Bergler.* ad *Alciphr.* p. 237. Praeter illum multi hoc genus loquendi illustrarunt; locum huic simillimum protulit *G. Raphelius* Annot. in *Pauli* I. Ep. ad Cor. xv, 28. Atque haec nostra etiam valde accommoda *Dukerus* admovit his *Herodotum* imitantis *Thucydidae* VIII. 95. Εὔβοια γὰρ αὐτοῖς ἀποκεκλῃσμένης τῆς Ἀττικῆς πάντα ἦν. Eodem casu comitante *Herodotus* alibi, [I. 122, 12. de quo quidem loco vide *Hermanni* Adnot. 95. ad *Viger.*] ἦν οἱ τὰ πάντα ἡ Κυνώ: et fortasse posuerat, omissa quae nunc adest praepositione ἐν, lib. III. c. 157. πάντα δὴ ἦν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος. VALCK. — Vide *Var. Lect.* ad h. l. et Adnot. ad III. 157, 20. Parum interest: sed, ut expeditissima, sic verissima huius loci scriptura fuisse videtur, quae *Valckenario* placuerat, ἔσαν ἅπαντά οἱ Συρήκουσαι. *S.*

4 *seq.* αἱ δὲ παραυτίκα ἀνά τε ἔδραμον καὶ ἔβλαστον) Sic de Lacedaemoniis, ἀνά τε ἔδραμον αὐτίκα καὶ εὐθηνήθησαν, lib. I. c. 66. *Damascius* apud *Suidam* in Γίσιος: ἀνέδραμέ τε καὶ εὐθήνησεν. In Ἀναδραμεῖν, pro αὐξηθῆναι adhibito, *Homerum* imitantur. Herodoteam tmesin, Ionibus ferme solis et Poëtis usitatam, saepius usurpare non dubitavit *Eunapius*, in cuius Porphyrio p. 13. legitur: ἀνά τε ἔδραμε - - - καὶ ἐπίδωκε. VALCK.

8. τῶν ἀστῶν) Status his movetur, iniuriâ tamen, controversia; siquidem ἀστῶν id vocabulum, ubi abesse alii iuberent, in Musis saepe locum capessit. Hoc vide ex c. 170. αὐτίων τε Ταραντίνων καὶ Ῥηγίνων, οἱ ὑπὸ Μικύθου τοῦ Χοίρου ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν. Alia lib. III. 123. IV. 53. IX. 93. WESS.

19. συνοίκημα ἀχαριτώτατον) Spartani populum Atticum δῆμον ἀχάριστον, ob gratiam sibi, uti prae se ferebant, non relatam, traducunt lib. V. 91. Diversiore paullo usu plebs συνοίκημα ἀχαριτώτατον, quin tyrannis *insuavis* illa et *minime iucunda;* quippe qua οὐδὲν ἀξυνετώτερον οὐδὲ ὑβριστότερον, de Megabyzi Persae sententia, lib. III. 81. Instaurata vox memorem lib. I. 207. non anget. WESS.

CAP. CLVII. 3. καὶ Ἀθηναῖοι) Additis Atheniensibus, quos neglectos series et Mssti noluerunt, sermo nunc instructior: adfuisse autem Atheniensium legatum,

cap. 161. atque ex *Ephoro* scholiastes *Pindari* Pyth. Od. I. prope fin. clamat. WESS.

5 *seq.* τὸν γὰρ ἐπιόντα *etc.*) Non nescio quomodo γὰρ istæ hac in sede possit defendi, neque adeo ista lib. I. c. 163. πυθόμενος τὸν Μῆδον παρ' αὐτῶν ὡς αὔξοιτο: sed quia centenis, quae horum dantur similia, nihil inesse puto, quod ad haec respondeat, placet elegantissimi *Gisberti Koenii* nostratis coniectura, voculam γὰρ transponentis hoc modo: Ἐπεμψαν ἡμέας Λακεδαιμόνιοι καὶ Ἀθηναῖοι (has voces praebent Codd.) - - - παραλαμψομένους σε πρὸς τὸν βάρβαρον τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· πάντως γάρ κου πυνθάνεαι, ὅτι Πέρσης ἀνὴρ etc. VALCK. — Τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα (ne qui adhaerescant) repetit c. 177. Ceterum culte variegatam orationem sistunt, aliorum decursuram more, πάντως κου πυθάνεαι ὅτι Πέρσης ἀνὴρ, ἐπιὼν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, μέλλει, ζεύξας etc. Non dissimiles figurandae dictionis modos Cl. *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 104. et ad *Aristaeneti* lib. I. Epist. 5, conduxit. WESS.

11. δυνάμιός τε ἥκεις μεγάλης) Sentio aliquid hoc loco turbati. Semper tali in re δυνάμιός τε εὖ ἥκεις, aut etiam πόῤῥω. Edito geminum equidem haud reminiscor. Corrigitur a *Reiskio* ἥκεις μεγάλως, plaudente *Abreschio* Diluc. Thucyd. p. 121. sine exemplo tamen. WESS. — Emendandum censeo, σὺ δὲ δυνάμιός τε εὖ ἥκεις, καὶ etc. eiectà voce μεγάλης, quae forsan ex interpretamento, μεγάλην ἔχεις, nata contextum irrepsit. μεγάλως legenti *Reiskio* suffragatur *Abreschius* Diluc. *Thucyd.* p. 121., sed constans in hac formula repugnat usus: ἔχειν in talibus quaevis adverbia sibi patitur adiungi; sed ἥκειν ferme tantum εὖ admisit. Ut Graece non dicitur χρημάτων εὖ ἥκεις μεγάλων, sic neque δυνάμιος εὖ ἥκεις μεγάλης. Obmoveri non debet illinc diversum quod legitur lib. VIII. c. 111. Quinquies usurpatum *Herodoto*, εὖ ἥκειν, totidem vicibus *Aelianus* repraesentavit, cuius loca dedit *L. Bos* ad *Luciani* [Εἰκόνες, s. Imag. cap. 11.] μορφῆς μὲν εὖ ἥκούσας T. II. p. 469. [ed. Wetst.] Apud *Suid.* in Εὐτόκιος legitur et γένους εὖ ἥκων. Φύσεως εὖ ἥκοντα dixit *Philostr.* Vit. Apoll. VIII. c. 18. *Hyperides*, πιθανότητος εὖ ἥκει, iuxta *Demetrium Magnesium* apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 179, 40. *D. Heinsii* coniectura in *Theocr.* XIII. 15. magis videretur probabilis, si scripsisset: Αὐτῷ δ' (id est

ἑαυτοῦ) εὖ ἥκων ἐς ἀληθινὸν ἄνδρ' ἀποβαίη. Ἑωϋτῶν εὖ ἥκοντες Assyrii dicuntur Nostro I. c. 102. *Thomas M.* in Ἔχω locutionem, φρενῶν εὖ ἥκει, comparat cum Homerica τόξων εὖ εἰδώς, quam similesque nobis explanavit *Ti. H.* ad *Thom.* in Γεγυμνασμένος ῥητορικῆς. VALCK. — Rara utique et vix alibi reperiunda structura, quam h. l. communi consensu praeferunt libri omnes: nec tamen idcirco temere mutanda ab Editore. Multa passim in veterum scriptis reperiuntur ἅπαξ λεγόμενα, multae item formulae insolentiores, quae turbare quidem nos possunt, nec vero idcirco eliminari continuo debent. Immo vero, quum I. 149, 7. χώρην dixerit Herodotus ὡρίων ἥκουσαν οὐχ ὁμοίως, non adiecta, sed subintellecta εὖ particula; quumque VIII. 111, 11. θεῶν χρηστῶν (non, nude θεῶν) ἥκοιεν εὖ scripserit; quidni idem h. l. δυνάμιος ἥκεις μεγάλης (quod aliquanto maiorem vim habere videtur, quam δυνάμιος εὖ ἥκεις) scribere potuerit? *S.*

CAP. CLVIII. 1. πολλὸς ἐνέκειτο λέγων) Latina *Vallae* inmutata a *Gronovio* sunt. Convenit ex parte πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξεῖνος lib. IX. 90. et lib. VIII. 59. πολλὸς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι: plenissime *Dionis* hoc *Cassii* lib. XLII. [c. 24.] p. 221. ed. *Steph.* καὶ ὅτι πολὺς ἐνέκειτο τό, τε τοῦ Καίσαρος ὄνομα ἐπικαλούμενος *M. Caecilius.* WESS. — *Valla: multus in hac oratione fuit.* Commode ad sententiam *Gronovius: vehemens erat in urgendo.* πολλὸς adfectum et vehementiam exprimit: ἐγκεῖσθαι vero est *insectari, invehi, urgere. S.*

[2. λόγον ἔχοντες πλεονέκτην) *Gronov.* cum *Valla: Insolentem habetis orationem;* satis commode ad sententiam, cui quidem rite exprimendae adconmodatius aliquod latinum verbum desideres. Hoc enim *Gelo* dicit: *Vestris unice commodis intenti ab aliis ea postulatis officia, quae vos illis petentibus praestare dedignamini. S.*]

7 *seq.* τὸν Δωριέος -- πρὸς Ἐγεσταίων φόνον) De his, infeliceque *Doriei* interitu, lib. V. 46. Ex schedis ὠφελίαι, [*lin.* 9.] veluti eodem libro c. 98. placuerunt; neque damnabiles ἐπαυρέσιες, [*lin.* 10] usu *Thucydidis* II. 53. quamquam similis ibi scriptionis variatio, munitae. WESS.

8. ὑποτείνοντος) ἐλπίδα δηλονότι: prout recte supplet *Schol.* in *Thucyd.* VIII. c. 48. In *Aristoph.* Acharn. vs. 657. ὑπο-

τείνων μισθοὺς redditur ὑπισχνούμενος a *Schol.* et *Suida*; qui *Philostrato* tribuit, quae sunt *Synesii* Ep. 105. p. 247. A. In istis infra, [*lin.* 15.] οὕτω δὴ Γέλωνος μνῆστις γίγνεται, locum invenit observatio *Demetrii* περὶ Ἑρμ. §. 57. Vid. Clar. *Io. Taylor* in *Demosth.* Midian. p. 299 seq. VALCK.

17. διηκοσίας τε τριήρεας) Armasse Gelonem διηκοσίας νεῶς καὶ δισχιλίους ἱππεῖς καὶ πεζοὺς μυρίους ex *Ephoro* Critici produnt ad *Pindari* Od. Pyth. I. longe infra catalogum, quem hic annumeravit. Si verum est, Dionysium lapsis aliquot annis ex una Syracusana civitate c. et xx. M. peditum, et XII. M. equitum, navesque longas cccc. in aciem emisisse apud *Diodorum* lib. II. 5., magnifica haec promissa inani iactantiae non erunt inputanda. WESS.

CAP. CLIX. 2. Ἦ κε μέγ' οἰμώξειεν) Manifesta adumbratio Homerei Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων Ἱππηλάτα Πηλεύς *Iliad.* H'. 125. WESS. — *Homerici* versus est parodia ex Ἰλ. ή. 125. Sententiae non illa multum dissimilis in Ἰλ. ά. 255. ἦ κεν γηθήσαι Πρίαμος. Ad *Homerum* Herodotea comparavit *Eustath.* in Ἰλ. ή. p. 540. καὶ παρ' Ἡροδότῳ εὕρηται σχῆμα ὅμοιον τῷ Ὁμηρικῷ *etc.* VALCK.

3. ἀπαραιρέεσθαι) Quod ex *Med.* et aliis ἀπαραιρῆσθαι, qua tandem re vulgatum exsuperet, non video; incommode quoque coalita syllaba. WESS. — Immo nec vulgatum probum erat, nec id quod ex *Med. Gronovius* receperat. Ionica ista verbi forma non in praesenti tempore, solum in praeterito perfecto et plusquamperf. locum habet: quare unice vera terminatio h. l. ῆσθαι erat. *S.*

8. σὺ δὲ μὴ βωθέειν) Premo vestigia probatorum Codd. ipsiusque Scriptoris lib. III. 134. σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, et parili saepe modo. Vid. lib. IV. 128. WESS. — Restituetur βωθέειν ex Codicibus. Videatur clar. Editor in p. 30, n. 98. et 336, 37. [*Wess.* ad I. 63, 13. et ad IV. 126, 6.] VALCK. — Ad infinitivum βωθέειν pronum est aut βοῦλευ (ion. βούλευ) intelligere, aut δικαίευ ex verbo proxime praecedente. *S.*

CAP. CLX. 1. ἐπειδή ὦρα ἀπεστραμμένους τοὺς λόγους τοῦ Συάγρου) Ἐπεστραμμένους τοὺς λόγους, *dicta aspera*, fuisse autumo: quo sensu λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα Themistocles acerbius locutus lib. VIII. 62. et Demosthenis εἰρωνείας ἐπεστραμμένη, *asperior*, discrepans ab Isocratea, quip-

pe quae ἁβροτέρα καὶ ἡδίων in *Philostrati* lib. I. Vit. Soph. p. 504. ubi bene *Olearius*. WESS. — At ἀποστρ. communi consensu exhibent libri omnes, quod et ipse *Wess.* in contextu tenuit: merito; commodam enim offert sententiam, *sermonem aversantem, cum indignatione respuentem propositam conditionem.* S.

2. τὸν τελευταῖόν σφι τόνδε) τὸ τελευταῖον legi mavult *Koenius*. VALCK.

3 *seq.* ὀνείδεα κατιόντα ἀνθρώπῳ φιλέει ἐπανάγειν τὸν θυμὸν) Haec et seqq. prostant et ap. *Stobaeum* p. 171, 11. et p. 173, 32. *Aeschines*, de Falsa Leg. p. 48, 11. τὸ ψεῦδος, inquit, ὄνειδος οὐ περαιτέρω τῆς ἀκοῆς ἀφικνεῖται. Iuxta Xerxen *Herodoti* VII. 39. ἐν τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός. Cum hoc Gelonis, dictum iratae Tomyridis comparandum est ex lib. I. c. 212. οὕτω μαίνεσθε, ὥστε, κατιόντος τοῦ οἴνου ἐς τὸ σῶμα, ἐπαναπλώειν ὑμῖν ἔπεα κακά. Nostro loco positum in medio pertinet ad utrumque, ni fallor, ἀνθρώπῳ: nam et ὀνείδεα dici possunt κατιόντα ἀνθρώπῳ, pro ἐς ἄνθρωπον: apud *Thucyd.* veram lectionem Codex optimus servavit [I. 78.] p. 53, 78. Non mirabor, si cui placebit ἀνθρώπων, ut convitia per aures immissa dicantur κατιόντα *in pectus* sive ἐς τὸν θυμόν. *Iram in pectore* Plato, *cupiditatem subter praecordia locavit.* VALCK.

5. οὔ με ἔπεισας) Praetuli hoc ex *Stobensi* et scriptis: neque enim de futuro sermo. WESS.

10. ἡμεῖς τι ὑπείξομεν) Sic scribendum vidit *Koenius*. VALCK.

14. τούτοισι ὑμέας χρεὼν ἐστι ἀρέσκεσθαι) *Haec vobis oportet placeat conditio.* Ἀρχέεσθαι, quod, *Vallae* lectum, dat *Arch.* plures si habent Codices, optio difficilis erit inter ista duo; ut et in his apud *Stobaeum* (p. 4, 27.) *Democriti*, ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς δεῖ ἔχειν τὴν γνώμην, καὶ τοῖς παρεοῦσιν ἀρκέεσθαι, scribendum-ne totidem sit literis ἀρέσκεσθαι, an, una detrita, ἀρκέεσθαι; utrumque recepit usus. *Contentum suis rebus esse* vulgo certe dicebatur ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσιν, ut in Ep. ad *Hebr.* XIII; 5. et in locis adscriptis a *Wetstenio*. Idem *Isocrati* saepe στέργειν τοῖς παροῦσι: ἀγαπᾷν τοῖς ὑπάρχουσι, *Lysiae*; si huius est ὁ ἐπιτάφιος λόγος, quod non opinor: aliis ἀρέσκεσθαι τοῖς παροῦσι. Postremum hoc veteribus ista structura multo est usitatius, quam ἀρκεῖ-

εθαι: Thucyd. II. 68.: οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ ἐν Ἄργει κατασπάσει: VIII. 84. *Lucian.* T. I. p. 648. II. p. 639. *Longin.* XXXIII. 5., ἥκιστα τοῖς πταίσμασιν ἀρεσκόμενος: quin ipsi *Herodoto*, IV. 78., διαίτῃ οὐδαμῶς ἠρέσκετο Σκυθικῇ: III. 34., οὐκ ἀρεσκόμενος τῇ κρίσει. [Adde IX. 66, 1. et 4.] At alterum illud apud Nostrum etiam invenitur lib. IX. cap. 32., οὐδ' οὕτω ἔφη ἔτι ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι. VALCK. — Animus in ἀρκέεσθαι magis, quam ἀρέσκεσθαι vergit, motus istis lib. IX. 32. οὐδ' οὕτω ἔφη ἔτι ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι. Accedunt ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι in *Teletis* fragmento apud *Stob.* Serm. XCV. p. 523. et Epist. ad *Hebraeos* c. XIII, 5. Nemini tamen praescribo. WESS. — Equidem tenendum ἀρέσκεσθαι putavi, ut paullo exquisitius, huicque loco aptius, et inprimis *Herodoteum*. *S.*

CAP. CLXI. 1. Γέλων μὲν δὴ ταῦτα προετείνετο) Non male cepit *Valla*, [sic reddens: *Hanc Gelon conditionem offerebat.*] Sic lib. V. 24. τάδε τοι ἐγὼ προτείνομαι. Passivo significatu, δυοῖν πραγμάτων προτεινομένων, scripsit *Isocrates* in Panathen. pag. 257, A. VALCK. — Προτείνειν, activâ verbi formâ, significat *offerre*, (pacis conditiones) *proponere.* Vide Lexic. *Polyb.* p. 541. Προτείνεσθαι, verbo medio, est *pro opera alteri oblata vicissim certa iura aut mercedem postulare sibi.* Conf. IX. 34, 6 et 9. *S.*

3. ἀμείβετό μιν τοῖσδε) Aspernandum hoc non videbatur. Huiusmodi lib. I. 35. Κροῖσος δέ μιν ἀμείβετο τοῖσδε. WESS.

12. οὕτω ἔχει τοι) Laurentius vertit, ceu scriptum οὕτω ἔχει τοι invenisset, quod Codd. respuunt, minime tamen inprobum. Vulgatum vult, *ita sese res habet*; tum sequi debuit, ὡς οὐδ' ἂν, *ut etiamsi* etc. Eadem sentiunt *Reiskius* et *Abreschius.* WESS. — Potuit *Valla* id ipsum, quod libri omnes tenent, οὕτω ἴσχε τοι, *ita habeto*, nec sic quidem male, interpretari. Nec vero necesse est ut ὡς sequatur; modo, loco commatis quod post ἔχε olim ponebatur, maiore distinctione interpungatur oratio, quod ante nos iam a *Schaefero* factum. *S.*

17. πάραλον Ἑλλήνων στρατὸν) Male παρ' ἄλλων *Valla* et consentanei. *Maritimas* civitatis suae *copias* orator Atticus negligere haud potuit. WESS.

18. οἱ Συρηκούσιοι ἐόντες Ἀθηναῖοι συγχωρήσομεν) Super-

bum oratoris Attici dictum infregit, hinc meo quidem arbitratu alienissima, vocula εἰ, quae, ex vicino οἱ facile nata, quo hic ponitur modo construi non solet. Quae praecedunt, sic sunt iungenda: ἄλλῳ δὲ παρήσομεν οὐδενὶ ναυαρχέειν· μάτην γὰρ ἂν --- εἴημεν κεκτημένοι. Hic plena ponenda est distinctio. Novam periodum orator animosus sic orditur: Συρηκουσίοισι, ἐόντες Ἀθηναῖοι, συγχωρήσωμεν τῆς ἡγεμονίης; *Nos, qui sumus Athenienses, Syracusanis cederemus principatu!* Pendet modus subiunctivus, συγχωρήσωμεν, a suppressis, θέλεις, vel βούλει ἵνα. Vehementiam dicti sentient, qui vel ad similia, vel ad haec attenderunt *Demosthenis* p. 49, 8. [p. 78, 13. ed. Reisk.] ἀξιῶν Ἀθηναίους ὄντας πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι. Pag. 126, 35. [pag. 197, 11. Reisk.] ὑμεῖς δὲ, ὄντες Ἀθηναῖοι, βάρβαρον ἄνθρωπον καὶ ταῦτα γυναῖκα φοβηθήσεσθε; Tale quid indicatum voluit *Thucyd.* VI. c. 59., ubi Hippias Acantidae filiam suam Archedicen, Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ ἔδωκεν. Quantam hic vim nomen haberet Ἀθηναίων, mox explicat Atheniensis: ἀρχαιότατον μὲν ἔθνος παρεχόμενοι, μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται Ἑλλήνων: quae tractavit clariss. *Wessel.* supra p. 26. [Adnot. ad I. 56, 10.] *Plutarchus* de Exil. pag. 604. D. Τίς εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον οἷον Εὐριπίδης; Ἡ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις, Πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς, Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι. *Euripidis* ista, nobis ex Erechtheo servata, minus sincera prostant in orat. *Lycurgi* p. 160. VALCK. — Quod abiectam voculam εἰ maluit Vir doctissimus; id commodissimum foret, si vera esset scriptura verbi συγχωρήσωμεν: sed terminatio subiunctivi modi temere primum in editionem *H. Stephani* posteriorem invecta est; et, ut voculam εἰ libri omnes agnoscunt, sic probatissimi codices cum ed. *Ald.* et *Steph. pr.* in συγχωρήσομεν consentiunt, quam scripturam non dubito in aliis etiam scriptis libris, si diligentius inspiciantur, iri repertum. Caeterum, quam vim inesse monuit *Valck.* in verbis ἐόντες Ἀθηναῖοι, ea etiam sic integra manet. *S.* [illegible] 20. μοῦνοι δὲ ἐόντες οὐ μετανάσται) Vide lib. I. cap. 56. WESS. — Μετανάστης, *qui solum vertit*, Homericum vocab. Iliad. ι'. 644. (al. 648.) et π'. 59. non ad thema ἵστημι vel στάω referendum, ut a nonnullis factum video; sed a ra-

dice νάω, ναίω, *habito*, repetendum; ut cum *Eustath.* ad Iliad. π'. p. 1059. recte *Aem. Portus* monuit. *S.*

21. τῶν καὶ Ὅμηρος *etc.*) Menesthea indicari *Galeus* admonuit, Poëta consentiente, Iliad. Β'. 554. WESS.

CAP. CLXII. 2. τοὺς μὲν ἄρχοντας) Insertam vocem requirebant sequentia, in quibus Cl. *Gronovii* ex schedis opera eminet. [Vide *Var. Lect.*] Equidem ex iisdem ἀρχομένους non adversabar olim: at supra Laco ad Gelonem ἔσθι ἀρξόμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων c. 160. WESS.

3. οὐδὲν ὑπιέντες) Quod plures scripti οὐδὲν ὑπιέντες cum *Aldo*, laudibus docti viri fertur. *Suidae* Ὑφίει, συγχωρεῖ, nemo nescit, nemo quoque, gignendi plerumque casum id sibi sumere. Ἐπιέντες *Portus* illustravit. WESS. — Ὑπιέντες, ex *Arch.* enotatum, reciperem. Vim verbi propriam et translatam *L. Küster.* attigit in *Aristoph.* Ran. vs. 1251. Ubi *Aristides* pro Cimone T. III. p. 251., ὥσπερ ἂν εἰ πλέων, καὶ παρὸν ἐξ οὐρίας κομίζεσθαι, εἶτα ὑφείμην ὑπὸ δειλίας. *Schol. MS.* εἰπὼν τὸ ἐξ οὐρίας, ἐπήγαγε τὸ Ὑφείμην ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν χαλώντων τὰ ἱστία. Ut ὑφίεσθαι τῶν ἱστίων, sic et dicebatur ὑφίεσθαι τοῦ τόνου, τῆς γλώττης, τῆς ὀργῆς: quorum primum est in *Aristoph.* Vesp. 336. secundum restituendum est *Philostrato* Vit. Apoll. lib. III. c. 25. tertium, ὑπίεσθαι τῆς ὀργῆς, habet *Herodot.* pag. 134, 18. et alibi. [II. 122, 78. conf. IV. 181, 18.] Qui vocatur *Phalaris*, Epist. 72., non ὑφῆρηκα; sed scripserat, ut puto, πάντως που θαυμάζεις, ὅτι ὑφῆκα τῆς ὀργῆς. VALCK. — Sic vero etiam *Noster* activâ verbi formâ subinde utitur eâdem notione *remittendi*: ὑπεὶς τῆς ὀργῆς I. 156, 8. III. 52, 9. ὑπῆσειν τῆς ἀγνωμοσύνης IX. 4, 6. Similiterque h. l. ὑπιέντες unice verum arbitror: neque me movet quod eum accusativo casu (non cum genitivo) constructum h. l. id verbum videtur: potest enim verbum absolute positum intelligi, et οὐδὲν valere κατ' οὐδὲν, *nulla parte cedere*, *nihil prorsus remittere.* Quin immo suspicari licuerit, proprie cum accusativo casu construi verbum ὑφιέναι, gignendi vero casum nonnisi elliptica quadam ratione ei iungi, v. gr. ὑφιέναι τῆς ὀργῆς dici pro ὑφιέναι τὶ τῆς ὀργῆς, *aliquid de ira remittere*: quod si ita est, recte legitimeque dicetur οὐδὲν ὑφιέναι, *nihil remittere. S.*

[4. εἴη, ἂν φθάνοιτε etc.) Familiarem istam Graecis for-

mulam lata et ingeniosa disputatione tractans *Hermannus* in Adnot. 204. ad *Vigerum*, hunc quoque *Herodoti* locum citavit, tamquam talem in quo ista formula non possit interrogative accipi. Quod ut Viro doctissimo ultro largior, sic mihi videtur locutioni illi ubique primitiva et propria vis inesse huiusmodi, *non poteris nimis cito, nimis celeriter hoc facere*; id est, *ocyus* et *quam ocyssime hoc fac*. Et est hic quidem plenior, quam alias, locutio, adiectis verbis τὴν ταχίστην: quasi diceret, *etiamsi quam citissime hinc abire properaretis, tamen non nimis cito abieritis. S.*]

6. ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὸ ἔαρ αὐτῇ ἐξαραίρηται) Errantem *Vallam* comiter in viam *P. Leopardus* reduxit, Emend. lib. VIII. c. 1. Dicto Gelonis, quod idem animadvertit, parilem, immo iocundiorem, praestat elegantiam illud *Periclis* ex Orat. Parentali, *iuventutem Atticam, bello peremtam*, τὴν νεότητα ἐκ τῆς πόλεως ἀνῃρῆσθαι, ὥσπερ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰ ἐξαιρεθείη, in *Aristotelis* Rhetor. I. p. 30. et, verbis parum mutatis, III. p. 134. ed. *Sylb.* Namque non eiusdem illud tumoris atque audaciae, sed translationis laudatissimae, cuius nullam merito, quippe obviae et cognitu facillimae, Philosophus explanationem addidit. Noster adiunxit, modo tamen ipsius haec declaratio, verum talem, quae maculam Graeciae adfricat. Quid enim? an δῆλον erat, Gelonis copias Graecorum exercitui tantum praestare, quantum ver potius et nobilius aliis anni tempestatibus est? Et talia Herodotum, Graecorum summum praedicatorem, litteris prodere? Doctissimi viri *Pavius* et *Reiskius*, ut historiae auctor ab ea immunis esset culpa, δηλοῖ γάρ, Gelo nempe, maluerunt. Bene quidem, modo Herodotea forent. Puto Cl. *Valckenarium* omnia dispuncturum. [Vide mox Adn. ad *lin. 6 seqq.*] WESS. —

Perversam videtur in suo Cod. scripturam invenisse *Valla*, ἐξαυαίνηται, et ἐξαυανθημένον: vertit enim, *ver ex anno illi exaruisse. Hesychii* Ἐξαυαίνεται est ex *Aristophanis* fragm. apud *Suidam* in Αὐαίνεται, qui descripsit istam notam ex *Scholiis* plenioribus in *Arist.* Ran. vs. 196. Ἐξαραίρηται, per se satis tutum, magis etiam adfirmat Periclis dictum, quod, *Leopardo* memoratum Emend. VIII. 1., cum his Gelonis compararunt *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* pag. 118., et

P. Wessel. in Diss. *Herod.* pag. 46. Si verum licet fateri, mihi Herodoteum non valde placet Gelonis dictum, eleganter a Pericle correctum: *ver enim tanquam adolescentiam significat*, *Cicero* de Senect. c. 19. Ipsa *pueritia* recte dicitur ἔαρ παντὸς βίου apud *Stobaeum* pag. 453, 37. neque absurde *Demades* ὁ ῥήτωρ ἔλεγε (*Athenaeo* teste lib. III. pag. 99. D.) ἔαρ τοῦ δήμου τοὺς ἐφήβους. Iuventutem ex civitate bello sublatam (Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους, *Sophocles* in Scyriis:) non inepte dixerit quis in funebri laudatione, ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαιρεθέν. VALCK.

6 *seqq.* οὗτος δὲ ὁ νόος *etc.*) Dicto Gelonis, sive verbo ἐξαραίρηται, proxima si subiungerentur ista: στερισκομένην ὦν τὴν Ἑλλάδα τῆς ἑωϋτοῦ συμμαχίης εἴκαζε, ὡς εἰ τὸ ἔαρ ἐκ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐξαραιρημένον εἴη: intermedia nemo, credo, requireret; quae mihi nec *Herodoto* neque huius lectoribus satis digna videntur; iuvenumque potius in gratiam hunc similemve in modum primitus scripta: οὗτος δὲ ὁ νοῦς τοῦ ῥήματος, ὃ ἐθέλει λέγειν, εἶναι τὸ δοκιμώτατον (δῆλα γὰρ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ἐστι τὸ ἔαρ δοκιμώτατον) τῆς τῶν Ἑλλήνων στρατιᾶς τὴν ἑωυτοῦ στρατιήν. Recepta facile formam induerunt Ionicam. Obscuriora dicta, formulis etiam talibus nonnunquam adiectis, sed ad istam rationem nusquam, *Herodotus* interpretatur. VALCK. — Suspiciones doctissimorum Duumvirorum me quidem non admodum moverunt. *Wesselingio* suspectus iste locus erat, quod non credibile sit, Herodotum talia literis voluisse mandare, quae maculam Graeciae adfricent. At non suo ista nomine scribit Herodotus; sed, quid *Gelo* dixerit, magnifice de suis copiis sentiens, refert et interpretatur. *Valckenario* ipsa haec interpretatio tyronum in gratiam a nonnemine adiecta videtur, Herodotoque pariter et illius lectoribus indigna. Novimus tamen (nec ipse diffitetur Vir doctus) alibi etiam subinde Scriptorem nostrum acute et figurate dictorum aut proverbiorum nonnullorum vim et originem, unde ortum ceperint, aut a quo primum edita reperiantur, declarare; ut IV. 149. VI. 37. 84. et 138. Unum mihi in verbis, quae h. l. leguntur, nonnihil incommodi habere videtur, nempe verbum ἐστὶ *lin.* 8. quod verbum si abesset aut cum εἶναι permutaretur, (quae passim inter se permutata observare memini a li-

brariis) reliqua commodissime procederet oratio: ὥλλα δὲ, ὡς (λέγει, vel ἐθέλει λέγειν) ἐν τῷ ἐνιαυτῷ (εἶναι) τὸ ἔαρ δοκιμώτατον, τῆς δὲ τῶν Ἑλλήνων στρατιῆς (δοκιμώτατον εἶναι) τὴν ἑωυτοῦ στρατιήν. *S.*

CAP. CLXIII. 3. δείσας μὲν περὶ τοῖσι Ἕλλησι) Excitans ista *Suidas* in Δείσαντες lectionem firmat *Med.* [Nempe, in citandis Herodoti testimoniis, Ionismum saepe negligit.] Δεῖσαι περὶ τινὶ, ad exemplum Nostri frequentarunt *Thucydides*, *Aristophanes*, *Philostr.* aliique Sophistae. VALCK.

9. Κάδμον τὸν Σκύθεω) Quem Delphos speculatorem misit, ut ob iustitiam sibi habuit Gelo commendatum, [cf. cap. 164, 9.] Κάδμον τὸν Σκύθεω: similiter *Scythen* Zanclaeorum Regem, secundum *Herod.* VI. 24., Darius ἐνόμιζε πάντων ἀνδρῶν δικαιότατον εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος πρὸς ἑωυτὸν ἀνέβησαν. Hunc Cadmi Coi patrem esse censuit *Iac. Perizon.* dissentiente *Wesselingio* ad *Herod.* p. 448. [ad VI. 23, 2.] Quid si patris Cadmi fuerit ille patruus? ni enim ex eadem fuisset familia, mirum esset, Cadmum in Siciliam Zanclen habitatum concessisse, quam Scythes olim tenuerat imperio: cum Cadmo venisse traditur in Siciliam *Epicharmus*, *Suidae* in Ἐπίχαρμος. VALCK.

11. Φιλίους λόγους) *Quibus*, si ita res ferret, Persam *regem comiter alloqueretur*, Gelonique conciliaret. Sic lib. VIII. 106. ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους. Namque διφασίους λόγους, corrigi, necessum haud opinor, siquidem ad amicitiae illam testificationem διδόναι γῆν τε καὶ ὕδωρ manifesto spectat. De Cadmo ad lib. VI. 23. WESS.

CAP. CLXIV. 3. *Cadmus* primum dicitur a patre traditam accepisse τὴν τυραννίδα Κώων εὖ βεβηκυῖαν, id est εὐσταθῆ; *bene stabilitam*, recte reddidit *H. Steph.* Monitore fidelissimo T. *Hemsterhusio* apud *Lucian.* pag. 278. [ad Dial. Deor. XXV. 2.] βεβηκέναι significat *firmo certoque gradu nixum consistere.* [Satis erat, *stare.* cf. Lexic. Polyb. voc. Βαίνειν. Inde βέβαιος, *stabilis.*] *Cautus* Imperator, ἀσφαλὴς *Euripidi*, *Archilocho* est ἀσφαλέως βεβηκὼς apud *Dion. Chrys.* p. 399. B. Fortunati *Sophocli* in Elect. vs. 985., et eidem dicuntur *Archilocho*, εὖ βεβηκότες, sic ut primam verbi potestatem proxime respiciat, apud *Stobaeum* p. 561, 53. *Saepe Dii*, ait, μάλ' εὖ βεβηκότας Ὑπτίους κλίνουσ': ita scribendum,

est pro κινεῦσ'. Εὖ τὴν Ἑλλάδα ἔτι βεβηκυῖαν, *florentem adhuc Graeciam* dixit *Pausan.* III. p. 222. De felici civitatis statu posuerat forte *Philostratus* Vit. Apol. IV. 8. εὖ βέβηται ἡ πόλις, μᾶλλον δὲ ἑστήξει: eidem p. 702, 8. restituisse dicitur *Salmas.* εὖ βεβηκότα, quod illinc forsan, ut e *Philostrato* plurima, *Suidas* enotatum reddidit ὑστατῇ. VALCK. — Εὖ βεβηκυῖαν, *bene firmam* et fundatam. *Pausan.* III. 7. ὁ πόλεμος οὗτος εὖ τὴν Ἑλλάδα ἔτι βεβηκυῖαν διέσεισεν ἐκ βάθρων. Hinc ἐχθροὶ εὖ βεβηκότες in *Sophocl.* Elect. vs. 985., explicante Critico, βεβαίως ἱστάμενοι: et μάλ' εὖ βεβηκότες *Archilochi* Florileg. *Grot.* ex *Stobaeo*, pag. 437. Contra ea ἐπισφαλῶς βεβηκότα, *infirmiter posita*, ut *Hieronymus*, Sapient. *Salomon.* c. IV, 4. At *Hemsterhusium* vide in *Luciani* Dial. D. XXV. pag. 278. et *H. Valesium* ad *Eusebii* Hist. Eccl. lib. X. 4. p. 192. WESS.

3 *seq.* Mox imperio se *Cadmus* abdicasse dicitur ἑκὼν τε εἶναι καὶ δεινοῦ ἐπιόντος οὐδενός, ἀλλ' ἀπὸ δικαιοσύνης. In his defendi poterit ἐπιόντος, legi tamen etiam ἐπεόντος: quae *Koenii* est coniectura. Lectionem *Mediceam*, ἀπὸ praebet *Thomas Mag.* in Ἑκὼν εἶναι: ubi quae proxima succedunt Herodoteis, γράφεται δὲ καὶ ἑκόντες ὄντες duas habent syllabas male repetitas: scripserat *Thomas* ἑκόντες εἶναι: quod his reperitur et apud *Herod.* VIII. c. 30. IX. p. 511, 27. His rarius dat exemplum *Plato* T. III. p. 252. A. VALCK. — Ἑκών τε εἶναι, a *Thoma* in rarioribus ob negationis absentiam censitum, supra quoque c. 104. WESS.

CAP. CLXV. 5. ἐβοήθησε ἂν τοῖσι Ἕλλησι) Talia de Gelone *Ephorus* apud Interpretes *Pindari* Pyth. Od. I.; quem an *Timaeum* in Punico contra Siciliam (uterque id descripserat) bello ducem sibi legerit *Diodorus* lib. XI. 20 seqq., incertum manet. Iustum ex *Arch.* et *Vind.* videtur [*lin.* 6.] ἐπῆγε ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον, quae et *Reiskii* coniectura. *Diodorus* τοῖς αὐτοῖς χρόνοις eadem de re lib. XI. 1. WESS.

[3. ὑπὸ Θήρωνος τοῦ Αἰνησιδήμου) Huius *Theronis* laudes celebratas esse a *Pindaro* Olymp. Ode II. et III. adnotavit *Larcher.* De *Aenesidemo* conf. c. 154, 7. *S.*]

7. Ἐλισύκων) Bene habet. Ἐλίσυκοι, ex *Hecataeo*, ἔθνος Λιγύων *Stephan. Byz.* Apud alios silentium de illis. Equidem indicia *Helviorum* et *Helvetiorum* nominis agnosco; mirorque Cl. *Lud. de Bochat* Memor. Crit. de Helvet. T. I. p. 51.,

et quos ille laudavit, operam his tralaticiam negasse. Mox βασιλῆα [*lin.* 10.] in στρατηγὸν ad *Aldinam* meam mutavit vir doctus; oblitus Carthaginensium duces, quod alibi ostensum, *reges* adpellatos. Vid. *Polyaen.* I. 27, 2. WESS.

7 seq. Ἐλισύκων καὶ Σαρδόνων) Ex *Hecataeo* memorantur *Stephano Byz.* Ἐλίσυκοι, ἔθνος Λιγύων. *Sardorum* nomen addubito Σαρδόνων scripserit, an Σαρδονίων: hoc tamen praefero. Κύρνιοι notissimi sunt Sardorum vicini. VALCK.

CAP. CLXVI. 2 *seqq.* ὡς συνέβη τῆς αὐτῆς ἡμέρης *etc.*) *Aristoteles* περὶ Ποιητικ. c. 23. consentit; non *Diodorus*, qui eundem in diem hanc Gelonis et Leonidae ad Thermopylas pugnam contulit; male, ex disputatione Celeb. *Barbeyracii* ad Histor. Pactor. et Foeder. Tom. I. p. 90. WESS. — Quod dicitur *in Sicilia victus Amilcar quo die Salaminiam de Persis Graeci victoriam reportarunt*, accuratius traditur a *Diodoro* XI. 24. ubi vid. *Wesseling.* et *Perizon.* in *Aeliani* Var. VI. 11. VALCK.

CAP. CLXVII. 2. εἰκόνι χρεωμένων) Quid hoc? an *illius imaginem colentes*, quomodo olim *Valla*; an uti Latina nunc, *illius imaginem servantes?* Neutrum rei et sermonis genio respondet. Plausum abstulit meritissimum doctissimi *Galei* εἰκότι χρεωμένων, pro quo paullo plenius lib. III. c. 111. εἰκότι λόγῳ χρεώμενοι, *probabili ratione utentes*: nec differt supra c. 103. φέρε ἴδω παντὶ τῷ εἰκότι. In rebus obscuris quod signis certissimis, qualia Poenis deerant, cognosci quitum non est, ad τὰ εἰκότα, *vero similia* et coniecturalia, venitur. *Hyperides*, ἃ δ' ἐστὶν ἀφανῆ, ἀνάγκη τοὺς διδάσκοντας τεκμηρίοις καὶ εἰκόσι ζητεῖν, in *Clementis Alex.* Strom. VI. p. 747. et *Theodoreti* Orat. ad Graec. VI. pag. 102. WESS. — Εἰκότι corrigunt *Galeus* et *Reiskius*; utriusque ignarus εἰκότι legendum vidit et *Koenius*. VALCK.

11 seq. εἴτε ἑτέρῳ, ὡς Καρχηδόνιοι· τοῦτο μέν οἱ *etc.*) *Valla* legit ut est in marg. ed. *Steph.* ἀφανισθέντι δὲ Ἀμίλκᾳ, τρόπῳ εἴτε τοιούτῳ ὡς Φοίνικες λέγουσι, εἴτε ἑτέρῳ, ὡς Καρχηδόνιοί τε καὶ Συρηκούσιοι, τοῦτο μέν οἱ θύουσι. Per *Phoenices* ego *Carthaginienses* intelligerem; quorum adeoque nomen in marginem malim reiectum, ut legatur, εἴτε ἑτέρῳ, ὡς Συρηκούσιοι: ut inventori stratagematis Geloni suo honorificam [an *parum honorificam* scribere Vir doctissimus voluerat?] narrationem de Amilcaris morte forte Sy-

racusanorum nobis exhibet *Polyaenus* I. c. 27, 2. VALCK. — Fieri non potest, quin aliquid turbatum hic sit. Superius enim ὡς Φοίνικες *Carthaginienses* includit, quippe eiusdem originis et meros Φοίνικας, lib. II. 32. et IV. 197. Si, *Carthaginiensibus* expulsis, legeris ὡς Συρηκόσιοι, qui in schedis nonnullis, opera frustranea erit; siquidem Syracusanis de Amilcaris (namque Gelo de eo sollicite quaerens nihil compererat) interitu incerta atque inexplorata omnia. Sola praeterea *Poenorum* super eius exitu describitur narratio, alia nulla. Ista animum Cl. *de Pauw* adverterunt, opinati ὡς Φοίνικες aut alterum certe, ὡς Καρχηδόνιοι, ex scholio advenisse, negligentiaque scribarum sedem, quam non debebant, occupasse: qua quidem in suspicione quod vehementer offendat, nihil reperitur. Mihi, de his anxio, venerat in opinionem, neque eundem praeteriit, primitus fuisse, ἀφανισθέντι δὲ, - - - εἴτε τοιούτῳ, εἴτε ἑτέρῳ, οἱ Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν etc., articulumque ob praecedentia in ὡς conversum. Ut ut doctiorum corona istis de coniecturis statuerit, pati nequeo, τῇσι πόλισι τῶν ἀποικίδων [*lin.* 14.] vim inferri. *Appianus* Bel. Civil. lib. III. [cap. 31.] pag. 887. πολλοὺς περιέπεμψεν ἔς τε τὰς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἀποικίδας πόλεις. WESS. — Quam cum *Schaefero* adoptavi superioris loci emendationem, ὡς Συρηκόσιοι, Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν etc. ei *Polyaeni* testimonium, narrantis *strategemate Gelonis occisum Poenum esse*, (quem ille quidem *Himilconem* nominat) speciem videtur conciliare. Caeterum denuo expendenti mihi Herodoteum locum per quam fit probabilis *Wesselingii* sententia, *Syracusios* hic non nominasse Herodotum, sed nude ita scripsisse, εἴτε ἑτέρῳ, οἱ Καρχηδόνιοι τοῦτο μὲν etc. Quod ad πόλεις ἀποικίδας, iterum hoc vocabulo usus est *Appian.* Bell. Civ. lib. V. c. 31. Videntur autem nimiae *Reiskii* argutiae monentis: „τῶν ἀποικίδων non repeto ab ἡ ἀποικὶς, τῆς ἀποικίδος, ubi „subauditur πόλεως: sed ab ἄποικις, τοῦ ἀποίκιδος, ut nomi„nativus plur. sit ἀποίκιδες, ut ἐπήλυδες." Vocab. ἄποικις graecus sermo, quod sciam, non agnoscit. *S.*

12. τοῦτο μὲν οἱ θύουσι) *Regi Carthaginienses* ἀφανισθέντι θύουσι, tamquam Deo. Praeter cetera, haec nobis de Iuliano narrat Imperatore *Gregorius Nazianz.* Stelit. II. pag. 117. B. πολλοὺς εἰδὼς τῶν πρὸ αὐτοῦ δόξης ἠξιωμένων, ὡς ἂν αὐτὸς

ἄνθρωπον νομισθεῖεν, τέχναις τισὶν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθέντας, καὶ διὰ τοῦτο θεοὺς νομισθέντας, ἔρωτι τῆς αὐτῆς δόξης ἐκλωκώς - - - ῥίψαι κατὰ τοῦ ποταμοῦ πειρᾶται τὸ σῶμα. Huius rei sit penes oratorem Theologum fides: nostrae aetatis hominibus veraciora videbuntur de vanissimis philosophastris *Heraclide* Pontico et *Empedocle* narrata *Diogeni* quoque *Laërtio* V. 89. 91. VIII. 69. *Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Aetnam Insiliit.* VALCK.

CAP. CLXVIII. 9. Ὑπεκρίναντο - - εὐπρόσωπα) *Sic illi quidem*, prolixe polliciti, *ad speciem pulcre responderunt;* ἄλλα νοέοντες. *Sallust.* Bell. Iug. cap. 75. *Ad ea Rex, aliter atque animo gerebat, placide respondit.* Idem est εὐπρεπῶς: quod *honestum dictu* veritati praetenditur, τοῦ λόγου dicitur τὸ εὐπρεπές. αἰτίαν εὐπρεπῆ, *speciosam quae praetexitur causam*, ἀφορμὴν εὐπρόσωπον vocat *Pausan.* IV. pag. 288. VALCK.

13. καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον) Ista obversabantur *Diodoro*, scribenti de Corcyraeorum hac simulatione, ὡς δέ τινες τῶν συγγραφέων ἱστοροῦσι, καραδοκοῦντες τὰς τοῦ πολέμου ῥοπὰς, lib. XI. c. 15., sive καραδοκοῦντες τὸ τοῦ πολέμου τέλος, sicuti c. 3. *Timaeum* auctius hinc Lexicon suum fecisse, Cl. *Dav. Ruhnkenius* patefecit pag. 111. [p. 152. ed. sec.] WESS. — Excitat ista verba *Suidas* in Ἀνακώχευον. In Καραδοκήσοντα descripsit ex c. 163. πέμπει ἐς Δελφοὺς Κάδμον - - - καραδοκήσοντα τὴν μάχην ᾗ πεσέεται: illic Gelo, hic Corcyraei, lib. V. 67. Parii ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον τῇ ἀποβήσεται: id est, περιεσκόπουν ὁποτέροις ἂν πρόσθωνται: *eventum exspectabant, ut fortunae adplicarent sua consilia;* sive *utrius partis melior fortuna belli esset, ut ad eius societatem inclinarent;* quomodo ferme *Livius* loquitur XXXII. 21. et XXXI. 32. conf. XXXV. 48. Hanc suam in ope Graeciae laboranti ferenda cunctationem, τὴν πρότερον ἀπραγμοσύνην, mitibus verbis excusare nituntur opem Atheniensium expetentes Corcyraei apud *Thucyd.* lib. I. c. 32. VALCK.

14. ἀελπτέοντες μὲν τοὺς Ἕλληνας ὑπερβαλέεσθαι) Haec *Suidas* profert in voce Ἀελπτέοντες. In *Hesychio* fluctuant incerti, Ἀελπτέοντες scribi debeat, an Ἀέλποντες, pro Ἀελπίοντες et Ἀελπίζοντες. In his iudices desidero, qui Linguam Graecam tractarunt in sua amplitudine; hi negabunt Graecum esse Ἀέλπειν: [aut ἀελπεῖν:] fatebuntur ἀελπτεῦντες scri-

bendum apud *Homerum* in Ἰλ. η'. 310. quia hanc solam formam analogia monstrat esse legitimam. Non ab ἔλπω formatur Ἀέλπω: sed ab ἄελπτος formatum fuit Ἀελπτεῖν: sicut ab ἄβλεπτος, Ἀβλεπτεῖν: ab ἄσεπτος, Ἀσεπτεῖν: hoc, omissum Lexicographis, habet *Sophocl.* Antig. vs. 1350. Ἀβλεπτῶ restituendum est *Etymologo* in Λεύσσω, pro ἀποβλεπτῶ. Λοξοβλεπτοῦντες *Thomae M.* in voc. Διάστροφοι restitui debuerat ex Msstis. VALCK.

17. ἵνα ἔχωσι πρὸς τὸν Πέρσην λέγειν τοιάδε) Non obedio codicibus, in λέγειν τοιάδε conspirantibus. Pulcre *Gronovius.* WESS. — Consulto igitur Vir doctiss. cum *Gronovio* verbum λέγειν hic praetermiserat: itaque indictum velim quod in *Var. Lect.* imprudens scripsi „contra quam voluisse videtur Editor." Ego vero elegantiam suavitatemque non percepi, quae ex omisso illo verbo accedere orationi visa erat *Gronovio:* nec alioquin adeo verborum parcum video *Herodotum. S.*

31. διεκρούσαντο τοὺς Ἕλληνας) Latina, *Graecos summoverunt*, inconmoda sunt, et *Porto* damnata. Corcyraeorum sane memorata σκῆψις aliud postulabat. *Dionysius Hal.*, eiusdem [*Porti*] indicio, Ant. Rom. X. [cap. 17.] p. 643. ταύτῃ διακρουσάμενος αὐτοὺς τῇ προφάσει, *hac caussatione eludens tribunos.* WESS. — Similia alia eiusdem *Dionysii* loca indicat *Reiskianus* Index. Sic eodem verbo (notione *eludendi* (*differendo* praesertim, *cunctando*, *tergiversando*) utitur *Demosthenes* et alii. *S.*

CAP. CLXIX. 5 *seqq.* Ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν *etc.*) Haec plana minime. *Reiskius* de coniectura οὔ τι μέμνησθε, *non meministis;* potuisset minore molimine οὐ ἐπιμέμνησθε. Sed scripti obviam suspicionibus eunt, vulgatum, aut illi simile, tutantes. Erit ergo ἐπιμέμφεσθε ὅσα, *conquerimini de omnibus illis quae.* Ita ταῦτα ἐπιμεμφόμενοι, *de his conquerentes*, sive, *haec incusantes*, lib. II. 161. Tum congruum veritati ἔπεμψε μηνίων δακρύματα, quomodo *Arch.* Series enim, ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν δακρύματα Μίνως ἔπεμψε μηνίων. Id *Pavius* perspexit; *Reiskius*, insuper, senarium Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα perfectum (sive Pythia eum effuderit, seu casu, ut saepe, fuerit natus) rotundare. WESS. — Apollinem Cretenses interrogabant: εἴ σφι ἄμεινον γίνεται τιμωρέουσι τῇ Ἑλλάδι: *si res sibi publica fieret melior*

opem Graeciae ferentibus. [*an ex usu ipsis esset futurum, si opem ferrent Graeciae.*] Erat haec Delphicum Deum adhibentibus consueta rogandi formula: εἰ πολεμοῦσιν ἄμεινον ἔσται· εἰ λῷον καὶ ἄμεινον εἴη: ad quam ille simpliciter nonnunquam respondebat, ἄμεινον εἶναι. *Livius* expressit XXIII. xi. *Si ita faxitis, Romani, vestrae res meliores facilioresque erunt, magisque ex sententia respublica vestra vobis procedet.* Et XXV. 12. *Haec si recte faxitis, - - - fiet res vestra melior.* Iuxta *Herod.* Pythia respondit Cretensibus: *Mala conquerimini, o insipientes, quae multa propter auxilium Menelao latum vobis Minos immisit, iratus quod* etc. atque adeo, οὐκ ἄμεινον ἔσεσθαι, isthoc vobis νηπίοις constet experimento: παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω. In hanc ego sententiam Herodotea capienda iudico, quae sic, opinor, scripta nobis prodibunt ex Codicibus: Ὦ νήπιοι, ἐπιμέμφεσθε ὅσα ὑμῖν ἐκ τῶν Μενέλεω τιμωρημάτων Μίνως ἔπεμψε μηνίων δακρύματα. μηνίων ex *Arch.* enotatum est: Μενέλεω forma Nostro est usitata: de ultione loquitur in proximis; hic τιμώρημα est βοήθημα. Infra c. 171. bello Troiano non pessimos fuisse tradit Cretenses τιμωροὺς Μενέλεῳ. Idomeneo Merioneque ducibus *auxilia Menelao missa*, *Herodoto* dicuntur Μενέλεω τιμωρήματα: sicut *Herculi dono missa* Ἡρακλεῖ δωρήματα *Sophocli* Trach. vs. 681. Deûm heroumque *irae* saepius *immortales* proprie dicuntur μηνίματα: neque sane dedecent Minoa, dum esset in vivis. plus aequo cupidum vindictae. *Minos* μηνίων dicitur *Graecis*, [*lin.* 7.] ὅτι οἱ μὲν οὐ συνεξεπρήξαντο (vid. not. in p. 425, 52.) αὐτῷ τὸν ἐν Καμίκῳ θάνατον γενόμενον. [Adnot. ad V. 94, 15.] Camicum cum venisset in Siciliam ad quaerendum exposcendumque Daedalum, illic tyrannus periit inhonesta morte: λευσάμενος ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων ἀνῃρέθη, ζέουσαν πίσσαν ἐπιχεαμένων αὐτῷ, *Zenob.* IV. 92. Hic [*Zenobius* paroemiographus] sua, quae de Minoë non trita tradit, *Ephoro* forsan debet, aut *Philisto*; quorum narrationes περὶ Δαιδάλου τῆς ἀφίξεως πρὸς Κώκαλον, ut exempla pueris legenda, commendat *Theon*, Progymn. pag. 16. Minois mortem, diverse narratam *Diodoro* IV. cap. 79. *Pausaniae* VII. [c. 4.] p. 531. et aliis, quos in Creta p. 133. *Meursius* citant et *Phil. Cluver.* Sicil. Ant. p. 31. et 221. quaeque veterem praeterea spectant historiam, probabiliter tractaverat *Sophocles* in perdito dramate Καμικίοις: his qui-

dem apud *Athen.* legitur Καμικοῖς, sed ante hos xvi. annos dedit ad me literas *A. Heringa*, in quibus significabat scribendum Καμικίοις. Satyrico quippe dramati nomen inditum a Choro; sicut Trachiniis, Troasin, aliisque: placebit, sat scio, doctis viris amici mei emendatio. VALCK. — De *Sophocleo* dramate vide *Athen.* III. pag. 86. B. et IX. p. 388. F. cum Animadv. T. II. p. 80. et *Brunck* in *Sophoclis* Fragmentis p. 17 seq. *S.*

CAP. CLXX. 1. Λέγεται γὰρ Μίνω) Miram regii nominis formam, redituram c. 171., nolui repudiare: imperant praestantissimi Codices; ceteroqui τὸν Μίνω, τὸν Μίνωα, cum Poëta plures scriptitant. Caedem Minois, Cocali fraude patratam, exponit *Diodorus* lib. IV. 79. et *Conon* Narr. xxv. WESS. — Vide *Var. Lect.* h. l. et cap. 171, 5. *S.*

4. θεοῦ σφι ἐποτρύναντος) Veterem *Aldi Camerarii*que, propagatam in pleraque Lexica et Thesaurum *Stephani*, scripturam reduxi, quippe *Homeri* Odyss. B. 417. protectam auctoritate, Τηλέμαχος δ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσεν Ὅπλων ἅπτεσθαι. Qui θεοῦ σφέας optaverint, utantur schedis *Ask.* res, modo turpis macula eluatur, levis erit momenti. WESS. — Quod in *Var. Lect.* nescire me scripsi quid spectans *Schaeferus* σφὶ revocarit, nunc et intelligere mihi videor, et recte a Viro docto factum arbitror. Scilicet quoniam frequenter apud *Homerum*, et constanter quidem alioquin, cum quarto casu construitur verbum ἐποτρύνειν, nihil caussae est cur Odyss. β'. 417. aliā structurā usum Poëtam statuamus: nempe Τηλέμαχος ibi ἑτάροισιν ἐκέλευσεν, ἐποτρύνας αὐτούς. Quare et hoc loco probum videri debet, quod codex *Ask.* offert, σφέας: sed recipi debebat id, quod ad vulgatum proxime accedens cum ed. *Ald.* duo codices *F.* et *Pb.* nobis servarunt, σφὶ, idem ac σφέας et αὐτοὺς valens, ut Iliad. λ'. [illegible] 266. *S.*

5. τῶν Πολιχνιτέων τε καὶ Πραισίων) Cretae *Polichnitanos* et *Praesios* illustrat *Meursius*, Cretae suae lib. I. 14. A *Praesiis* discrepant *Stephani Byz.* Πριανσίοι et Πριανσιεῖς eiusdem insulae, quos ΠΡΙΑΝΣΙΟΥΣ *Holstenius* et *Edm. Chishull* Ant. Asiat. p. 127. ob priscas foederum tabulas esse iubent; fortasse, quam decebat, confidentius. Memini bene, nummum ΠΡΙΑΝΣΙΕΩΝ inter *Wildianos* videre, habuitque si-

milem *Harduinus*, Pop. et Urb. Num. p. 409. Verum obiter illud. WESS.

119. λιμῷ συγκεκλεῶτας) *Fame contractos* vox ista designet: λιμῷ πιεζομένους atque εἰς ἐλάχιστον veluti συνηχθέντας. Aridos, et *fame contabefactos* dixisse quempiam veterum λιμῷ συνεσκλεῶτας non opinor; sed dixerunt certe λιμῷ ἀποσκλῆναι et κατασκλῆναι: vid. *Ti. Hemsterh.* in *Lucian.* p. 442. quique, si nobiscum mansisset, in arte Critica *Hemsterhusio* fuisset inter nostrates *longo sed proximus intervallo*, *Io. Pierson*, ad *Moer.* pag. 50. Alterum illud est *Herodoti*, qui lib. IX. cap. 88. dixit λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ, *fame atque labore enectos*, *Valla*. Permutantur interdum καθεστηκώς, κατεσκληκώς et συνεστηκώς. *Hesych.* Συνεστηκώς, συνηγμένος. Iustitia *Chrysippo* pingitur σκυθρωπὴ, καὶ συνεστηκὸς ἔχουσα τὸ πρόσωπον, apud *A. Gellium* Noct. Att. XIV. 4. VALCK. — Ut συνίστασθαι dicuntur non modo qui *amice coëunt*, sed et qui *hostiliter congrediuntur*: sic συστῆναι aut συνεστάναι dicuntur *qui iam stant alter contra alterum, et inter se confli**ctantur pugnantque*. Vide I. 214, 10. VI. 108, 16. et Adnot. ad I. 208, 1. Itaque, quemadmodum latine dicimus *morbo*, *malis*, *doloribus conflictari*, sic graeci dicunt λιμῷ, καμάτῳ, πόνῳ συνεστάναι. conf. IX. 89, 24 seq. et VIII. 74. S.

118. Ὑρίην πόλιν) Quam a Cretensibus in Iapygia conditam narrat urbem, hic Ὑρίην cum dictam invenerint *Strabo*, *Steph. Byz.* *Eustath.* cur ex vitiosa sui Cod. lectione *Gronovius* Ὑραίην nobis effingit? VALCK. — Ex *Med.* et consentaneorum scriptura nihil extrico: Ὑρίην voluisse, anceps viri Celeb. suspicio est, ceteris praesertim Ὑρίην tuentibus. *Strabonis* enim Οὐρίαν mendose scribi consentiunt *Cluverius* Antiq. Ital. lib. IV. p. 1247. et *Meursius* lib. IV. Cret. cap. 5. tum maxime *Alex. Symmach. Mazochius* Comment. ad aeneas Tab. Heracleenses pag. 95. verissime pag. 537. adscribens, τὰς ἄλλας οἰκῆσαι, continuo succedens, [*lin.* 16.] notare, *alias condidisse*, quomodo *Valla* ex αἰκίσαι sui libri, et probe quidem: namque οἰκεῖν et οἰκίσαι, quod ille persuadere nititur, tantundem valere Graecis, id vero sermonis habitus respuit. Illud a veritate quoque, *Cretenses*, *qui postea Iapyges vocati*, *tribus generationibus*, *h. e. annis trecentis Troiae excidium praecessisse*, ab-

ludit longissime. Et huc stupenda trahitur argumentatione, quod deinceps sequetur, τρίτη δὲ γενεῇ μετὰ Μίνω τελευτήσαντα γενέσθαι τὰ Τρωϊκά. Taceo, neque enim occultum est, τρεῖς γενεὰς pro Nostri more centum duntaxat annos absolvere lib. II. 142. At sunt in egregio Commentario plura, festinatius deproperata. WESS. — Videtur doctissimus Editor, οἰκῆσαι licet in contextu tenens, unice tamen οἰκίσαι verum iudicasse, quod et *Schaef.* recepit, quem et ego cum *Schulz.* et *Borh.* secutus sum. Nec tamen dissimulandum, scriptos libros omnes cum olim editis in οἰκῆσαι consentire. Conf. *Var. Lect.* VI. 33, 11. *S.*

. 20-22. οἱ ὑπὸ Μικύθου etc.) Malunt οἱα ὑπὸ Μικ., tum ἀστῶν vocem pravam videri, in primis οὕτω, e marginali cera temere ingestum. [Sic *Reiskius*.] Quas quidem suspiciones auctoribus non invideo: εἰ τῶν ἀστῶν [*qui ex civium numero*,] Scriptoris more *Rhegini illi* sunt, *a Micytho auxiliatum missi*. ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω non aliud, ac ὁμοίως *Hesychii*, sive, τὸν αὐτὸν τρόπον, uti opportune vir doctus Miscell. Observ. T. III. p. 145. WESS. — Οὕτω, *ita*, scil. dum a Micytho coacti opem ferebant Tarentinis; quod haud incommode *ea occasione* latine reddi posse putavi. De illo, τῶν ἀστῶν, vide Adn. ad c. 156, 8. *S.*

Ibid. ἀναγκαζόμενοι τῶν ἀστῶν) A *Valla* bene conversa miror, cur se vir doctus neget intelligere. τῶν περιοίκων ἀναγκαστοὺς dixit c. 58. *Venire coacti*, ἀφικέσθαι ἀναγκαζόμενοι, more scribendi, quem valde Noster adamavit, hic dicuntur ἀναγκαζόμενοι καὶ ἀπικόμενοι. Tarentinis a Micytho coacti auxiliares, *tria tum civium millia ceciderunt*, ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω. Postrema vox, saepe sic adhibita, tentari non debebat. Non definit numerum caesorum, cladem tamen Tarentinorum Rheginorumque suo loco *Diodorus* enarrat lib. XI. c. 52. VALCK.

23 *seq.* ὁ δὲ Μίκυθος οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ἐπίτροπος Ῥηγίου) Donaria Olympica, quae dedicavit ex voto, variis locis memorans, decies virum optimum Σμίκυθον vocat *Pausanias*; cui lib. V. [c. 26.] p. 447. ex *Herodoto*, fuisse dicitur δοῦλος καὶ ταμίας τῶν Ἀναξίλα χρημάτων: sic ἐπίτροπον accepit *Herodoti*, qui I. 108. Harpagum scribit πάντων ἐπίτροπον τῶν Ἀστυάγεος: apud recentiores isthoc usu saepe vox usurpatur. De *tutela* filiorum herilium, quam fidelissime Mi-

cythus administravit, nihil *Herodot.* aut *Pausan.*, memoriâ dignissima posteris tradidit *Diodor.* lib. XI. c. 66. et c. 48. Ut apud *Herodotum*, sic *Iustino* dicitur et *Macrobio* (p. 238.) *Micythus*, qui Σμίκυθος est *Pausaniae*. vid. *Wess.* ad *Diodor.* l. c. et *H. Vales.* ad Exc. ex *Diod.* p. 550. Eidem *Diodoro* dux quidam Μίκυθος memoratur ad Olymp. 117. lib. XIX. c. 88. πρὸς Μίκυθον scribendum apud *Dionys. Halic.* II. p. 190, 20. vid. epigr. apud *Küster.* ad *Suid.* T. III. p. 267. Σμικύθου meminit *Demosth.* p. 241. et *Aristoph.* Ἐκκλ. vs. 293. Innotuerunt et Σμικυθίων· Σμικρίων· Σμικρίνης. A dialecto pendet in propriis etiam nominibus saepenumero scribendi diversitas. VALCK.

24 *seq.* κατελίλειπτο οὗτος· ὅσπερ *etc.*) Non displicet distinguendi in *Arch.* modus. [quem *Reiskius* etiam commendaverat:] nunc certe nexus minus adconmodatus cernitur. *Micythi*, *optimae fidei tutoris*, celebratissima in *Diodori* lib. XI. 48. et 66. et *Pausaniae*, cui Σμίκυθος, lib. V. 26. ubi et *statuae* [statuarum] *apud Olympiam ab illo dedicatae* [dedicatarum] memoria. *Iustinum*, *Macrobium*, aliosque hominis praedicatores non moror. WESS.

CAP. CLXXI. 2 *seq.* ἐς δὲ τὴν Κρήτην ἐρημ. *etc.*) Nihil habent ἐσοικίζεσθαι, et cetera, a quo pendeant. Quae τὴν παρενθήκην antecedunt, illa verbo nitebantur λέγεται: [c. 170, 1.] post illam vocula requiritur in talibus usitata. Videbatur amico meo ὡς in ὧν mutandum; idem et ego requiri suspicor, suo sic forte loco collocandum: Ἐς ὧν τὴν Κρήτην ἐρημωθεῖσαν λέγουσι Πραίσιοι ἐσοικίζεσθαι ἄλλους τε ἀνθρώπους, καὶ μάλιστα Ἕλληνας: neque displiceret Ἐς δὲ ὧν, quod aliquando minus considerate reieci. Videtur mihi sic legisse *Valla*, dum vertebat: *In Cretam igitur desolatam Praesii aiunt* etc. *Praesiorum* erat ista narratio, qui Ἐτεόκρητες, non participes expeditionis in Sicaniam, domi manserant. VALCK. — Suspecta habens ista verba Vir doctissimus, ὡς λέγουσι Πραίσιοι *etc.* non recordatus erat, familiaris Nostro usus loquendi, de quo vide Adnot. ad I. 58, 7. et IV. 5, 1. *S.*

5. μετὰ Μίνεω τελευτήσαντα) Μίνω *Gronovius* hic in Μίνω, supra in Μίνων non debebat deformare; [vid. *Var. Lect.*] qui mox [*lin.* 8.] veram lectionem restituit σφι ἀπονοστήσασι ἐκ Τροίης, quam tamen absque membrana *Flor.*

ex *Valla* didicissemus et *Arch.* Pro, *ἀπὸ τουτέων δὲ* [*lin.* 7.] ex iisdem legerem *ἀντὶ τούτου δὲ*, *et ob id*: hoc commendat responsum c. 169. VALCK. — Vide tamen *Var. Lect.* *S.*

10. *μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους etc.*) Haec artissime, olim commate ante *τρίτους* divulsa, iunxi. Οἱ *ὑπόλοιποι*, qui famem et pestem evaserant, cum tertiis Cretam advenis postea incoluerunt. Stant mecum Cl. *de Pauw* et *Abresch.* Opinor autem in *Herodoti* oculis *Homeri* Odyss. Τ'. vs. 175. ubi de insulae habitatoribus et varia origine, fuisse. WESS.

HERODOTI HISTORIAR.

T. VI. P. II.

ADNOTATIONES

AD LIB. VII. c. 172. - IX.

ET AD VITAM HOMERI.

ADNOTATIONES
AD
HERODOTI LIBRUM SEPTIMUM.

CAP. CLXXII. 1 *seq.* Θεσσαλοὶ δὲ ὑπὸ ἀναγκαίης etc.) *Pavii* acumen scopas hic animadvertit dissolutas. *Nam quid? an Thessali Medorum partes sequebantur, cum propalam ostendebant, sibi displicere quod ab Aleuadis factum?* quae tamen in verbis eorumque cohaerentia mens. Velle Scriptorem, Thessalos, Aleuadarum dominatione pressos, primis belli initiis ad Persas inclinasse: cognitis autem perfidorum consiliis, ad Graeciae concilium legatos de conmuni salute misisse. Itaque, aut excidisse aliquid, aut fuisse olim, τοπρῶτον μηδίσαντες διέδεξαν, ὅτι οὔ σφιν ἥνδανε *etc. cum principio Medorum partes fovissent, ostenderunt sibi non placere* etc. Non profecto inutiliter. Mihi ex schedis *Arch.*, parum adiutis, placuisse memini. ὡς δὲ ἔδεξαν, *ita vero demonstrarunt*, sibi *displicere* etc. ὡς δὲ hoc fere modo lib. IX. 34. Sed coniecturae non indulgeo. WESS. — Nec emendatione nec coniecturà indiget hic locus. Ac primum quidem minime sollicitandum verbum διέδεξαν: amat enim Scriptor pro simplici δεικνύειν compositum illud ponere, I. 31, 16. 73, 18. II. 134, 16. 162, 7. III. 72, 29. (ubi ex codd. *Arch.* et *Vind.* διαδεικνύσθω recipi debuerat.) III. 82, 17. VIII. 3, 10. IX. 58, 10. Tum vero etiam bene recteque habet ὡς particula, quae in plerisque locis modo citatis eàdem ratione cum eodem verbo iuncta legitur. Nec vero ὡς διέδεξε debebat cum *Valla*, et qui eum secuti sunt, *quum ostenderent* intelligi, nec *postquam ostenderunt*, ut nos reddidimus, nec *quoniam demonstravere*, ut *Schulzio* placuit: sed plane sicut in locis laudatis, *uti, sicuti, quemadmodum ostenderunt;* nempe *uti*

quidem ea re, quae continuo deinde exponitur, (nempe legatis ad Graecorum concilium missis, cum eis mandatis quae mox commemorantur) *satis et perspicue ostenderunt: satis*, inquam *et perspicue;* nam composito verbo διαδέξαι paullo maior quaedam vis, quam simplici, inesse videtur. *Ostenderunt* autem ea ratione, *non placere sibi Aleuadarum artificia*, (de quibus vide supra, c. 6. et cap. 130.) *neque se partes amplexuros esse Persarum, nisi necessitate fuerint coacti.* conf. c. 174. *S.*

[5. ἐν δὲ τῷ Ἰσθμῷ etc.) Conf. c. 145. *S.*]

11. ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου) Male absentiam praepositionis in Cod. *Arch.* laudavit *Th. Galeus.* Redibit c. 215. ἔσαν ἐν σκέπῃ τοῦ πολέμου. Quo de genere plura lib. I. 143. WESS.

17. οὐδεμίην οἷοί τέ ἐστε προσφέρειν) *Nec debetis, neque aequum erit*; qualem dictionis usum explicuimus et excussimus antea. Nimium sane et solo e docti viri arbitrio pendens, αἰτίην ἡμῖν οὐδεμίην δίκαιοί ἐστε προφέρειν, *nullam nobis culpam obiectare iure poteritis.* Ἀναγκαίην sequentia defendunt: estque saepe verissimum, Κρεῖσσον οὐδὲν ἀνάγκας, *Euripid.* Alcest. vs. 965. WESS. — Similiter *Reiskius*: *nullum vobis est ius et fas nos armis cogendi.* Satis, puto, fuerat, *non potestis nobis necessitatem imponere*, scil. ut nos soli Persarum exercitui nos opponamus. *S.*

CAP. CLXXIII. 5. τῆς Ἀχαιίης ἐς Ἄλον) Nomen urbis litera liberavit superflua *Gronov.* Urbis incolas Ἀλέας dixit *Demosthenes*, more istius aevi scriptoribus usitato: sic legit *Harpocr.* ubi nostris in Edd. *Demosth.* vulgatur: διαλλάττειν τοὺς Ἁλεῖς πρὸς τοὺς Φαρσαλίους, p. 205, 64. infra εἰ Ἁλεῖς recte scriptum §. 68. sed τοὺς Ἁλέας dicebant: alterum apud eumdem recurrit p. 238. et 316. recte scribitur p. 236. Ἄλου πολιορκουμένου: et p. 88, 1. Φαρσαλίοις Ἄλον παρέδωκεν: ad hunc locum notata ubi citat *Ulpianus* qui vocatur, p. 205, 64., nomen Ἄλος in ὅλως fuit depravatum. Mendosa apud *Suidam* sic possunt quodammodo redintegrari, si legatur: Ἁλέας - - - [Ἄλος] πόλις Θεσσαλική· οἱ δὲ πολῖται Ἁλεῖς. VALCK.

10. ὁπλῖται συλλεγέντες) Eadem redibunt IX. c. 29. et c. 27. συλλεγῆναι. Alibi συλλεχθείς, συλλεχθῆναι, et similia, Nostro frequentantur: nihil quidem interest utrum scripserit, sed scripsisse tamen videbitur ista talia ad eumdem

normam. Contra apud *Demosthenem* uno loco praebent Editiones συλλεχθέντες, Codices vero συλλεγέντες: hoc iure *Piersonus* alteri praetulit ad *Moer.* Att. p. 208. Aetate *Demosthenis* suaviores istas formas probabant Attici; asperiores aetate *Herodoti.* VALCK.

12. Εὐαίνετος ὁ Καρήνου) *Diodori* Συνετὸς est lib. XI. 2. perperam scriptus. *Polemarchi, e quibus Euaenetus,* [*lin.* 13.] Spartanorum regum in castris atque expeditione primarii fuerunt administri apud *Thucydid.* V. 66.; in civitate aliis, de quibus *Nic. Cragius* Reip. Spartan. lib. II. 14. inpositi negotiis. Hinc vero, ab illo neglectum, cognoscimus, regio plerumque genere fuisse: *Aldum* enim, particulam negantem omittentem, bene *H. Stephan.* ex Codicum consensione correxit. WESS.

16. ἄγγελοι παρὰ Ἀλεξάνδρου) *Venientes ab Alexandro nuncii.* Istius *Alexandri*, tanquam Φιλέλληνος, sed huius inprimis beneficii, saepius Athenienses grati meminerunt. Hanc respicit *Herodoti* narrationem, ex *Damaste* diversa quaedam admiscens, inter Socraticas Epistolae 28. scriptor, adversus *Isocratem* ad Philippum datae: *Speusippum* auctorem dat *L. Allatii* haud absurda coniectura; cui quidpiam obmovisse *Pearsonum* in Vind. *Ignat.* aut *Bentleium* in Diss. de Epist. *Phalar.* non opinor. De *Isocrate: Debuerat*, inquit malevolus ille, τὰς Ἀλεξάνδρου τοῦ σοῦ προγόνου, καὶ τῶν ἄλλων τὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα γενομένας εὐεργεσίας ἐξαγγέλλειν. Quod primum ille ponit beneficium; legatos Alexander Darii (hunc dicere, non Xerxen debebat) contrucidari iussit, haud sanequam ut Graecis gratificaretur, sed ut ulcisceretur iniuriam sibi suisque factam: ὕστερον δὲ, addit, στασιαζόντων (scribendum-ne πλησιαζόντων,) τῶν βαρβάρων οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ἡμέτερον (leg. ὑμέτερον) Ἡράκλειον ἀπήντησαν· Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν - - Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι᾽ Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν: tandem subdit: καί τοι τούτων χρῆν μὴ μόνον Ἡρόδοτον καὶ Δαμάστην μεμνῆσθαι τῶν εὐεργεσιῶν, *sed et, secundum suam legem, Artis oratoriae Scriptorem*; postrema, in istum olim sensum scripta, nigrae sunt loliginis plena, neque *Speusippo* disconveniunt. De *Heracléo* Macedoniae, deque *Heracléa, in radicibus Oetae montis sita*, hic non est agendi locus. VALCK.

17. *συνεβούλευόν σφι ἀπαλλάσσεσθαι*) Consilium Alexandri Macedonis suasionemque, laudato *Herodoto*, Scriptor Epistolae XXVIII. inter Socraticas *Allatii* his exsequitur: ὕστερον δὲ στασιαζόντων (πελαζόντων) τῶν βαρβάρων, οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ ὑμέτερον Ἡράκλειον ἀπήντησαν, Ἀλεξάνδρου δὲ τὴν τῶν Ἀλεύου καὶ Θετταλῶν προδοσίαν τοῖς Ἕλλησι μηνύσαντος, ἀναζεύξαντες οἱ Ἕλληνες δι' Ἀλέξανδρον ἐσώθησαν. In quis, postulante re, ἡμέτερον Ἡρακλ. mutavi et τὴν Ἀλεύου, prava ab *Allatio* relicta. *Valckenarii* non dispar coniectura fuit ab cap. 6. sed hic operosior. Cetera partim falsa, partim ab *Herodoti* mente aliena sunt. WESS.

CAP. CLXXIV. 5. *οὕτω δὴ ἐμήδισαν προθύμως*) *Tum vero Thessali Persarum partes animose sunt sequuti.* Incerti verba *Suidas* habet in Ἐμήδισαν: μετὰ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην Θεσσαλοὶ ἐμήδισαν, δείσαντες τὴν ἀπόφραξιν τῶν Τεμπῶν. [conf. *Zonarae* Lex. p. 707. ubi perperam ἐμηδίκασιν.] sed quae praebet in Ἀγχότερος, *Küstero* non designata, *Herodoti* verba sunt ex proximo cap. [175, 5.] petita: στεινοτέρη ἐφαίνετο καὶ ἀγχοτέρη ἡ ἐσβολή. In his dum frequens recurrit mentio τῆς ἐσβολῆς, *introitus* in Thessaliam, alieno vocem loco posuerat librarius in Cod. Ms. initio cap. 174. Αὕτη ἐγένετο ἡ ἐς Θεσσαλίην ἐσβολή: ubi vulgatur στρατιή, scribi debet στρατηίη. VALCK. — Vocab. ἐσβολή, quum nullo in cod. msto vel a *Wess.* vel a nobis repertum sit, videtur ex coniectura ab *H. Stephano* in ora suae editionis positum pro mendoso στρατιή, quod olim vulgabatur. Haud raro enim me observare memini, *notam* γρ. quam ille lectionibus marginalibus praemittere solet, non semper γράφεται, sed subinde nihil aliud nisi γράφε, significare. S.

CAP. CLXXV. 2. *τὰ λεχθέντα ὑπ' Ἀλεξάνδρου*) Quod hic margo dat *Stephani*, ἐξ Ἀλεξάνδρου, illud, a correctoribus non exspectandum, si habent et alii Codices, probarem ut Herodoteum. τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος est lib. III. c. 71. τὸ ποιηθὲν ἐξ Ἀχιλλέος? Ψαμμιτίχου, Il. 151. τὸ προσταχθὲν ἐκ τοῦ Κύρου, I. 114. Apud *Quintilian.* Inst. Orat. VI. [1, 41.] p. 511., *puer - - - ex paedagogo se vellicari respondit.* Passivis ἐκ frequenter sic adiungunt Tragici: in Tragoediis, quae supersunt, non puto reperiri dictum servatum *M. Antonino* VII. 41. Εἰ δ' ἠμελήθην ἐκ θεῶν. In *Longino*, castigatissimo scriptore, a *Zach. Pearcio* revocatum non feret, ut puto, *Io. Toupius*,

Longino dignissimus futurus editor, Sect. IX, 30. ἐκ Κίρκης συοφορβουμένους. *Tan. Faber* bene correxit ἐν Κίρκης: prout *Plutarch.* etiam dederat T. II. p. 52. D. sed non illa socios Ulyssis fecit συοφορβοὺς, verum συῶν μὲν ἔχειν κεφαλὰς, φωνήν τε, δέμας τε: scribamus itaque totidem literis, συομορφουμένους. VALCK. — Revertit *Herodoto* adsueta dictio ἐξ Ἀλεξάνδρου. Talis lib. III. 71. τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος, et sine numero aliae. WESS. — Apud *Longin.* vulgatam scripturam tenuit probavitque *Toup.* *S.*

11. γῆς τῆς Ἱστιαιώτιδος ἐπὶ Ἀρτεμίσιον) Non obliviscor φοιτῶν - - - ἐπ' ὕδωρ ἐπὶ τὴν Ἐννεάκρουνον libri VI. c. 137., nec huius libri c. 173. καὶ ἀπίκετο ἐς τὰ Τέμπεα ἐς τὴν ἐσβολὴν, recte posita, sed ad olim hoc collocatum loco (ἐπὶ γῆς τῆς *etc.*) haud gemina. Iure Mssti praepositionem auferunt, noxiam et inutilem. Γῆς autem τῆς Ἱστιαιώτιδος τὰς παραθαλασσίας κώμας lib. VIII. 23. memorans aliquid insuper moliminis vetat. WESS. — Quae *Histiaeotis* hîc ionicâ nominis formâ *Herodoto*, communi vero Graecorum sermone *Hestiaeotis* vocatur, septemtrionalis est Euboeae regio; *Artemisium*, extrema Histiaeotidis ora cum promontorio, quod a Dianae templo, quod inibi erat, nomen invenerat. Alia Ἱστιαιῶτις, Thessaliae, supra memorata est lib. I. c. 56, 15. *S.*

13. τὰ κατ' ἑτέρους) Literas aliquot, quae repeti debebant, hîc etiam absorptas suspicor, sic restituendas, ut legatur: ὥστε πυνθάνεσθαι τὰ κατ' ἑκατέρους ἐόντα: quam lectionem commodum offert margo *Stephani*; ex Msto repertam etiam *Vallae* Latina monstrant. VALCK. — Vide Var. Lect. *S.*

CAP. CLXXVI. 12 *seqq.* Τῶν δὲ Θερμοπυλέων *etc.*) Accuratissima haec loci pictura, nulli, nec Livianae lib. XXXVI. 15. neque *Strabonis* lib. IX. p. 655. [p. 428. ed. Cas.] concedens. Ὦ ναύλοχα καὶ πετραῖα θερμὰ λουτρὰ, καὶ πάγους Οἴτας παραναιετάοντες culte ad accolas chorus Trachin. *Sophocl.* vs. 642. WESS.

13. ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον) ὑψηλὸν, quod additur, in marginem libenter reiicerem. Recte iunguntur οὔρεα ὑψηλὰ καὶ ἄβατα, c. 198. sed ὄρος ἄβατόν τε καὶ ἀπόκρημνον, esse ὑψηλὸν, *Herodotus* lectorem non monuisset, qui dederat lib. III. c. 111. ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ

οὐδεμίην εἶναι. Mox *viam, qua spectat Orientem*, θάλασσα ὑποδέκεται καὶ τενάγεα. Secundum *Appian.* Syr. [c. 17.] p. 157. τῇ μὲν θάλασσα τραχεῖα καὶ ἀλίμενος, τῇ δὲ ἕλος ἄβατόν τε καὶ βαραθρῶδες. *Loca usque ad mare invia palustri limo et voraginibus* dixit *Livius* XXXVI. 18. Idem c. 15., *quia*, inquit, *calidae aquae in ipsis faucibus sunt, Thermopylae locus appellatur.* conf. *Strabo* IX. p. 655. B. et *Casaub.* [ad p. 428. suae ed.] *Appian.* Syr. p. 158. *Harpocrat.* in Θερμοπύλαι, et *Schol.* in *Aristoph.* Nub. 1047. VALCK.

15 *seq.* Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἐσόδῳ ταύτῃ θερμὰ λουτρά, τὰ χύτρους καλέουσι οἱ ἐπιχώριοι) Excitans ista, χύτρας praebet *Eustath.* in *Dionys.* vs. 437. alterum *Pausan.* IV. [c. 35.] pag. 369 seq. memorans τὴν κολυμβήθραν, ἥν τινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι χύτρους γυναικείους. Praeceptor *Pausaniae Herodes Atticus*, ut erat aedificator pecuniosus, in gratiam Thessalorum et Meliensium, cellas aegrotantibus accommodas hic construi curavit, ut suspicor ex *Philostr.* in eius vita p. 551. τὰς ἐν Θερμοπύλαις κολυμβήθρας memorante τοῖς νοσοῦσι παιωνίους. Ex sacris nostris nota est Hierosolymitana κολυμβήθρα, πέντε στοὰς ἔχουσα. VALCK. — Imprudentis audaciae Editor *Genev.* ob χύτρας, contra *Porti* sui admonitionem inculcatas, excusari nequit. *Eustathii* enim dubia lectio est; quae citra dubium si foret, manebit temerarius contra tabulas ausus. Ecce tibi *Pausaniam* lib. IV. 35. de piscina, in quam calidae hae influunt aquae, ἥν τινα ὀνομάζουσιν οἱ ἐπιχώριοι χύτρους γυναικείους. WESS.

18 *seq.* καὶ τό γε τοπαλαιόν) Stare nequit ista *Medicei* lectio, [quam recipere non dubitaverat *Gron.*] ni sic paullum adiuvetur, καὶ τῷδε τὸ παλαιὸν πύλαι ἐπῆσαν: quae *Koenii* est suspicio. VALCK. — τό γε τοπαλαιὸν doctissimi viri *D'Orvillius* ad *Charit.* lib. I. 3. p. 41. et *Abreschius* Diluc. *Thucyd.* p. 4. recte auctius, quam decebat, censuerunt. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

21. οἰκήσοντες γῆν τὴν Αἰολίδα). Interrogationes Gronovianas non intelligo, nedum *falsissimam et absurdissimam* esse in *Geographia* veterem participii formam. Cur quaeso οἰκήσαντες γῆν τὴν Αἰολίδα Thessali, *antea Aeolidis terrae habitatores*, (ita enim Latina [*Gronovii*, vitiosum οἰκήσαντες imperite arripientis] habebant) in Thesprotos abierunt, indeque reduces Phocensibus vastitatem atque eversionem

machinati sunt? Nonne commodius et situi regionum congruentius, *Thessalos ex Thesprotis*, unde erant, *habitatum terram Aeolidem ivisse, quam deinde possederunt?* Nobil. *Palmerius*, veteris Graeciae adprime peritus, hanc verborum sententiam lib. II. Gr. Ant. c. 4. p. 262. perspexit. Et quidni? cum *Aeolis* sit illa regio, quam *Thessali* deinceps possessione tenuerunt. Clare *Diodorus* lib. IV. 67. de Boeoto, καταντήσας εἰς τὴν τότε μὲν Αἰολίδα, νῦν δὲ Θετταλίαν καλουμένην. Sine cuiusquam proinde invidia redire vulgata cum *Vallae* Latinis potuit. WESS. — Recte enim *Valla* intepretatus erat, *ex quo illi ex Thesprotis terram Aeolidem iere habitatum, quam nunc possident. S.*

CAP. CLXXVII. 3. ὅτι οὔτε πλήθεϊ - - - ταύτῃ) Acutissimus *Gisb. Koenius* in literis ad me datis ad h. l. „*Alii forte*, scribit, *dudum viderunt legi debere* τῇ - - - „ταύτῃ. *Hoc ipsum Vallae codex habuit, qui vertit, ubi - -* „*ibi.* ᾗ - - - ταύτῃ, *Polyaenus* p. 333. §. 12. et p. 232. §. 2.“ *Reiskio* ὅπῃ venit in mentem. Mihi iam olim etiam placuit nostratis illud: τῇ οὔτε πλήθεϊ ἕξουσι χρέεσθαι οἱ βάρβαροι, οὔτε ἵππῳ, ταύτῃ. *Angustias quaerebant ne multitudine circumirentur:* [*Corn. Nep.* II. 3.] et hoc Themistoclis fuisse videtur consilium. Apud *Thucyd.* p. 180, 41. [lib. III. c. 23.] pro ὅ, τι, scriberem ὅπῃ: sed Herodoteum est τῇ: pro ᾗ χώρᾳ. Schol. in Sophocl. Ai. vs. 826. τὸ ᾗ ἐπίῤῥημα (ἀποδίδοται) πρὸς τὸ ταύτῃ. VALCK. — Nec apud *Thucyd.* l. c. nec hic apud Nostrum ulla novatione opus est. *S.*

CAP. CLXXVIII. 4. ἀνέμοισι εὔχεσθαι) Vatis tale responsum, Ὦ Δέλφοι λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λώϊον ἔσται, in *Clement. Alex.* Stromat. VI. pag. 753. [pag. 454. ed. *Sylburg.* Lugd. Bat. 1616.] adiungentis hanc in rem, βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις, ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον. In ambiguo autem haeret, utrum μεγίστους an μεγάλους reliquerit *Herodotus.* WESS. — Eruditione sua multiplici saepe sapienter usus ad Gentiles confutandos, *Clemens Alex.* verba nobis oraculi Delphici servavit Strom. VI. p. 753. Δελφοὶ, Ξέρξου ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύσαντος, ἀνειπούσης τῆς Πυθίας, Ὦ Δελφοὶ, λίσσεσθ' ἀνέμους, καὶ λώϊον ἔσται, βωμὸν καὶ θυσίαν ποιήσαντες τοῖς ἀνέμοις, ἀρωγοὺς αὐτοὺς ἔσχον. Oraculum eiusdem sententiae acceperunt Athenienses: vid. c. 189. Quos facere voluit, et revera reddidit, indignante *Platone*, ναυ-

τικοὺς Themistocles, his effata talia facile Delphis comparavit: Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τι τἄβατα. VALCK.

10 *seq.* βωμόν τε ἀπέδεξαν ἐν Θυίης) *Aram Delphi ventis statuisse* dicuntur in loco, mihi aliunde incognito, ἐν Θυίης: forte, *prope Thyiae fanum?* ἐν in talibus etiam *loca* nonnunquam designat *circa templa*: sunt autem usitatissima, ἐν Διονύσου· ἐν Ἀσκληπιοῦ· ἐν Θεσμοφόρου· ἐν Ἀρτέμιδος: hoc forte poni poterit, ubi legitur apud *Pausan.* II. [cap. 32 extr.] p. 189. Σαρώνια κατὰ ἔτος ἐν Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἄγουσι. Graece non dicitur κατὰ ἔτος ἕν, *quotannis. Pausaniae* sicut aliis est κατ' ἔτος et κατ' ἔτος ἕκαστον: aut hoc latet in ἕν, aut scribi poterit κατὰ ἔτος ἐν Ἀρτέμιδος ἑορτὴν ἄγουσι, *circa aedem Dianae quotannis festos, Saronia dictos, celebrant* Troezenii. VALCK. — Ἀπέδεξαν Scriptorem malle, [non ἀπεδέξαντο,] supra commonstratum lib. V. 89. Ἐν Θυίης, videlicet τεμένει aut χώρῳ, extra omnem est culpam. *Thyia*, modo eadem tamen, Castalii filia, Apollinis pellex, materque Delphi, a *Pausania* lib. X. 6. non negligitur. WESS. — Τὸ τῆς Θυίης τέμενος continuo deinde memoratur, unde *hic locus* (ὁ χῶρος οὗτος) nomen invenerit. Inde probabile fit, loci nomen fuisse ἡ Θυίη, adeoque ἐν Θυίῃ veram esse scripturam. *S.*

CAP. CLXXX. 4 *seq.* διαδέξιον ποιεύμενοι τὸν ἰλεν) *Ex formae praestantia illius, quem primum Graecorum ceperant, laetum omen captantes.* In hunc ferme sensum Herodotea recte mihi videtur *Aem. Portus* interpretatus in Διαδέξιος, vicina pertractans in Ἐπαύρεσθαι. Διαδέξιόν τι ποιῆσθαι (non mirabor si cui venerit in mentem Δία δεξιόν) idem videtur, quod saepius dicitur οἰωνόν τι θέσθαι vel ποιῆσθαι. *Euripides* Iphig. Aul. 607. Ὄρνιθα μὲν τόνδ' (imo τόδ') αἴσιον ποιούμεθα, Τό σόν γε χρηστόν, καὶ λόγων εὐφημίαν. VALCK.

7. τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύροιτο) *Forsan autem et ex nomine* (Λέοντος, Leonis) *fructum quendam perceperit;* ut nempe peius cum illo sit actum, atque idcirco hoc triste fatum subierit. Verbum Ἐπαύρεσθαι, significans *fructum percipere*, de bonis et malis in utramque partem adhiberi docuit *H. Steph.* in Indice Thes. Ling. Graec. Idem in usu significans Ἀπολαύειν pertractavit *Ti. Hemsterh.* ad *Lucian.* [Tim. cap. 2.] p. 101. Egregium *Democriti* dictum

dat *Stobaeus* in Eclogis *Canteri* p. 205., Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκοίμεθα. Qui saepe *Clementis Alex.* libellum ingeniosissimum, *Quis dives salvandus sit*, interpolavit, vanissimus ille nostrae formulae virorum clarorum censor *Combefisius*, pag. 937, 5., posuit perperam, ὅπως ἂν - - ἐπαύροιντο τὰ τῆς ἐλπίδος: eiiciendum est τὰ, ab illo inculcatum. τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαύρασθαι, scripsit *Clemens* p. 957, 7. VALCK. — *Vallae* mala olim Latina, ex *Porti* indicio iam bona. Fructum nominis sui *Leo* caedem abstulit. Verissime *Democritus*: Ἀφ' ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ γίγνεται, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ ἐπαυρισκόμεθα, *malorum fructum nanciscimur*, in *Stob.* Eclog. Eth. lib. II. p. 205. et *Euripides* Helen. vs. 476. Τίν' αἰτίαν σχὼν ἧς ἐπαυρόμην ἐγώ; *cuius ego culpam luerem?* Ita verbo usus et prava in re constat. WESS.

CAP. CLXXXI. 5. ἐς ὃ κατεκρεουργήθη) Si Ionum sermonis ὑποοργὸς, Λυκόοργος, vice aliorum ὑπουργὸς, Λυκοῦργος, fuerint in Celeb. viri adnotatis ad lib. I. 65., quo iure κατεκρεοργήθη *Pass.* damnabitur? Verbum, *Longini* excusatione laudabile, *Xanthus* in Lydiacis suis haud aversatus Cambletem descripserat τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν, apud *Athen.* lib. X. 3. p. 415. D. *Philo Iud.*, *Iosephus*, *Procopius*, et incertus scriptor in *Suidae* Αἰθεροβατεῖν, in huiusmodi lancinata membrorum scissura κρεουργηθῆναι maluerunt. WESS. — Rabiem Pythes aemulatus Cynaegiri; quem Pythen sive Pytheam κατακοπέντα dixit VIII. 92. Usum hic verbi laudans vicinorum tantum expressit sententiam, ut solet, *Longinus* περὶ Ὕψ. Sect. XXXI., ὁ Πύθης ἕως τοῦδε ἐπὶ τῆς νεὼς ἐμάχετο, ἕως ἅπας κατεκρεουργήθη. Cambletem Lydorum Regem πολυφάγον uxorem suam noctu κατακρεουργήσαντα καταφαγεῖν ex Lydiacis *Xanthi* scripsit *Athen.* X. p. 415. D. τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες est in *Herodot.* III. c. 13. Ἀρταμεῖν similiter adhibuisse suspicor *Euripidem* ob ista *Hesychii*: Ἀρταμεῖν, κατακόπτειν· Εὐριπίδης Πελιάσιν. Διηρτάμηκεν est *Anaxandridae* apud *Athen.* X. p. 455. F. ὁ κρεουργὸς, sive *lanius*, olim dicebatur ἄρταμος: quod pro μάγειρος restituendum ex Msto *Xenophonti* Κυρ. Παιδ. II. p. 27, 29. Senarius apud *Etymol.* pag. 149, 55. Ἦ γὰρ βέβηκε χεῖρας ἀρτάμων φυγών; fragmentum videtur perditae tragoediae. VALCK.

12. ἐκπαγλιόμενοι) Adhaeserunt librarii tanquam ad scopulum, ἐκπλαγεόμενοι pingentes hic, lib. VIII. 92. et IX. 47., pauci tamen: an Hesychii exemplo, Ἐκπλαγεύμεναι, ἐκπληττόμεναι? sed habeant sibi. Non sperno, quod *Aeschylus*, *Euripides*, *Dionysius Halic.* atque alii adprobarunt. Par discordia in *Hippocratis* ἐκπαγλῶς, *Erotiano* teste p. 50. Ed. *Eustachii*, ἐκπλαγῶς ex arbitratu fictum. WESS. — ἐκπάγλως, puto, et dein ἐκπλαγῶς scribere Vir doctiss. voluerat. *Erotiani* testimonium in *Franzii* editione Glossariorum (Lipsiae 1780.) reperire mihi non contigit. *S.*

CAP. CLXXXII. 2. Φίρμος) Atheniensis ille suum nomen Φόρμος recuperabit; cui Graecis auribus barbarum dederant quibus suae aetatis *Firmi* notiores erant. VALCK. — Mendosum Φίρμος tenuerat *Gronov.* *S.* — Attico civi patrium [imo, proprium] nomen Φόρμος rediit, quale Φορμίων et Φόρμις *Pausaniae* lib. V. 27. Namque Φίρμος, nec doctis latuit, latinae civitatis est. WESS.

8. πυνθάνονται παρὰ πυρσῶν) Aldinum Περσῶν optime *H. Steph.* in exilium egit; si qui insuper διὰ πυρσῶν maluerint, uti *Arch.*, poterunt; nec tuto tamen. Quod ad ipsam φρυκτωρίας attinet rationem, de ea post *Bonav. Vulcanii* ad Auctor. Περὶ Κόσμου p. 207. et *Stanleii* in *Aeschyli* Agam. vs. 1. diligentem curam nihil adiungo, nihil etiam de *speculatoribus*, ἡμεροδρόμοις, iterum iterumque memorandis c. 192. et 219., quippe dexterrime a *Turnebo* Advers. XXVII. 7. et *Dukero* ad *Livii* lib. XXXI. 24. illustratis. WESS. — Genuinum est παρὰ πυρσῶν, et *Vallae* lectum: περὶ Περσῶν, et διὰ πυρσῶν, sunt a correctoribus. Eximie quidem usurpatur παρὰ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων: *Homerus* tamen etiam scribit Πὰρ νηῶν ἀνιόντες, Ἰλ. ξ'. vs. 28. Vulgo verbis μαθεῖν, πυθέσθαι, ἀκούειν, similibusque succedit παρὰ, iuncta tamen ἐμψύχοις. Ἐπὶ ἀψύχου posuit *Antiphon* pag. 112, 12., αὐτῷ ἐξουσία ἦν σαφῶς εἰδέναι παρὰ τῆς βασάνου. Sicut *Soph.* habet πομποῖσι, pro διὰ πομπῶν, Antig. vs. 170. sic *Herod.* IX. cap. 3. πυρσοῖσι - - ἐδόκεε βασιλέϊ δηλώσειν. In bello Graeci quoque πυρσοῖς utebantur sive φιλίοις seu πολεμίοις: saepe meminerunt Tactici. Περὶ πυρσῶν qui egerint ubi indicantur a *Leopardo* Emend. V. c. xi., eâdem emendatur operâ *Suidas*, in quo tum legebatur περὶ Περσῶν, quae hic apud *Herodot.* est *Aldina* lectio. VALCK. — Παρὰ πυρσῶν,

ab ignibus, ex ignibus cognoverunt, quasi dicas, *a b illis edocti. S.*

CAP. CLXXXIII. 8. τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο etc.) Scribi Cl. *de Pauw* voluit, ἐς τὸ δὲ ἕρμα: quod si schedae iuberent, ferri posset. [Si ἐς adiectum voluisset *Herodotus*, non ἐς τὸ δὲ scripturus fuerat, sed ἐς δὲ τὸ ἕρμα.] Sed κατηγήσασθαι his in Musis idem nonnunquam ac *monstrare* aut *praeeundo indicare*, sicuti lib. II. 49. et 56. VI. 135. Est certe prior ista divinatio multo tolerabilior, quam quidem sequens: τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν ἐν πόρῳ μάλιστα πάντων κύριον: *sed saxea pila illis viam monstrabat, exsistens omnium in traiectu praecipua*: ubi miror, *pilam*, de qua prius, huc advocari; *saxum*, quod intenditur, negligi: taceo, πάντων κύριον saxum incommode dici, et mutationem nimiam minimeque videri necessariam. WESS. — Videtur (ut commode *Larcherus* observavit) saxum illud parum ac fere nihil super aquam eminuisse: quo magis necesse fuit, ut et indicaretur illud Persis ab homine locorum gnaro, et ut columna in illo erigeretur, qua de periculo monerentur navium gubernatores; quo spectat quod paullo ante dicebat Scriptor (*lin.* 5 *seq.*) ὡς σφι τὸ ἐμποδὼν ἐγεγόνεε καθαρόν. *S.*

11. μεταξὺ Κασθαναίης) *Arch.* Κασταναίης urbis nomen vulgatius edit, in ea tamen scriptura non perseverans cap. 188. *Ephorus, Strabo*, et *Plinius* ex *Harduini* correctione, paria *Herodoto* faciunt. Videndus *Steph. Byz.* et *Holstenius* ibi. WESS.

CAP. CLXXXIV. 5. τὸν μὲν ἀρχαῖον ἑκάστων etc.) Sermonis hanc stribiliginem viderunt docti viri. Si exsisteret ὁ μὲν ἀρχαῖος ἑκάστων, et reliqua ad eum modum nominandi casu, quae *Pavii* opinio, lenius utique oratio volveretur. Namque ex praecedente εὑρίσκω pendere, quae nunc sunt, equidem haud crediderim. Ἀρχαῖον autem ἐθνέων ὅμιλον *multitudinem* adpellat, *quam Xerxes tota Asia excitatam secum trahebat*. WESS. — Nulla hic sermonis stribligo: recte atque ordine omnia procedunt. Accusativi illi, qui doctos turbarunt viros, utique a verbo εὑρίσκω pendent, quod e superiori formula, ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, hic veluti repetitum intelligitur, eâdem fere ratione de qua in Adnot. ad I. 58, 7. et passim alibi monui. Quo vero

clarius pateat orationis gressus, commodius fortasse tolletur levis illa distinctio, quam inter ὅμιλον et ἐόντα interserui. Immo vero, quod pro ἐόντα ὅμιλον, quod olim vulgabatur, cum nostro cod. *F.* ὅμιλον ἐόντα edidi, videbatur quidem ea ratione paulo lenius faciliusque fluere oratio: sed nunc maxime recordor, amare Nostrum eiusmodi traiectionem verborum qualem hic alii praeferunt codices; adeoque ἐόντα ὅμιλον restitutum velim auctori. *S.*

[8. ἐπεβάτευον) De *propugnatoribus* sive *militibus classiariis* sigillatim poni hoc verbum ad c. 96, 1. recte a *Wess.* monitum est, atque eodem modo hic intelligendum id verbum. Qui vero mox (*lin.* 9 *seq.*) nominantur *ducenti* ἐπιχώριοι ἐπιβάται, non debebunt, puto, *propugnatores* et *armati milites* intelligi, sed *nautae* et *remiges*. In quaque triremium Atticarum ad Salaminem, teste *Plutarcho*, (in Themist. p. 119. B.) nonnisi *octodecim propugnatores* erant, in quibus quatuor sagittarii, reliqui graviter armati. (Conf. *Potter* Archaeol. Graec. lib. III. c. 18.) In Persicis navibus soli illi *triginta*, quos modo dicebat Noster, *propugnatores* fuisse videntur; licet reliquos etiam *ducentos* deinde c. 185, 15. et 186, 5. in universo τῶν μαχίμων ἀνδρῶν numero comprehendat Scriptor. *S.*]

13. προσθήσω δ' ἔτι τούτῳ) Sic recte scribitur in marg. *Steph.* ut infra hoc cap. προσθήσω δ' ἔτι τούτοισι - - - πλῆθος ποιήσας διςμυρίους ἄνδρας. Nostro loco ποιήσας (intermedia paulo forsan aliter scripta dabunt Codd.) ἀν' ὀγδώκοντα ἄνδρας ἐνεῖναι, *ponens in earum singulis fuisse viros octoginta.* Ποιῆσαι, pro τιθέναι, *ponere*, *fingere*, [*sumere*,] similiter adhibetur *Demostheni* c. Leptin. p. 279, 36., εἰσὶ τῶν ξένων ἀτελεῖς, δέκα θήσω· - - - καὶ μὴν τῶν γε πολιτῶν οὐκ εἰσὶ πέντε ἢ ἕξ· οὐκοῦν ἀμφοτέρων ἐκκαίδεκα· ποιήσωμεν αὐτοὺς εἴκοσιν: *ponamus illos esse viginti. Faciamus*, quod est in scripto Codice, dederat, opinor, *Cicero*, ubi vulgatur *facimus*, de Nat. Deor. I. c. 30. *Age et his vocabulis esse Deos faciamus, quibus a nobis nominantur*; id est *fingamus*. *Cicero* ad Fam. I. Ep. 12. *Eum te esse finge qui sum ego.* *Fac* occurrit frequentius. Tuscul. III. 18. *fac sane esse summum bonum non dolere.* καὶ δὴ Graecis adhibentur in eumdem usum: *Eurip.* Med. 386., Καὶ δὴ τεθνᾶσι· τίς με δέξεται πόλις; *sed sint sane mortui.* Helenae vs. 465. Καὶ δὴ παρεῖκεν: *Fac sane eum con-*

cessisse. In animosa *Xenophontis* Imperatoris oratione Ἀναβ. V. p. 214, 21. Ποιῶ δ' ὑμᾶς (scrib. ποιῶ δὴ ὑμᾶς) ἐξαπατηθέντας - - ὑπ' ἐμοῦ ἥκειν εἰς Φᾶσιν· καὶ δὴ καὶ ἀποβαίνομεν εἰς τὴν χώραν. *Herod.* infra, c. 186., καὶ δή σφεας ποιέω ἴσους ἐκείνοις εἶναι. VALCK.

26. πλῆθος συντιθέμενον) Nihil hoc verius esse, praemissa declarant. Certissimum praeterea [*lin.* 28.] καὶ δεκάς ex conputatione, quam καὶ δεκάδες δύο manifesto violant, praecedente: ad calculos qui sederit, haud dubitabit. WESS. — Colligitur sane universa ista summa 2317610 ex summis particularibus ante positis. Conficiunt enim

1207 × 200 (*lin.* 3 *seqq. huius cap.*) . . .	241400
. 1207 × 30 (*lin.* 8 *seqq.*)	36210
3000 × 80 (*lin.* 13 *seqq.*)	240000
Unde prodit summa copiarum navalium (*lin.* 18 *seqq.*)	517610
His accedunt pedites (*lin.* 21. coll. c. 60.) .	1700000
equites (*lin.* 22. coll. c. 87.)	80000
camelis et curribus vecti (*ibid.*)	20000
Unde prodit copiarum ex Asia transductarum summa, quae hic subducitur	2317610
Iam his porro accedunt navales copiae ex Thracia et vicinis insulis, 120 × 200 (*cap.* 185, 1 *seqq.*)	24000
et terrestres copiae ex eisdem regionibus (*c.* 185, 7 *seqq.*)	300000
Unde *hominum armatorum* (in quorum quidem numero etiam remiges comprehenduntur) prodit summa (*cap.* 185, 55.)	2641610

Qui numerus duplicatus dat hominum summam 5283220 *cap.* 186. memoratam. Conf. c. 103, 19 seq. ibique notata. *S.*

CAP. CLXXXV. 3. δόκησιν δὲ δεῖ λέγειν) Ingratissima vocum est δὲ δὴ δεῖ copulatio atque adhaesio, soli accepta *Med.* ferenda: nam *Pass.* δὴ, scribentis lapsu, ex δεῖ, (uti saepius haec permutantur) venit. Prudenter Lichas Sophocleus, ταυτὸ δ' οὐχὶ γίγνεται δόκησιν εἰπεῖν, κἀξακριβῶσαι λόγον, Trachin. vs. 432. WESS.

7. *διςμύριοι*) Hactenus in numeris constans duravit consensio. Nunc *τρισμύριοι Arch.* turbant, et catalogum nimium adaugent. Si in singulis enim navibus duceni nautae, sicuti supra finivit, centum viginti naves dabunt viginti quatuor millia, reliquorum Codicum conspiratione bene firma; adde, quamquam non adparet in his fuisse navibus, adde tamen singulis triginta propugnatores, haud illi aequabunt decem millia, quibus numeri instruuntur atque augentur. An ergo pro centum viginti navibus paullo ante numerandum censuit scriba *Arch.* *ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν, centum et septuaginta?* Nihil quidem isthic mutat, et eo tamen navium e numero triginta quatuor illa millia supputando procedunt. Indidem in consummatis, quas mox dabit, copiarum omnium rationibus incrementa denûm millium, summatimque 5303220. Quo ille quidem modo secum ferme consentit, nec efficit, ne nihil in catalogo difficultatis insideat. Choenicum certe post pauca enumeratio et medimnorum hac *Arch.* auctione non adiuvatur. WESS.

9. *Βρύγοι*) Iidem lib. VI. 45., ubi docte *Valckenarius* *Φρύγοι Strabon.* VII. p. 502. de sententia *Casauboni* *Βρύγοι* fuerunt. *Appianus* Bel. Civ. II. [cap. 39.] p. 743. eosdem *Φρύγας ἐκ Φρυγῶν ἐπανελθόντας* dicit. Vid. supra cap. 73. WESS. — Apud *Appian.* *Βρίγας* nobis dedere meliores libri. *S.*

CAP. CLXXXVII. 8. *προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν ἐνίων*) *Vallam*, perperam ista vertentem, egregia *G. Budaei* de Asse p. 139. humanitas in viam revocavit. Quod *Th.* habet *Magister* *ποταμῶν ἔστιν ὧν*, *Pass.* stabilit, et manus *Herodoteae* videbatur Cl. *Oudendorpio*, speciose magis quam vere: in *Thucydid.* III. 92. aliisque ea formula. WESS. — Varia lectio duplex est in marg. Ed. *Steph.* *ἔστι τῶν*, et *ἔστι ὧν*. Ubi *Thomas Magist.* in *Προδώκειν*, citans Herodotea, habet *ἔστιν ὧν*, hoc quin ab *Herodoti manu* *sit vix dubitat Oudendorpius*: doctissimo viro placuit, quod saepe legerat apud scriptores Atticos, restituendum *Aeliano* de Nat. An. XVII. c. 19. pro (*ἐρνίθων*) *ἐστὶν ὡς*. Hic illud ut legitimum crederemus, primum monstrandum erat, hunc etiam Herodoteum fuisse scribendi morem; deinde, hac illud in sede convenire. Sed, nisi valde fallor, neutrum

poterit ostendi: ex aliis multa sunt ad manum; nihil huius generis ex *Herodoto*; sed fieri facile potest, ut hac in parte fallar. Verum illud contendo, neque ἐνίων, neque ἔστιν ὧν, hic congruere. Graece dicitur, ἔνιοι τῶν ποταμῶν, non item οἱ ποταμοὶ ἔνιοι. *Herodotum* ego scripsisse puto, προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν: effatum illud generale limitatum ab eruditulo lectore, adiecta voce ἐνίων vel ἔστιν ὧν. Recte *Thomas* Προδοῦναι hic interpretatur ἐνδοῦναι καταποθέντα τῷ στρατοπέδῳ. Significatur vel flumina *defecisse*; vel *destituisse*, si nempe repetas e vicinia τοσαύτας μυριάδας: hac potestate activa verbum usurparunt *Aristophanes*, *Xenophon*, *Demosthenes*, aliique. VALCK. — Vide *Var. Lect.* nec fere dubitabis puto de veritate scripturae ἔστι τῶν: cuius formulae in locum, Ionibus propriae, alii ἔστιν ὧν, alii magis etiam communem ἐνίων substituerunt. *S.*

10-14. *εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαστος etc.*) Detegendus calculi error est, a *Budaeo* et *Io. Laurenbergio* Otii Sorani p. 5. perspectus. Si choenices quadraginta octo medimnum, quod *Pollux*, *Harpucration*, atque hoc de grege alii asseverant, absolverint, patet medimnum tritici in milites XLVIII. erogari quot diebus solitum: ex quo, initis ex medimnorum hic signatorum numero rationibus, colligere licet, militum, in exercitu Xerxis merentium, 5296320. fuisse capita; atqui recensentur duntaxat 5283220; superant ergo choenices numerum hominum tredecim millibus et centum. Fac fuisse, quorsum schedae *Arch.* nos trahunt, omnem militantium ad 5303220 turbam, deerit diurnum sex millibus et nongentis militibus dimensum: nam, quae minime fallax Cl. *Askew* adnotatio, tot choenices ad eam summam desiderantur. Liquet calculi error; ubi commissus, non item. WESS. — Videtur ipse *Herodotus* in subducendis calculis leviter errasse. Quod si *pro singulis hominibus in singulos dies choenix* requirebatur, qui est *quadragesima octava pars medimni*; requirebantur pro 5283220 hominibus quotidie *medimni* 110067 cum 4 choenicibus; ut subiectum schema ostendit:

```
5283220|48
4  340 |110067
     (4
```

Iam quum loco numeri 67 numerum 340 ponat Scriptor, manifestum fit, puto, oblitum illum esse postremum numerum 340, uti par erat, per 48 dividere. *S.*

CAP. CLXXXVIII. 6. πρόκροσσαι ὁρμέοντο ἐς πόντον) Loci sententiam *Portus* bene vestigavit. Πρόκροσσαι *naves, quarum prorae ponto obversae erant, cum reliquae stationem ad littus haberent.* Homeri versus Iliad. Ξ'. 34 seq. habent simile quidpiam, nec prorsus tamen, naves certo ordine subductas describentes. Multa ibi *Eustathius.* Eleganter *Agathocles Babylonius*, καὶ οἱ Κυζικηνοὶ ἐξορμήσαντες ἐπ' αὐτὸν (Pytharchum tyrannum) ἐβοηδρόμουν, πρόκροσσοι φερόμενοι ἐπὶ τὸν κίνδυνον: *summo inpetu*, sive, *obversis*, qualis arietum pugna, *frontibus*, in *Athen.* lib. I. p. 30. A. WESS. — De isto vocabulo, cuius propria vis minime in liquido est, iam supra ad IV. 152, 17. disputavi. Illud quidem perspicuum videtur, non satis esse quod *naves προκρόσσας Wess.* cum *Porto* intelligit *quarum prorae ponto obversae erant*: nam et, quae proxime terram stabant, perinde ponto obversam proram habebant. (conf. ad VI. 115, 2. notata.) Nec *Suidae* interpretatio (Πρόκροσσαι· ἄλλη ἐπ' ἄλλῃ) satis facere videtur. Quod si enim nihil aliud significaret id vocabulum, satis fuerat quod paulo ante planissimis verbis scripsit *Herodotus*, ἄλλαι ἐπ' ἐκείνῃσι. Quare mihi probabilissima illa ratio visa est, qua προκρόσσας νῆας apud *Homerum* veteres Critici κλιμακηδὸν *locatas* interpretantur; quod gallice *par échelons* diceres, latine equidem *in quincuncem locatas* reddidi, sed id ita intelligens, ut de *octo seriebus* sive *ordinibus*, quos memorat Scriptor, quilibet ordo anterior una navi minor sive brevior esset quam consequens ordo, utque adeo veluti trianguli aequilateri (nunc quidem truncati) formam referret universa classis. Videndumque ne simili quadam ratione, qui apud *Athen.* lib. I. p. 30. dicuntur πρόκροσσοι impetum fecisse in hostem, intelligendi sint *facto cuneo irrupisse.* His ita perscriptis, nunc demum animadverto, eamdem in sententiam vocab. πρόκροσσαι a *Reiskio* esse expositum. „Πρόκροσσοι, ait, dicuntur res omnes *seriatim* et *per gradus porrectae et procedentes*, ita ut, quo magis procedatur in altum eo res magis introrsum recedat, et quasi minuatur, ut sunt gradus scalarum ad plani inclinati modum positarum." *S.*

8. τῆς θαλάσσης ζεούσης) Longini κακόστομον elegantissimae dictionis tantum modo in repetitis toties sibilantibus est literis, quas alii ad aestuantis stridorem maris aptissimas putarent: namque, uti Latinis *fervere mare*, *fervor maris*, ita κύματα *Gregor. Naz.* Stel. I. p. 55. B. ἐπὶ πολὺ μετεωρισθέντα καὶ ἀναζέσαντα: et *Liban.* T. II. p. 516. c. ἐν ζέοντι τῷ κλύδωνι, parili translationis figura. Ventus ex septemtrione et Hellesponto flans, propterea que *Hellespontias* dictus [*lin.* 10.] Atticae regioni marisque Aegaei insulis gravis et damnosus accidebat, *Aristotele* Problem. XXVI. 67. p. 198. ed. *Sylb.* docente. Iucunda sunt *Aristidis* in tempestatis ἐκφράσει ad Arginusas, ἄρτι μὲν --- ᾤδαινεν ἡ θάλασσα, καὶ κατίβαινεν Ἑλλησποντίας λαμπρὸς, apud *Hermogenem* Form. Orat. I. 5. p. 280. WESS.

[15. ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε) In hoc interpretando loco dormitans equidem, et vocab. μεταρσίας pro ἐπικαρσίας accipiens, *obliquas* in latinis nostris posui, pro eo quod recte *Cronov.* dederat, *quas naves ventus in alto nactus est:* pariterque iam olim *H. Stephanus*, quum *Valla* minus recte *anteriores* interpretatus esset, monuerat oportuisse *altum tenentes*. *S.*]

16. πρὸς Ἰπνοὺς καλεομένους) Adumbravit hinc sua *Strabo* lib. IX. p. 675. D. [p. 443. B. ed. Cas.] sed praeter alia, ὁ δ' εἰς Ἰπνοῦντα τόπον τραχὺν τῶν περὶ Πήλιον παρενεχθείς: ubi eam varietatem librariis inputandam monuit Vir magnus. Favet Geographo aliquantulum πρὸς Ἴπνους *Vindob.*, neque omnino tamen. WESS. — Ἰπνοῦντα habet nupera *Strabonis* editio Lipsiensis, praeeuntibus nonnullis codicibus. *S.*

17. περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα) Ex Codd. decernendum, αὐτὴν scripserit, an ἀκτὴν, an ἄκρην τὴν Σηπιάδα: in quibus permutandis saepius errarunt librorum scriptores. Σηπιάδος ἀκτῆς meminit Noster c. 183. et 191. Aliis ἄκρα ἐν Μαγνησίᾳ dicitur Σηπιάς: vid. Clar. *Wess.* ad *Diod.* T. I. p. 413. [lib. XI. c. 12.] et *Cellar.* Geogr. Ant. T. I. p. 870. Hic narrata spectans *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 753, 36. (οἱ ἄνεμοι) πνεύσαντες, inquit, ἐμβριμώμενοι περὶ τὴν Σηπιάδα ἄκραν συνέτριψαν πᾶσαν τὴν παρασκευὴν τοῦ Περσικοῦ στόλου. Eadem obversabantur *Straboni* IX. p. 675. c. D. ubi Xerxis στόλος partim dicitur ventis εἰς Ἰπνοῦντα τόπον τραχὺν τῶν περὶ Πήλιον παρενεχθείς: sic vocasse locum videtur *Strabo*: *Hero-*

dotus, quod *Casaub.* monuit, naves partim scribit delatas πρὸς Ἴπνους καλεομένους τοὺς ἐν Πηλίῳ. Pelii montis Ἰπνοὶ apte dici potuerunt, instar similium, Ἰπνόεις vel Ἰπνοῦς. VALCK.

191. ἦν τι τοῦ etc.) Dederat Scriptor accuratissimus: ἦν τι τὸ τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἄφορητον: duae hic quoque literae sunt a vicinis absorptae, quas postulat sermonis genius. Contra χρῆμα πολλὸν νεῶν et similia recte scripta leguntur in huius Ed. p. 319. n. 22. [VIII. 43, 18.] Sed p. 252, 87. [III. 109, 14.] πολλόν τι χρῆμα τῶν τέκνων: ut *Xenoph.* p. 23, 25. σφενδονητῶν πάμπολύ τι χρῆμα. ἄπειρόν τι χρῆμα νοημάτων, *Dionys. Halic.* II. p. 249, 1. Hinc etiam diversum hoc in loco τὸ τοῦ χειμῶνος χρῆμα, comparandum cum *Aristophaneis*: τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν· τὸ χρῆμα τῶν κόπων· τὸ χρ. τοῦ πλουτοῦντος. Ἀσκητικὸν τὸ χρῆμα τοῦ νοσήματος. VALCK.

CAP. CLXXXIX. 4. τὸν Γαμβρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι) Oraculo iussi, *Boream* intellexerunt Athenienses, qui κῆδος συνῆψε τοῖς Ἀθηναίοις, ἁρπάσας Ὠρείθυιαν Ἐρεχθέως, *Schol.* in *Soph.* Antig. 978. atque adeo generum Erechthei, Erechthidarumque affinem: *Suidas* videatur in Γαμβρός, qui in voc. Ἀφέται oraculo Deum iussisse scribit, ἀνέμῳ συγγενεῖ θύειν· εἶναι δὲ συγγενὴς λέγεται (ὁ Βορέας) διὰ τὴν Ὠρείθυιαν. Ubi dicitur Themistocles *Aristidi* T. III. p. 349. στησάμενος τὴν ναυμαχίαν κατιόντος τοῦ πνεύματος: *Schol. Ms.* οὕτω φησὶν ἔστησαν τὰς ναῦς, ὥστ' ἔχειν Βορέαν ὄπισθεν, ἵνα προσβαλὼν τοῖς Πέρσαις ὀξέως ἐπέλθοι· τοῦτο δὲ φησὶν ἀπὸ τοῦ μύθου, ὅτι ὁ Βορέας ἐραστὴς ἦν (ὢν) Ὠρειθυίας - - - συνέπραξε τοῖς Ἀθηναίοις· τούτου δὲ ὁ Ἡρόδοτος οὐ μέμνηται. Ob opem sibi latam Boreae sacellum ad Ilissum sacrarunt Athenienses iuxta *Herodotum*: [*lin* 16 *seq.*] neque tamen illud valde frequentatum aestimes e Phaedro *Platonis* p. 229. ubi ignoranti locum Phaedro, e quo puellam rapuerit Boreas, digito demonstrans Socrates, καί πού τις, ait, ἐστὶ βωμὸς αὐτόθι Βορέου. vid. *Meurs.* Att. II. c. 5. Secundum *Pausan.* II. p. 138. in monte Sicyoniae βωμός ἐστιν ἀνέμων: et in foro Coroneae, lib. IX. p. 778. Megalopolitae apud eumdem VIII. p. 673. θεῶν οὐδενὸς Βορέαν ὕστερον ἄγουσιν ἐς τιμήν. VALCK.

6. κατὰ δὴ τὸ κῆδος τοῦτο) *Pausanias* hinc, Boream Atheniensibus διὰ τὸ κῆδος ἀμύναντα τῶν τριήρων τῶν βαρβαρικῶν ἀπολέσαι τὰς πολλάς, prodidit lib. I. 19. p. 45. Proximum

ὡς φάτις ὥρμηται [*lin.* 7.] relinquo. Quod si multitudinis numero φάτις haberetur, alienum ὡρμίατο haud foret, nunc secus. Vid. lib. V. 104. WESS.

14. οὐκ ἔχω εἶπαι) Caute satis. Βορεασμῶν Atticorum, de quibus Cl. *Alberti* ad *Hesychium* in Voc., et doctissimi viri in *Aelian.* Var. XII. 61., alii diversiorem perhibebant originem. Praeterea Delphis ex responso Apollinis Persicae classis damnum arcessebant in *Clement. Alex.* Strom. VI. p. 675. Ut autem post deinceps [*lin.* 16. pro ἀπελθόντες] ἀπελθόντος, nempe Ξέρξεω, pingatur, [aut ἀπελθόντων, scil. βαρβάρων: quorum alterutrum *Reiskius* maluerat,] urgentem non video necessitatem. WESS.

CAP. CXC. 2. τετρακοσιέων οὐκ ἐλάσσονας) De *numero fractarum navium* gemina *Diodorus* XI. 12. WESS.

8. χρύσεα ἄφατα χρήματα) Ex his ἄφατα abesse dicitur Codice *Med.*; omissam mallem vocem χρύσεα, paulo ante positam. Hic certe scribi potuit: ἀλλά τι ἄφατα καὶ χρήματα περιεβάλετο: *tum aliarum rerum affatim tum nummorum sibi comparavit.* καὶ χρήματα praebet *Plutarchus* T. II. p. 864. c. VALCK. — Unde καὶ ante χρήματα in *Plutarchi* codices (qui perpauci hodie supersunt) invectum sit nescio: illud video, *Herodoteos* omnes coniunctivam illam particulam ignorare. Χρήματα non modo *pecunias* dici, sed *quaslibet res pretiosas*, iam saepius in his Musis observavimus. Video etiam, apud eumdem *Plutarchum* (paulo post) τὰ χρυσᾶ. χρήματα legi, nullâ interiectâ coniunctivâ particulâ. *S.*

10 *seq.* ἦν γάρ τις καὶ τούτῳ (τοῦτον placet ex marg. *Steph.*) ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα παιδοκτόνος. Haec si sic Latine legantur, ut convertenda censeo, *nam angebatur ob liberos dira quadam calamitate necatos;* non ipse *Aminocles* haberi poterit παιδοκτόνος: qualem dum habuisse videtur, sumpsit hinc occasionem *Plutarchus* criminandi *Herodotum*, tanquam studiose quaerentem locum, ἐν ᾧ θήσεται τὴν Ἀμεινοκλέους παιδοφονίαν: hanc indignatus immixtam narrationi p. 871. B. Lapsus in minutis *Palmerius* se obiecit *Plutarcho*; cui defensor venit *Reiskius* Anim. ad Gr. Auctor. T. II. p. 523. VALCK.

11. τοῦτον ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα παιδοφόνος) Arbitror τοῦτον praestare. ἐλύπει τοὺς Ἕλληνας et μᾶλλόν σφεας ἐλύπει lib. IX. 49. *Plutarchi* Codices [apud quem quidem τούτῳ

legitur in plerisque editionibus,] eodem tendunt. [Qui τούτῳ huc invexerunt, ad verbum ἦν retulerant hunc dativum: rectius vero iuncta intelliguntur ἦν λυπεῦσα.] Quam autem vellem, ab his ille vellicandis manum abstinuisset: malignitatis profecto dum *Herodotum* proterve arcessit, eiusdem criminis culpam sustinet. Postulat-ne παιδοκτόνος eius συμφορὴ, ut Aminocles παιδοφονίας, sive, *caedis liberorum*, in reatu sit? Equidem, etsi dictio ex ambiguo aliquid offert, non opiner. Ἄχαρις συμφορὴ παιδοφόνος, *ingratam calamitatem*, *liberos occidentem*, unice exprimit; quae quidem Aminoclem, alioqui opum copia fortunatum, sed casu liberis orbum, contristabat. Confer vindicias *Herodoto* a Nob. *Palmerio* paratas, Exerc. in Gr. Auctor. p. 37. WESS. — *Plutarchum Reiskius* (loco a *Valck.* citato) contra *Palmerium* hactenus defendit, non ut malignitatis patrocinium suscipiat, qua *Herodoti* hac in re commemoranda consilium interpretatur Chaeronensis Polyhistor; sed ut contendat, recte illum interpretatum esse sententiam verbis istis *Herodoti* ἄχαρις συμφορὴ παιδοφονίη, sive (ut apud *Plut.* legitur) παιδοκτονία. „Ego quidem, ait, nullus dubito ex *Herodoti* „verbis hoc efficere, *liberorum Aminoclis aliquem patris ma*„*nibus*, quaecunque demum caussa vel ratione, *periisse*.“ In quo quidem verissime iudicasse mihi videtur Lipsiensis ille olim praeceptor meus, Vir optimus doctissimusque. Quisquis citra praeiudicatam opinionem *Nostri* verba I. 41, 3. coll. cum I. 35, 2. et lin. 10 *seq.* item III. 50, 1 seq. coll. cum c. 52, 16. consideraverit, de veritate huius interpretationis nullus, puto, dubitabit. *S.*

CAP. CXCI. [7. ἔντομά τε ποιεῦντες) De ista formula vide ad II. 119, 10. notata. *S.*]

7 *seq.* κατεπαείδοντες γόησι τῷ ἀνέμῳ οἱ Μάγοι) Nulla in schedis variatio. Qui morbosa haec putant, aut γοητείῃσι, *praestigiis*, aut χοῇσι, *libationibus*, quamquam haesitantes, uti Cl. *Reiskius*, illa reficiunt. Contra ea, nihil admodum novans, Cl. *de Pauw*; κατεπαείδοντες γόησι - - - οἱ μάγοι, *incantantes ventum cum praestigiatoribus*, vertit, hoc uno anxius, quod *magi* ab *incantatoribus* distinguantur: fieri tamen potuisse, ut illi, inter Persas honoratiores, sub se γόητας, vilioris conditionis sacrificos, habuerint. Quod equidem, etsi auctoritate carens, non infitias ibo; opinatus, ne nihil dixisse videar,

κατᾴδοντες γόησι idem esse ac γόοισι, h. e. *sacro quodam ululatu*, unde ipsi γόητες nomen habent: huic sane in magicis incantationibus sacrisque suus olim usus; sicuti ἐντόμοις lib. II. 119. Non nescio, γόην alibi haud inveniri; quam tamen ex γοάω formari potuisse, quis neget? Restaret κατᾴδειν tertio nexum casui, nisi *Portus* id cum καταγελᾶν similis apud *Herodotum* structurae conposuisset. Atque hoc si inprobetur, τοῦτο μὲν ἐν τῷ ἀταφεῖ κείσθω. WESS. — Dativus τῷ ἀνέμῳ est ex Herodoteo more scribendi, neque debet adeo sollicitari. [Vide ad VII. 9, 5. notata.] Ingeniose *Reiskius* tentabat χοῇσι: sic dicerentur *factis libaminibus incantantes ventum. Euripidis* Iphigenia in Tauris vs. 1337. Ἀνωλόλυξε, καὶ κατῇδε βάρβαρα Μέλη, μαγεύουσ'; *ululatu barbarico magicos cantus* (*Seneca* Med. 684.) *occinebat*: ita corrigo vulgatum μαστεύουσ', illinc alienum. Κατᾴδειν, *occinere*, iuxta *Budaeum*, *Herodotus* posuit pro *incantare*. Filiam mactatam putabat ad ventum sedandum *Aeschyli* Clytaemnestra in Agam. vs. 1427. ἐπῳδὸν Θρηκίων ἀημάτων, ut optime restituit *Gul. Canterus*. Apud Sicyonios sacerdos sacra faciebat, ἡμερούμενος τῶν πνευμάτων τὸ ἄγριον· καὶ δὴ καὶ Μηδείας, ὡς λέγουσιν, ἐπῳδὰς ἐπᾴδει, *Pausan.* II. [c. 12.] p. 138. VALCK. — *Wesselingii* coniecturam γόοισι probat *Schneider* in Lexic. crit. De scriptura autem vocabuli tenendum, in edit. quidem *Ald.* et aliis γόησι cum iota subscripto pingi, incertum vero esse, utrum mssti item libri iota hic subscriptum aut ad latus positum agnoscant, an suo arbitratu primus Editor illud adiecerit. Nostra quidem membrana *F.* quae plerumque alioquin, ubi opus est, iota ad latus scriptum habet, hic illud ignorat. Itaque verum fortasse fuerit γόησι, quod et *Pavius* probavit, et nos cum *Schaef.* edidimus: nec vero hoc ego *cum praestigiatoribus*, sed *per praestigiatores* latine reddendum censeam. Fuerint autem forsan γόητες *classis quaedam Magorum. S.*

10. ἐκόπασε) Nullum *Longini* ἐκοπίασε in schedis patrocinium adipiscitur: *Scholiastes* praeterea *San-German.* ἄνεμος ἐκόπασε hinc excerpsit. *Abydenus*, τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ ἐπεί τε ὧν ἐκόπασε *tempestas* eluvionis caussa, in *Euseb.* Pr. Evang. lib. V. 12. Et *Aelian.* apud *Suidam* voc. Ἐστόρεσε: εἰ δὲ ἄνεμοι παραχρῆμα ἐκόπασαν καὶ τὸ κῦμα ἐστορέσθη: quo de genere alia *I. Iac. Wetsten.* ad Matth. c. XIV, 32. WESS.

Ibid. *ἢ αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε*) *Aut sponte sua* velut lassus *conquievit ventus.* Tanquam ἄσημον τὸ Κοπιάσαι (ἐκοπίασε legisse videtur) καὶ ἰδιωτικὸν hic notavit *Longinus* π. Ὑψ. XLIII, 2. Legitur in Ev. *Matth.* XIV. vs. 32. ἐκόπασεν ὁ ἄνεμος, et alibi, apud Clar. *Albertum* ad *Hesych.* in voc. et *Wetstenium.* Reprehendendus idcirco *Longinus* illis videri poterit, qui in libris nostris sacris, ad populi captum sapientissime scriptis, voces tamen notatas nolunt ut ἰδιωτικὰς, quique, bonum *Thomam Mag.* supra modum nuper criminati, incogitanter Atticam verborum etiam venantur elegantiam, ubi sola rerum erat quaerenda puraeque disciplinae magnificentia. VALCK.

CAP. CXCII. 9. ἐνκυλόχεον, Ποσειδέωνος σωτῆρος etc.) *Vallae* Latina, *Stationem habuere ad templum Neptuni cognomine Servatoris*, servari non debuerant: quid enim hic de Neptuni ad Artemisium aede? Solum Σωτῆρος Neptuni cognomen describitur. Itaque mutavi, ne prona sit erroris, quae et illustr. virum Dissert. VII. Us. et Praest. Num. p. 416. abstulit, occasio. WESS.

CAP. CXCIII. 1 seq. ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ κῦμα ἔστρωτο) *Eustath.* in Od. γ'. p. 119, 38., Ἡρόδοτος εὐδίαν φράζων φησὶν, ἐπαύσατο (sic Ἐκόπασεν reddidit *Hesych.*) ἄνεμος, καὶ τ. κ. ἔστρ. His usus est inimitabilis *A. Schultens* ad *Iobi* XXX, 27. vid. *St. Bergler* in *Alciphr.* p. 2. Docte *A. Gellius* Noct. Att. II. 30. *Fluctus. - - - simul ac ventus posuit, sternuntur et conflaccescunt, et mox fluctus esse desinunt.* κύματα οὐκ ἔτι εἰσὶ κύματα, *aequore* nempe *pacato. Stratum aequor* attigit *I. F. Gronov.* Obs. III. c. 22. Tueri voluit vir clar. *P. Burm.* in *Ovidii* Her. XV. vs. 213. vulgatam: *Solve ratem; Venus, orta mari, mare praestat amanti:* me iudice recte diceretur, *mare praestet aequor;* ut Metam. XI. 749. *ventos arcet Aeolus egressu, praestatque nepotibus aequor;* id est ἀκύμονα Πόντου τίθησι νῶτα, *Eurip.* Iph. in Taur. 1445. Sed in altero loco legendum, partim cum *Stichtenhorstio: Venus, orta mari, mare sternet amanti:* sic Epist. XIX. vs. 16. *auso Venus ipsa favebit; sternet et aequoreas aequore nata vias.* VALCK.

8. ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον ἐς Αἶαν) Dum *ad aureum vellus petendum Aeam navigabant:* id enim semper notat in talibus ἐπί; ἐπὶ τὸ κῶας, ἐπὶ τὸ νάκος πλεῦσαι. Poëtis μετά: *Theocriti*

XIII. 16. Ἀλλ', ὅτε τοι χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων Αἰσονίδας, οἱ δ' αὐτῷ ἀριστῆες συνέποντο. *Lecti iuvenes, Argivae robora pubis, Auratam optantes Colchis avertere pellem, Catullo* Carm. LXIII. 5. *Theocrito* praeivit aliisque *Homerus* Od. α. 184. Πλέων - - Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν: id est, ἐκεῖθεν ἀπάξων χαλκόν. In *Theocriti* Παιδικοῖς: βαίνη - - - πέδα (id est μετὰ) Κέρβερον. Apud *Xenoph.* Ἀναβ. VI. p. 220, 31., ἔνθα λέγεται Ἡρακλῆς ἐπὶ τὸν Κέρβερον κύνα καταβῆναι. *Aristoph.* Βατρ. vs. 111. ἡνίκ' ἦλθες ἐπὶ τὸν Κέρβερον. Meminit peninsulae *Diodorus* XIV. p. 666, 3., ὅπου φασὶν Ἡρακλέα τὸν ἐξ ᾅδου Κέρβερον ἀναγαγεῖν. Corrigatur *Herodoto* nostro tributus libellus de Vita *Hom.* p. 561, 36. [c. 17, 10.] ἐς δὲ τὴν Ἐρυθραίην τινὲς ἐπὶ ξύλον παρασκευάζοντο πλεῖν: male vulgatum, nuper etiam Londini, ἐπὶ ξύλου. In his ἐπὶ cum ἐς ponuntur ut nostro loco, et semper apud accuratiores, solos ferme dignos, quorum phrasis cum Herodotea componatur: *Thucyd.* IV. c. 13. ἐπὶ ξύλα ἐς μηχανὰς (ut ἐς τειχισμόν, p. 406, 94.) πεπόμφασι τῶν νεῶν τινας ἐς Ἀσίνην. *Xenoph.* Ἑλλ. V. p. 337, 2. πέμπουσιν - - ἄνδρας ἐς Παγασὰς ἐπὶ σῖτον: p. 260, 19. πέμψας τριήρεις ἐς Λακεδαίμονα ἐπὶ χρήματα: paulo post legitur, ἔπεμψα χρήματα ἄξοντας. *Aristoph.* Ἐκκ. 814. Ἔπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν ἐπ' ἄλφιτα. VALCK. — Notissimus et pervulgatus iste praepositionis ἐπὶ usus; quam quidem eodem modo, eâdem etiam lineâ ad quam ista tam late disputantur, positam habemus, ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντα, *aquatum missum. S.*

— 11. ἐπὶ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε Ἀφέται) Sexcenties talem Scriptoris dictionem vidimus, monuitque vir Celeb. lib. IV. 45. Quo magis miror *Medic.* silentium, ni tamen excerpentis oculi aberrarunt, ἐπὶ, huic debitum loco, sequentibus, ubi omnes alii ἐν τούτῳ, tribuentes. Fieri id potuit. Ego Codicibus non reluctor, *Aphetas*que praetereo, notissimas *Apollonii Rh.* lib. I. 591. *Strabonis*, aliorumque explicationibus. WESS. — De ἐπὶ τούτου vide *Var. Lect. S.*

CAP. CXCIV. 4. ἔπεσον ἐς τοὺς πολεμίους) Elegi simplex verbum. Ἐπιπίπτειν vim plerumque, quae hic nulla, ingruentium innuit, c. 189. et 210. [Sed peraptum huic loco ἐσέπεσον.] Visum quoque [*lin.* 6.] verius Θωμασίου nomen, aliquid barbarici olens, cum ex interiore Graecia Θωϋμασίου titulus descendat. WESS.

8. *βασιλητων δικαστέων*) Vide supra, lib. III. 14, 31. Ὅτι, [ante ὁ Σανδώκης,] Codicum de sententia inprobum, *Gronovio* consentiens eieci: neque displicuit [*lin.* 10.] λογιζόμενος. Restitutum autem fuit εὗρέ οἱ, ad nexum sermonis opportunum, atque ob εὑρὼν δὲ pro Scriptoris adsuetudine necessarium, tum quoque ex Persicae huius clementiae declaratione lib. I. cap. 137. WESS.

10. λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος πλέω ἀγαθὰ) Revocarem antiquam lectionem. *Reputans*, ἀναλογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, [at in simplex λογιζ. consentiunt probatissimi quique libri,] εὗρέ οἱ πλέω ἀγαθὰ τῶν ἁμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βασιλήϊον. Antiquae videlicet Persarum legi Darius libenter obsecundavit; de qua, landata I. 137., quaedam notata sunt in lib. VI. c. 30. sed praeter *Brissonium* citari debebat *Des. Heraldus* Advers. I. cap. 9. Horum non recordatus *Iac. Gronov.* in Addendis ad Notas suas in p. 57, 12. *Haec*, ait, *lex quidem fuit, sed quando observata?* Mox [*lin.* 12 *seq.*] *intellexisse* dicitur *Darius*, ὡς ταχύτερα ἢ σοφώτερα εἰργασμένος εἴη: sic enim omnino legendum, reiecta lectione *Flor.* [Vide *Var. Lect.*] Paulo post [*lin.* 16.] commode mihi Vir doctus emendasse videtur, ἔμελλε εὖ τὸ δεύτερον διαφυγὼν περιέσεσθαι: et, ὡς γάρ σφεας εἶδον προσπλέοντας οἱ Ἕλληνες. VALCK. — Ad διαφυγὼν ἔσεσθαι caute Reiskius adnotaverat: „Forte περιέσεσθαι.“ Speciosa utique coniectura, quam miror ne ullius quidem msti codicis auctoritate firmatam reperiri. Praeterita quidem verborum tempora frequenter per periphrasin effert Noster: quo de more ad I. 37, 7. post *Wesselingium* nonnihil disputavimus. Futuri temporis periphrasin, qualem hic habemus, [*lin.* 16.] διαφυγὼν ἔσεσθαι pro διαφεύξειν non memini alibi mihi observatam. *S.*

17. προσπλέοντας) Nescio cur προσπταίοντας, semper in offensione et clade, etiam c. 210., obvium, obtruserint? Quod boni commatis schedae liberaliter donant, *Pavius*, *Reiskius*, aliique iure laudarunt. WESS.

CAP. CXCVI. [4 *seq.* ἐσβεβληκὼς ἦν τριταῖος) δευτεραῖος, τριταῖος, plerumque *altero*, *tertio die a profectione*, significat: cui significatui hic non esse locus videtur. Potest vero τριταῖος perinde et *tertio die ante*, et *tertio die post*, significare: et mihi quidem adiectum verbum in

plusquamperfecto tempore (ἐσβεβληκὼς ἦν) priorem notionem hic indicare visum erat. *S.*]

9. Ὀνόχωνος) *Tzetzae* in Lycophr. vs. 1424. Ὀνόχων, commentanti de Ilisso et Maeandro, a Xerxis exercitu potando exsiccatis, et *Herodoti* quidem fide, quae alios in amnes c. 42. et 109. dicta fuerunt. Οὐκ ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ [*lin.* 10.] non turbo, quantumvis ἀντίχρησε tali in re cap. 127. et 187. Geminum ferme cap. 43., οὐδ' ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ - - - πινόμενος. Quod enim hic accessit τὸ ῥέεθρον, ex tacito κατὰ pendere, doctrina *Porti* est. Adi *Abreschium* Dil. Thucydid. p. 127. WESS. — Conf. ad VII. 43, 3. notata. *S.*

CAP. CXCVII. 4. Ἀφλυστίου Διός) Suum *Iupiter* recuperabit Λαφυστίου nomen, indicatum in Diss. *Herod. Wess.* p. 123. VALCK.

Ibid. Λαφυστίου Διός) Habet suum sibi cognomentum *Iupiter*, ab *Holstenio* dudum laudatum. Λαφύστιον *Iovem* in Phrixi Hellesque fabula Critici *Apoll.* Rh. II. 655. et *Pausanias* Attic. cap. 24. (ubi *Kühnius* bene) norunt; Bacchum Λαφύστιον *Etymologus.* Mox [*lin.* 5.] μετέπειτα δὲ, in his libris rarius, neque nullius tamen usus, accipi pro bono poterit. WESS. — Vide *Var. Lect.* et conf. VII. 8, 8. *S.*

7 *seqq.* ὃς ἂν ᾖ τοῦ γένεος τ. πρεσβύτ. *etc.*) Primum, quod sequitur τούτου, in τοῦτον leniter flectendum censeo: τοῦτον ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι. Verbo ἐπιτάξαι, sicut verbo κελεῦσαι, quartus etiam casus adiungitur infinitivo sequente. [τούτῳ meliores libri dedere.] Deinde, ut locus detur istis, Λήϊτον δὲ καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοί, Herodoti non immemor moris, puto tamen praecedere debere mentionem λήϊτου: hanc ego vocem in ista sede libenter collocarem, quam nunc occupat vox πρυτανηΐου, *Herodotum* hac ratione scripsisse iam olim suspicatus: ὃς ἂν ᾖ τοῦ γένεος τούτου πρεσβύτατος, τοῦτον ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι τοῦ λήϊτου αὐτοὶ φυλακὰς ἔχουσι· Λήϊτον δὲ καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοί. *Quod esset populi, populicum*, sive *publicum*, τὸ δημόσιον, pro diversa pronunciatione vocis λαός, λεώς, ληός, dixerunt veteres, λάϊτον· λέϊτον· λεῖτον· λήϊτον· et λῆτον. Horum primum suis in libris saepius invenisse Grammaticos, *Hesychiana* monstrant, quae *Küsterus* et Eruditiss. noster *Dav. Ruhnken.* Epist. Crit. I. p. 54., redintegrarunt: Λαΐ-

τον, τὸ ἀρχεῖον· Λαΐτον, πρυτανεῖον· Λαΐτων, τῶν δημοσίων τόπων. Cetera *Piersonus* attigit ad *Moer.* Att. p. 252 seq. De Graeciae civitatum *prytaneis* luculenta est *Is. Casauboni* Dissertatio Animadv. in *Athen.* XV. c. 19. [Vide Animadv. in *Athenaeum* T. VIII. nuperae editionis p. 556 seq.] Inventis *Casauboni* quaedam addiderunt alii. VALCK.

8. τούτῳ ἐπιτάξαντες) Pravum τούτου erat. Interpres *Apollonii Rh.* II. 655. in suam usque aetatem valuisse scribit, ἕνα τῶν Φρίξου ἀπογόνων εἰσιέναι εἰς τὸ πρυτανεῖον καὶ θύειν τῷ εἰρημένῳ Διΐ, h. e. Λαφυστίῳ, discrepans ab *Herodoto*, et de victima tacens, quam humanam fuisse viae duces Xerxem condocefaciunt, adfirmatque *Plato* in Minoë p. 315. c. καὶ οἱ τοῦ Ἀθάμαντος ἔκγονοι, οἵας θυσίας θύουσιν Ἕλληνες ὄντες: namque victimas eum eiuscemodi indicare, quae de crudelibus Carthaginiensium aris et inmolatis ibi Saturno liberis fuerunt praescripta, patefaciunt. WESS.

11. ὥστε τι πρὸς τούτοισι) Abbas *Melotus*, *Reiskius*, *Abreschius* ὥς τ' ἔτι πρὸς τούτοισι voces recte ordinant. Frequens πρὸς δ' ἔτι τούτοισι in talibus est. lib. III. 65. IX. 110. Ὡς continuat narrationem τῶν κατηγεμόνων, cuius initium, ὡς Ἀθάμας, tum ὡς ἐκ θεοπροπίου, porro ὥς τ' ἔτι πρὸς τούτοισι, et in sequentibus similiter. Iam ἐσελθόντες *Arch.*, [*lin.* 14.] loco ἐστέλλοντο, cum Cl. *Pavio* repudio. Illi, qui ultro in prytaneum se contra legem penetraverant, maetabantur; qui aufugerant, reversi in idem deducebantur inviti ad simile supplicium. Hoc docebant οἱ κατηγεμόνες regem. WESS.

11 *et seqq.* ὥστε τι πρὸς τούτοισι) Intelligere haec se negat, qui supra tentabat corrigere πρὸς δὲ τούτῳ, p. 20, 43. [I. 41, 9.] Hoc nusquam apud *Herodotum*: frequentissime legerat πρὸς τούτοισι, *praeterea*, πρὸς τούτοισι λέγουσι I. 65. πρός τε τούτοισι [ibid. et cap.] 86. et 179. III. 45. et 142. etc. καὶ πρὸς ἔτι τούτοισι III. 65. πρός τε τούτοισι ἔτι I. 99. ἔτι πρὸς τούτοισι etiam apud alios. Scripserat et hîc *Herod.* ὥστι, [immo divisis vocibus ὥς τε] ἔτι πρὸς τούτοισι, (nempe ἔλεγον,) πολλοὶ ἤδη τῶν μελλόντων θύσεσθαι δείσαντες οἴχοντο *etc.* In proximis [*lin.* 14.] nimis diu haesit ἐστέλλοντο: sinceram, ut puto, lectionem nobis servavit *Arch.* lectam *Vallae*, ἢν ἁλίσκωνται ἐσελθόντες ἐς τὸ πρυτανήϊον: haec enim sic ex usu verbi ἁλίσκεσθαι coniungi debent; ut et sequen-

tia, [lin. 15.] ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς: *totus infulis coopertus.* Στεφάνοις πυκασθεὶς *Euripidis* est in Alc. 796. et vs. 832. κάρα στεφάνοις πυκασθείς. Κάρη στεφάνοις πυκάσαντας praebet oraculum in *Demosthen.* Mid. p. 532. *Theocr.* II. 153. καὶ φάτο οἱ στεφάνοισι τὰ δώματα τῆνα πυκάσδειν. Εἰκόνισμα κισσῷ καὶ στεφάνοισιν ἀμπυκασθὲν est in epigramm. Anthologiae ineditae *Phalaeci. Phrixi filio* quale datur hic nomen, Κυτίσσωρος, [lin. 17.] dederat et *Apollon. Rhod.* II. 1159. Genuino Κυτίσωρος modulus reluctatur in versu. VALCK.

[15. Quod ista, στέμματι πᾶς πυκασθεὶς, vulgo cum *Valla* vertunt *toto corpore coronis* (aut *infulis*, ut *Gronov.*) *coopertus*; aut (ut *Valck.*) *totus infulis coopertus*; id per se quidem, et pro reliquo usu pervulgato vocabuli πᾶς, videri poterat recte habere: nec tamen satis adparet, cur *totus* aut *toto corpore* coronis aut infulis ornatus miser homo dicatur. Ad haec, quamvis frequenter a plurali numero ad singularem, et vicissim, transire amet *Herodotus*; tamen nimis asper et insolens iste videri transitus debet, ἢν ἀλίσκωνται ἐσελθόντες, θύεταί τε στέμμασι πυκασθεὶς. Quod si vero πᾶς intelligimus πᾶς τις sive ἕκαστος, *quilibet, quisquis* caeteroquin *sit*, *nulla exceptione, nullo discrimine*, recte atque ordine procedet orationis structura. *S.*]

17. Κυτισσώρου) Criticis *Apollon. Rhod.* II. 1125., ipsique *Apollonio* vs. 1159. Κυτίσωρος, *Straboni* lib. XII. pag. 820. [pag. 544 extr. ed. Cas.] Κύτωρος, sine ulla mendi suspicione, qua male a *Palmerio* Nostri lectio ibi premitur. Κύτωρος quoque *Apollodoro* I. 9, 1., ad quem *Galeus.* [at mssti quidem *Apollodori* Κυτιάσωρος praeferunt.] Ceterum *Athamas*, ut καθαρμὸς regionis, arae fuit admotus, iam iam immolandus, at commodum liberatus a Cytissoro superveniente, uti *Herodotus*; sive, sicuti in *Sophoclis* Athamante, ab Hercule, apud Interpretes *Aristophanis* Nub. vs. 256. WESS.

CAP. CXCVIII. 6 seq. ἄβατα περικλήει) Mallem cum *Reiskio* ἄβατα, τὰ περικλήει. Scripsi ex schedis Μηλίδα γῆν, quoniam ita superius et cap. 201., tum lib. VIII. 31. In *Stephan. Byz.* Μηλὶς, ἡ χώρα. *Sophocles* Μηλίδα λίμναν dixit, Trachin. vs. 642. Iustae insuper Τρηχίνιαι πέτραι ex titulo Sophocleae fabulae, atque ob γῆν Τρηχινίην cap. 199. et 201., aliaque. WESS.

9. Σπερχειός) Speciem Ionicam Σπερχήϊος praefert, uti ἀνθρωπήϊος, βασιλήϊος, πρυτανήϊον, et similia, quae spreta non sunt, nec nunc sperni oportet. Σπερχειός passim, et *Spercheos* Latinis, significante ad *Lucanum* lib. VI. 367. *Fr. Oudendorpio.* WESS.

12 *seq.* Δύρας, τὸν μυθεύονται βωθέοντα Ἡρακλέϊ καιομένῳ ἀναφανῆναι) Ad λόγος ἐστὶ commodum μυθεύονται adponi potuit interpretamentum; quod mihi, verum videbitur etiam aliis, si plures dant Codices lectionem, quam dat margo *Steph.* τὸν βωθέοντα τῷ Ἡρακλέϊ καιομένῳ λόγος ἐστι ἀναφανῆναι. *Valla: quem fama est emersisse ad ferendam Herculi opem.* Sic loqui solet Noster: III. 5. ἐν τῇ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι: c. 115. ἀπό τευ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστι: VII. 129. τὴν Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τὸ παλαιὸν εἶναι λίμνην. In fabulosis, quae perpauca duntaxat attigit, λέγεται ponere solet *Thucydides;* quo historicorum principe mihi quidem minus digna videntur, quae prostant in fine p. 221. [lib. III. c. 88.] νομίζουσι δὲ etc. quo libenter referrem *Scholion* e *MS.* ad finem p. 219. relatum: τὰ ὠβελισμένα οὐδενὶ τῶν ἐξηγητῶν ἔδοξε Θουκυδίδου εἶναι. Nostro loco *Dyras* fertur *auxilio venisse Herculi* καιομένῳ, in summo scilicet Oetae montis cacumine, cuius illinc ducta nomina suo more tractavit *Hemsterh.* in *Lucian.* p. 112. [Tim. c. 7.] *Straboni* IX. p. 655. c. [p. 428. ed. Cas.] memoratur Δύρας, ὃν φασὶν ἐπιχειρῆσαι τὴν Ἡρακλέους σβέσαι πυράν. VALCK. — Ista, τὸν μυθεύονται etc. integra reliquissem, ni Codices Herodoteam obtulissent dictionem. Talis lib. III. 115. ἀπό τευ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾶν λόγος ἐστί. Tales in *Porti* penu plures. *Strabonem* haec ob oculos lib. IX. p. 655. c. habuisse, *Casaubonus* docuit. WESS.

CAP. CXCIX. 5 *seq.* τοῦ δὲ οὔρεος - - - ἐστὶ διασφάξ) Hinc *Strabo* IX. p. 656. A. [p. 428. c.] πρὸς μεσημβρίαν τῆς Τρηχῖνος φησὶν Ἡρόδοτος εἶναι βαθεῖαν διασφάγα: hinc illum sequentia quoque sumsisse monuit *Casaub.* Fluminis Μέλανος ex c. 198. meminit *Eustath.* in *Dionys.* vs. 414. Φοίνικες etiam *Strabo* ex cap. 200. VALCK.

CAP. CC. 5. ἀμαξιτὸς γάρ μίη μούνη δέδμηται) Non sane necessaria μίη. Supra enim μούνη ἀμαξιτὸς c. 176. Sed in huiusmodi positionibus variatur. Illud autem δέδμηται, prima fronte in τέτμηται eruditi viri coniecturà abibat,

quod in *muniendis* id *viis* usurpetur, et *τετμημέναι* sint ὁδοὶ lib. IV. 136. Recte vero abiecit. Ὁδὸν τὴν ἐδείμαν legimus lib. II. 124.; cui *Lucani* simile, *construens vias*, II. 673., et *instructio viae publicae et pontium stratarumque* Legis VI. Cod. *Theod.* de *Itin. muniend.* WESS.

8. *κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα Ἀνθήλη κεῖται*) *In his verbis aut τὸ ἔστι aut τὸ κεῖται tollendum* scribit *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Ἀνθήλη: et τὸ κεῖται omisit haec excitans *Holsten.* Prius e vicinis nasci potuit; si servant Codices, neutrum loco moverem. Herodoteum est κέεται: lib IV. 184. *ἀλέες γάρ σφι ἐστι Ἄτλαντες οὔνομα, ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ αὐτέων οὔνομα οὐδὲν κέεται.* VALCK.

10 *seq. χῶρος περὶ αὐτὴν εὐρὺς etc.*) Concludit ex his Nob. *Palmerius*, Exercit. p. 36., nullam *Herodoti* aetate urbem hic *Pylaeam*, cuius *Plutarch.* T. II. p. 409. A. meminerit, fuisse; non sine veri specie, modo *Plutarchus* talem huic tractui urbem dederit, super qua re dubito. Opinor Cererem *Amphictyonidem* non diversam a *Pylaea* esse. Δημητρὶ τῇ Πυλαίῃ τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο, *Callimachus* Epigr. XLI., templi eius conditorem ostendens Acrisium. Eadem Ceres ab *Erotiano* in Πύλαι memoratur. WESS. — *Circa vicum Anthelen spatiosus* erat *campus*, in *quo templum* fuisse traditur *Cereris* Ἀμφικτυονίδος. Δήμητρος etiam ἱερὸν commemorat *Strabo* p. 656. c. [pag. 429. ed. Cas.] ἐν ᾧ κατὰ πᾶσαν Πυλαίαν θυσίαν ἐτέλουν οἱ Ἀμφικτυόνες. *Ulpian.* in *Demosthen.* pag. 43, 27. τὴν σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν· - - - ἔθυον δὲ Δήμητρι οἱ Πυλαγόραι. Suspicor istius Cereris Πυλαίας templum intelligendum in *Callim.* Epigr. XLI. Δήμητρι τῇ Πυλαίῃ, τῇ τοῦτον οὐκ Πελασγῶν Ἀκρίσιος τὸν νηὸν ἐδείματο: nam sic dictam Cererem liquet ex *Erotiano*: Πύλαι· Τόπος Θεσσαλίας, ἐν ᾧ καὶ τὸ τῆς Πυλαίας Δήμητρος ἱερὸν ἵδρυται: quibus usus est in eam rem solis *Io. Meursius* Att. Lect. IV. c. 3. VALCK.

CAP. CCI. 9. Φερόντων ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου) Specimen nimii laboris Φερόντων τόπων ταύτης in coniectura docti viri est. Intelligi χωρίων aut τόπων adparet. Φέρειν ἐπὶ θαλάσσης aut θάλασσαν, Φέρειν ἐς τὴν μεσόγαιαν, de locis, quae ferunt et vergunt ad mare, aut mediterraneam regionem, saepe sese, uti lib. IV. 99. et seqq., offerunt. Sustuli incommodum τὸ, unde turbae. WESS. — Viros *Herodoteo*

adsuetos stylo turbare non debuerat τὸ articulus pleonastica illa sive elliptica ratione adiectus, de qua conf. ad IV. 99, 1 seq. notata. Nec enim iuncta intelligi debent φερόντων ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου; (quemadmodum ne loco quidem a *Wess.* citato IV. 99, 9 seq. φέρουσαν ἐπὶ θαλάσσης legitur, sed ἐπὶ θάλασσαν in accusativo casu:) sed iunguntur πρὸς νότον φερόντων, sicut paulo ante πρὸς βορῆν ἐχόντων. Caeterum ista τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου non modo ad Graecos refertur, sed perinde etiam ad Persas, quos ait *in hac continente* (nempe, in Europa) quae inde a Trachine septemtrionem spectant, tenuisse. *S.*

CAP. CCII. 1 *seqq.* Ἔσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων *etc.*) Eosdem ubi Graeciae populos ex *Herodoto* recenset *Pausan.* X. [cap. 20.] pag. 845., ex singulis totidem ad Thermopylas venisse scribit, quot hic nostris in exemplaribus memorantur. Quod si tamen ad calculos sedeas, ex *Herodoto* summam tantum colligas hominum 5200.; ex *Pausania* vero 11200. Hic nempe suspicatur Locros Opuntios fuisse 6000. Λοκροὺς, ait, τοὺς ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Κνημῖδι Ἡρόδοτος μὲν οὐχ ὑπήγαγεν εἰς ἀριθμὸν, ἀλλ' ἀφικέσθαι σφᾶς ἀπὸ πασῶν ἔφη τῶν πόλεων. *Herodoteum* est πανστρατιῇ. [*cap. CCIII*, 2.] Sed in hac recensione nonnihil est adiuvandus *Pausanias:* ista, prout vulgantur, ab illo scribi non potuerunt, παρεγίνοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν ἑπτακόσιοι· ἐκ δὲ Θεσπιείας καὶ Θηβῶν τετρακόσιοι: populares, sed hostes acerrimi, non bene iunguntur Thespienses et Thebani; a Thebanis etiam perperam distinguuntur Boeoti. In plerasque civitates Boeotiae Thebani exercebant imperium, cui potentiores semper reluctabantur: una voce ἐκ transpositâ, cum Nostro *Pausanias*, et secum ipse, redibit in gratiam: scripserat procul dubio: παρεγίνοντο δὲ καὶ Βοιωτῶν, ἑπτακόσιοι ἐκ Θεσπιείας, καὶ ἐκ Θηβῶν τετρακόσιοι. *Herodotus:* ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν (παρῆσαν) Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι. Reliquis stationem deserentibus, cum Lacedaemoniis (iuxta *Herod.* cap. 222.) soli manserunt Thespienses et Thebani, hi quidem coacti, Θεσπιέες δὲ ἑκόντες μάλιστα. Secundum *Diodor.* XI. cap. 9. Leonidas Θεσπιεῖς μόνους παρακατέσχε. Eiusdem *Diodori* XI. cap. 4., si rite exigatur, numerus Graecorum in universum, qui cum *Leonida* ad tutandum introitum Graeciae narrantur profecti, non multum discrepat ab Herodoteo,

vicinos ille Locrenses illuc venisse statuit mille; totidemque Melienses; Μηλιέων enim nomen τῷ Μιλησίων substituendum cum *Wess.* Ceterum quae laus ab aliis constanter tribuitur *Thespiensibus*, illam dat libertatis amantissimis Plataeënsibus *Auctor* orat. c. Neaer. inter *Demostheneas* pag. 740. Μόνοι τῶν ἄλλων Βοιωτῶν --- μετὰ Λακεδαιμονίων καὶ Λεωνίδου ἐν Θερμοπύλαις παραταξάμενοι τῷ βαρβάρῳ ἐπιόντι συναπώλοντο. Mihi potius Athenienses videntur et Themistoclem sequuti Plataeënses, quam Leonidam et Lacedaemonios. VALCK.

3 *seqq.* καὶ Μαντινέων χίλιοι *etc.*) Laudem auferunt veteres schedae. Accedit *Pausanias* manifesto lib. X. 20., eundem Graecorum numerum hinc repetens, inprudenter tamen e Thespiensibus et Thebanis cccc. arcessens, cum illi Boeotis IↃcc. accesserint. *Herodotum* praeterea ait, Locros Epicnemidios in catalogum nominatim non addidisse, sed ἀπὸ πασῶν πόλεων Locros venisse, Nostri πανστρατιῇ [*CAP.* CCIII. 2.] explicans: venisse vero, si quid suspicioni detur, ad sex capitum millia; cuius coniectionis caussam subdit, me iudice, vagam et incertam; sequeretur sane, Locros ista ad Thermopylas excursione conglobatam Graecorum multitudinem longe exsuperasse. *Diodorus* non plus mille annumerat lib. XI. 4., *Strabo* μετ' ὀλίγων ait τῶν ὁμόρων τοῖς τόποις Leonidam has fauces defendisse, lib. IX. pag. 656. B. WESS.

CAP. CCIII. 9. εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα) Frequenter a numero singulari transeunt ad pluralem; hic tamen cum *Koenio* legendum puto, θνητῶν οὐδένα, ob sequentia, τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων μέγιστα. *Euripides* in Antiopa: τῶν πολλῶν βροτῶν Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς. Fortunatorum ullum aut esse aut futurum negat *Herodot.* [*lin.* 10.] τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη. *Euripidis* ex Aeolo sententia nobilis perplacuit Philosophis et *Platoni*: Οὐκ ἂν γίνοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, 'Αλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς. *Alterum enim ex altero, sicuti Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum est; sustuleris unum, abstuleris utrumque*, *A. Gellius* ex *Chrysippo*, Noct. Att. VI. c. 1. quod ex Epitome *Lactantii* p. 57., suppleri poterit et corrigi. VALCK.

CAP. CCIV. 8. In *Leonidae stemmate* nihil adeo

desiderem, nisi ut Δορυάγου convertatur in verum nomen Δορύσσου ex *Arch.* et marg. *Steph.* VALCK.

Ibid. τοῦ Δορύσσου) *Pausanias*, *Plutarchus*, et quos *Io. Meursius* Regn. Lacedaem. c. 9. laudavit, regium nomen haud edunt aliter; praeterque eos omnes, clypei, ad veteris Spartae ruinas a Cl. *Fourmontio* eruti, haec inscriptio:

ΤΑΛΕΚΛΟΣ ΤΟ ΑΡΧΕΛΑΟ
ΤΟ ΑΓΕΣΙΛΑΟ ΤΟ ΔΟΡΥΣΣΟ
ΤΟ ΛΑΒΟΤΑΣ ΤΟ ΕΧΕΣΤΡΑΤΟ
ΒΑΓΟΣ.

tum medio in clypeo:

ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ.

Provulgata ea est in Comment. Acad. Inscript. T. XVI. p. 103. *Ed. Paris.*, per ad hunc locum utilis, cuius quidem ΛΑΒΟΤΑΣ una littera iusto auctior scribitur. ΒΑΓΟΣ gentili dialecto, teste *Hesychio*, βασιλεύς. ΕΧΕΣΤΡΑΤΟΣ ΑΓΙΔΟΣ, Ionum sermone τοῦ Ἤγιος, sicuti praeclare in schedis. WESS.

CAP. CCV. [4 *seq.* Δωριέος - - - τελευτήσαντος ἐν Σικελίῃ) Vide lib. V. c. 42-46. *S.*]

9. τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους) *Omnes militari aetate.* τοὺς ἐν ἡλικίᾳ *Demosthen.* Philipp. I. p. 31. τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις *Polyb.* IV. 82., sive ἐν ἡλικίᾳ ὄντας μέσῃ τε καὶ καθεστηκυίᾳ, quomodo *Plato* Ep. III. p. 316. c. et *Thucydides* II. 36. ubi *Abreschius.* Tales Epicurus, laxius tamen pro sua doctrina, ἐν αἰσθήσει καθεστῶτας dixit apud *Stob.* Serm. XVII. p. 159. WESS. — Eamdem fere in sententiam *Camerarius* (notante *H. Steph.* in ora suae edit.) pro eo quod in *Vallae* Latinis erat *delegerat trecentos e primoribus viros*, τοὺς κατεστεῶτας *constantis aetatis viros* interpretatus erat. Neque diversa puto mens *Gronovio* fuit, quum *delectis trecentis compositis viris* in latina versione, in qua nihil hoc loco *Wesselingius* mutavit, scriberet. Poterat pro ista verbi notione, praeter alia testimonia, ad *Cebetis* Tab. (cap. IV. nostrae edit.) provocari, ubi est γυνὴ καθεστηκυῖα τὸ πρόσωπον, mulier *constanti*, sive *composito vultu:* aliquatenus etiam ad *Polyb.* XXII. 14, 10. ubi θάλασσα καθεστηκυῖα, *mare sedatum*, *compositum.* Eumdem igitur ego in latina nostra versione secutus, adiectum τοὺς articulum (quem obstare huic interpretationi *Larcherus*

censuit) non tam ad κατεστεῶτας, quam ad τριηκοσίους referendum putavi, quo nempe designarentur *ijdem illi trecenti*, quos cap. 202, 2. iam memoraverat Scriptor. Sed nec dissimulo, etiam atque etiam me cum eodem *Larchero* et, qui huic accedit, *Schulzio* dubitare, nudum κατεστεῶτας pro ἐν ἡλικίᾳ κατεστεῶτας recte accipi. Tum vero, si vel maxime ita accipi posset id verbum, haud immerito subiret quaerere, cur tandem hoc potissimum monuerit Scriptor, fuisse illos homines *militari aetate?* An ergo, qui hos mox secuturi erant, *non* fuisse illos *militari aetate* putabimus? Denique, quidquid sit quod verbo οἱ κατεστεῶτες proprie indicare Herodotus voluerit; illud plane perspicuum esse videtur, (quod etiam *Valla* prudens intellexerat) notabile aliquod genus civium Spartanorum, certum quoddam (ut *Schulzius* ait) et quasi omnibus notum agmen, significari. Atque hic praeclara eminet *Larcheri* opera, qui eruditā disputatione, in Notis tum ad hunc locum, tum ad VIII. 124, 12 seq. institutā, perquam probabile fecit, intelligendos esse *trecentos ex honestioribus civibus Spartanos*, qui (licet equis non uterentur teste *Strab.* X. 421 seq.) *Equites* nominabantur, regemque ad bellum proficiscentem comitabantur, et in acie ei praesto erant, coll. *Thucyd.* V. 72. Iam, quod ipsum verbum τοὺς κατεστεῶτας idem *Larcherus* interpretatur *le corps fixe et permanent*, quasi latine diceres *stabile et perpetuum agmen;* id quidem minus convenire videtur cum eo quod hic legimus, *selegisse regem hos trecentos;* nam si stabile et perpetuum agmen, constansque illa cohors fuisset, *delectui* non fuerat locus, et ἀναλαβὼν, non ἐπιλεξάμενος, dicturus Scriptor erat. Quare superest ut intelligamus, *Equitum*, qui nominabantur Spartae, multo maiorem fuisse numerum quam trecentorum; ex lege vero et instituto civitatis, Regem ad bellum profecturum de illo numero *trecentos* sibi comites *selegisse*, et quidem (quod ex hoc loco discimus) *patresfamiliās*, quibus domi liberi essent. Itaque τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους recte cum *Schulzio* simpliciter latine reddemus *constitutos illos* (nempe *lege constitutos*) *trecentos viros*, sive *legitimum numerum trecentorum virorum*. *S.*

17. ἀλλοφρονέοντες) Auctore *Diodoro* XI. 4. scissi in fa-

ctiones Thebani ἀπὸ τῆς ἑτέρας μοίρας quadringentos misere; quod an ex hac male sumta voce, an aliunde acceptum prodiderit, non novi. Acriter hic *Plutarchus* insurgit, Malign. Herod. p. 867. A., *Leontiaden* Thebanorum ad Thermopylas ducem fuisse, testibus *Aristophane* et *Nicandro* negitans. Eos equidem Scriptores revereri soleo, sed tanto aetate seriores an valide Herodotea dissipare potuerint, apud me dubium manet, atque hoc magis, quod Leontiadae filiique eius Eurymachi *Herodotus* aevum proxime attigerit, et utrumque probe, ut cap. 233. innuit, noverit. WESS.

CAP. CCVI. 5. Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδὼν) Maligne Nostrum, ut solet, criminatur *Plutarch.* T. II. pag. 873. B. nam remorabantur illa saepius expeditiones suscipiendas, et natura bellicosos Lacedaemonios ab incoepto tamen retardare solebant *Carnea* et *Hyacinthia*; quos dies festos libentius ante agebant domi, quam alibi tractarent bellica: vid. *Thucydid.* V. 75. 76. et cap. 54. ubi Schol. τοῦ Καρνείου, (ait, μηνὸς) πολλὰς ἔχοντος ἱερὰς ἡμέρας, οὐκ ἐστρατεύοντο: his ineptulus quis interiecerat ista: ἢ καὶ πάσας ἱερὰς μᾶλλον. Attigit in Κάρνεια *P. Castellanus*: plura de festo τῶν Καρνείων, (quod nomen pro Καρείων ponendum in Schol. ad *Aristoph.* Ὀρν. vs. 11.) Lacedaemoniis horumque colonis cum aliis Doriensibus communi, dederunt *Meursius*, *Spanhemius*, et *Duker*. Athenis iterum occupatis a Mardonio, ab auxilio laborantibus ferendo Lacedaemonios Hyacinthia remorabantur, *Herod.* IX. 6., quod turpiter domi manentibus acerbe obiiciunt Athenienses ibid. c. 11. ὑμεῖς μὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τῇδε μένοντες, Ὑακίνθιά τε ἄγετε καὶ παίζετε, καταπροδόντες τοὺς συμμάχους. In Messeniacis *Pausanias* [c. 19. lib. IV.] p. 326., quadraginta dierum pactas narrat cum Messeniis inducias, hac addita ratione: ἐπῄει γὰρ τὰ Ὑακίνθια. Eadem forma loquendi Lacon *Theocriti* V. vs. 83. ait, τὰ δὲ Κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει: est enim ἕρπειν Dorice idem ac ἐλθεῖν. VALCK.

9. ἦν γὰρ κατὰ τὠυτὸ Ὀλυμπιὰς -- συμπίπτουσα) Anni aestas erat media, τῆς ὥρης μέσον θέρος lib. VIII. 12., in quam et Spartanorum *Carnia et Olympias LXXV.* incurrebant. Carnia illos, ludi Olympici ceteros ex Peloponneso ac Graecia, hosti ne obviam cuncti irent, impediebant. Res ad

Thermopylas opinione citius fuit peracta, et sub ipsum quidem ludorum tempus: nam perfugae ex ea clade Arcades, *Olympia cum maxime celebrari, gymnicaque a Graecis spectari certamina*, rogitantibus Persis respondent, VIII. 26. Quin Peloponnesii, audita Leonidae nece, ubi *Carnia* et *Olympia* praeterierant, frequentes ad Isthmum iter maturarunt, ibid. cap. 72. Atque haec de tempore. Ceterum ἐνενῶντο et διενενῶντο [*lin.* 8. et 12.] pro diversa formandi ratione alium habere tonum possunt, pingique ἐνένωντο et διενένωντο, *Sylburgio* accurate docente ad *Clenardi* Grammat. p. 473. Supra lib. I. 77. ἐνένωντο. WESS.

CAP. CCVII. 6. Λοκρῶν περισπερχεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ) Ut centies alibi, hic quoque literae ΘΕ in ΕΟ fuerunt, ut puto, depravatae. Corrigo, περισπερχθέντων: ceteris Peloponnesiis *ob istam sententiam cum vehementer indignabundi succensuissent Phocenses et Locri*; neque mirum; vid. *Diodor. Sic.* XI. c. 4. Περιθύμως ἔχοντα dixit *Herod.* II. 162. κάρτα θυμωθῆναι VII. 39. Σπερχθῆναι τῇ γνώμῃ accipi potest, ut ἀθυμεῖν τοῖς γεγενημένοις, ἀχθεσθῆναι τινὶ πράγματι, etc. Iam vero neque Herodoteum est, quantum intelligo, nec Ionicum, σπερχέειν, sed σπέρχεσθαι et σπερχθῆναι. Quaedam leguntur adscripta ad *Herod.* V. 33. ἐσπέρχετο τῷ Ἀρισταγόρῃ, *Aristagorae succensuit*. In *Callim.* Hymn. in Delum vs. 60. Latonae Iuno dicitur Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν: id est περισπερχομένη. *Hesychius*: Σπέρξομαι, ὀργισθήσομαι. Ἐσπερξάμην, ὠργίσθην. *Phavorin.* Σπερχθεὶς ἀντὶ τοῦ θυμωθεὶς καὶ ταραχθεὶς λέγουσιν Ἴωνες: imo vero *Herodotus* illud oportet utroque adhibuerit significatu. *Suidas*, Σπερχθεὶς παρ' Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ ταραχθεὶς, θυμωθείς. Horum prius, obvium et in *gloss. Herodot.* pertinet ad I. 32., ubi *conturbatus* Croesus dicitur σπερχθείς: posterius, θυμωθείς, mea sententia hunc spectat locum. Excerpentes ex *Herodoto* aliisque verba, saepe praefixas omisere praepositiones Grammatici. Color quidam vulgato conciliari poterit Ionicus; sed ludibria librariorum ut Ionicae formae nobis non debent adnumerari. VALCK. — Σπερχέειν nec Herodoteum nec Ionicum esse verbum ultro concedo. Sed, si probum vocabulum περισπερχὴς est, a verbo περισπέρχομαι derivatum, quidni ab eodem vocab. περισπερχὴς legitime formari potuerit verbum περισπερχέω idem valens ac πε-

ειςπερχής εἰμι? ut λυσιτελέω, λυσιτελής εἰμι: ἀσεβέω, ἀσεβής εἰμι: ἀτελγέω, ἀτελγής εἰμι. Quare, in librorum consensu, nihil hic novari debuerat. Quod equidem h. l. in Latinis posui, *de communi horum consilio - - - decrevit*, illam notionem verbo ἐψηφίζετο subiectam putavi, quum praesertim mox adiiciatur ταῦτα βουλευσαμένων σφέων. *S.*

CAP. CCVIII. 2. ἰδέσθαι ὁκόσοι τέ εἰσι) Gronoviana censura his infestior fuit, ut ὅσοι τέ εἰσι valeret. Magni momenti res non vertitur; inferior tamen pristina non est scriptura, siquidem explorator numerum, si posset, inspecturus advenit; quo utcunque cognito, (καὶ τὸ πλῆθος ἐμάνθανε dicetur brevi,) ad regem revertit. WESS.

Ibid. ἰδέσθαι ὅσοι τέ εἰσι) Redibit, opinor, melior lectio, ἰδέσθαι ὁκόσοι τε εἶεν καὶ ὅ, τι ποιέοιεν. [In εἰσὶ haud male consentiunt libri: satis iam notus esse debet mos Scriptoris variandi verborum modos.] Sequentia *Suidas* hinc habet in Ἀλισμένοι. Paulo post [*lin.* 6.] ut genuina placet lectio *Flor.* ὡς δὲ προσήλασε ὁ ἱππεὺς πρὸς τὸ στρατόπεδον, prae vulgata ἐς τὸ στρατ. Contra apud *Thucyd.* pag. 357, 80. [V. 65.] loco τῆς πρὸς reciperem ex Msstis τὸ ὕδωρ ἐξέτρεπεν ἐς τὴν Μαντινικὴν, ut apud *Herod.* ἐκτρέψαι τοῦ ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον ἐς *etc.* p. 75, 6. 92, 24. [I. 186. II. 11.] Quid ista duo distent vel haec monstrant *Thucyd.* eadem p. πρὸς τὸ Ἡράκλειον πάλιν ἐς τὸ αὐτὸ στρατόπεδον ἰόντες. *Xenoph.* Ἑλλ. lib. V. p. 328, 6., ἐς τὸ προάστειον καὶ ἐς αὐτὰς τὰς πύλας ἤλαυνον: vs. 8. ἕως πρὸς αὐτὸ κατεδίωξε τὸ τεῖχος. VALCK.

7. πᾶν μὲν οὐ τὸ στρατόπεδον) Duo postrema si viderentur ex proximo versu male repetita, suspicarer venustum illud μὲν οὐ more Nostrum elegantioribus usitato hac ratione collocasse: ἐθηεῖτό τε καὶ κατώρα τὸ πᾶν μὲν οὔ· τοὺς γὰρ ἔσω - - - οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἐμάνθανε. Prae reliquis adamavit hanc scribendi formam *Xenophon*: in Symp. pag. 512, 12, ὠρχούμην μὲν οὔ· (οὐ γάρ πώποτε τοῦτ' ἔμαθον) ἐχειρονόμουν δέ. Scripserat in Κυρ. Ἀναβ. IV. p. 200, 36., δασὺς δένδρεσι, παχέσι μὲν οὔ· πυκνοῖς δέ: de fluvio p. 193, 10. οὗτος δ' ἦν μέγας μὲν οὔ· καλὸς δέ: prout recte suis in exemplaribus legisse *Demetrium*, qui dicitur *Phalereus*, iudicabat *Muretus*; quem sequitur *Hutchins.* p. 298. Ad istam normam legi poterit in *Ephesio Xenoph.* III. p. 46., Φάρμακον, θανάσιμον μὲν οὔχ, ὑπνωτικὸν δέ. *Anti-*

phon p. 139, 9. ἀπολομένους μὲν οὔ· κινδυνεύσαντας δέ. Videant harum rerum studiosi, recte-ne correxerim *Philostratum*, sic legendo quae prostant de Vit. Apoll. IV. 25. p. 165., ἐρῶσι δ' αὗται, (αἱ Ἔμπουσαι) καὶ ἀφροδισίων μὲν οὔ· σαρκῶν δὲ, καὶ μάλιστα ἀνθρωπείων, ἐρῶσι: καὶ πιαίνουσι (vid. pag. 333. F.) τοῖς Ἀφροδισίοις, οὓς ἂν ἐθέλωσι δαίσασθαι. VALCK.

13. τὰς κόμας κτενιζομένους) Ex vetere lege, de qua Demaratus, ad regem c. 209. et *N. Cragius* Reip. Lacedaem. lib. III. 4. Hinc *Strabo* X. p. 716. A. [p. 467. ed. Cas.] καὶ τοὺς περὶ Λεωνίδαν κτενιζομένους. *Dio Chrysost.* in Orat. *Synesii* de Calvit. p. 65. B. ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας: olim quoque *Libanius* Orat. pro Saltat. p. 489. c., nam, quod nunc legitur, Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις ἠτενιζομένους, vertiturque *acriter intuentes*, absurdum est, et ex *Herodoto*, uti aliàs monui, refingendum. WESS. — Huc respicit, quod *Casaubonum* non latuit, *Strabo* X. p. 716. A. *Synesius* Calv. Encom. p. 65. B. *Lacedaemonii*, ὅτε μόνοι τῶν Ἑλλήνων ἔμελλον δέχεσθαι βασιλέα, τριακόσιοι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἐκάθηντο ἀσκοῦντες τὰς κόμας. *Libanius* T. II. p. 489. c. Λακεδαιμονίους ὁρᾷς ἐν Θερμοπύλαις κτενιζομένους, καὶ μετὰ τὴν φροντίδα τῶν τριχῶν τὸ κάλλιστον ἔργον ἐξειργασμένους *etc.* sic locum emendavit, *Morello* non intellectum, Clar. *Wesseling.* in Diss. *Herod.* p. 48. Hunc, ait *Herodoti* Demaratus, morem habuisse Lacedaemonios, ἐπεὰν μέλλωσι κινδυνεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς etc. An, ut libertatis insigne, quo gloriabantur mortis contemptores, ad finem usque vitae custodirent integrum? vid. *N. Cragius* de Rep. Lacon. pag. 256. *et Io. Meursii* Misc. lib. I. c. 16. VALCK.

16. ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς) Plerique Lexicorum conditores, ne *Thesauri* quidem excepto, citant ἀλογίῃς ἐνεκύρησε, memores, credo, cap. 218. ἐνεκύρησαν στρατῷ, similiumve in adnotat. Cl. *Valckenarii* ad lib. II. 82.; tum saltem, ut moris Ionici ratio haberetur, ἀλογίῃσι ἐνεκύρησε. Sed hic conpositum sequitur conditionem simplicis κυρῆσαι, sicuti ἐντυχόντες lib. IV. 19. Verterat autem dictionem *Portus* in *Suida* suo, *magnamque sui contemtionem offendit*, invito *Küstero* substituenteque, *apud eos soluta omnia deprehendit*: quod equidem valde miror. Non videtur ordinem rerum vir doctus dextre considerasse, neque recordatus Herodoteorum, ἐν ἀλογίῃ ἔχειν, ἐν ἀλογίῃ ποιεῖσθαι, quorum in *contemtu* perpetuus usus. WESS.

Ibid. ἀλογίης τε ἐνεκύρησε) In his apud *Suidam* in Ἀλογία similiter scriptis graviter lapsus est *L. Kusterus;* sententia quid postularet vidit *Portus* ibid. et in Lex. Ion. voc. Ἀλογίη. Phrasin *Herodoti* per καταφρονηθῆναι interpretatur *Strabo* p. 716. A. Si sincerum est ἐνεκύρησε, cum amico meo scribendum ἀλογίῃ τε ἐνεκύρησε πολλῇ: qua passim verbum illud adhibetur structura *Herodoto* ceterisque. Vid. huius Ed. pag. 141. n. 98. [Adnot. ad II. 82.] et corrigatur in *Epimenidis* epistola apud *Diog. Laërt.* I. 113., αἱ δέ πη ἐπ' ἀλατείᾳ (*huc illuc* in peregrinatione *vaganti*,) ἐγκύρσωντι τοὶ τήνω φίλοι. Sed nec Graece dicitur καταφρονήσει ἐντυχεῖν, pro *contemni*, neque Ionice ἀλογίῃ ἐγκυρῆσαι. Emendandum censeo ἀλογίης τε ἐκύρησε πολλῆς: id est ἄγαν κατεφρονήθη. *Contemptus* Nostro dicitur ἀλογίη: *contemnere*, certe ὀλιγωρεῖν, et ἐν ὀλιγωρίᾳ τι ποιεῖσθαι, apud *Herod.* est ἐν ἀλογίῃ τι ἔχειν vel ποιέεσθαι. Iam vero, sicut τυχεῖν ἐπαίνου, *laudem consequi*, idem est ac *laudari; τυχεῖν κατηγορίας, accusari;* ita τυχεῖν vel κυρεῖν ἀλογίης, *contemni*, vel *negligi*, ὀλιγωρεῖσθαι. *Sepeliri* Herodoto dicitur ταφῆς κυρῆσαι II. 136. *contumeliose tractari*, sive ἀτιμάζεσθαι, proprie *ignominiam consequi*, ἀτιμίης κυρῆσαι VII. 158., ubi ad Graecos Gelon, ἀτιμίης, ait, πρὸς ὑμέων κυρήσας οὐκ ὁμοιώσομαι ὑμῖν. Hinc paulum diversa sunt *Sophoclea* Elect. 855. Antig. 882. Philoct. 896. horumque similia. VALCK. — Vulgatum tenent libri omnes. *S.*

CAP. CCIX. 9. γέλωτά με ἔθου) Tale irati Cambysis, ἀτάρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε, lib. III. 29., et quiritantis *Iobi* c. XVII, 6. ἔθου δέ με θρύλλημα ἐν τοῖς ἔθνεσι καὶ ἀπέβην αὐτοῖς γέλως. Utrumque ex communi plerisque loquendi more; unde et, χλεύην με ποιεῦ καὶ γέλωτα καὶ λάσθην, *Aeschrionis* Philaenis. [apud *Athen.* VIII. p. 335. c.] WESS.

16. τὰς κεφαλὰς κοσμέονται) Mirum ni suum singuli hi Spartiatae habuerint εἵλωτα, qui herilem tum comam *ornaret;* sed ne mulieres quidem Spartanae, libenter ἀνδριζόμεναι, suas habebant, ut aliae mulierculae Graecae, *ornatrices* et κομμωτρίας. Censeo equidem non sane muliebriter *ornatam*, sed *bene pexam* et viriliter *nitidam* Spartanos praelio paratos habuisse comam, tanquam palaestritas, λιπαρᾶς ἔκτοσθε παλαίστρας, *Theocr. Eid.* II. 51. Χρισαμένους ἀνδρειστὶ παρ' Εὐρώτα λοετροῖς, Eid. XVIII. 22. quo forte respiciens

Ovid. Heroie. XVI. 148. *More tuae gentis nitida dum nuda palaestra Ludis.* Huc ducunt *N. Cragio* et *E. Spanhemio* iam adhibita *Plutarchi* verba T. I. p. 53. D. de Lacedaemoniis: μάλιστα περὶ τοὺς κινδύνους ἐθεράπευον τὴν κόμην, λιπαρὰν τε φαίνεσθαι καὶ διακεκριμένην: bene interpres, *ut nitida appareret et discriminata.* Eadem dixisse censebitur *Herod.* si verum est quod suspicor, hic non κοσμέονται, sed ab auctore σμέονται scriptum, τότε τὰς κεφαλὰς σμέονται. Habet ad hanc meam coniecturam apta quaedam ill. *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Pall. Lav. vs. 32. λιπαρὸν σμασαμένα πλόκαμον: Herodotea quoque ex lib. IX. c. 109. τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται. Vallae *ornatur* indicat ibi pravam lectionem κοσμέεται: genuinam esse σμέεται, demonstrant Ionismus et *Athen.* IV. p. 146. c. σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς est in *Herod.* IV. 73. alterum quoque locum attigi supra p. 272. n. 58. [Adnot. ad III. 148.] VALCK. — Conferri possunt quae ad *Gregor.* Dial. ion. §. 15. *Koenius* adnotavit. *S.*

19. χεῖρας ἀνταειρόμενον) Non repudio *Arch.* ἀνταειράμενον, quod et in membranis lib. VIII. 140. neque valde urgeo. Magis multo mihi ridet eiusdem et *Vallae*, πρὸς βασιληΐην τε καλλίστην τῶν Ἕλλησι (sive ἐν Ἑλλ.) προεσΦ., καὶ ἄνδρας ἀρίστους. Verissimum enim de Spartanorum regno, et longe quam prius suavius ac concisius. Quod si enim καλλίστην πόλιν [*lin.* 20.] ad civitatis disciplinam et mores referas, uti oportebit, cur ἄνδρες ἄριστοι accedunt? Qui aliter sentient, nihil his praescribitur. WESS.

24. ἐμοὶ χρᾶσθαι) Id est χρῶ. *H. Steph. de me ut mendace, atque adeo pessimo, statue*; nam et Persis αἴσχιστον τὸ ψεύδεσθαι νενόμισται, lib. I. c. 138. VALCK.

25. ἤν μὴ ταῦτά τοι ἐκβῇ etc.) Vocem *Herodoti* ex marg. *Steph.* reciperem in contextum: ἤν μὴ ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ τῇ ἐγὼ λέγω, *ista nisi isthoc tibi modo eveniant quo dico.* οὐ ταῦτα ταύτῃ sic iunguntur in *Aesch.* Prom. 510. *Euripid.* Med. 365. *Aristoph.* Eq. 839. *Nequaquam istuc istac ibit*, est incerti *Tragici* apud *Ciceron.* de Nat. Deor. III. 26. VALCK. — In *Var. Lect.* adnotare debueram, scripturam istam ταῦτά τοι ταύτῃ cum *Pass. Ask.* et aliis offerre etiam marginem *H. Steph. S.*

Ibid. ταῦτά τοι ταύτῃ ἐκβῇ) Nihil dicto adstruxissem, nisi Codicum postulasset consensio: ταύτῃ ad eum fere

modum lib. I. 120. atque alibi. Illud autem ὡς ἐγὼ *Arch.* et *Vind.* Scholiastae debetur. Vide dicto loco et ibid. c. 86. WESS.

CAP. CCX. 1 *seq.* Τέσσερας μὲν δὴ παρεξῆκε ἡμέρας) Hoc significat, *quatriduum praeterlabi passus est;* ut παρῆκεν est *intromisit*, vel *sivit ingredi.* Videatur *Portus* in Παριέναι. Lib. III. 146. *auxiliares, portis patefactis*, ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας, *emisit in Persas:* verti non debebat *egreditur.* VALCK.

8 *seq.* καὶ οὐκ ἀπίλαυνον καί περ μεγάλως προσπταίοντες) Iustius ἀπίλαυνεν: [quam ἀπιλαύνοντο.] Post nonnulla cap. 211. extr. καὶ παντοίως προσβάλλοντες ἀπήλαυνον ὀπίσω: et cap. 212. Medi alii, iique recentes, impressionem faciebant, nec cessim ibant, quantumvis vehementer offenderent et mulcarentur. Hoc verba volunt; neque enim προσπταίειν *ingruendi*, quod *Vallae* visum, notione gaudet. WESS. — Quum ἀπελαύνοντο ante ed. *Wess.* legeretur, si simpliciter *abierunt* aut *se receperunt* intelligatur, iustius utique ἀπίλαυνον iudicari debebat; quamquam lib. V. c. 94, 1. Ἱππίῃ δὲ ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, *Vallae* versionem, *Hippias inde profectus*, nullà adiectà censurà *Wesselingius* etiam tenuit. Sed, verum si quaerimus, passivo ἀπελαυνόμενος paulo diversior subiecta notio est: et V. 94. pro eo quod ibi a me quoque est positum, *Hippiae - - profecto*, rectius ponetur *Hippiae - - reiecto*, aut *cum repulsa dimisso;* hic vero, loco eius quod equidem posui *se recepere*, rectius fuerit *repellebantur, repelli se passi sunt;* aut, quod cum *Gronovio* ipse etiam *Wess.* dederat, *depellebantur.* Quod ἀπίλαυνον hic *Arch.* et *Vind.* praeferunt, id ex scholio aut interpretatione hominis invectum est, qui simpliciter *abierunt, se receperunt*, intellexerat. *S.*

11. ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες) Quia proxima praecesserunt, δῆλον δ' ἐποίευν - - - οὐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλέϊ, scripsisse Nostrum suspicabatur doctiss. *G. Koen*, ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποί οἱ εἶεν. Eleganti coniecturae favet, praeter Xerxis dictum lib. VIII. c. 88., et *Frontinus* IV. 2, 9. *Xerxes hocse deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet;* (ὅτι - - οἱ εἶεν) *viros autem nullos:* nam, ut *Wesselingio*, mihi quoque scripsisse videtur *Frontinus.* Similibus quibusdam ista subiiciuntur apud *Eustath.* in Ἰλ. ί. p. 537, 49. [p. 668. ed. Rom.] τὸ μέντοι, (ὅτι excidit)

πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες, σεμνότερον τῶν προῤῥηθέντων. Qui Graecis ἄνδρες, in talibus *viri* dicuntur Latinis. *Quintilian.* Declam. p. 738. *Illi vero fortes et* v i r i *fuerunt.* Apud *Livium* XXVII. 13. *concio dimissa fatentium, iure ac merito sese increpitos; neque illo die* v i r u m *quemquam in acie Romana fuisse praeter unum ducem.* Arcades Lycomeden μόνον ἄνδρα ἡγοῦντο, *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 361, 25. Apud Philosophos quidem ἄνθρωπος et *homo* saepe ponuntur in laude, velut in senario Comici, Ὡς χάριέν ἐστ' ἄνθρωπος, ἐὰν ἄνθρωπος ᾖ, apud *Clem. Alex.* p. 916, 15. in his etiam, *si homo esset*, *Ciceronis* ad Att. lib. II. Ep. 2. et, *demus huic aliquid aeris tanquam homines, non tanquam homini*, *Herodis Att.* apud *A. Gell.* Noct. Att. IX. 2. Ut in hoc Xerxis dicto, ἄνθρωποι et ἄνδρες sic opponuntur in diversos usus. De C. Mario *Cicero* Tusc. II. 21. *Tulit dolorem ut* v i r; *et, ut* h o m o, *maiorem ferre sine causa necessaria noluit.* Apollonius dicebat *Philostrati* p. 20. οὐκ ἀνθρώπων ἑαυτῷ δεῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν. *Xenophon* in Hierone p. 533, 8. ἄνδρες καὶ οὐκ ἔτι ἄνθρωποι μόνον νομιζόμενοι. Apud eumdem Ἑλλ. VII. p. 363, 21. qui fuerat in Perside legatus, Antiochus Arcas retulit πρὸς τοὺς μυρίους, (*ad commune gentis concilium*,) ὅτι βασιλεὺς ἀρτοκόπους καὶ ὀψοποιοὺς καὶ οἰνοχόους καὶ θυρωροὺς παμπληθεῖς ἔχοι· (atque adeo πολλοὺς ἀνθρώπους·) ἄνδρας δὲ, εἰ μάχοιντ' ἂν Ἕλλησι, πάνυ ζητῶν οὐκ ἂν ἔφη δύνασθαι ἰδεῖν. VALCK.

11 *seq.* ἐγένετο δὲ ἡ συμβολὴ δι' ἡμέρης) δι' ἡμέρης, t o t o d i e *dimicatum fuisse* indicat, uti lib. I. c. 97. et δι' ἔτεος, *toto anno* lib. II. 22. Δι' ἐνιαυτοῦ, ἀντὶ τοῦ δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ in *Harpocratione.* WESS.

CAP. CCXI. 8. δόρασι βραχυτέροισι χρεώμενοι) Nihil referet, sive vulgatum maneat, seu μικροτέροισι probetur. Unice pravum est *Vallae* et *Eton.* μακροτέροισι, *longioribus*, contrariumque c. 61. *Diodorus*, praelium lib. XI. c. 7. describens, Persarum *breviores hastas* negligit, non item eorundem clypeos breves et peltas. Iam π λ ή θ ε ϊ χρήσασθαι cur [a *Cron.* πλήθεσι praeferente] tantopere taxetur, non equidem exputo. WESS.

13. βοῇ τε καὶ πατάγῳ) Persici hoc moris erat. βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι ex aula erumpunt magorum interfectores lib. III. 79. quamquam hic spectasse Scriptor videtur Homericum Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν *Iliad.* Γ'. princ. WESS.

CAP. CCXII. 8 *seq.* καὶ ἐν μέρει ἕκαστοι ἰμάχοντο) Latina, *in suo quisque loco*, ferri non possunt. Ἐν μέρει et ἐν τῷ μέρει, *sua quisque vice*, sive *per vices*. *Euripides* Cyclop. vs. 179. ἅπαντες αὐτὴν διεκροτήσατ' ἐν μέρει, *cuncti per vices* etc. Eleganter post *Budaeum* dictionem *Iac. Gronovius* illustravit ad *Arrian*. Ἀναβ. III. 26. p. 142. WESS.

CAP. CCXIII. 1. ὅ, τι χρήσαιτο τῷ *etc.*) Ex Codicum variante dissensu, si optio necessaria foret, sequerer *Arch.* scriptionem, Nostro non insuetam, neque aliis in *Perizonii* Adnot. ad *Aeliani* Var. I. 32. Vulgatum plures ostentabant schedae lib. V. 12. estque, ut alios praeteream, *Aeschinis* Or. in Ctesiph. p. 66. ἀπορῶν δ' ὅ, τι χρήσαιτο αὐτῷ. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

4. ἔφρασέ τε τὴν ἀτραπὸν) *Xerxi semitam indicavit* Persisque monstravit *Ephialtes Meliensis* sive Trachinius, de quo notavit *Oudendorp.* Vir clar. ad *Frontin.* II. c. 2, 13. In excerptis e *Ctesia* hoc facinus imputatur Trachiniis Calliadae et Timapherni. Iudice *Pausania* III. p. 214. ne Graeciam quidem vidisset Xerxes, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἀτραπὸν τὴν διὰ τῆς Οἴτης τείνουσαν περιαγαγὼν τὴν μετὰ Ὑδάρνου στρατιὰν ὁ Τραχίνιος κυκλώσασθαί σφισι τοὺς Ἕλληνας παρέσχε. Ut Ephialtes Xerxi, sic Alexandro M. monstratâ semitâ profuit proditor apud *Diodor.* XVII. c. 67. et *Polyaen.* IV. c. 3, 27. etc. Sed per eamdem semitam postea temporis Brenno Galatisque viam in Graeciam Heracleotae patefecerunt et Aenianes apud *Pausan.* X. p. 852.: ubi *duplex* esse dicitur ἀτραπὸς διὰ τῆς Οἴτης· μία μὲν ἡ ὑπὲρ Τραχῖνος, --- ἑτέρα δὲ ἡ διὰ τῆς Αἰνιάνων, ὁδεῦσαι στρατῷ ῥάων, δι' ἧς καὶ Ὑδάρνης πορὶ Μῆδος κατὰ νώτου τοῖς περὶ Λεωνίδην ἐπίθετο Ἕλλησι: eamdem memorat *Appian.* Syr. [cap. 18.] p. 158. VALCK.

7 *seq.* ὑπὸ τῶν πυλαγόρων τῶν Ἀμφ. *etc.*) Voces τῶν Ἀμφικτυόνων ἐς τὴν Πυλαίην συλλεγομένων ex scholio Cl. *Reiskius* derivabat, aut duas saltem priores esse exterminandas. Fuit cum de interpretamento non dissentirem; unde, modo distinctio tollatur, vertaturque *a Pylagoris Amphictyonum*, nunc abeo. *Pylagorae* legati erant Amphictyonici concilii, congregabanturque ad consessum *Pylaeam*, consultaturi de communi ac templi Delphici salute. *Aeschines* propter ea in Ctesiph. p. 71. οἱ δ' ἄλλοι Ἀμφικτύονες συνελέγησαν εἰς τὰς Πύλας, πλὴν μιᾶς πόλεως. Nec dissimilia *Libanius* Orat.

in Aeschin. p. 692. c. Poterit, hoc si displiceat, etiam legi καὶ τῶν Ἀμφικτυόνων, siquidem in coetum quem Ἐκκλησίαν vocabant, praeter *Pylagoras*, Hieromnemonasque admittebantur plures sacrorum et concilii participes: hanc Ἀμφικτυόνων ἐκκλησίαν debemus *Aeschini* dicto loco. Ego in priore ob conspirationem schedarum acquiesco. Ubi vero *Herodotus* ἐν τοῖσι ὄπισθε λόγοισι *de Epialtae nece, eiusque auctore Athenada* verba fecit? Ut nunc libri isti sese dant, nusquam, si bene memini. Proinde aut oblitus eorum Scriptor est, aut desunt multa. WESS.

Ibid. τῶν Πυλαγόρων τῶν Ἀμφικτ.) Infra [c. 214, 7.] memorantur οἱ τῶν Ἑλλήνων Πυλαγόραι, et distinguuntur certe τῶν Ἀμφικτυόνων οἱ Πυλαγόραι: erant quidem οἱ Πυλαγόραι Ἀμφικτυόνες, sed non sanequam omnes οἱ Ἀμφικτύονες Πυλαγόραι. Inter Amphictyonas, sive concilii Amphictyonici participes, quinam Πυλαγόραι dicerentur prae ceteris egregie nobis tradidit Auctor *Etymolog. M.* Πυλαγόραι, οἱ προεστῶτες Πυλαίας, (*conventus Amphictyonum principes*,) ἢ οἱ πεμπόμενοι ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς Ἀμφικτυονίαν ῥήτορες, ὥστε ἐκεῖ ἀγορεῦσαι. De multis nunc satis sit Amphictyonum citasse decreta, servata *Demostheni* de Cor. p. 165. Ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις, καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων: alterius Δόγματος hoc est initium: Ἐπὶ ἱερέως Κλειναγόρου, ἐαρινῆς Πυλαίας· Ἔδοξε τοῖς Πυλαγόραις καὶ τοῖς συνέδροις τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀμφικτυόνων: quae mihi sic primitus scripta non videntur; sed in hac quoque parte Graecae antiquitatis, praesertim ubi ventum est ad recentiora tempora, multa sunt tenebricosa. VALCK. — Conf. mox ad c. 214, 7. *S.*

CAP. CCXIV. 6. τῷδε χρὴ σταθμώσασθαι) Hoc potius esse, [quam τόδε,] non negabitur. Sic lib. III. 15. et inferius c. 237. Tale, tanquam ex *Herodoto*, cuius non est, in *Stob.* Serm. XXVIII. p. 197. ἄνδρα δὲ οὐκ ἔστι δεξιὸν γνώμῃ σταθμησάμενον ἀθρῆσαι. WESS.

7. Qui hic Πυλαγόροι ex Codicibus, extra dubii stant aleam: modo enim πυλαγόραι, modo πυλαγόροι hi legati. *Aeschines* in Ctesiph. p. 71. iterat τοὺς πυλαγόρους τοὺς εἰσαεὶ πυλαγοροῦντας, iungitque τοὺς πυλαγόρους καὶ τοὺς ἱερομνήμονας. *Libanius* utramque vocis flexionem Or. in *Aeschin.* p. 699. c. et p. 706. deposuit: sunt quoque Πυλαγόροι ex *Hesychio* [hac voce, et voc. Ἀμφικτύονες] noti. WESS. —

Quod si altera terminatio placuisset *Herodoto*, paulo ante non Πυλαγόρων fuerat scripturus, sed Πυλαγορέων. *S.*

11. εἰδείη μὲν γὰρ ἂν καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεύς) Post *Aldi Camerarii*que aetatem operarum negligentia μὴ ob simile insecutae vocis principium excidit. *Herodoto* qui deinde curam inpenderunt doctissimi viri, tametsi commentandi hoc genus negandi desideraret particulam, miranda supinitate coecos potius duces, quam *Aldum*, *Vallam*, et Msstos sequi maluerunt. Soli, quorum reminiscor, *Pavius* et *Reiskius*, οὐκ ἐὼν finxerunt. Sed satis. *Herodotus* suum sibi rediisse laetabitur. WESS. — Quod poscit sententia, καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεύς, *quantumvis non esset Meliensis*, ex Msstis et aliunde revocabitur: vid. Diss. *Herod. P. Wessel.* p. 15. Alii potius usitato more scripsissent, καίπερ οὐκ ὢν Μηλιεύς: sed et rarius illud Herodoteum est, καὶ ἐὼν μὴ Μηλιεύς. Sic scripsit VI. c. 66. et IV. c. 144. τοὺς μὴ μηδίζοντας. *Philostrat.* p. 186, 5. πῶς, εἶπεν, ὅγε μὴ μάντις ὤν: p. 494. οὐ παιδεύουσι τοὺς μὴ Πέρσας Πέρσαι μάγοι, ἂν μὴ ὁ βασιλεὺς ἔφη: scribendum φῇ, *nisi Rex iusserit*. *Tatian.* ad Graec. p. 14. ὅτι μὴ θεὸς ὢν τοῦτ' ὅπερ ἔλεγεν εἶναι κατεψεύδετο. Non invenustum est quod [*lin.* 12.] sequitur: εἰ τῇ χώρῃ πολλὰ ὡμιληκὼς εἴη. Lib. VII. c. 26. διαβάντες τὸν Ἅλυν ποταμὸν ὡμίλησαν τῇ Φρυγίῃ: neque illud protritum *Ecphantae* apud *Stobaeum* p. 333, 29. βασιλῆα - - - ὁμιλήσαντα: sic Regem vocat: in Editis legitur βασιλῆα - - - ὁμ. *Spondanus* interpretatur, *regem qui conversatur cum hominibus*: τῇ βασιλείᾳ ὁμιλεῖν similiter dictum ut apud *Thucyd.* ὡμιληκέναι τῇ ἀρχῇ. VALCK.

CAP. CCXV. 4. περὶ λύχνων ἀφάς) Ἀφὰς λύχνων hinc *Suidas* excerpsit. *Noctis* designatur *initium*. *Philostrat.* de Vit. Apoll. VII. 15. χρὴ περὶ λύχνων ἀφὰς ἐς τὸν Ῥωμαίων λιμένα ἀφῖχθαι. *Diodor.* XIX. 31. τῆς ὥρας οὔσης περὶ λύχνων ἀφάς: ubi notat *P. Wess.* Pro *prima face* legitur et λύχνων ἡμμένων: vid. *Io. Brodaei* Miscell. IV. c. 33. *Intempesta nocte Sophoclis* Aiax egressus tentorio, dicitur exiisse vs. 285. ἄκρας νυκτὸς ἡνίχ' ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκ ἔτ' ᾖθον: id est, ut legitur e *Schol.* apud *Suidam*, ὅτι ἐσβέσθησαν οἱ λύχνοι: altera enim interpretandi ratio alienior est, quam sequutus ill. *Ez. Spanhem. stellas* intelligit ad *Callim.* Hymn. in Del. vs. 303. Quales illic intelligi debeant λαμπτῆρες, aestimare licet ex observatis *Is. Casaub.* in *Athen.* p. 995. VALCK.

— Vide Animadverss. in *Athen.* T. VIII. nuperae edit. p. 562 seq. Uno vocabulo λυχναψίαν *Cephisodorus* dixit, teste *Athenaeo* lib. XV. p. 702. b. *S.*

8. κατεδέδεκτο) Propter *Aldinum* κατεδέδεκτο *H. Stephanus*, videnda esse quae alibi scripserat, lectores monuerat. *Gronovius* vero: *Quis ille angulus, ubi Stephanus mussitaverit de hoc non intelligendo loco, ut iubeat videre, quae alibi dixerit?* Dixerat ad *Plutarchi* Theseum p. 5. Ed. *Bryani*, δαίμονας descendere ex δαίω apud *Herodotum*; qui composito κατεδέδαιτο, quod inde est, utatur pro *cognita erat* seu *conperta*, adposueratque haec Nostri. Profecto, modo schedarum stabiliretur κατεδέδαιτο imperio, haud inficete: namque in verbo nihil praeter raritatem inest, quod reprehendas: reprehendes tamen iniuriâ, cum talia se passim dent. Quae quidem non eo scripsi, ut κατεδέδεκτο inprobare velim, sed ut ingentibus *Stephani* meritis gratia perseveret. WESS. — Fortasse καταδέδεκτο neglecto augmento scripserat auctor, quod probabile facit codicis *Arch.* scriptura, quae ex duabus scripturis, καταδέδεκτο et κατεδέδεκτο, imperite iunctis nata videtur. Miror vero, ad haec quae continuo subiiciuntur, ἐοῦσα οὐδὲν χρηστὴ Μηλιεῦσι, nihil a Viris doctis adnotatum reperiri. Nec enim apta admodum ad rem, quae hic agitur, sententia est, quam *Wess.* cum *Gron.* his verbis (quae Graecis quidem adcurate videri poterant respondere) expressit: *et ex tanto tempore monstratus est* (ille trames) *nihil utilis Meliensibus*: nisi istud *nihil utilis* tali quadam ratione accipiatur, quali nos interpretati sumus, *iam olim, quemadmodum etiam tunc, calle illo male usos esse Malienses.* Prorsus extra oleas hic vagatus *Valla*, ἐκτὸς οὐ pro ἔκ τε τόσου legens, et κατεδέδετο (puto) pro κατεδέδεκτο, mira quadam hariolatione sic convertit hunc locum: *Extrinsecus nihil admodum praeseptus transitus erat: quum nihil esset utilis Maliensibus. S.*

CAP. CCXVI. 5. κατά τε Ἀλπηνὸν πόλιν) Oscitanter *Steph. Byz.*, conversâ *Alpeno* hinc in Locrorum metropolim, *Herodotum* legisse, *L. Holstenii* iusta animadversio est. πρώτη τῶν Λοκρῶν πρὸς τῶν Μηλιέων *prima*, non dignitate, sed *situ* erat. WESS. — Eodem iudice *Holstenio*, cui alii adsentiuntur docti viri, non differt haec Ἀλπηνὸς πόλις ab ea quae κώμη, Ἀλπηνοὶ οὔνομα, supra cap. 176 extr. nominabatur, et nude Ἀλπηνοὶ infra cap. 229. *S.*

7. κατὰ Μελάμπυγον --- λίθον) Mallem cum *P. Leopardo* Emend. VIII. 1. κατὰ Μελαμπύγου -- λίθον. *Herculis* enim Μελάμπυγος titulus, ex caussa doctissime ab *Erasmo* Chiliad. p. 207. *Suidae* et *Zenobii* fide adfirmata, fuit, non *lapidis*. De *Cercopibus* [*lin.* 8.] iidem conplura, quae missa facio. *Angustum tramitem* ad *Diodor*. XI. 8. explicare memini. WESS. — De *Cercopibus* fraudulentis consuli posse *Suidam* in Ἀγορὰ Κερκώπων et in voc. Ὅμηρος monuit *Schulzius*. *S.*

CAP. CCXVIII. 2. ἀναβαίνοντες γὰρ ἐλάνθανον) Idem accidit aevo recentiori, quando cum delectis suis Gallis Brennus ἐποιεῖτο τὴν ὁδὸν διὰ τῆς ἀτραπποῦ, apud *Pausan*. lib. X. [c. 22.] p. 853. Nam tum quoque temporis τῶν Φωκέων τοῖς ἔχουσιν ἐπὶ τῇ ἀτραπῷ τὴν Φρουρὰν, οὐ πρότερον ἐπιόντες οἱ Βάρβαροι παρέσχοντο αἴσθησιν, πρὶν ἢ πλησίον ἐγεγόνεσαν: ut apud *Herod*. c. 212. Phocenses ἐς τὸ οὖρος ἐτάχθησαν, φυλάξοντες τὴν ἀτραπόν. VALCK.

[5. ἀνά τε ἔδραμον οἱ Φωκέες) Perperam *Valla*, *Phocenses recurrerunt*; quod non tenere debuerat *Wess.* cum *Gronov*. Commodius *Larcher*, *aussitôt ils accoururent*: nec tamen vim propriam verbi expressit. Ἀναδραμεῖν h. l. sicuti III. 78, 4. est ἀναστῆναι καὶ δραμεῖν, (vel προσδραμεῖν,) *surgere et adcurrere*, *raptim surgere*: quam in sententiam ἀνά τε ἔδραμον III. 78. *prosiluerunt* interpretatus sum; quod et hic tenere potueram, ubi nunc, *strepitus excitavit eos ut ad arma concurrerent*. *S.*]

8. οὐδέν σφι φανήσεσθαι ἀντίξοον) Pro vetere οὐδένα σφι consistent fortasse alii: mihi iudicium placet *Gronovii*, expressius illud arbitrati. *Aldinum* ἐνεκήρυσαν στρατῷ bene vir doctus ad eius editionis, quae inter manus est, marginem reformaverat, *Porto* consentiente. Typorum error fuit, turpiter propagatus. WESS.

14. φεύγοντες ἐπὶ τοῦ οὔρεος τὸν κόρυμβον) Haec hinc attigit *Eustath*. in *Dionys*. vs. 566. ut ostendat, καὶ ἐπὶ ἐξοχῆς ὀρεινῆς Κόρυμβον adhiberi. *Aesch*. Pers. 660. ἐλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου. *Schol*. ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐξοχὴν καὶ περιωπὴν τοῦ τάφου. Vid. *Perizon*. in *Aelian*. Var. Hist. IV. 22. Horum montium cacuminibus quae nomina fuerint *Livius* tradidit XXXVI. 16. VALCK. — Graeci πάντα τὰ μετέωρα καὶ εἰς ὕψος ἀνατείνοντα κορύμβους λέγουσι, *Hesychius*. Hic montis *cacumen*;

in *Aeschyli* Pers. vs. 661. *summa tumuli pars*, ἐλθ' ἐπ' ἄκρον κόρυμβον ὄχθου. Ceterum ἐπιστάμενοι in *Vallae* Latinis *gnari*: melius *credentes*: nam *gnaros* fuisse, non monstrant sequentia. WESS.

17. Φωκέων *Persae* μὲν οὐδένα λόγον ἐποιεῦντο: et postea, *spretis Phocensibus*, Brennus cum suis recta Delphos petiit. VALCK.

CAP. CCXIX. 1. πρῶτον μὲν ὁ μάντις Μεγιστίης) Est, cui πρῶτος, sine urgente tamen caussa, placet. Illud *Arch.* [*lin.* 3.] ἅμα οἱ, *sibi pariter et illis*, [ubi rectius alii ἅμα ἠοῖ] verum quidem praefert, sed non aequat amplitudinem vulgati, ipsum tempus signantis. Quae deinceps [*lin.* 6.] de *transfugis*, ad unum Tyrastiadem, domo Cumanum, *Diodorus* lib. XI. 8. adstringit. WESS.

3. ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτόμολοι) Scribendum ἐπὶ δὲ, *deinde vero*. Vallae *deinde*, non in *postquam* deformari, sed attendenti monstrare debebat veram scriptionem, ἐπὶ δὲ, quod commode succedit post πρῶτον μέν. Exempla quaerenti dabunt *Portus* in Ἐπὶ δὲ, et *L. Bos*. Obs. Crit. p. 15. *Eustath*. in Ἰλ. α'. p. 123, 6. τὸ μετὰ δὲ, ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα δὲ, καὶ ἐπὶ δὲ, καὶ πρὸς δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ τούτοις καὶ πρὸς τούτοις. VALCK. — Imprudenti mihi accidit, ut ἔπειτεν καὶ, quod sua de coniectura *Schaeferus* ediderat, propagari paterer in nostrum exemplum. Ad ἐπεὶ δὲ, quod ante *Schaef.* exhibebant editiones omnes, nihil varietatis e Msstis adnotatum est, in nostra vero membr. *F.* ἐπεὶ' δὲ sic cum duobus accentibus pictum video. Adsentior vero doctissimo *Valckenario*, et ἐπὶ δὲ καὶ rescriptum velim. *S.*

10. οἱ μὲν ἀπαλλάσσοντο) Cacteros Graecos, ut *Herodotus*, ἀπαλλαξείοντας nobis sistit *Diodor. Siculus* lib. XI. c. 9. et duraturam sibi suisque Spartiatis laudem cupientis Leonidae consilium, Nostro memoratum *cap. seq.* Apud *Justin.* II. c. 11., *hortatur socios, recedant, et se ad meliora patriae tempora reservent; sibi cum Spartanis fortunam experiendam*. Forsan scripserat *Orosius* p. 111, 3. [lib. II. c. 9.] *sibi vero cum Spartanis suis aleam* [ubi vulgo *aliam sortem*] *esse subeundam*. VALCK.

CAP. CCXX. 5. μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστός εἰμι) Scripsit lib. I. 120. ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμί: ubi *Gronov*. Hoc eodem ducit, casu ex defectu praepositionis dis-

crepans. [τῇ γνώμῃ, quod hic est, idem valet ac γνώμην absque artic. I. 120, 20.] Congruit Sophocleum Oed. Tyr. vs. 565. καὶ νῦν ἔτ' αὐτός εἰμι τῷ βουλεύματι. Itaque πιστός εἰμι in *Ask.*, [quod ignorant alii,] etsi κτύποις πιστὸς *Aeschyl.* Prometh. vs. 915., παραδιόρθωσις est. Quid autem ὄχλος *Arch.* sibi velit, profiteor, me non nosse. WESS. — Imperitus puto homo ad πλεῖστος supplendum vocab. ὄχλος existimaverat. *S.*

Ibid. ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ) Sensus claret; rarissimâ formâ loquendi significatur, quod usitata magis diceretur, ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ προστίθεμαι, vel τίθεμαι. Neutiquam tamen tentari debebat sincerum πλεῖστος. Qua hic structura, Astyages I. 120. καὶ αὐτὸς, ὦ μάγοι, ταύτῃ πλεῖστος γνώμην εἰμὶ, - - - ἐξήκειν τὸν ὄνειρον: illic pro τῇ γνώμῃ, vulgatum ex Codicibus γνώμην: idem hic etiam admitterem, aut, quod non postponerem, ταύτῃ καὶ μᾶλλον τὴν γνώμην πλεῖστός εἰμι, Λεωνίδην - - - κελεῦσαι. *Lucian.* in *Demosth.* Encom. T. III. p. 494., εἰ καὶ πλείων εἰμὶ τὴν γνώμην πρὸς Ὁμήρου τετάχθαι: *etsi magis fert animus ab Homero stare.* Quae proxima sequuntur, in tractandis Herodoteis solita sibi malevolentia *Plutarchus* excerpsit T. II. p. 865. B. VALCK.

10. ἐκέχρηντο) Nihil habet ἐκέχρητο, cur sperni debeat: caussam ad lib. II. 127. exposui; cui pondus ex conspiratione tot membranarum gravius accedit. Post pauca [*lin.* 15.] ἀπολέσθαι locum occupavit veterem. WESS.

10 *seq.* ἐκέχρηντο - - - τοῖσι Σπαρτιήτῃσι) *Iustinus* II. c. 11, 8. *Initio huius belli sciscitantibus Delphis oracula, responsum fuerat, aut regi Spartanorum, aut urbi cadendum.* Ipsi quidem Delphi circa hanc tempestatem oraculum adhibuerunt, quibus responsum fuerat, ἀνέμοισι εὔχεσθαι, *Herod.* VII. 178. At in istis *Iustini* non sane Delphi sunt *sciscitantes*, verum *Lacedaemonii*, quorum praecesserat mentio: his *sciscitantibus*, *Delphis*, *oracula*, (vel *oraculum*,) *responsum fuerat*, *aut regi*, *aut urbi cadendum*: nomen *Spartanorum* illic a prima manu non videtur collocatum. Solet ita loqui *Iustin.* II. c. 12, 13., *adventante Xerxe consulentibus*, (Atheniensibus nempe) *Delphis oraculum*, *responsum fuerat*: cf. III. 5, 4. XVI. c. 3, 4. VALCK.

16. εὐρυχόρου) *Spatiosae et choris aptae*; neque enim, quae *Fr. Vigeri* sententia ad *Euseb.*, Spartanorum regio in-

dicatur. Εὐρύχορος Κόρινθος in Epigr. 424., εὐρύχορος Τεγέα Epigr. 441. collection. *Cephalae*, ad eundem modum. Plura Cl. *Taylor* in *Demosthen.* Midian. p. 105. [in *Reiskii* Apparatu ad *Demosth.* Vol. I. p. 591.] *Sequentis* principium *versus* [*lin.* 17. ubi vulgo plene, ἄστυ ἐρικυδὲς] considerandum ac si Ἢ μέγα ἄστυ 'ρικυδὲς foret, aut Ἢ μέγα ἄστ' ἐρικυδὲς, qua illud forma *Camerarius* inter Epigrammata, iuncta *Theocrito* olim, exprimi curavit. Porro ὑπ' ἀνδράσι Περσείδῃσι, patronymico ex Περσεύς, gentis satore, c. 150. et VI. 54., cultius *Pavius* habet. WESS. — Lubens equidem *diaeretica puncta* vocabulo Περσείδῃσι imponenda admittam. Caeterum de Homerico epitheto εὐρύχορος consuli possunt Poëtae interpretes. *S.*

19. πενθήσει βασιλῆ) Tale Poëtae ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοὶ Iliad. Δ'. 384., loco Τυδέα, de quo *Etymolog.* in Πηλεύς. Servare tamen βασιλῆα, modo postrema contraheretur, in promtu fuerat. WESS. — Ut hic ante *Gronovii* Ed. βασιλῆα φθίμενον, sic vulgatur in *Eusebianis* ex *Oenomao* excerptis, Praep. Ev. V. p. 219. Πενθήσει βασιλῆα φθίμενον: ubi pro *dactylo paeon* est *primus*; ut in oraculi versu secundo, Ἢ μέγα ἄστυ ἐρι. Vitium, ut illic occultari potest elisione vocalis ε, hic tegit lectio *Med.* βασιλῆ φθίμ. In *Scymni Chii* praefat. Perieg. vs. 59. τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Διδυμῆ λέγω, corrigit *Is. Voss.* ad *Melae* I. cap. 17, 3. Talia nonnulla dedit *Homerus*. Ἰλ. δ'. 384. ἀγγελίην ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν Ἀχαιοί: etc. In *Euripidis* vulgatur Alcesti vs. 24. Ἤδη δὲ τόνδε Θάνατον εἰσορῶ πέλας Ἱερῆ θανόντων. VALCK.

20. Οὐ γὰρ τὸν ταύρων optime *Paris B.*, nempe *Xerxem*, quippe *Iovis robore valide instructum*, uti subditur. WESS.

23. βουλόμενος κλέος καταθέσθαι μοῦνον) Ut Thebanos suos tueretur, haec excitans *Plutarchus* de Herod. Malign. p. 865. E. rectius legisse videtur μούνων Σπαρτιητέων: et mox, ἢ τῇσι γνώμῃσι διενεχθέντας. Adfirmat τὸ μούνων Herodotea propemodum interpretatus *Diodorus* XI. c. 9. Λεωνίδης, - - φιλοτιμούμενος αὐτῷ τε δόξαν περιθεῖναι μεγάλην καὶ τοῖς Σπαρτιάταις, προσέταξε τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας ἅπαντας ἀπιέναι, καὶ σώζειν ἑαυτοὺς, --- αὐτοὺς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἔφησε δεῖν μένειν. VALCK.

CAP. CCXXI. 1-3. Μαρτύριον - - - οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γίνεται) Nexa his οὐ γὰρ μοῦνον τοὺς ἄλλους, ἀλλά, Scho-

D 2

liastae nimis officioso transcribo. Abunde erat, ὅτι καὶ τὰς etc., monstrantque schedarum plures. WESS. — Sufficere haec utique poterant: sed ne copia quidem illa, quam alii Mssti cum Edd. offerunt, aliena ab *Herodoti* stylo debuit videri. *S.*

4. Μεγιστίην τὸν Ἀκαρνῆνα) *Megistiam Acarnanem* Graeci celebrant; in his *Philostratus* Vit. Apollon. IV. 23., ubi docte *Olearius*. Θεμιστίας *Plutarcho* Lacon. Apophthegm. p. 221. c. Mitto *Tzetzen* Chil. X. vs. 686., multa perperam et stolide miscentem, Megistiamque hunc et Telliam, de quo lib. VIII. 27., confundentem. WESS. — Egregii vatis, qui fati praescius, tamen Οὐκ ἔτλη Σπάρτης ἡγεμόνας προλιπεῖν, ut est in *Simonidis* epigr. cap. 228. [Anal. *Brunckii* T. I. p. 131. n.° XXXI.] nomen latebat apud *Suidam* in Ἀγαμαι et in Ἀκαρνᾶνα: verba sunt *Philostr.* Vit. Apoll. IV. c. 23., e quo τὸν δὲ Ἀκαρνᾶνα Μεγιστίαν *Suidae* restituendum vidit G. *Olearius*; et *Aeliano*, [Nat. Anim. VIII. 5.] quod ex *Med.* Cod. vir clar. *Abr. Gronovius* adfirmavit. De *Acarnane Megistia*, praeter cetera, falsa quoque nobis narrat *Io. Tzetzes* Chil. X. vs. 685. etc. in hunc transferens et in Laconas, quae de Tellia vate legerat et de Phocensibus apud *Herod.* VIII. c. 27. aliosve. Lectu non indigna sunt haec ex ineditis *Schol.* in *Aristidis* Panathen.: Λέγουσιν ὅτι μάντις τις τῶν Λακεδαιμονίων εἶπεν ὅτι, ἐὰν μείνωμεν τελευτῶμεν· καὶ ὅμως ἠρήσαντο μὴ φυγεῖν, ἀλλὰ ἐνδόξως θανεῖν. Si legitur, ut puto, in Cod. Ms. *Petri Burm.* ἠρήσαντο, mihi ἠρήσαντο aeque videtur inusitatum ac ἤρησα: corrigerem, καὶ ὅμως ἠρνήσαντο μὴ φυγεῖν, ἀλλὰ ἐνδόξως θανεῖν: nempe εἵλοντο, vel προείλοντο, *nihilominus fugere recusantes, honestam mortem praeoptarunt.* Utrumque est ex optimorum scriptorum usu: pervulgatum quidem ἠρνήσαντο μὴ, alterum, *noluerunt*, sed, nempe *maluerunt*; ut *Demosthen.* pag. 620., 84., similesque, vid. in lib. VII. c. 104. notata: *Schol.* in *Eurip.* Phoen. p. 791., 4., ἀπέτρεπεν αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὸν Ἀπόλλωνα ὁδοῦ, τῇ δὲ Ἥρᾳ μᾶλλον τῇ γαμοστόλῳ θύειν: videlicet ἐπέτρεπεν. VALCK.

5 seq. τοῦτον ἅπαντα ἐκ τῶν ἱρῶν τὰ μέλλοντά σφι ἐκβαίνειν εἰπόντα) *Koenius* suo *Herodotum* more scripsisse suspicabatur τοῦτον, εἴπαντα. - - - ἐκβαίνειν ἅπαντα: cui favet eleganti coniecturae *Mediceus* codex. VALCK. — Secutus

cupide sum Msstos libros, singulari constantia viam ad veritatem munientes. Sermonis quoque nexus nihil desiderat uberius. WESS. — Nempe εἴπαντα ab imperitis nonnullis librariis in ἅπαντα fuerat mutatum: post ἐκβαλεῖν vero nullus codex mstus aut εἰπόντα aut ἅπαντα agnoscit. *Venetus* Editor, in principio ἅπαντα legens, in fine εἰπόντα sua de coniectura adiecit. *S.*

8. οὐκ ἀπελίπετο) Videtur οὐκ ἀπέλιπε ex *Arch.* probius. Deinceps c. 222. ἀπολιπόντες Λεωνίδην· et lib. VIII. 65. *Plutarchus* tamen Virt. Mulier. p. 261. c. τῆς δὲ Ἐρυξοῦς μὴ ἀπολιπομένης, ἀλλ' ἕπεσθαι βουλομένης, οὐδὲ ἡ μήτηρ, καίπερ οὖσα πρεσβῦτις, ἀπελείπετο. At in huiusmodi verborum formis, etsi saepe inconsulta, ingens est librariorum inconstantia. WESS. — Est vero etiam apud *Xenoph.* ἀπολείπεσθαί τινος, *discedere ab aliquo*, Cyrop. I. 6, 21. III. 1, 42. et saepius alibi. *S.*

CAP. CCXXII. 2 seq. Θεσπιέες δὲ καὶ Θηβαῖοι) Hic de *Thebanis* scripta *Plutarchus* ea ratione repellit T. II. p. 865., ut haec quoque criminatio sua quadam specie non destituatur. Solos secum Leonidam retinuisse Thespienses narrat *Diodor. Siculus* T. I. p. 410, 46. [lib. XI. c. 9.] ubi notat vir eximius. *Herodoti* Thebani Mycenaeos octuaginta substituit *Pausanias* X. [c. 20.] p. 846., et II. [c. 16.] pag. 146., ubi, Μυκηναῖοι, inquit, πέμπουσιν ἐς Θερμοπύλας ὀγδοήκοντα ἄνδρας, οἳ Λακεδαιμονίοις μετέσχον τοῦ ἔργου. VALCK.

5. κατεῖχε γάρ σφεας Λεωνίδης) Cavillatorem audi *Plutarchum*: adeo insaniisse negat Leoniden, ὥστε κατέχειν ἐν ὁμήρων λόγῳ τοῖς τριακοσίοις τοὺς τετρακοσίους ὅπλα ἔχοντας, *ut trecentis suis quadringentos Thebanos armis instructos obsidum loco retineret*: immo vero vereri magis debuisse, ne ab his, quam ne a barbaris, circumveniretur. Quae inanem futilemque habent criminationem. Neque enim non plures quam trecenti cum Leonida fuere, verissime in Prolegom. respondente *Ioach. Camerario.* Nam praeter septingentos Thespienses, Spartano regi addictissimos, aderant trecentis ipsorum ditionis plures, siquidem quodam suorum satellitio cincti in expeditionem ire solerent, et singuli interdum ad septenos secum Hilotas traherent, teste Scriptore lib. IX. 28. Stipasse vero illos trecentos hac pugna Hilotarum haud paucos, nitidissime ex c. 229. et lib. VIII.

25. patescit. Quid ad haec malignitatis accusator? WESS.

CAP. CCXXIII. 8. ὡς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἔξοδον ποιεύμενοι) Leonidae quod fertur decantatum dictum, aut minus congruum iudicavit *Herodotus* huius diei gloriae personae-ve, aut excogitatum demum fuit post eius aetatem, sicut alia non pauca: nam alibi legerat *Seneca*, quod Suasor. II. pag. 18. putabat *etiam apud Herodotum esse*, οὕτως ἀριστᾶτε, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. [Conf. *Diodor. Sic.* XI. 9. et ibi *Wess.*] Romana maiestate condignum dictum tribuni militum, qui se quadringentis secum morituris ducem offerebat consuli, nobis custodivit *A. Gellius* Noct. Att. III. 7., *Ego hanc tibi et reipublicae animam do*, etc. praeterea *M. Catonis* verba memoratu dignissima, virum illum excellentem iure comparantis eum Leonida. Periit nobis et illa pars *Livii*, qua praeclarum illud facinus Herodotea suavitate narraverat. VALCK.

9. ἐς τὸ εὐρύτατον) Sive hoc, seu εὐρύτερον legatur, par trecentorum audacia: malim posterius, tanta Codicum conspiratione nixum. Quod adhaerescit, [*lin.* 10.] τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα *etc.*, pertinet ad superiores dies. Scriptum si fuisset, τὸ μὲν γὰρ ἔρυμα τοῦ τείχεος ἐφυλάσσετο ἀνὰ τὰς προτέρας ἡμέρας, οἱ δὲ ὑπεξιόντες *etc.*, sententia fuisset clarior, *Pavio* observante. WESS.

12. τότε δὴ συμμίσγοντες ἔξω τῶν στεινῶν) Falsum itaque quod *Plutarcho* Noster scripsisse perhibetur T. II. p. 866. A. πεσεῖν πάντας εἰπὼν ἐν τοῖς στενοῖς περὶ τὸν κολωνόν. Huc enim postea demum superstites se receperunt Spartiatae, quum iam Leonidas aliique multi cecidissent, postquam Persas quater in fugam verterant: tum demum cap. 225. ἔζοντο ἐπὶ τὸν κολωνὸν πάντες ἁλέες οἱ ἄλλοι, πλὴν Θηβαίων. Fatendum tamen foret Leonidae ceterorumque laudem hic imminutam, si verum esset, quod alios sequutus auctores tradidit *Plutarchus*, captis armis *noctu* Spartiatas cum duce suo castra irrupisse hostilia, ipsumque Regis petiisse praetorium, *aut cum illo, aut, si ipsi oppressi essent, in ipsius potissimum sede morituros*, ut loquitur *Iustinus*; quem sequitur *Orosius* II. c. 9. Νύκτωρ, inquit *Plutarchus*, ἀναστάντες ἐβάδιζον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ τὴν σκηνὴν ὀλίγου δεῖν βασιλέως, ὡς ἐκεῖνον αὐτὸν ἀποκτενοῦντες, καὶ περὶ ἐκείνῳ τεθνηξόμενοι: conf. *Diodor.* XI. c. 10., et ibi Clar. *Wess.* Cur his

potius crederemus, quam *Herodoto?* quum illa praesertim narratio fidem superet, multaque mentiantur in historia Graeci. VALCK.

21. παραχρεώμενοί τε καὶ ἀτίοντες) Laurentii *ingruentes et sese intrudentes* perstrinxit, tanquam aliena, Cl. *L. Bos* Obs. Critic. p. 157., eorumque in locum, *quos spernebant et pro nihilo habebant*, suffecit. Dubito de priore: bello memini lib. IV. 159. *Vallae* παραχρεωμένους fuisse *contemtores*, sed aptavit isthic, quae erant disiuncta: namque καὶ παραχρεώμενοι διεφθάρησαν his consimiliter ponuntur de pugnantibus, *qui sibi corporibusque suis* nimio ardore *haud parcunt*, ac σὺν παραχρήσει ἑαυτῶν in hostes ingruunt, quae et *Porti* doctrina. Posterius *ingruentes* ex ἀττίοντες *Arch.* fluxit; quo quidem, si tamen iidem Ionibus ac ἄττοντες, nihil accommodatius. Ἄττοντες, ὁρμῶντες, πηδῶντες, *Hesychio*, *Suidae* [voc. Ἄττει] et hac de familia aliis. Non diffiteor, mihi vehementer illud placuisse quondam: nunc vereri occepi, ut exempla Diss. Herod. p. 88. quaestioni faciant satis. [Et ista profecto rectius ᾄττοντες et ᾄττει scribentur: sunt enim ex ἀΐττοντες et ἀΐττει contracta.] Nec sequar tamen *H. Stephanum*, ἀτίοντες sive ἀτίζοντες scribentem: nam quae in *Camerarium* ille strinxit, ex *Eustathio* derivata, non feriunt admodum. *Homeri* enim ἀτίοντα Iliad. Υ'. 332. explicant interpretes ἀτιμάζοντα, *Hesychius* cum Adnot. Clar. *Alberti*, aut ὀλιγοφροντιστοῦντα, ἀφροντιστοῦντα, aut diversius. Illud si arripiatur, *valde desperantes et nullam suae salutis rationem ducentes* sistet; tumque παραχρεώμενοί τε καὶ ἀτίοντες aptissime nexi procedent. *Diodorus* simili in re, ἀφειδῶς ἐχρῶντο τοῖς ἰδίοις σώμασιν εἰς κοινὴν σωτηρίαν, XIII. 60. et ἀφειδεῖν τῆς ψυχῆς ἕνεκα νίκης, XII. 62. WESS. — Notavit ad hunc locum Reiskius: „Cogitavi „aliquando λυττίοντες, ionice pro λυττῶντες: sed nunc pla„cet vulgatae adquiescere, atque interpretari *furentes, ra„biosi.*" Haud dubie a Poëta mutuatus id verbum *Herodotus* est. Vide ad Iliad. υ'. 332. interpretes, et instar omnium immortalem *Heynium;* qui hunc ipsum etiam Nostri locum expendens, istud καὶ ἀτίοντες verissime interpretatur *et tamquam attoniti, mente capti.* Quem ibi *Valckenarium* nominavit Vir doctissimus, eius loco *Wesselingius* erat nominandus; cuius quidem sententia haud multum discrepat ab *Heynii* interpretatione. *S.*

CAP. CCXXIV. 4 seq. ἑτέροι μετ' αὐτοῦ ὀνομαστοὶ δὲ Σπαρτιητέων) οὐνομαστοὶ ex dialecti ritu. [sed vulgatum h. l. tenent libri omnes.] Accessio vocabulorum ex *Med.* laudatore (quod minime mirandum) utitur *Gronovio*, fluxae tamen fidei apud multos. Qui tandem illi οὐκ ὀνομαστοὶ, distincti a trecentis, quorum omnium sese accepisse nomina ait? An Helotae? quibus nusquam in Spartanorum catalogo locus. Non nescio, saepe inter simillimas posita voces supina librariorum socordia praeterviderí et negligi. At coniurasse plerosque omnes scribas, et maculam schedis adspersisse, paene supra fidem est. Tueri ergo possessionem inserta e *Medic.* non posse videntur. WESS. — Ob vocem οὐνομαστοὶ repetitam, media quaedam facile, fateor, potuerunt excidere; si tamen aliis etiam absunt Codicibus, *Vallae* non lecta, neque ego desiderarem ex *Med.* vulgata: ex hac lectione *Med.* *Koenius* forte valde probabilem efformavit, hanc nimirum: καὶ ἕτεροι μετ' αὐτοῦ πολλοί τε καὶ οὐνομαστοὶ Σπαρτιητέων. *Spartiatarum, qui cum Leonida ceciderunt*, ἐγὼ, inquit Noster, ὡς ἀνδρῶν ἀξίων γενομένων ἐπυθόμην τὰ οὐνόματα: neque hic requirerem omissam vocem ἀξίων, hoc sensu sic simpliciter vix veteribus illis usurpatam: ad ἀνδρῶν γενομένων, quomodo loqui solet. adscribi potuit ἀξίων. Nomina trecentorum Spartanorum sibi forsan enotaverat ex columna in illorum memoriam Spartae erecta. *Pausan.* III. {c. 14.} pag. 240. Κεῖται καὶ στήλη πατρόθεν τὰ ὀνόματα ἔχουσα οἳ πρὸς Μήδους τὸν ἐν Θερμοπύλαις ἀγῶνα ὑπέμειναν: cui etiam pag. 237. [c. 12.] μνῆμα memoratur (τοῖς) λόγου μάλιστα ἀξίως μαχέσασθαι μετὰ δὴ αὐτὸν δοκοῦσι Λεωνίδην. VALCK. — Vocab. ἀξίων *lin.* 6. communi consensu libri omnes tenent: et possunt ex proxime praecedentibus intelligi ὀνομασθῆναι ἄξιοι, *memoratu digni*. Insulsum autem adsumentum, πολλοὶ δὲ καὶ οὐκ ὀνομαστοὶ, quod, a *Gron.* receptum, in suum etiam exemplum propagari *Wess.* passus est, praeter codicem *Med.* nullus alius vetus liber agnoscit; nam et noster *F.* illud ignorat, quem in *Var. Lect.* nominare neglexeram: in codd. quidem *Pb.* et *Pd.* eadem verba paullo inferius legi, sed aeque inutiliter inserta, ibidem adnotavi. *S.*

9. Nomina *filiorum Darii*, Ἀβροκόμης et Ὑπεράνθης, ex gen-

tili sermone ad Graecorum morem esse deflexam Nob. *Palmerius* Exercitat. p. 58. monuit. WESS.

τὸν οἶκον πάντα τὸν ἑωυτοῦ ἐπιδοὺς) *Insuper dedit omnia bona sua.* Isthac aetate *Vallam* in scopulum incidisse non sane mirum est. Veteris usus, ab *Homero* ducti, in Attico foro vulgati, saepius interpretes immemores Οἶκον *domum* interpretantur, ubi hac voce *totum patrimonium*, vel *universae* significantur *facultates*. *Ammonius*: Οἶκος λέγεται ἡ πᾶσα οὐσία. *Xenoph.* in Oeconom. p. 486, 3. ἡ οἰκονομίας ἐπιστήμη ἐφαίνετο, ᾗ οἴκους δύνανται αὔξειν ἄνθρωποι. Οἶκος δ' ἡμῖν ἐφαίνετο, ὅπερ κτῆσις ἡ σύμπασα. Praeivit *Homerus*, cui saepe proci Penelopes dicuntur ἔδοντες et κατέδοντες οἶκον Ὀδυσσῆος, *bona comedentes Ulyssis*; qualia commodum admovit *Wetsten.* Ev. *Matth.* xxiii, 14. Nusquam, quantum recordor, in hunc sensum οἰκίαν veteres, saepissime ponunt οἶκον, prae ceteris *Xenophon*, et *Isaeus*; sed et *Thucydides*, *Antiphon*, *Lysias*, *Isocrates*, *Demosthenes*; quique ad horum se student normam componere Sophistae. Dedit nonnulla *Des. Heraldus* in *Salm.* Obs. ad Ius A. et R. pag. [illegible]. De multis ad Herodotea haec accedunt proxima Gadatae *Xenophontis*, Κυρ. Παιδ. V. p. 82, 5. *nemo est* ὅτῳ ἐγὼ ἂν ἐμοῦ φύντι καταλείψω τὸν ἐμὸν οἶκον. *Isocratis* de Pericle p. 181. D. τὸν μὲν οἶκον ἐλάττω τὸν ἑαυτοῦ κατέλιπεν, *minorem censum reliquit, quam a patre acceperat.* *Isaei* pag. 82, 4. ἡ μήτηρ ἡ ἐμὴ ἐν (lege ἐπὶ) παντὶ τῷ οἴκῳ ἐπίκληρος ἐγένετο. *Demosthen.* c. Phaen. pag. 598, 34. δύο οἴκων λειτουργούντων κεκληρονόμηκε; ante dixerat §. 31., δύο οὐσίας καρπούμενος. VALCK. — Notabilis utique vocabuli οἶκος usus: at nihil impedire videtur, quo minus latinum *domus*, graeco οἶκος respondens, in huiusmodi orationis connexione eadem notione ponere liceat. *S.*

CAP. CCXXV. 2. μαχόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ) Partem veri vidit vir optimus *L. Bos*, Obs. Crit. p. 59., post μαχόμενοι nempe distinctionem ponendam; verum, quod recte *Gronov.* etiam animadvertit, non sic solet ex abrupto Noster orationem redordiri: vocula requiritur quae haec et illa connectat; adest illa, ita (ni fallor) suo loco collocanda: Ξέρξεώ τε δὴ δύο ἀδελφεοὶ ἐνθαῦτα πίπτουσι μαχόμενοι, ὑπέρ τε τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω Περσέων καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγίνετο πολλός, ἐς ὃ τοῦτόν τε ἀρετῇ οἱ Ἕλληνες ὑπεξείρυσαν. Ad postre-

ma *Reiskius*: *Hunc*, ait, *locum non concilio cum* pag. 459. *initio: manifesta nimis est contradictio.* Sed, qualia scribit *Reiskius* in Miscell. Lips. vol. VIII. pag. 502., suo loco ne tangenda quidem, si quis ante annos scripsisset ferme ducentos, quibus ille modis fuisset exceptus! istiusmodi convitia hac aetate *ferimus*, *non reprehendimus*. Hic quaenam tandem est ἐναντιοφάνεια? Persarum manibus ereptum in hoc conflictu Regis cadaver victores aliquantisper tenuerunt Spartiatae; sed hi, *vincendo fatigati*, *vim hostium*, ἀεὶ νέων ἐρχομένων, *non sustinuerunt*, atque eodem die omnes, ut notum est, interierunt, Persisque adeo victoribus Leonidae regium quoque reliquerunt cadaver, quod capite truncatum iratus Xerxes in crucem tolli iussit. [In editis deinde Animadversionibus silentio hunc locum idem *Reiskius* praeteriit.] Secundum fictum *Plutarch.* T. II. p. 306. n. [in libello qui *Parallela* inscribitur] ex Leonidae cadavere Persa τέμνει τὴν καρδίαν, καὶ εὗρε δασεῖαν: verbis mutatis illinc rem narrat eamdem *Stobaeus* p. 92, 5.; utrique citantur *Aristidae Persica*, omnibus aliis invisitata; apud illum mox in historia Romana laudatur etiam *Aristides Milesius*: istiusmodi nebulonum mendacia vix digna sunt memoratu. Lipsiensis nunc forte Criticus R. [*Reiskius*] fatebitur, *cunctante stylo elaborata* veterum scripta paulo esse consideratius contrectanda. VALCK. — Ad locum quod spectat, ad quem ista disputavit *Valckenarius*, adnotare equidem in *Var. Lect.* debueram, in *Editis ante Wess.* et in *Msstis* sic constitutam distinctamque esse orationem: πίπτουσι μαχεόμενοι ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω. Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς etc. Sic quidem et noster cod. *F.* (nisi quod in hoc μαχόμενοι scribitur) nec ex aliis codicibus aliud quidquam adfertur nisi ὠθησμὸς ex *Pa.* et quod ex uno *Pd.* *Larcherus* adnotavit, *post* μαχεόμενοι in illo *incisam esse orationem*, *post* Λεωνίδεω *non esse interpunctam.* Ut olim alii, sic et *Valla* legerat, interpretatusque erat: *Hi duo Xerxis fratres super cadavere Leonidae pugnantes occubuere, adeo vehementi Persarum Lacedaemoniorumque conflictu, ut Graeci* etc. Atque in eadem ratione adquiescere fortasse debueramus. Primus *Gronovius* suspicatus erat, post μαχεόμενοι forsan interpungendam fuisse orationem, ut verba ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ etc. ad sequentia referrentur: eam-

dem vero suspicionem rursus deposuit, quoniam ita nimis abrupte inchoaretur sequens periodus, Ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ τοῦ Λεωνίδεω etc. Nihilo minus *Wesselingius* post μαχεόμενοι quidem interpunxit orationem, proxime sequentia vero verba intacta reliquit, nullam in Notis super hoc loco dubitationem significans, at in latina tamen versione coniunctivam adiiciens particulam: *Xerxis igitur duo fratres pugnantes occubuere; adeoque vehemens de cadavere Leonidae fuit Persarum Lacedaemoniorumque conflictus* etc. Post hunc *Schaeferus*, tenens post μαχεόμενοι interpunctionem, ante ὑπὲρ τοῦ νεκροῦ, καὶ particulam ex coniect. adiecit; quae particula ex *Schaeferiana* editione in nostram propagata est. At equidem, si modo necesse utique fuit a vetere ratione discedere, profiteor paulo expeditiorem mihi nunc videri *Valckenarii* rationem, in eamdem cum *Schaefero* sententiam ὑπέρ τε τοῦ νεκροῦ corrigentis. Potuerit vero nihilo minus deinde post Περσέων eadem τε particula suum locum tueri. *S.*

4. ὑπερεξείρυσαν) Raritate commendatur, nullo alio privilegio: idem ὑπεξείρυσαν, *subtraxisse* videlicet sua virtute pugnantibus Persis *Spartanos Leonidae corpus.* Nam, quod illi Xerxes deinde turpiter insultavit, tum contigit, cum trecenti post strenuum certamen occubuerant omnes. Frustra enim in his difficultas quaeritur. Porro [*lin.* 7.] ἐτετρόπουτο τὸ νεῖκος ex *Pass.* legitimum puto. Νεῖκος de bello et pugnae contentione c. 158. alibique. Geminum ferme lib. IX. 101. ἐνθεῦτεν ἤδη ἐτετρόπουτο τὸ πρῆγμα. WESS. — ὑπεξείρυσαν *lin.* 4. cum *Schaef.* ex *edd. ante Gron.* revocavi. Codex *Med.* autem cum *Pass. Ask.* et uno ex *Paris.* non ὑπεξείρυσαν dabat, ut in nostra *Var. Lect.* perperam scriptum, sed ὑπερεξείρυσαν: quod ego quidem librariorum errori adscribendum puto, *Wesselingius* vero a *Gronov.* receptum in contextu tenuit: quibuscum noster etiam cod. *F.* fere consentit, qui non, ut in *Var. Lect.* dixi, ὑπεξείρρυσαν, sed (ut, codice iterum inspecto, nunc primum animadverto) ὑπερεξείρρυσαν praefert. *S.*

10. ὁ δὲ κολωνός ἐστι etc.) Parendum fuit scriptis libris. *Plutarchi* editiones Κολωνὸν ostentant, sicuti et *Aldus*, quasi proprium nomen. Prope eum collem Λεωνίδου σῆμα apud *Philostratum* Vit. Apoll. lib. IV. 23.; verius Noster. Adde

Simonidae Epigramma Anthol. III. 5. p. 296. WESS. — Vide Anal. *Brunckii* T. I. p. 132. num. xxxv. *S.*

12 *seqq.* *μαχαίρῃσι, τοῖσι αὐτέων etc.*) *Tan. Fabri* coniecturas acerbius taxari animadverto, addique contextui haud illud satis opportunum. Codicum inconstantia optionem reliquit liberam, qua, praesertim cum *Longinus* praeiret, utendum censui. Namque ex eo advocatum, et princeps editio et Mssti, teste Cl. *Zach. Pearce*, offerunt, prorsus Herodoteis, uti vulgari iussi, concordans. Hoc amplius, καὶ χερσὶ καὶ στόματι a sequente κατέχωσαν punctione separavi, eiusdem *Longini*, cui στόμασι μάχεσθαι mera hyperbola, ductu. *Cicero* Laconici in eo genere quidpiam observavit, *adolescentum greges*, inquiens Tuscul. Disput. V. 27, *Lacedaemone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique.* Quod itaque his aptum haerebat, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες, barbaros *manibus oribusque defensantes* sese *Spartiatas* iaculis *obruisse* et quasi contumulasse, cultissime pingit. Grande oppido καταχωσθῆναι βέλεσιν, eodem *Longino* monitore. Hinc *Aristides* T. II. pag. 190. κατεχώσθησαν ὑπὸ τῶν βαρβάρων: *Philostratus* Vit. Apoll. IV. 23. ἐπὶ τὸν κολωνὸν, ἐφ' οὗ λέγονται Λακεδαιμόνιοι περιχωσθῆναι τοῖς τοξεύμασι: *Libanius* Or. XXXV. p. 690. A. ὡς δὲ πολλοῖς ὀλίγους καταχώσας τῶν Λακεδαιμονίων ἐν Πύλαις, ubi *Morellus* nihil vidit. WESS.

12-15. *ἀλεξομένους μαχαίρῃσι etc.*) Quod, postea temere reiectum, olim placuerat *T. Fabro*, mihique venerat in mentem, hoc a Codicibus subministratum (Diss. *Herod.* pag. 123.) revocabitur in contextum, sic, ut puto, collocandum: ἀλεξομένους μαχαίρῃσι (τοῖσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι,) καὶ χερσὶ καὶ στόματι, κατέχωσαν οἱ βάρβαροι βάλλοντες. In his ista, καὶ χερσὶ καὶ στόματι, ab interpretibus *Longini*, *Fabro*, *Dacierio*, *Tollio*, variis tentata coniecturis, unus recte ceperat *Boileavius*, ut accipienda docuit l. c. Clar. *Wesseling.* Τοῖσι, dubio vacuum, sic adhibetur lib. VIII. c. 89., ἅτε γὰρ νέειν ἐπιστάμενοι, τοῖσι αἱ νέες διεφθείροντο, — — ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον. Sed haec, τοῖσι αὐτέων ἐτύγχανον ἔτι περιεοῦσαι, nempe αἱ μάχαιραι, apte respondent ad ista c. 223., δόρατα μέν νυν τοῖσι πλέοσι αὐτέων τηνικαῦτα ἐτύγχανε κατεηγότα ἤδη, οἱ δὲ τοῖσι ξίφεσι διεργάζοντο τοὺς Πέρσας: pro

more videlicet istius aevi, quo, *hastâ fractâ*, *gladiis utebantur*. VALCK. — Olim, quum imperite iuncta legerentur verba καὶ χερσὶ καὶ στόμασι κατέχωσαν οἱ βάρβαροι, *Valla* intellexerat *barbaros*, *et manibus et* v o c i b u s *incessentes Spartanos*; *Gronovius* vero, *et manibus et* m u c r o n i b u s. *S.*

CAP. CCXXVI. 5 *seq.* ὡς - - - τὸν ἥλιον - - - ἀποκρύπτουσι) *Sagittis Persarum solem obscurari solere*; sic optime *Valerius Maxim.* Herodoteum interpretatur ἀποκρύπτουσι lib. III. c. 7. fin. Aliter *Cicero* Tusculan. I. 42. ubi de hoc egit Spartani dicto *Davis*. Pauca dederant viri Docti ad *Frontin.* IV. c. 5, 13. Proxima [*lin.* 7.] τοσοῦτό τι πλῆθος (τὸ πλῆθος saltem scribendum,) αὐτέων εἶναι: illa, nec miror, maluisset omissa *Iac. Tollius* ad *Longin.* p. 223. [Equidem nec invitus tueri illa suum locum passum sum: nec τὸ articulum pro τὶ requisivi.] Unicum hoc tantum Dienecis Spartani dictum Noster retulit, nullum Leonidae vel aliorum de trecentis istis: feruntur tamen plura, et sane digna seculorum memoriâ; quorum omissionem non adeo negligentiae *Plutarchus* imputat, quam malevolentiae T. II. p. 866. c. n. et, ne quis minima diceret historicum intacta praetermisisse, ὁ δὲ, inquit, τὴν Ἀμάσιδος ἀποψόφησιν etc. qualia dum nequeunt negari, vellem equidem nec dici potuisse. VALCK.

7. τοσοῦτό τι πλῆθος αὐτέων εἶναι) *Eustathium* arbitreris hic aut superius νέφος invenisse: καὶ σημείωσαι, scribit, ὅτι τὸ παρ' Ἡροδότῳ νέφος βελῶν, ὑφ' ᾧ ὡς ὑπὸ σκιᾷ ἐχρῆν μάχεσθαι, συγγενῶς ἔχει τῇ Ὁμηρικῇ ταύτῃ λέξει. *Iliad.* Θ'. 159. Id si vere reperit, adconmodum utique fuisset. Ego vero ex scriptorum exemplarium taciturnitate addubito, vacillantique eius memoriae adscribo. *Cicero*, non Trachinium quendam, sed Persen hostem in colloquio haec dixisse gloriantem Tusc. Disp. I. 42. adfirmans, notatur a *Pet. Victorio* Var. Lect. lib. XXVII. 9.; quem et *Davisium* adi. WESS. — Ad vocab. πλῆθος quod adtinet, nisi consentirent (quoad quidem novimus) codices, facile crederes variandi caussa nunc h. l. νέφος scripsisse *Herodotum*, et sedem nominis, cui peropportunus hic locus erat, interpretamentum occupasse. Sic quidem Νέφος *Hesychius* cum Scholiastis *Homeri* et *Euripidis* πλῆθος interpretatur: conf. *Wetsten.* ad Epist. ad Ebraeos c. XII, 1. *S.*

CAP. CCXXVIII. 3 *seqq.* ἐπιγέγραπται γράμματα *etc.*) Ubi duo leguntur de his tribus epigrammata priora, Anthol. III. c. 5. [Anthol. *H. Steph.* p. 200. Anal. *Brunck.* T. I. pag. 131 seq.] plura sequuntur εἰς τοὺς ἐν Θερμοπύλαις θανόντας scripta: quod illic est 24. Εἰ τὸ καλῶς θνήσκειν etc. *Simonidi* tribuitur in *Scholiis* ineditis in *Aristidis* Panathen. Sed magnificum *Simonidis* ad lyram cantatum ἐγκώμιον τῶν ἐν Θερμοπύλαις θανόντων [Anal. *Br.* T. I. p. 123 seq. num. xv.] nobis custodivit *Diodorus Siculus* XI. c. 11., ipsemet exquisitis laudibus fortissimos viros dignatus. Variabant forte Codices [*lin.* 9.] in *Epigr. secundo*: legitur apud *Strabon.* IX. p. 656. [pag. 429. ed. Cas.] Ὦ ξεῖν' ἀπάγγειλον: apud alios ut vulgatur apud *Herodot.* Mihi non displicet quod est in marg. Ed. *Steph.* Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις: convertit Latine *Cicero* Tusculan. I. 42. ubi notat *Davis.* In *secundo versu* [*lin.* 10.] alteri longe praestat Herodotea lectio: τοῖς κείνων ῥήματι πειθόμενοι: alludit Poëta *Lycurgi* τὰς καλουμένας ῥήτρας. VALCK.

9. ἀγγέλλειν) Frequens ἀπαρεμφάτων usus, et schedae id securum et verum praestant. Adsimile c. 110. ἐμοὶ χρᾶσθαι ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ, *in me ut mendacem consule.* Latina Tullii, *Dum sanctis patriae legibus obsequimur*, bona sunt, sed ex *Simonidae*, ut ille censuit, πειθόμενοι νομίμοις. In vulgato, alludente ad Spartanorum Ῥήτρας, omnes acquiescunt Codd. cum *Suida.* WESS.

CAP. CCXXIX. 5 *seq.* ἐς τὸ ἔσχατον) Adstipulor Cl. *Wasse* ad *Thucydid.* IV. 12., hoc laudanti. Alia in re superius c. 107. ἀλλὰ διακαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον. *Diodorus*, *Polybius*, *Agatharchides* etc., invitis tamen Grammaticis, de morbosis ἐσχάτως ἔχειν et διακεῖσθαι. Vide *Diodorum* XVIII. 48. et doctissimum *Trillerum* in *Thom. M.* Ἐσχάτως. WESS.

Ibid. ὀφθαλμιῶντες ἐς τὸ μέγιστον) Ἐς τὸ ἔσχατον legendum decernit *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* IV. cap. 12., codices (quod alibi solet) non commemorans: praebet illud margo *Steph.* lectum quoque *Vallae*, neque tamen non reperiuntur ἐς τὸ μέγιστον, et ἐς τὰ μέγιστα: permutanturque phrases, τὰ ἔσχατα ἀσεβεῖν, et τὰ μέγιστα ἀσεβεῖν. In malis tamen vitiisve ponere malunt εἰς τοὔσχατον· πρὸς τοὔσχατον· ἐπ' ἔσχατον: ἠνίκα μὲν εἰς τὰ ἔσχατα Ἀρχίδαμον, est in Xenoph. Ἑλλ. V. p. 334, 29. *Extremam lippitudinem* intellexit *Valla. Pla-*

in Gorgia p. 496. A. νοσεῖ που ἄνθρωπος ὀφθαλμοὺς, ᾧ ὄνομα ὀφθαλμία: de *coecitate* posuit *Aristoph.* in prima ed. Pluti vs. 115. Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας: cui versui hunc postea substituit, illic in *Scholiis* memoratum: Τῆς συμφορᾶς ταύτης σε παύσειν, ἧς ἔχεις: sive, ἥ σ' ἔχει. *Timocles Athenaei* VI. p. 223. c. Ὀφθαλμιᾷ τις; εἰσὶ Φινεῖδαι τυφλοί. VALCK.

14. λειποψυχέοντα) Si verum esset quod Lexicographis traditur, *apud Thucydid.* λειποψυχεῖν *sumi etiam pro ignavum esse;* illuc potuissent referri quae *Wasseus* alienissimo loco posuit p. 245. n. 43. [ad lib. IV. c. 13.] Τῇ εὐψυχίᾳ opposita *ignavia* dicitur etiam ἀψυχία: *animi deliquium*, aliis λειποψυχία, Ionice vocabatur ἀψυχίη: forsan itaque *ignavus* sive *pusillanimis* novatori *Herodoto* est λειποψυχέων. Coniecisse se scribit aliquando *Reiskius* δειλοψυχέοντα. Poni saltem debuerat φιλοψυχέοντα: hoc si praeberet scriptus Codex, anteponerem vulgato, velut isthac etiam aetate usitatum. *Tyrtaeus* apud *Lycurg.* c. *Leocr.* p. 163, 4. Ἀλλὰ μέγαν ποιεῖτε καὶ ἄλκιμον ἐν φρεσὶ θυμόν. Μηδὲ φιλοψυχεῖτ', ἀνδράσι μαρνάμενοι. Ex Homericis expressum insigne *Theopompi* dictum habet *Clemens Alex.* Strom. VI. p. 749, 10. Εἰ γὰρ ἦν τὸν κίνδυνον τὸν παρόντα διαφυγόντας ἀδεῶς διάγειν τὸν ἐπίλοιπον χρόνον, οὐκ ἂν ἦν θαυμαστὸν φιλοψυχεῖν: attigit eximius *Ier. Markland.* in *Lysiae* p. 44, 4. et *Ioannis* Ev. xii, 25. ubi plurima collegit *Wetsten.* VALCK. — Vulgatum pertinaciter tuentur libri omnes. *S.*

14 *seq.* Εἰ μέν νυν ἦν μοῦνον *etc.*) Versavit hunc locum *Reiskius*, vitii, uti suspicatur, reum mancumque. Medicina, quam invenire se negat, in promtu erit, modo [pro ἀλογήσαντα, quod *Gronovio* placuerat,] ἀλγήσαντα, h. e. ὀφθαλμιῶντα, *oculorum morbo dolentem*, revocemus. Quid enim? An Aristodemus ἀλογήσας, *praeceptorum contemtor* Leonidae, Spartam redux, sine poena abiisset? Non sierit Lycurgus nec militaris disciplina, apud *Aelianum* in *Suidae* Κάκη. *Oculorum morbus* obtentui, cur praelio afuerit, posuit esse, nulla ἀλογίη. Quod *Portus* ἀλγεῖν semel excitavit ex lib. IX. 22., nihil ad rem. Habet lib. III. 40. et 43. atque alibi. Magis urgeret ἀλγεῖν, sine comite positum, de morbo doloreque oculorum, ni ὀφθαλμιῶντες Eurytus et Aristodemus in hac quaestione praecessissent. WESS.

CAP. CCXXXI. 3. οὔτε οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔναυε) Frequens inter Graecos olim abominandi flagitiosos et infames genus. Id *Lycurgo* in Aristogit. p. 196. μήτε πῦρ ἐναύειν, μήτε συσσιτεῖν μηδένα, μήτε θυσιῶν τῶν γιγνομένων κοινωνεῖν. Et enucleatius atque amplius *Demostheni* Or. I. in Aristogit. p. 490. μὴ πυρὸς, μὴ λύχνου, μὴ ποτοῦ, μὴ βρωτοῦ, μηδένα μηδενὸς τούτῳ κοινωνεῖν, μηδὲ λαμβάνειν, μηδ' αὐτὸν τούτῳ διδόναι. Atque hac aversatione Athenienses ulti Socratis fuerunt accusatores, ὡς μήτε πῦρ ἐναύειν, μήτε, uti Spartani Aristodemum, ἀποκρίνεσθαι πυνθανομένοις in *Plut.* T. II. p. 538. A. Sed talia privo Attici iudicio et odio; Spartae lex ea infamiae nota τοὺς τρέσαντας, sive *fugaces*, atque ἐν μάχῃ καταδειλιάσαντας, adspergebat apud eundem, Apophthegm. p. 191. B. Estque hinc Aristodemus ὁ Τρέσας *Aeliano* de Anim. lib. IV. 1. et *Suid.* in Λυκοῦργος. Confer lib. IX. 70. WESS. — Cui publicitus inusta fuerat nota turpitudinis, (Ἀτιμοῦται μὲν γάρ τις ὑπὸ τῶν νόμων ἐλεγχθεὶς ἀτιμίᾳ: *Ammon.*) huic πῦρ οὐδεὶς ἔναυε Σπαρτιητέων, οὔτε διελέγετο. Veteres verbum adhibuerunt Ἐναύειν veluti proprium in hoc humanitatis officio, infamia notatis denegato: vid. apud *Suidam*, in Ἐναύειν, *Polybii* locus, et Scriptoris incerti de Callixeno loquentis, ex historia Graeca notissimo; sed in huius loco scribendum: μήτε ὕδατος ἐκοινώνουν αὐτῷ, μήτε πῦρ ἐναύειν ἐβούλοντο. Atque id ipsum verbum in Attici Buzygis fuisse videtur execrationibus. *Diphili* parasitus apud *Athen.* VI. p. 239. A. Ἀγνοεῖς ἐν ταῖς ἀραῖς Ὅτι ἐστὶν, εἴ τις μὴ φράσει ὀρθῶς ὁδὸν, Ἢ πῦρ ἐναύσει, [fors. ἢ πῦρ μὴ 'ναύσει] ἢ διαφθείρει ὕδωρ. *Cicero* de Off. III. c. 13. *Quid est aliud erranti viam non monstrare, quod Athenis execrationibus publicis sancitum est.* Saepius ἀραὶ memorantur: ἀραὶ Βουζύγειοι, huius legibus additae, non video cur prae aliis *publicae* dicerentur: in voce *publicis* nomen forte latet *Buzygis* antiquissimi legislatoris: velut in transcursu *S. Petitus* illius facit mentionem ultimo commentario in Leges Atticas. *Buzygis* leges, velut a natura praescriptas humanitati, omnium paene primas collocassem. *Vetuit etiam alteri facere, quod sibi quis fieri nollet; vetuit* et περιορᾶν ἄταφον σῶμα. *Schol.* in *Soph.* Antig. 262. Βουζύγης Ἀθήνησι κατηράσατο τοῖς περιορῶσιν ἄταφον σῶμα. Aliam Βουζύγειον ἀρὰν, *Buzygis execrationem*, ubi laudaverat *Clemens Alexand.* Strom. II. p. 503, 17.

[p. 308. ed. Lugd. Bat. 1616.] latet nomen in *Βουζύγιον*: quod non intellexit interpres. VALCK. — Quem hic ex reconditae eruditionis suae penu *Buzygen* nobis produxit Vir longe doctissimus, de eo praeter auctores ab ipso citatos consuli *Hesychius* in Βουζύγης potest et qui ibi alii a doctis interpretibus laudantur. Quod autem *Ciceroni* l. c. pro *publicis* restituendum *Buzygis* nomen suspicatus est idem admirabilis in indagandis sanandisque corruptis veterum scriptorum locis artifex, illi coniecturae speciem praesertim conciliare videri poterant ea quae in Proverbiorum e Vatic. Biblioth. Appendice Cent. I. num. 21. leguntur: ubi quod scribitur: Βουζύγης· ἐπὶ τῶν πολλὰ ἀρωμένων: id recte latine redditum, *Buzyges* (scil. *dicitur*) *de multa imprecantibus*. Tum vero, quae consequuntur Interpreti non intellecta: ὁ γὰρ Βουζύγης Ἀθήνησιν ὁ τὸ ἱερὸν ἄροτρον, ἄλλα τε πολλὰ ἀρῶται, καὶ τοῖς μὴ κοινωνοῦσι κατὰ τὸν βίον ὕδατος ἢ πυρὸς, ἢ μὴ ὑποφαίνουσιν ὁδὸν πλανωμένοις: haec nonnihil partim defecta partim corrupta esse adparet. Supplendum ὁ τὸ ἱερὸν ἄροτρον ἄγων, aut ex *Hesychio* legendum ὁ τὸν ἱερὸν ἄροτον ἐπιτελῶν, et, pro ἀρῶται, ἀρᾶται scriptum oportuisse nemo dubitaverit. Sed haec quidem nihil ad *Herodotum*. *S.*

4. ὁ τρέσας Ἀριστόδημος) Hinc memoratur *Aeliano* de *Nat. An.* IV. c. 1. fin. Τῶν τρεσάντων qui dicebantur Spartae, *Tyrtaeus* iam meminit in *Stobaei* Flor. *Grotii* p. 191., Τρεσσάντων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετή. vid. *Io. Meurs.* Misc. Lac. lib. III. c. 7. Sed et his nonnunquam *redit in praecordia virtus*; ut huic etiam evenit Aristodemo; nam, cum apud Plataeas strenue pugnasset, ὁ ἄτιμος factus est iterum, ut ante fuerat, ἐπίτιμος. Spartae quoque οἱ ἄτιμοι liberabantur infamia: vid. Clar. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 372. [ad lib. XIX. c. 70.] Spartanurum ingenio congrua narrat *Xenophon* de Republ. Lacedaem. p. 398, 19. Qui nobis *Aristodemum* memorat, et *Pantiten*, [cap. ccxxxii, 3.] si notos habuit, aliorum potius meminisse potuerat, quos laudat *Plutarch.* T. II. p. 866. c. Horum unus, epistolam Spartam deferre iussus, dixisse fertur Leonidae: μαχατὰς τοι, οὐκ ἀγγελιαφόρος, εἰπόμαν: sive potius οὐ κᾶρυξ, ἀλλὰ μαχατὰς, ἀκολούθηκα: ut ferme legitur p. 225. E. VALCK.

CAP. CCXXXIII. 1 *seqq.* Οἱ δὲ Θηβαῖοι *etc.*) Quae de *Thebanis* sequuntur, hinc excerpta, refutanda sibi sumit *Plutarch.* T. II. p. 866. D. E. et p. 867. A. ubi *Leontiadem* negat, *Thebanorum ducem* ait Anaxandrum fuisse, sequutus *Aristophanem* Boeotum et *Nicandrum* Colophonium. Huius *Leontiadae filium Eurymachum* postea temporis scribit *Herod.* [*lin.* 18 seqq.] *a Plataeensibus interfectum*; quod, quinquaginta circiter annis postquam haec evenissent, accidit anno primo belli Peloponnesiaci: *Thucyd.* II. c. 2. et 5. VALCK.

8. λέγοντες τὸν ἀληθέστατον τῶν λόγων) Triumphat hic *Plutarchus*, Nostri malignitatem traducens, nonnulla consulto negligentis, alia absurde tradentis. *Tanto in tumultu qui potuit inaudiri Thebanorum inploratio?* rogat. *Quomodo Thessalorum pro illis intercessio?* Enimvero, si quae Scriptor dolo malo celavit, inprobo vehementer. At, unde explorata illi fuisse, quae silentio pressa dicuntur, cognoscemus? De precibus quid mirum, quum Thebani a Graecis sese seiunxerint; neque abhorret, allegasse, dum ipsorum plures contrucidarentur, deprecatores Thessalos. Possunt profecto multis veterum traditionibus difficultates cieri, eaeque expeditu operosae, quibus veritas non exstinguitur. Nam, *inpudentissime mentiri Herodotum de stigmatibus et Leontiada*, cuius filio aequalis fuit, *ceterisque Thebanis*, cum *Camerario* non adducor ut credam. WESS.

20. ἀνδρῶν Θηβαίων τετρακοσίων) *Thucydides* II. 2. trecentis paullo plures, ὀλίγῳ πλείους τριακοσίων, fuisse perhibet; *Diodorus*, numero rotundo, ccc. lib. XII. c. 41. *Necem Eurymachi*, ἀνδρὸς Θηβαίων δυνατωτάτου, quae principio belli Peloponnesiaci accidit, signat *Thucydides* c. 5. WESS.

CAP. CCXXXIV. 10. ἐν τῇ Λακεδαίμονι) Sic optime ex membranis Cl. *Gronovius.* Nec male c. 235. ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα χώρην exemplar *Arch.* Omnem enim regionis tractum, in quo Sparta, *Lacedaemonem* esse et dici, notum nimis est. *Aeliani* Var. XII. 43. ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μόθακας ἐκαλοῦντο, bene scripti Codices ἐν Λακεδαίμονι. WESS.

Ibid. ἔστι ἐν τῇ Λακεδαίμονι Σπάρτη) Parum puto referre, utrum Λακεδαίμονι probetur, an Λακεδαιμονίῃ: dummodo regio Laconica intelligatur per Λακεδαίμονα. Λακεδαίμονα χώρην dixit cap. sequenti. Multo mihi maioris videtur

momenti ex his Herodotei Demarati manifesta *Spartiatas* inter et *Lacedaemonios* differentia; veteribus illa nonnunquam, sed a recentioribus saepenumero neglecta. *Lacedaemoniorum* in universum *magnum* ait Demaratus *esse numerum, multasque civitates;* sed inter has eminentem *Spartam cives ad summum numerare octo* duntaxat *hominum millia; ceteros* quidem *Lacedaemonios egregios* esse *bellatores, sed qui non possint ad Spartanos aequiparari.* Penes Spartanos erat imperium, quod exercebant in Laconicae civitates ceteras, sive τοὺς ἐκ τῶν περιοικίδων πόλεων. Erant illi quidem dicebanturque Λακεδαιμόνιοι: sed non, contra, aliarum Laconicae civitatum incolae dicebantur olim *Spartani* vel *Spartiatae*; his ubicunque opponuntur οἱ περίοικοι, sive οἱ Λακεδαιμόνιοι, quinam sint intelligendi, clarum est ex his *Herodoti.* Credi vix potest quoties hac in re fuerit ab eruditissimis hominibus erratum; quae hic dici possent permulta, locus non admittit. VALCK.

16. ἔχεις αὐτέων τὰς διεξόδους) Zopyrus, ἐπίσταμαι δ' ἑωυτοῦ πάσας τὰς διεξόδους τῶν βουλευμάτων, lib. III. 156. Quod *Galeus* autem [*lin.* 17.] ex *Arch.* βασιλεὺς τούτων γενόμενος, dolendum est in illo non inveniri. *Valla* expressit, ex codice an coniectura incertum, satis alioqui adcommodatum. WESS.

CAP. CCXXXV. 6. Χίλων) Parum refert, Χείλων legatur, an Χίλων, ex caussa ad lib. I. 59. exposita: posterius, de quo *Sosip. Charisius* Grammat. lib. I. p. 78., malui. Prudens *Chilonis*, πρόνοιαν περὶ τοῦ μέλλοντος λογισμῷ καταληπτὴν hac tenus arbitrati, de Cytheris effatum, hinc *Diogenes Laërtius* I. 72. in hortos suos derivavit: nam quae de Nicia, insulam bello Peloponnesiaco occupante atque oras Laconicae ex ea infestante, *Thucydidi* debentur lib. IV. 53. WESS.

CAP. CCXXXVI. 5. ἐνδεκόμενον λόγους) *Aldi* istud qui mutatum iverunt, nullam ad *Herodotum* inierunt gratiam: nam solum veritate fulciebatur. Mox c. 237. οὐ γάρ δὴ ἐκεῖνό γε ἐνδέξομαι. Clarius lib. V. 92. τῶν δὲ συμμάχων τὸ πλῆθος οὐκ ἐνεδέκετο τοὺς λόγους. Postmodum [*lin.* 9.] in ἐπὶ τῇσι παρεούσῃσι τύχῃσι nisi ad sententiam ἡμέων adsumatur, ea profecto laborabit. WESS.

9. τῶν νέες νεναυηγήκασι) Tollendum puto litteram male

repetitam, scribendumque, τῷ νέες: *Tu, τῷ, cui naves quadringentae naufragio perierunt, εἰ* --- ἄλλας τριηκοσίας ἀπολέσας. [τῷ recepit *Borh.* At τῶν tenent libri omnes: idque ea ratione, quae est a *Wess.* exposita, locum suum tueri commode potest.] Quod praecessit, [*lin.* 7.] τρόποισι τούτοισι χρώμενοι οἱ Ἕλληνες χαίρουσι: *istiusmodi moribus*, vel *isthoc ingenio solent esse Graeci*: me iudice, non potuit illud inverti, scribique, χαίροντες χρῶνται: neque adeo ab *Antiphane* apud *Athen.* IV. p. 169. F. χαίροντες ὀνομάζουσιν: sed scribi debuit χαίρουσιν ὀνομάζοντες, ut recte vulgarunt viri docti in *Poll.* X. 106. [et sic nunc legitur in nupera *Athenaei* editione.] Hoc constantissimus sibi postulat Atticorum usus, alterum non admittit; atque hic Graece doctissimum *Is. Casaubonum* memoria fefellit. VALCK. — His adde quae de isto usu verbi χαίρειν *Hermannus* ad *Viger.* Adnot. 207. enucleatius disputavit. *S.*

18. γνώμην ἔχει) Suspicionem docti viri [*Reiskii*] liber *Arch.* stabilit, Ἔχω ex *Ask.*, cum Achaemenis ad regem oratio instituatur, suadentis desiderio haud respondet: pristinum vero ἔχων multo minus, nexum sermonis manifesto turbans, Ἀντιπόλεμοι supra lib. IV. 140. in censuram venerunt. WESS.

23. τρῶμα ἀνιῶνται) Singularis in miranda hac verbi forma exemplarium scriptorum consensus exstat. Sunt docti homines, qui repeti posse negant ab ἀνιᾶσθαι, illo scilicet, quod ex ἀνά atque ἰᾶσθαι coaluit, reponuntque ἀνιῶνται. Contra ea *Portus*, ἀνά nullam vim addere verbo adseverat, atque ἀνιᾶσθαι tantum valere, ac ἰᾶσθαι: cuius opinionis nullum, nisi fallax ancipiti in suspicione, fundamentum. Optime τρῶμα ἰᾶσθαι, βλάβην ἰᾶσθαι, et similia usurpari, in confesso est. Quid si ergo vocabulo disparato et secto τρῶμα ἂν ἰῶνται scribatur? Sic Ionicum erit, loco futuri ἰήσονται, cuiusmodi lib. III. 53. δοκέων μὲν μάλιστα ταύτῃ ἂν πείθεσθαι, pro πείσεσθαι, ac plura in *Porti* promtuario et *Rich. Dawes* Miscell. Critic. p. 80. Mihi, multum et varie versanti, lenissima haec vocis visa medicina fuit, nescio an aliis. WESS. — Equidem cum *Schaef.* et *Schneid.* (Lexic crit. voc. Ἀνιάομαι) in vulgato adquiescendum putavi. Ut latine non modo *sarcire*, sed et *resarcire* dicimus; utque nonnulli non solum *mederi*, sed et *remediare* et *reme-*

diaţi dixerunt: sic graece non modo ἰάομαι, sed et ἀνιάομαι (ionice ἀνιέομαι) nec ita male dici potuisse videtur. S.

CAP. CCXXXVII. [9. δυσμενὴς τῇ σιγῇ) Vix usquam alibi sic τῇ σιγῇ adiecto articulo positum reperiri puto. Itaque δυσμενὴς κη (vel κῆ) σιγῇ scriptum oportuisse mihi persuaseram, atque haud cunctanter ita editurus eram, nisi vulgata scriptura apud *Stobaeum* quoque non modo in *Gesnerianis* editionibus (quas passim ex vulgatis Auctorum editionibus consulto mutatas novimus,) verum etiam in ipsa principe editione Veneta exstaret. S.]

Ibid. οὐδ' ἂν συμβουλευομένου) Quod Poëta, *nimium ne crede colori*, hic observatum magnopere vellem. Mutanti viro Celeb. [*Gronovio*] οὐδὲ ἂν repugnant genius sermonis et Codicum caterva. Illud autem [*lin.* 12.] ξεῖνος - - - ἐστὶ εὐμενέστατον neminem, *Herodoto* certe familiarem, morari debebat. *Euripides* Orest. 232. Δυσάρεστον οἱ νοσοῦντες, ἀπορίας ὕπο. Verum operae in talibus coacervandis taedet. WESS.

16. ἔχεσθαί τινα) Inmigravit in pleraque Lexica Περιέχεσθαι, *abstinere*, ex vulgato; qua id tamen potestate in Musis *Herodoti* nusquam, sed *amplectendi* ac *retinendi*. Corrigit *Abreschius* Diluc. Thucyd. p. 373. addita negatione, οὐ περιέχεσθαι, quam res sane videbatur postulare. Placuit verbo caput, volentibus schedis, detruncare: κελεύω ἔχεσθαι, *iubeo abstinere*. οἱ Αἰγινῆται ἔσχοντο τῆς ἀγωγῆς, *ab illo abducendo abstinuerunt*, lib. VI. 85. *Homerus* saepe, cuius versus, a Cl. *Gesnero* ad *Luciani* Syr. D. cap. 22. memoratos, praetermitto. WESS.

CAP. CCXXXVIII. 1 *seq.* διὰ τῶν νεκρῶν καὶ Λεωνίδεω) Ex Mstis iuncta haec procedunt: praepositio περὶ post regis olim posita nomen, aliunde (ut *Gronov.* bene) accesserat. Διὰ τῶν νεκρῶν, *praeter* [vel, *inter*] *mortuos Leonidenque*. Ita lib. I. 199. δι' ὧν οἱ ξεῖνοι διεξιόντες ἐκλέγονται, *praeter quas mulierculas transeuntes eligunt*. Graeci Interpretes Ezech. XVI, 8. καὶ διῆλθον διὰ σοῦ. *Aristaenetus* lib. I. Epist. 13. τῆς ποθουμένης ἐκ τ' αὐτομάτου παριούσης διὰ τοῦ μειρακίου. Talium in Graecis uberrima messis. WESS.

[10. οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἐποίευν etc.) Haec si cum VII. 36, 1. conferantur, docebunt, puto, recte ibi a nobis accepta esse verba ista, καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον τοῖσι προσεκέετο αὕτη ἡ ἄχαρις τιμή. S.]

CAP. CCXXXIX. [1. Ἄνειμι δὲ ἐκεῖσε τοῦ λόγου, τῇ μοι τὸ πρότερον ἐξέλιπε.) Priusquam ad reliquam rerum hoc bello gestarum narrationem progrediatur Scriptor, redit paulisper ad ea quae superius (*cap.* 220.) dixerat, et ibi dictis nonnihil adiicit. τὸ πρότερον, quod ex cod. *F.* recepi, idem ac nudum πρότερον valet. Adverbiis temporis et loci ex abundantia articulum illum a Nostro praepositum frequenter iam observavimus. *S.*]

[5. ἐπύθοντο δὲ τρόπῳ θωμασίῳ) Haec verba in latina nostra versione iniquo loco posita esse animadverto. Post ista, *quod paulo ante memoravi*, reponenda haec sunt: *Resciverant autem mirabili quadam ratione.* Scilicet mirabile fuit primum hoc, quod a *Demarato* exsule et hoste patriae nuncium illum acceperunt Lacedaemonii: deinde mira fuit ratio, qua eumdem nuncium Spartam deferendum Demaratus curavit. *S.*]

11. ἐν Σούσοισι) Unice verum, et iure a viro Celeb. reformatum. In *Diodori* XVII. 107. olim αὐτὸς δὲ παραλθὼν εἰς Σοῦσαν, verum contra schedas. *H. Stephanus* consimilem ibi ex *Plut.* de Alex. Fort. p. 326. urbis eius scripturam produxit, pravam tamen et ex Codicum fide corrigendam. WESS.

14 *seqq.* δελτίον δίπτυχον λαβὼν *etc.*) Ex hac narratiuncula voces aliquot excerpsit *Suidas*; primum in Ἐξέκνισεν, quod interpretatur ἐξέψησεν, ista: τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνισεν: adpositis Herodoteis: ubi recte iam vidit *Lud. Carrio* Emend. lib. II. c. 6. veriorem esse scripturam ἐξέκνησεν, neque significari, *abscidit* ceram, sed *abrasit*. Deinde *Suidas* in Ἐπέτηξε ista posuit: τὸν κηρὸν αὐτῷ ἐπέτηξεν: sed hoc etiam male reddidit per ἐλέανεν, λεῖον ἐποίησε. *Herodoti* Demaratus, *sumptis tabellis biplicibus, earum ceram erasit*, (ἐξέκνησε) *cumque in ligno regis consilium scripsisset, ceram liquefactam literis superinduxit*: ἐπέτηξε τὸν κηρὸν ἐπὶ τὰ γράμματα, sive ἐπεκήρωσε, quod habet in eadem re *Polyaen.* II. c. 20. Herodoteum illud *Aeneae* restituendum arbitror in Poliorcet., inter veteribus excogitatos occultos scribendi modos hunc nonum enarranti, p. 1701. [ed. *Gron.* quae pag. 462. ed. *Ernest.*] ἤδη δέ τις ἐν δέλτῳ ἐγξύλῳ γράψας κηρὸν ἐπέθηκε (scribendum ἐπέτηξε:) καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἐνέγραψεν: huc rectius Herodotea magnus interpres retulisset, quam ad modum decimum.

Ut *Aeneas*, simpliciter *Orosius* II. c. 9. *bellum, quod Xerxes per quinquennium instruxit, Demaratus - - - per tabellas primum scriptas, deinde ceratas, suis prodidit.* ἐπέτηξε legisse videtur apud *Aeneam*, e cuius libro Poliorcetico multa transscripsit in suos Cestos *Iul. Africanus* c. 53., ἄλλοι πάλιν ἐν τῷ τῆς δέλτου ξύλῳ γράψαντες κηρὸν ἐπέτηξαν, καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἔγραψαν· εἶτα ὅτε ἦλθε παρὸν δὴ τὸν κηρὸν ἐκκινήσας, καὶ ἀναγνοὺς ὁμοιοτρόπως ἀντεπέστειλεν. Corrigendum, ὅτε ἦλθε παρ', ὃν δεῖ, τὸν κηρὸν ἐκκνήσας. His *Africani* inemendatis usus est *Is. Voss.* ad *Iustin.* II. c. 10, 13. in quibus, doctam exhibens *Iustinum* emendantis *Eliae Boherelli* coniecturam, *Tan. Faber* scribendum vidit ἐκκνήσας. Hoc quoque verbum restituendum videtur in Epigramm. *Crinagorae* Antholog. ined. *Reiskio* partim vulgatae, Ep. 478., Αἰετοῦ ἀγκυλόχειλος ἀκρόπτερον ὀξὺ, - - - Ἦν τι λάθῃ μίμνον μεταδόρπιον ἐγγὺς ὀδόντων, Κινῆσαι πρηεῖ κέντρῳ ἐπιστάμενον: sed illud κινῆσαι parum iuvaret: sententia poscit, quod reponendum censeo, Ἐκκνῆσαι, *eradere.* VALCK. — Emendationem Viri doctissimi adoptavit *Brunck.* Analect. T. II. p. 141. *S.*

15. τὸν κηρὸν αὐτοῦ ἐξέκνησε) Sumserunt hinc *Iustinus*, lib. II. 10. et *Polyaen.* II. 10. Geminam occultae scripturae fraudem *Aeneas* Poliorcet. c. 31. exponens, ἐκκνίσας τὸν κηρὸν nunc praefert, loco ἐκκνήσας. *Iulius* vero *Africanus* Cest. c. 53., ἐκκινήσας τὸν κηρὸν, utcunque adiutus a viro docto ad *Iustinum.* WESS.

22. Λεωνίδεω δὲ γυνὴ) *Iustinus, haerentibus in coniectura viris, soror regis Leonidae consilium scribentis invenit,* non sine gravi aberratione. *Soror* enim Leonidae Gorgo non fuit, sed *uxor*, filia Cleomenis, lib. V. 48. Ὑπέθετο bene rediit, operarum negligentia post *Aldi Camerarii*que curas depravatum. WESS.

ADNOTATIONES

AD

HERODOTI LIBRUM OCTAVUM.

CAP. I. [1. Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες) Referuntur haec ad ea quae lib. VII. cap. 202. dicta sunt: Ἦσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ: nempe *ad Thermopylas*. Scilicet haud ita procul a *Thermopylis* aberat *Artemisium*: (VII. 175 extr.) ad Thermopylas *copiae* Graecorum *pedestres* oppositae sunt Xerxi; ad Artemisium, copiae navales. Iam, postquam quae *ad Thermopylas* acciderunt exposuit Scriptor, nunc pergit ad exponendas res *ad Artemisium* gestas. *S.*]

[2. Ἀθηναῖοι μὲν νέας παρεχ. ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν) Ad Artemisium *Atheniensibus* fuere *naves* CXXVII. Ad has quum dein accessissent LIII. *aliae*, (cap. 14.) completus est numerus navium CLXXX., quibus eosdem ad Salaminem pugnasse ait Noster cap. 44. Quem ad numerum si adiicias XX. illas, quae mox *lin.* 6 *seq.* memorantur, prodit summa *ducentarum navium*, quas ad Salaminem habuisse Athenienses *Diodorus Sic.* tradit XV. 78. et *Corn. Nepos* in Themist. cap. 3. *S.*]

4. Πλαταιέες --- συνεπλήρουν) Antiquae versionis corrector [*Gronovius*]: *quas* (naves) *Plataeënses propugnatoribus instruxerant.* Debuerant haec paulo tractari cogitatius; atque ista saltem interponi, *una cum Atheniensibus. Milites nautaeque*, sive *propugnatores* et socii *navales* efficiebant τὰ πληρώματα, quae dicuntur. Plataeënses, ἀδαήμονες, inter Athenienses in navibus Atticis non *remiges* erant, sed *propugnatores*. De Plataeënsibus *Demosthenes*, sive auctor Or. c. Neaer. p. 740. [pag. 1377. ed. *Reisk.*] ἐμβάντες εἰς τὰς ἡμετέρας τριήρεις, ἐπειδὴ αὐτοῖς οἰκεῖα σκάφη οὐχ ὑπῆρχε, συνεναυμά-

χὸν ἡμῖν ἐπί τε Ἀρτεμισίῳ καὶ ἐν Σαλαμῖνι. Pausan. IX. [c. 1.] p. 712., ἐς τὰς ναῦς ἐπέλμητον μετὰ Ἀθηναίων ἐσβῆναι. VALCK.

— Τὸ πλήρωμα, socii navales, saepius quidem remiges et nautae intelliguntur, diversi a τοῖς ἐπιβάταις, propugnatoribus: non numquam verò utrique simul πλήρωμα dicuntur, quemadmodum in Lexico Polybiano olim monuimus: quo etiam spectat quod ipsae naves cum hominibus, quibus instructae sunt, πληρώματα apud Nostrum VIII. 43, 5. et 45, 1. dicuntur. Similiter h. l. συνεπλήρουν non modo de propugnatoribus, sed et de remigibus, quos Plataeenses contulerint Atheniensibus, intelligi fortasse debebat: licet enim mari non adsueti fuerint Plataeenses, haud aegre tamen horum nonnulli, quaque in navi remigibus Atticis mixti, utilem hac etiam in parte operam praestare potuerunt. Itaque, pro eo, quod in versione cum Gron. posui propugnatoribus, rectius forsan dicturus fueram hominibus (vel viris) compleverant. Sic mox lin. 7. ἐπλήρουν, de remigibus simul et de propugnatoribus. S.

Λακεδαιμόνιοι δὲ δέκα) Atheniensium moderationem, quae fuit in hoc rerum discrimine, sive vera, seu ficta, omnibus utilissima, laudantes Sophistae decem istas naves saepe Lacedaemoniis obiecerunt. Vere Isocrat. in Panathen. p. 242 seq. Σπαρτιᾶται - - - εἰς τὴν ναυμαχίαν - - δέκα μόνον συνεβάλοντο τριήρεις· οἱ δὲ πατέρες ἡμῶν - - πλείους ναῦς παρέσχον καὶ μείζω δύναμιν ἔχούσας, ἢ σύμπαντες οἱ κινδυνεύσαντες. Ducentas naves dedisse feruntur Athenienses. Epaminondas Diodori XV. cap. 78. Ἀθηναίους, ait, ἐν τῷ πρὸς Ξέρξην πολέμῳ διακοσίας ναῦς ἰδίᾳ πληροῦντας Λακεδαιμονίοις δέκα ναῦς παρεχομένοις ὑποτετάχθαι: sic recte Reiskius emendat vulgata, διακοσίαις ναυσὶ διαπλεῖν. Si navium classis fuit trecentarum, ut Aeschylo dicitur in Pers. vs. 339., καὶ γὰρ Ἕλλησιν μὲν ἦν Ὁ πᾶς ἀριθμὸς ἐς τριακάδας δέκα Νεῶν, ex vero propemodum Aristidae dicuntur Athenienses τῶν συμπασῶν τριήρων τὰ δύο μέρη μόνοι πληροῦντες. Fuerunt enim horum naves iuxta Herod. CLXXX. ; hoc quidem loco memorantur tantum CLXXVII. ; sed ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, cap. 44. ; accesserant scilicet ad priores naves LIII. ; vid. cap. 14. et Diodor. XI. 13. VALCK. — Conf. ad lin. 4. notata. Eosdem vero Lacedaemonios ad Salaminem sedecim habuisse naves tradit Noster c. 43, 2. S.

10. Στυρέες) *Arch.* Στυρέες patrono possunt uti *Eustathio*, cui ἐθνικὸν Στυρεύς ad *Homer.* p. 281, 12. [p. 212, 49. ed. Bas.] At Στυρεῖς *Thucydidi* lib. VII. 57., ubi *Wasse* et *Holsten.* ad *Stephani Byz.* Στύρα. Iustius erit καὶ Κεῖοι [*lin.* 11.] nam sic insulae *Ceae* cives *Thucydidi* d. l., *Lysiae* in *Harpocrationis* Κείων, (unde *Suidas* Κίους, quomodo Κίοι hic prius et cap. 46., mutatâ, quae frequens corruptela, diphthongo) *Diodoro* lib. IV. 82. etc. WESS.

12. ἐπεβώθεον) Ionicam praestant speciem βωθέοντες, vice βοηθοῦντες, *Hesychii*; ἄνεμοι θεοῖσι βωθέοντες *Abydeni* in Praep. Evang. *Eusebii* lib. IX. 14. p. 416. Nostri βωθήσαντες VIII. 72., et ἅπας ἐβώθεε IX. 23., aliaque. Quis ergo receptum aversabitur, rediturum c. 14. et c. 45. scriptis ex exemplaribus? Quam Ionicam consuetudinem *Eustath.* ad Poët. p. 288, 16. [p. 218, 11. ed. Bas.] attigit, τὸ ἐπιβωτᾶν ex *Herodoto* in medium collocans; volens, quod censeo, ἐπιβωθέειν. Nusquam ἐπιβωτᾶν in Musis. WESS.

CAP. II. [2. ὥστε τὸ πλῆθος ἕκαστοι etc.) Lubens *Schaefero* accessissem, ὅσον τι πλῆθος scribenti, si vel unus vetus codex hoc praeivisset, cui simile fere est illud VII. 60, 1. Nunc in librorum consensu vulgatum sic intelligendum censui, *quomodo multitudinem illam* (sive *summam navium*) *confecerint singuli*; nempe singuli pro ratione virium suarum conferentes. *S.*]

4 *seq.* διηκόσιαι καὶ ἑβδ. καὶ μία) Ratio constat. *Diodorus*, diversiorem nactus auctorem, CCLXXX. annumerat, in pluribus (uti ad lib. XI. 12. adscriptum) dispar. Deinceps Εὐρυβιάδεα [*lin.* 6.] sermonis indoli ex *Vind.* redonavi. Atque ita Edd. repraesentant c. 58. et 61. WESS.

CAP. III. 6-8. Στάσις γὰρ ἔμφυλος etc.) Ex tripode dictum. Adspice vero, quam facile bene posita mutentur. Excitat hinc *Choricius* Orat. in Summum Ducem cap. 11. Biblioth. Gr. *Fabricii* lib. V. 31. [T. VIII.] pag. 869. Ὅσῳ γὰρ εἰρήνη, φησὶν, *Herodotus*, πραοτέρα πολέμου, τοσούτῳ πόλεμος ἔφυ στάσεως ἡμερώτερος. *Quanto*, *inquit ille*, *pax bello sedatior*, *tanto bellum seditione amabilius.* Nonne mera sententiae παραδιόρθωσις est? WESS.

10 *seq.* ὡσχάμενοι τὸν Πέρσεα) Sic scribendum. [Nempe, quia rariorem istam nominis formam plures libri praeivere; qui quidem alibi, nec ita male, cum aliis omnibus

in usitatiorem formam Πέρσην consentiunt.] In proximis, περὶ γῆς ἐκείνου frustra legi malebat *Galeus*, qui saepe reppererat apud veteres etiam τὴν Ἰνδῶν, τὴν Ἀθηναίων, et similia. Asiae pars maxima unius imperio Xerxis subiecta recte dicitur ἡ ἐκείνου. Satis erat dixisse, [*lin.* 12.] τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι, ut *hoc illudve praetexere* dicitur προίχεσθαί τι: sed scribere Noster maluit πρόφασιν προσχέσθαι, ut IV. 165. VI. 137. VALCK.

11. περὶ τῆς ἐκείνου *etc.*) Alleverat docta manus Aldinae meae γῆς δηλονότι; satis est, ea vox si pro tacita habeatur. Infra c. 41. Ἀθηναῖοι δὲ (κατέσχον) ἐς τὴν ἑωυτῶν: et cap. 106. Φεύγων ἐς τὴν ἑωυτοῦ. Egregia magni *Casauboni* disputatio περὶ τῆς ἡγεμονίης Spartanorum et Atheniensium ad *Polyb.* lib. I. p. 96. huc transferri potest. WESS.

12 *seq.* ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους) Ad hanc normam supra scripserat, VI. 70. τοὺς θεράποντας αὐτὸν ἀπαιρέονται. Est ista verbi ἀφαιρεῖσθαι structura Atticis scriptoribus valde frequentata, ἀπαιτεῖν et ἀποστερεῖν similiter usurpantibus. Ista *Thomae Mag.*, nuper nobis ex *Oxon.* Cod. vulgata, prostant in nota Clar. *Oudendorp.* pag. 130., Ἀφαιροῦμαι οἱ δόκιμοι μετὰ αἰτιατικῆς (sic leg.) ἀμφοῖν καὶ τοῦ πράγματος καὶ τοῦ προσώπου μόνον. Rem ipsam quod attinet, evenit illa triennio post, Ol. LXXV, 4. Athenienses tum temporis dicuntur *Thucydidi* l. 96., παραλαβόντες τὴν ἡγεμονίαν ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος. Spartani quidem Pausaniae, Περσίζοντος, superbia socios irritavit; sed ad imperium in Athenienses transferendum ceteros Graecos aequitas potissimum movit Aristidis: *Corn. Nepos* in Arist. c. 2. vid. et *Diodor.* XI. c. 44., qui cap. 46., utrumque memorat; et *Pausaniae vitia*, *Aristidis autem virtutes fecisse* scribit; πάντας ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς ἀποκλῖναι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, atque adeo *Athenienses* χωρὶς κινδύνου παραλαβεῖν τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχήν: rectius dixisset *Diodorus* τὴν ἡγεμονίαν, *ducatum*; nam περὶ ἀρχῆς, *de imperio*, necdum erat, aut esse poterat, concertatio: vid. *Is. Casaub.* in *Polyb.* p. 96. Quam acceperunt oblatam, τὴν ἡγεμονίην Athenienses apud *Herod.* ἀπείλοντο τοὺς Λακεδαιμονίους: sua nimirum virtute virorumque Principum artibus non illegitimis. VALCK.

CAP. IV. [1. οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον *etc.*) Quae-

renti mihi quid esset quod *Schaeferum* induxerit ut praeter librorum auctoritatem ὡς loco καὶ poneret, occurrebat, recordatum esse Virum doctissimum particulam καὶ in vetustis libris eo subinde scripturae compendio pingi, quod pro ὡς facile accipi posset, unde nonnunquam temere inter se permutatae reperiuntur duae istae particulae. Quem ut ego pulcre novi haud infrequentem librariorum aut Editorum lapsum; sic persuasum habeo, hic recte suo loco καὶ particulam stare. De connexione narrationis, a qua hic liber inchoatur, cum superioribus, paullo ante ad cap. 1, 1. dixi. Referuntur autem haec, quae hoc loco leguntur, ad ea quae lib. VII. c. 207. scripta sunt. Ut ibi ait Herodotus, Οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες, - - - καταῤῥωδέοντες, ἐβουλεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς: sic nunc; Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἕλληνες ἀπικόμενοι, - - - καταῤῥωδήσαντες, δρησμὸν ἐβούλευον. *S.*]

4 *seq.* παρὰ δόξαν - - - ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον) Necesse non videtur ut duae voces παρὰ δόξαν ob sequentia avellantur. Dictio est abundantior, Herodotea tamen lib. I. cap. 79. WESS.

5. δρησμὸν ἐβουλεύοντο) Schedarum ἐβούλευον redibit cap. 18. 97. 100. Vulgatum agnoscit *Plutarchus*, ipsique Euboeenses in proximis. WESS. — Vide *Var. Lect. S.*

9. τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέσθαι) Verissima *Thomae Magistri* observatio est, οἰκέτας non tantum *mancipia*, uti *Gronov.* maluit, sed omnes *domesticos*, (sic *Valla*,) sive πάντας τοὺς ἐν τῷ οἴκῳ, ipsamque adeo *uxorem et liberos* designare. Plataeënses πρὸς ὑπεκθέσιν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων, non servorum duntaxat, sed uxorum liberorumque, cap. 44. Hinc c. 106. τοὺς οἰκέτας Scriptor τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα explicat ipse. Iunge c. 142. et 144. WESS.

5 *seqq.* καταῤῥωδήσαντες, δρησμὸν ἐβούλευον) Haec et quae sequuntur [*lin.* 11. et *seqq.*] de xxx *talentis*, in ista turbatione rerum forsan excusanda, viris tamen Graecorum principibus non valde honorifica, minime miror displicuisse *Plutarcho* T. II. p. 867. B. Si vera sunt, ut esse videntur, veracis historici laudem meretur *Herodotus*: verisimillima reddit aliunde nota viri maximi Themistoclis avaritia, quae summa saepius ingenia dedecorat. Eadem enarrans in Themistocle *Plutarch.* T. I. p. 116., Πολύγνωτα

nobis commemorat, qui pecuniam ex Euboea detulerit ad Themistoclem. *Aristides* in Themist. T. III. pag. 313., τὸν Εὐρυβιάδην, inquit, ὡς οὐκ ἔπειθε λέγων, ἐπρίατο: in *Scholio*, quod *Iebbius* edidit T. II. p. 190. absurde vox τριάκοντα bis ponitur, secundo loco omittenda, ut recte deest in Cod. Clar. *Burmann.* in quo plura prostant huc pertinentia. VALCK.

CAP. V. 3 seq. ὡς παρ' ἑωϋτοῦ δῆθεν διδοὺς) Firmant *D'Orvillii* ad *Charit.* lib. VI. 1. suspicionem schedae. Superius lib. II. 129. Mycerinum posuit παρ' ἑωϋτοῦ διδόντα ἄλλα, *de suo alia donantem*, et lib. VII. 29. τὰς τετρακοσίας μυριάδας — ἀποπλήσω παρ' ἐμεωϋτοῦ, *de meo aere.* Culte *Aristides* T. II. p. 190. καὶ τὸν Εὐρυβιάδην, ὡς οὐκ ἔπειθε λέγων, *Themistocles*, ἐπρίατο: ubi scholia nonnulla bene, in numeris turpiter prava, quibus hinc facilis medicina. WESS.

6. ἤσπαιρε μοῦνος) Distrahit hoc verbum interpretes. *Eustathius* ita: Ἡρόδοτος δέ που καὶ τὸ θερμότερον σπεύδειν καὶ οἷον ἀνασκιρτᾷν καὶ πάνυ προθυμεῖσθαι, ἀσπαίρειν ἔφη. *Vallae* placuit *reluctandi* significatus, fortasse ob Homereum Ἤσπαιρ', ὡς ὅτε βοῦς. [Iliad. ν'. 571.] *Portus* vertit *palpitabat* prae metu: quem quidem ob memoratum antea Graecorum metum, et Adimanti deiectum ingenium c. 94., recte sensisse opinor. Si *Eustathium* sequare, promtus ad fugam Adimanti animus intelligendus erit. Vide *Porphyrii* ad Iliad. N'. 443. scholia a Cl. *Valckenario* edita. WESS. — Vide Adnot. proxime sequentem. *S.*

Ibid. ἤσπαιρε μοῦνος) *Solus reluctabatur*, optime vertit *Valla*: aliis usitato more posuerat Noster ἤσπαιρον IX. cap. 119. De usu, quo hic ponitur, rarissimo Grammatici plerique silent. *Suidae* satis erat in Ἤσπαιρεν excitasse Herodotea: quum olim in excerpendo vocem φάμενος omisisset, absurdam nobis dedit *Eustathius* interpretationem in Iliad. Γ'. pag. 316, 4., Ἡρόδοτος, ait, καὶ τὸ θερμότερον σπεύδειν καὶ οἷον ἀνασκιρτᾷν, καὶ πάνυ προθυμεῖσθαι Ἀσπαίρειν ἔφη' εἰπών, Ἀδείμαντος ἤσπαιρε μόνος ἀποπλεύσεσθαι. Cupiebat ille quidem Isthmum versus abire; sed et, dum ceterarum gentium duces parati erant morem gerere Themistocli et Eurybiadi, unus omnium Adimantus, iuxta *Herodotum*, adhuc *obluctabatur*, ἤσπαιρε μοῦνος. Nihil est in *Hesychii* interpretamentis, quod huc pertineat; in quo idcirco

miror legi Ἤσκαιρεν, ἐσκίρτα, quod non videtur usu fuisse receptum Ἀσκαίρειν. In primis tamen Scaligerana. pag. 11. *T. Faber*, σκαίρειν, ait, *et ἀσκαίρειν itidem dicuntur, ut ἀσπαίρειν et σπαίρειν*: sed verius *Porphyrius* in *Hom.* Cod. MS. ad Ἰλ. ν'. 443. de verbis agens Σπαίρειν et Σκαίρειν, prius etiam scribi tradit μετὰ τοῦ α κατὰ Ἀττικὴν συνήθειαν· τὸ δὲ Σκαίρειν οὐκέτι μετὰ τοῦ α. [Leguntur eadem in Venetis Scholiis a *Villoisono* editis p. 321.] Ut σπαρίζειν et ἀσπαρίζειν, sic usu viguerunt σκαρίζειν et ἀσκαρίζειν. Ad *Herodoti* locum aptiora videbuntur ista *Plutarchi* T. II. p. 327. c. ἐπὶ τοῖς Φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπίσπαιρεν ἡ Ἑλλάς, sic leviter emendata, ἔτι ἔσπαιρεν ἡ Ἑλλάς: *moribunda velut Graeciae libertas pedes adhuc iactabat et obluctabatur morti.* Ἀσπαίρειν veteres, et Atticistae scribebant recentiores; Σπαίρειν *Plutarchus* aliique istiusmodi Scriptores. Egregie *Diodorum* correxit *L. Rhodomann.* T. I. p. 190, 40. [lib. III. c. 22.] sed non ἀσπαιρόντων, at σπαιρόντων efformare debuerat ex ἐπαιρόντων, ut recte ἰφάλλωνται in σφάλλωνται mutavit pag. 192, 99. In *Stobaeo Gesneri* p. 593, 28., *Iunco* senex *titubans* non ἰφαλλόμενος, verum dici debuit σφαλλόμενος: apud eumdem p. 147, 33. pro ὡς τὸ μ. δ. si leniter emendetur ᾤετο μὲν δεῖν, clara erit *Themistii* sententia: in *Critonis* apud eumdem fragmento p. 43, 52. ἐπῳδὰς καὶ παιδιίας, attentus mecum corriget in σπουδὰς καὶ παιδιάς, *seria et iocos.* In *Stobaeo* huius quoque generis plura supersunt; et vix ullus est Scriptor antiquus, ne sacris quidem exceptis, in quo hoc vitium ab accuratis Criticis non fuerit detectum, ortum ex similitudine formae qua in vetustis libris literae Σ et Ε pinguntur. VALCK.

12. *Οὗτοί τε δὴ πληγέντες δώροισι*) Venerunt πάντες ex librariorum, quibus vulgatum durius visum, ingenio. Alia mens *Pet. Victorio* Var. Lect. III. 22.; illustraturus enim Catullianum, *Non si illam rarae labefactas munere vestis*, Herodoteis perconmode locum dedit. Addebam, quod propius est, ex *Themistii* Or. II. p. 26. A. ὁ μέν γε ἐπειδὴ τοῖς πεντήκοντα ἅμα ταλάντοις οὐκ ἔτρωσε οὐδ' ἔκαμψε τὸν Καλχηδόνιον Ξενοκράτην: *hic enim postquam quinquaginta simul talentis nec vulneravit neque inflexit Chalcedonium Xenocratem.* Erat enim similis, quamquam asperioris, translationis; nec factum muto. WESS. — Ut noster ms. *Pa.* sic et *Valla* neutram vocem (nec πληγέντες, nec πάντες) agnoscit:

neutram certe expressit; nam, quod scribit, *Istis pecunia corruptis* postremo verbo graecum ἀναπεπεισμένοι reddidit. *S.*

CAP. VI. [3. περὶ δείλην πρωΐην) *Circa diluculum* scripserat *Valla*, idque cum *Gron.* tenuit *Wess.* et absque notatione dimisit: itaque ne *Larcherus* quidem dubitavit sua in versione *au point du jour* ponere. Atqui, nisi de illius dictionis vi aliunde constaret, quae continuo hic subiecta sunt, satis ostendere potuerant quam aliena ab hoc loco esset interpretatio. Δείλην πρωΐαν esse *horam pomeridianam*, uno ore *Hesychius*, *Suidas*, *Moeris*, Grammatici omnes, profitentur. *S.*]

10. μηδὲ πυρφόρον - - - περιγενέσθαι) Prima, quod quidem reminiscor, dictionis, in proverbii habitum deinceps conversae, mentio. [Vide *Suid.* in Οὐδὲ πυρφόρος, *Zenob.* Cent. V. 34. *Diogenian.* VII. 15.] Talem πυρφόρον in Spartanorum militia atque expeditionibus, et quae ab eo agenda, accurate *Xenophon* de Rep. Lacedaem. p. 688. descripsit. Qui quidem πυρφόρος, etsi Graeciae more sacrosanctus, si belli furore una cum aliis occidione periret, ne cladis quidem nuncium (μηδὲ ἄγγελον διασωθῆναι *Diodor.* XI. 23.) superfuisse, fatebantur. Non male de eo Critici ad *Euripid.* Phoeniss. vs. 1386. ubi a *Valckenario* advocatis paroemiae explanatoribus adiungi Scholiastes poterit ad *Gregor. Naz.* Stel. II. p. 92. Iam quod vir Celeb. de *Medic.* monet, πλέειν eum hac parte et περιπλέειν scribere, eadem aliis consuetudo. Contra *Arch.* et *Vind.*, Ionismi hac et sequente Musa tenaciores, πλώειν, etiam in conpositis, probant: eorum vestigia premam. WESS.

CAP. VIII. 3. Σκυλλίης Σκιωναῖος) Laurentius *Scyllias quidam Sicyonius*, deceptus praviore libri sui scriptura, quae in Codd. obvia saepe. Vide ad *Diodor.* XII. 72, et infra c. 128. Urinator ille *Pausaniae* et *Plinio* Σκύλλης, *Scyllis*, Poëtae *Apollonio* [*Apollonidae*] Σκύλλος Anthol. lib. I. 96. [Anal. *Brunck.* T. II. p. 136. num. XVI.] sed de *Brodaei* coniectura Σκύλλις. In *Athenaeo* tamen lib. VII. p. 296. F. *Hydne*, quae *Pausaniae* Cyana, Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου filia. Plura de eo post *Brodaei* diligentem curam *Kühnius* ad *Polluc.* VII. 137. WESS. — Conf. omnino *Iacobs* Animadv. in Anthol. T. II. P. 1. p. 363. *S.*

Ibid. Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης) Qui *urinantur*, Corpo-

raque immergunt undis, - - - Exportantque maris praedas, et rapta profundo Naufragia, Manilio V. vs. 432., Atticis potius dicuntur iuxta *Poll.* VII. 137. κολυμβηταὶ, δυόμενοι. ὁ γὰρ δύτης, ait, εὐτελές· εἴρηκε δ' αὐτὸ Ἡρόδοτος ἐπὶ τοῦ Σκυλλίου. Legitur ibi de *Scyllia Scionaeo* docta *I. Kühnii* nota: *Pollucis* verba bene iam tractaverat *Salmas.* in *Solin.* pag. 1146. Artis ille suae peritissimus *Scyllias* filiam *Cyanen* eamdem docuit: *Pausan.* X. [cap. 19.] p. 842., ὁ Σκιωναῖος Σκύλλις καταδῦναι καὶ ἐς τὰ βαθύτατα θαλάσσης πάσης ἔχει φήμην· ἐδιδάξατο δὲ Κυάναν τὴν θυγατέρα δύεσθαι: imo vero filiam pater οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. Una tantum omissa litera turpiter deformatum puellae nomen suo nitori restituetur, si pro ΥΔΝΗC scribatur ΚΥΑΝΗC in his *Athenaei* VII. p. 296. F. Αἰσχρίων ὁ Σάμιος ἔν τινι τῶν ἰάμβων Κυάνης φησὶ τῆς Σκύλλου τοῦ Σκιωναίου κατακολυμβητοῦ θυγατρὸς τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ἐρασθῆναι. [Ὕδνης praeferre vetussimos optimosque *Athenaei* codices, docui Animadv. T. IV. p. 200.] Non sane mirum si puellam Deus amaverit vetulus in mare se demergentem, qui iuvenis olim fuerat κολυμβητὴς, ἐν τούτῳ ὑπερφέρων πάντων κολυμβητῶν, ut scribit *Palaeph.* π. Ἀπιστ. c. 28. In *Anthol.* I. 69. Ep. 1., Σκύλλις pro Σκύλλος scribendum putabat *Io. Brodaeus*; sequor ego *Io. Kühnii* iudicium, in talibus etiam exercitati. VALCK.

8. οὐ γάρ οἱ παρέσχε) Enotatum a *Galeo* ex codice *Eton.* ἀλλ' οὔπω καιρὸς παρέσχε, scholion redolet. Non ita Noster. Ecce tibi lib. IV. 140. παρεῖχε ἄν σφι, *licuisset illis*, et huius libri c. 30. *Portum* consule, et supra lib. V. 49. Quae *de urinatore* in proximis disputantur, nemo temere inprobaverit. WESS.

Ibid. οὐ γάρ οἱ παρέσχε) *Herodoteum* hoc *Porti* satis adfirmabunt collectanea, si vel plures darent Codices quam praebet *Galeus* ex *Eton.* lectionem. Paulo post [*lin.* 15.] rectum est ἴκελα. In *fine Cap.* [*lin.* 18-20.] *Scyllias* ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τήν τε ναυηγίην, ὡς γένοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὔβοιαν. In his pro ναυηγίην *Reiskius* ναυμαχίην putabat legendum, ut Scyllias *praelium navale imminere* indicaverit. Hoc illi iam noverant, simul atque indicasset τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν. Ego ναυηγίην omnino retinendum arbitror. *Persicae classis naufragium* Graecis quidem significaverant speculatores, secundum VII.

192.; sed, quantum hac Persae tempestate perdidissent, unus omnium optime noverat Scyllias, quo tum urinatore fuerant usi ad pretiosa quaedam recuperanda: Scyllias itaque, praeter id quod instabat, Graecis etiam ἐσήμηνε τὴν ναυηγίην ὅση ἐγένετο, *quantum fuisset illud naufragium*. Sic libenter vulgata corrigerem. Sophocleum est: Ὁρᾷς Ὀδυσσεῦ τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση. VALCK. — At eamdem fere in sententiam bene habet vulgatum, ὡς γένοιτο, *quale fuerit naufragium*, quo modo acciderit, *quemque exitum habuerit*; nempe haec ille Graecis omnia particulatim renunciavit. S.

CAP. IX. 8. ἀπόπειραν αὐτέων ποιήσασθαι) Nihil aliud ac ἀποπειρᾶσθαι αὐτέων, quod, cum *tentamenti gratia quid agitur*, Nostri more frequens Procopio Menandroque. Neque discrepat multum διάπειραν et διάπειραν ποιεῖσθαι, quoties periculum fit peritiae nautarum militumque ante pugnam, apud *Polybium* et *Diodorum*, ad cuius lib. XIII. 8. exemplorum est affatim. WESS.

CAP. X. 7. Πλωΐσας) Vetus πλωΐσας de sententia *Porti* Ionum habet formam ex πλωΐω, cuius nullum novit simile. Contra ἄριστα πλωΐσας Scriptor probavit c. 22. et 42. Proximum καταφρονήσαντες ταῦτα [*lin.* 8.] innuere non adeo *contemtum*, sed *considerationem*, videtur: etsi enim *aspernatio* haud afuerit, consilium Persarum spectandum est. Καταφρονεῖν gemina potestate animadvertimus lib. I. 66., gavisum vero laxiore apud Ionas usu, etiam citra contemtum, *Hippocratis* haec Morb. Sacr. p. 309. de somniante declarabunt: ὁκόταν δὲ ἐπέγρηται καὶ καταφρονήσῃ, καὶ τὸ αἷμα πάλιν ἀποσκιδασθῇ εἰς τὰς φλέβας τὰς προειρημένας, πέπαυται: *ubi vero evigilaverit et mentis usum receperit*: a qua quidem notione ad *opinionem* et *considerationem* brevissimus est transitus. Plura ex Medicorum patre Foesius. WESS. — Conf. Adnot. ad I. 59, 18. *S.*

8. ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς) αὐτοὺς ob codicum consensum elegi. WESS. — Αὐτοὺς, quod in *marg.* posuit *Steph.* merito probavit in Thes. Ling. Gr. T. II. pag. 504. D. Sed quia legitur infra c. 16., ἐκυκλεῦντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς, quod me iudice defendi nequit, et hic et illic scribi malim ἐκυκλεῦντο, quia hanc Noster adamavit scribendi formam in talibus etiam, quae Iones aliter vulgo pronuncia-

bant. φείδου, *parce*, scribitur et φείδευ: sed *parcum*, τὸν φειδόμενον, *Eusebius Stobaei* mihi dixisse videtur φειδευόμενον: sic vulgatur Tit. X. p. 130, 30., οἱ πλεῦνες τῶν ἀνθρώπων παρὰ λόγον φιλευόμενοι: corrige φειδιύμενοι: his enim φειδωλοῖς opponuntur περὶ τὰ δεῖ ἀναλίσκοντες. vid. *Diogen. Laërt.* V. 20. Bis terve legitur in *Eusebianis* istis *Stobaei* ἀξιεῦσι, ut apud Nostrum praeter cetera δικαιεῦν. VALCK.

CAP. XI. [4-6. ἔργου εἴχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέντες, καὶ κατὰ στόμα. Ἐνταῦθα τριήκοντα νέας αἱρέουσι) Sic scripta verba et sic distincta oratio in Edd. omnibus; nec aliud quidquam e Msstis adfertur. *Vallae* latinam versionem, *quamquam in exiguo spatio deprehensi et a fronte: mox triginta barbarorum naves capiunt*, cum *Gronovio* tenuit *Wess.* eamdemque in Animadv. repetit *Schulzius*. Qui quum καὶ κατὰ στόμα ad ἀπολαμφθέντες retulisse videantur, miror cur interposito commate tria ista verba ab hoc seiunxerint. Ego, in graeco exemplo eamdem cum his rationem secutus, suspicatus eram post κατὰ στόμα verbum aliquod aut nonnulla verba intercidisse in eam sententiam, quam in latina versione expressi, nempe *a fronte impetum in hostes fecerunt;* quam sententiam commode *Larcherus* his verbis expresserat: *Au second signal ils les attaquèrent de front, et prirent trente vaisseaux.* Iam, nunc demum animadvertens in vetusta nostra membr. *F.* post στόμα non distingui orationem, sed continuo tenore sic scribi, καὶ κατὰ στόμα ἐνταῦθα τριήκοντα νέας αἱρέουσι, eodem modo editum velim, videndumque puto ne sic satis commoda integraque haberi possit oratio in eamdem fere, quam dixi, sententiam: *et ibi tunc triginta a fronte naves ceperunt barbarorum.* Κατὰ στόμα, *ex adverso, a fronte. Polyb.* II. 27, 8. οὓς μὲν γὰρ ᾔδεισαν ἑπομένους αὐτοῖς, οὓς δὲ κατὰ τὸ στόμα προσεδόκων ἀπαντήσειν. *Idem* lib. XXXI. 26, 10. nostrae edit. (Excerpt. Legat. cxv.) αὐτὸς ἐβιάζετο κατὰ στόμα πρὸς τὴν ἀνάβασιν: cui opponitur κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις ἐπιφαίνεσθαι: sic enim ibidem, κατὰ νώτου, pro vitioso κατανοεῖν τοῦ legendum, in Adnotationibus docui. In pugnis navalibus plerumque a latere primum adgrediebantur naves hostiles, διέκπλουν facientes, et remos conantes detergere; tum frequenter puppin hostilis navis rostro petebant: nunc hi a fronte facto impetu, rostris suarum na-

vium in hostiles iuxta proram impactis, illas ceperunt. Si quis certius quidpiam obtulerit, lubens ego accipiam. *S.*]

8-10. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων - - - - Λυκομήδης Αἰσχρέου) *Lycomedi* hunc etiam honorem contribuit *Plutarch.* in Themist. p. 119. F. [at ibi de pugna ad Salaminem agit *Plutarch.*] qui aliunde hausit ista, quaeque tradit de Atheniensibus Aminia et Sosicle, Xerxis fratrem Ariamenem, in suam navem insilientem, in mare praecipitantibus: eorum alterum *Scholiasta* quoque memorat *Aristidis* ined. ubi in Panathen. T. I. p. 244. navale praelium anspicati πρῶτοι dicuntur Athenienses; Σωκλῆς, inquit, πρῶτος, Ἀθηναῖος, ἐνέβαλε Περσικῇ νηΐ, καὶ ἐνιπάγη ὁ ἔμβολος: hic *Socles*; apud *Plutarch.* scribitur Σωσικλῆς. Corinthius contra *Sosicles Herodoto* V. 92. *Socles* dicitur, ut *Plutarcho* T. II. pag. 860, F. sic in duobus *Herodoti* Codicibus: vid. huius Ed. p. 418. [lib. V. c. 92.] Ceternm *patri Lycomedis* nomen datur in Edd. *Herodoti* Αἰσχρέου: in *Med.* Cod. Αἰσχραίου. Sic in omnibus si forte Codd. scriberetur, omnibus Codicibus usus esset Atticus anteponendus: Attica fuerunt nomina Χαιρέας, Δημέας, Ταυρέας, Αἰσχρέας. VALCK.

9 *seq.* Λυκομήδης Αἰσχρ.) *Plutarchum* Themist. p. 119. F. si audimus, *Lycomedes* navali ad Salaminem praelio primus hostilem navem intercepit, et captae παράσημα Apollini consecravit. Sed non audio. Patris-ne eius nomen Αἰσχρέας fuerit, an Αἰσχραῖος, ex dialecto bene *Valckenarius* decernit. WESS.

11. ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους) Libro IX. c. 102. ἑτεραλκέα μάχην dixit, ut *Homerus* μάχης ἑτεραλκέα νίκην. Quando victis virtus redibat in praecordia, tum, qui se putabant victores, νίκην reportasse dicuntur ἑτεραλκέα. Veteres sequuntur in hac voce Sophistae; praeter alios *Aelianus* apud *Suidam* in Ἀρτιμώρητος. *Aeliani* verba, quae illic leguntur, ni fallor, in libro περὶ Προνοίας illa praecesserant proxima, quae sine auctoris nomine prostant apud *Suid.* in voc. Ἀπωλεύτων. Ex eodem opere *Aeliani* perdito, praeter nota iam omnibus, fragmenta leguntur apud *Suid.* plurima; ex. gr. in Ἀλώμενος, ὁ δὲ Θεοσύλης etc. *Porti* turpis error corrigi debuerat a *Küstero*, scribique θεοσύλης, non *Theosylas*, sed *sacrilegus*; qui sic dicitur *Aeliano* bis in Var. Hist. et apud *Suidam* in Ἀνόστους: ὁ δὲ τοὺς θεοσύλας ἀπέκτεινε. VALCK.

CAP. XII. 3 *seq.* οἱ νικροὶ καὶ τὰ ναυήγια) Πίνακάς τε νεῶν καὶ σώματα φωτῶν dixit *Homer.* Od. Μ'. 67. *Homero* recentiores *fractae navis tabulas*, τὰς σανίδας vocant et ναυάγια. *Res naufragio demersas* minus cogitate *H. Stephanus* interpretatur *Vallae naufragia*; in summis undis *natantes tabulas* et eiectas ἐς τὰς Ἀφέτας, sic vocantis more Latinorum Poëtarum. Cum Herodoteis comparanda sunt *Aeschylea* in Pers. vs. 421., ubi θάλασσα dicitur Ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν: in eiusdem Agamemn. vs. 668. pingitur ἀνθοῦν πέλαγος Αἰγαῖον νεκροῖς Ἀνδρῶν Ἀχαιῶν, ναυτικῶν τ' ἐρειπίων, *et navium fragmentis*, ut recte *Stanlei.* Neutiquam absurdi sunt *Choerili* versus apud *Athen.* XI. p. 464. B. (χερσὶν ὄλβον ἔχω) κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγός, Ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον, (τὰ τῆς μέθης ναυάγια dixit *Clem. Alex.* Paed. II. pag. 179, 29.) οἷά τε πολλὰ Πνεῦμα Διωνύσοιο πρὸς ὕβριος ἔκβαλεν ἀκτάς. Postrema sic restituit *G. Canter.* Nov. Lect. IV. cap. 5. locum illustrat *B. Martin.* Vet. Lect. III. c. 2. Neuter ulcus attigit primi versus; quod sic persanari putabam, si legeretur, Χερσὶν ἔχων κολοβοῦ κύλικος τρύφος: apud eumdem legitur *Athen.* VII. pag. 230. F. πίνειν ἐκ κεραμέων κολοβῶν; alibi, κύπελλον ὦτα συντεθλασμένον. Venustissimus est *Virgilii* versus: *Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.* VALCK.

4. ἐξεφορέοντο) Dialectus id ratum habet. Διαφορέεσθαι, προσφορέειν, ἐσφορέεσθαι, et eius modi alia, saepe tractavimus. Ceterum τὰς Ἀφετάς, ad *Stephani Byz.*, cui ὀξυτονεῖται, morem, hoc loco et deinceps *Arch.* exemplar; non item antea. At levius istud, et saepe arbitrarium. Ἐς οἷα κακὰ [*lin.* 8.] luce ex *Valckenarii* ad Phoeniss. vs. 1633. observatis adspergi possunt. WESS.

CAP. XIII. 4 *seq.* τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι) Sine gravi causa *Longinum* ἄχαρι, quasi τηλικούτου πάθους ἀνάξιον, perstringere, *T. Faber* crebris sese exemplis ostensurum *Dionysio* illi adscripserat: ubi fecerit, an neglexerit, ignoro. Explorata tamen res. Ἄχαρις Nostro omne *molestum* et *valde acerbum.* [*triste* et *funestum.*] Talis ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα, VII. 290. et καὶ πιστότητα ἐνέδωκαν, ἄχαρι δὲ οὐδὲν, ibid. c. 52., aliaque, abs Rever. *Pet. Horreo* Obs. ad Herodot. c. 9. congesta. WESS. — Lenissima voce quam *dira* possit ab Ionico more loquentibus *calamitas* designari, proxima declarant. ἄχαρι sic saepius adhibetur *Herodoto*,

lib. I. c. 58. et 108. II. 141.; hine *Arriano*, aliisque: vid. *Diogen. Laert.* I. 54. *Phalar.* Epist. 89. Filiae cum patre concubitus ἄχαρι καὶ ἄθεσμον ἔργον dicitur *Antonin. Liber.* cap. 34. ἄχαρις συμφορὴ παιδοκτόνος est in *Herod.* VII. 190. Miror adeo cur hoc in loco τὸ τέλος ἄχαρι, ut τηλικούτου πάθους ἀνοίκειον notaverit *Longinus* π. Ὕψ. XLIII. pag. 222. Non nescio, *Longinum* veterum vocabulis, quae potissimum spectat, sua saepe quaedam addidisse ad explendam sententiam, sed illic scribere non potuit, τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον δρασσ. vel ἀρασσομένους ἐξεδέχετο τέλος ἄχαρι: cui satis erat notasse τὸ τέλος ἄχαρι. *Longini* observatis saepe sunt interiecta hominum otiosorum emblemata: de hoc loco videbimus quid sentiat Eruditiss. *Toupius*, cuius elegantissimi Critici *Longinum* et reliquas in *Suidam* Emendationes cupide exspectamus. VALCK. — Ἐκβρασσομένους edidit *Toup.* nulla ad h. l. adiecta adnotatione. *S.*

a. 8 *seq.* ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ θεοῦ, ὅκως *etc.*) Hinc *Diodori* XI. 13. ὥστε δοκεῖν τὸ θεῖον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ἑλλήνων, ἵνα τοῦ *etc.* Ex *Arch.* enotatum τὸ πιμεὸν stare non potest, quippe legitimi corruptela. [conf. *Valck.* Adnot. ad VIII. 6, 5.] Κοῖλα τῆς Εὐβοίης [*lin.* 6. et 10.] *Coela* potius, quam *cava*, *Livii* exemplo dedi: *Est*, inquit lib. XXXI. 41. *sinus Euboicus, quem Coela vocant, suspectus nautis*, ubi *Dukerus* praeclare, et *Valckenarius* lib. VI. 100. WESS.

8. ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ) Oblatum a Codd. reciperem ἐποιέετό τε τὸ πᾶν ὑπὸ θεοῦ: nam, qua sede posuit *Gron.* articulum, non magis requiro, quam in istis lib. I. cap. 34. ἔλαβε ἐκ θεοῦ νέμεσις μεγάλη Κροῖσον, similibusque. *Herodoti* hoc in loco sententiam expressit imitando *Diodor. Siculus*, tempestatem, quae Persarum naves fregit, *providae* quoque *Dei*, Graecis faventis, *curae* contribuens, lib. XI. c. 13. init. ὥστε δοκεῖν τὸ θεῖον ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν Ἑλλήνων, ἵνα, τοῦ πλήθους τῶν βαρβαρικῶν νεῶν ταπεινωθέντος, ἀντίπαλος ἡ τῶν Ἑλλήνων δύναμις γένηται, καὶ πρὸς τὰς ναυμαχίας ἀξιόχρεως. Fecit id omne Deus iuxta *Herod.* ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικόν. Eleganter, ut solet, *Isocr.* ad Philipp. p. 90. B. πόλεις dixit ὡμαλισμένας ὑπὸ τῶν συμφορῶν: et collidendo ἰσαιτεοῦν τοὺς Ἕλληνας πρὸς ἀλλήλους, *Thucydid.* [VIII. 57.] pag. 539, 98. Quam hic dat *Herod.* rationem, noverat Atticis potius ingeniis placituram, quam si su-

perbiam dixisset Persicam ab arrogantiae humanae vindice sic castigatam depressamque; aliàs saepe memorans ultorem superborum Deum. Frequenter Noster ἀνθρώπινά μοι δοκεῖ ἁμαρτεῖν. VALCK.

CAP. XIV. 2. ἀτρέμας τε εἶχον) Sive hoc seu aliorum ἀτρέμα adsciscatur, sententia eadem: malui pristinum, quod plerumque semper in his libris, uti mox cap. 16. et V. 19. etc. Conf. *Ezech. Spanhem.* ad Nub. *Aristoph.* vs. 260. Restituto autem ἐπεβώθεον [*lin.* 4.] ob dicta c. 1. nemo non favebit. WESS.

Ibid. ἀτρέμα τε εἶχον) Ex uno Codice non mutassem ante vulgatum: semel versu coactus ἔχ' ἀτρέμα scripsit *Homer.* quod tamen *Aristophani* aeque ac alterum ἔχ' ἀτρέμας usurpatur, aliisque. VALCK.

9. τὴν αὐτὴν ὥρην) Laurentii *observata eadem hora* valde *L. Allatio*, ὥρης pro diei XII. parte usum priscis vindicanti, succurreret, si Latina sine inpedimento procederent. At quae *eadem illa hora?* Utique illud tempus, quo Atticae naves auxiliatum accesserunt, nunciusque perditarum Persicarum. Non negabo. Graecis *Herodoti* aevo diei in XII. partes descriptionem in notitia fuisse: liquidum illud ex lib. II. 109. Τὴν tamen ὥρην et τὴν αὐτὴν ὥρην de *stato* aut *eodem tempore* usurpat lib. II. 2. VII. 19. Vise et *Is. Casaubonum* in *Athen.* I. 1. p. 3. WESS. — Vide Animadv. in *Athen.* T. I. p. 18. nuperae editionis. Equidem cum *Larchero* φυλάξαντες τὴν αὐτὴν ὥρην de *eodem diei tempore*, quo *pridie*, accipiendum putavi, respici nempe cap. 9, 6. ubi δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες. *S.*

CAP. XV. 1. δεινόν τι ποιησάμενοι) Lenissima mihi vera videtur doctissimi *G. Koenii* correctio legentis δεινόν τε ποιησάμενοι. Hoc poscere videtur sequens καὶ, alterum autem respuere ratio locutionis, e qua alibi etiam τὶ sustuli, facile natum e litera vicina. VALCK. — *Valckenario* obsecutus *Borheck* δεινόν τε edidit. Et sic quidem edd. et mssti V. 42, 7. δεινόν τε ποιεύμενος καὶ etc. At nec τι particula utique h. l. desiderabatur, et τι libri omnes agnoscunt, sicut V. 33, 9. et 87, 10. *S.*

2. οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι) Nihil ad nexum proderit, hoc, an οὕτω σφίας, probetur. Λυμαίνεσθαι utroque strui modo, *Gronov.* ad lib. III. 16. et *Alberti* in Act. Apost.

VIII, 3. ostenderunt. Id vero dubito, sit-ne vulgato [*lin.* 6.] *τὰς αὐτὰς ταύτας ἡμέρας τάς τε ναυμαχίας* Codicis *Arch.* posterius. Negabit Scriptor, quippe lib. VII. 151. *Ἀργείους δὲ, τὸν αὐτὸν τοῦτον χρόνον πέμψαντας καὶ τούτους etc.* consimilem in modum. WESS. — Peropportunum inprimis illud est *τάς τι ναυμ.* quod ex *Arch.* laudatur, de quo in *Var. Lect.* monere neglexeram. Nunc ipsam illam *τε* particulam in contextum receptam velim, ut sit *τάς τε ναυμαχίας - - καὶ τὰς πεζομαχίας. S.*

7 *seqq. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν etc.*) Studium Graecorum in Euripi et Thermopylarum angustiis defendendis, et contrariam Persarum contentionem hinc *Diodorus* XI. 13. mutuatus est. WESS.

CAP. XVI. 8 *seq. αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε etc.*) *Angustias enim Themistocles (inter Euboeam continentemque terram) quaesiverat, ne multitudine navium circumiretur*, quae neque illic explicari potuit: *Corn. Nepos* in Them. VALCK.

9. *περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας*) Qui praepositionem insuper habuit *Arch.* scriba, *ἀλλήλαις* fortasse, non inmemor similium (quorum data quaedam lib. I. 108.) in Musis, maluit. Sed recte, ab ipso neglecta vox, in talibus adest. Exempla, si desiderentur, ex *Abreschii* Dil. Thucyd. lib. VI. 33. sumi possunt. WESS. — *ἀλλήλαις Reiskius* legendum censuerat. *S.*

CAP. XVII. 1 *seqq. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ etc.*) Ad haec comparandus est *Diodor. Siculus* XI. cap. 13., iuxta quem *ἀριστεῦσαι ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ναυμαχίαις φασὶ παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν Ἀθηναίους, παρὰ δὲ τοῖς βαρβάροις Σιδωνίους.* In carmine *Pindarus* deperdito celebraverat *τὸ καλὸν Ἀρτεμίσιον, ὅθι παῖδες Ἀθηναίων ἐβάλοντο φαεννὰν κρηπῖδ' ἐλευθερίας.* Excitat ista *Plutarch.* T. II. p. 552. B. et alibi plus semel. Themistocles *Aristidis* T. III. pag. 310. ad Artemisium *δυοῖν ναυμαχίαιν δύο ἵστησι τρόπαια, - - - ὥς φησι Πίνδαρος, κρηπῖδα τῆς ἐλευθερίας τοῖς Ἕλλησι βαλόμενος.* VALCK.

5. *Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω*) *Cliniam Plutarchus* princ. Vitae Alcibiad. *ἰδιοστόλῳ τριήρει* ad Artemisium magna laude depugnasse itidem prodidit, et patrem quidem nobilissimi Alcibiadis, professione non absurda. Congruit temporum ratio. Supremum diem Alcibiades obiit Olymp. XCIV, 1. apud *Diodorum* XIV. 10., annos circiter quadraginta na-

tus, teste *Corn. Nepote* in Alcib. c. 10. Vidit ergo primam lucem sub auspicia Olymp. LXXXIII., patre sexagenario maiore. Fac eum, quando ad Artemisium rem optime gerebat Olymp. LXXV., annos habuisse triginta aut paullo pauciores; consequens erit, hunc ut filium post triginta et quinque annos genuerit. Clinias pugnando ad Coroneam occubuit haud multo post; relictusque adeo orbus est Alcibiades, κατελείφθη ὀρφανός, in *Isocrat.* Or. de Bigis p. 352. Quod ibidem autem paternus eius proavus, πρόπαππος, Alcibiades perhibetur, Cliniae pater, id veritati pugnat. Πάππος erat πρὸς πατρὸς, sicuti docte *Henr. Valesius* Emend. lib. IV. c. 1.. cui iunge notata *Io. Taylorio* ad *Demosth.* Midian. p. 191. [in *Reiskii* Appar. T. I. pag. 623 seq.] WESS.

Ibid. Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω) *Alcibiadis*, qui cum ceteris Pisistratidas eiecerat ex Attica, *filius Clinias;* pater Alcibiadis vitiis et virtutibus suis maxime nobilitati; huius, inquam, pater, illius iuxta *Herodotum* filius, Κλεινίας, ἰδιοστόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν: ut scribit *Plutarch.* initio Alcib. T. I. pag. 191. Concinunt ista Herodoteis. Alcibiades antiquior, eiectus ostracismo, (vid. *Andoc.* p. 33. et *Markland.* ad *Lys.* pag. 291, 3. Ἀλκιβιάδου τοῦ πάλαι scripserat, opinor, *Plato* in Euthyd. p. 275. A.) dum *Io. Meursio* videbatur nobilissimi Alcibiadis non avus, sed proavus, in hoc etiam haesit *Herodoti* loco, Att. Lect. lib. VI. c. 12. Verum nimis saepe vir literatissimus festinans, quae ad genus ex utroque parente pertinebant Alcibiadis, omnia miscuit. *Meursii* correxit errores ea de re agens accuratius *H. Valesius* Em. IV. c. 1. ubi quaedam aliter scripta leguntur, quam ex eius collectaneis erant publicata in Notas *Mauss.* ad *Harp.* p. 214, 215. *Valesii* sententiam *Dukerus* adprobat ad *Thucyd.* VIII. c. 6. Supersunt etiam in hac parte veteris historiae difficultates non paucae, quarum unam alteramve conabor e medio removere. Quae supra posui de *Clinia* Herodoteo, haec sequuntur apud *Plutarchum* proxima: ὕστερον δὲ Βοιωτοῖς μαχόμενος περὶ Κορώνειαν ἀπέθανε. *Platonis* Socrates (T. III. p. 112. C.) ad Alcibiadem, ἐν Κορωνείᾳ - - - καὶ ὁ σὸς πατὴρ Κλεινίας ἐτελεύτησεν. Hinc *Isocratem* feliciter emendavit *Ti. Hemsterhusius;* amico *Wesselingius* adstipulatur ad *Hieroclis* Synecd. pag. 644.

et ad *Diodor.* T. I. p. 482. T. II. p. 44. Sua in ordinem digerenti venit idem in mentem *Valesio*; qui, ad *Harp.* pag. 215. *Isocratem* citans, eumdem illum tantum respicere potuit *Isocratis* locum. Hoc itaque certum est, in praelio ad Coroneam, quo Tolmides ipse cecidit imperator, mortuum Cliniam: vellem nunc alicunde constaret, mortuum illic Cliniam relicto filiolo Alcibiade, tres saltem quatuorve annos nato. Atheniensibus luctuosum accidit illud praelium *multis annis ante bellum Peloponnesiacum*, ut vere scribit *Dukerus* ad *Thucydid.* I. 113. Belli autem Peloponnesiaci anno demum XII. aequalem suum Alcibiadem in scenam historicam prima vice producit *Thucyd.* lib. V. c. 43., cui tum fuisse dicitur vir iuvenis Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ ἔτι τότε ὢν νέος. *Eduardo Simsono*, ad A. M. 3562., *hoc circiter anno* (Ol. 84, 2.) *natus* videtur *Alcibiades*. Iam ante Clinias illuc abierat; nam clades Atheniensium ad Coroneam evenerat Ol. 83, 2. Sed fallitur, ut puto, *Simsonus*; quodque retulit is in A. M. 3571., Alcibiadis ad Periclem dictum, id iuveni potius congruit annos quindecim, quam puero novem annos nato. Sic triginta circiter annos natus prodiret in publicum apud *Thucyd.* V. 43., neque ante id aetatis licebat Athenis δημηγορεῖν. Sic potuit a patre Clinia relinqui vel triennis puer vel quadriennis; sed a patre mediam aetatem dudum praetergresso: nam hic *Herodoto* narrata evenerunt duobus et triginta annis ante mortem Cliniae. Puer autem, in tutoris sui Periclis domo educatus, paedagogum Thracem quemdam habuit Zopyrum, antequam a Gorgia iuvenis aliisque erudiretur. Praeceptorem puer habuisse fertur Σώφιλον, patrem oratoris Antiphontis; quem inimicissimum Alcibiadi fuisse constat ex orationis fragm. apud *Athen.* XII. p. 525. A. De Sophilo praeceptore vid. illius vitae Scriptor in *Plutarchi* T. II. p. 832. B. *Philostratus* in Antiph. p. 498. Σώφιλος καὶ τὸν τοῦ Κλεινίου ἐπαίδευσε: sic saepius ad Artemisium praecipue nobilitati filius dicitur Alcibiades: materno non minus genere (de quo *Palmer.* egit in Exercit. p. 632, 33.) superbum saepenumero ludit Socrates, et in *Platonis* T. II. p. 105. A. ἐγώ, ait, δή σοί γε ἐρῶ, ὦ φίλε παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης. De hoc clarissimo isthac aetate iuvene centena nobis antiqui Scriptores commemorant, et ne illud qui-

dem adnotare neglexerunt, infanti puero nutricem fuisse *Lacaenam.* Ad huius mentionem *Thucydiden* scripsisse recordor VIII. c. 6., Endii, Alcibiadae Laconis filii, Atheniensem istius temporis Alcibiaden πατρικὸν ἐς τὰ μάλιστα fuisse ξένον· ὅθεν, addit, καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ τὴν ξενίαν ἔσχεν. Hoc quidem, more satis usitato, quo liberis hospitum vel amicorum indebant nomina: hinc Timonis adulator *Lucianei* p. 168., τὸν υἱὸν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. *Scholiasten Thucyd.* ad l. c. erroris insimulant *Io. Meurs.* Att. Lect. p. 335. et *Duker.* Haec auferantur ex isto *Scholio*, ὃς ἦν πατὴρ τοῦ Ἐνδίου: pertinent enim ad vicina; nihil erit adeo in reliquis rite acceptis, quod reprehendi mereatur. Hoc tamen modo, me iudice, rectius scripsisset interpres minime contemnendus: Ἀλκιβιάδης Λακωνικὸν ἦν ὄνομα· Κλεινίας δὲ Ἀθηναῖος, Λακεδαιμονίῳ Ἀλκιβιάδῃ ξένος γενόμενος, τὸ ὄνομα τῷ ἰδίῳ παιδὶ ἔθετο: sic in medio relinqueretur, quis Clinias primus amici Laconicum nomen filio indidisset; qui, forsan isto tempore iam ignotus, nunc certe designari nequit. In isthac Attica familia potuerunt ante Cliniam hic *Herodoto* laudatum plures fuisse Cliniae, plures etiam Alcibiadae, fortasse ne in istius quidem aevi monumentis commemorati. *Herodoti* Cliniam primum filio Laconicum imposuisse nomen plerique crediderunt; sed quo tandem argumento moti? Privatim amici fuerunt et ξένοι Clinias Atheniensis et Spartiata quidam Alcibiadas; sed Alcibiadae Attici maiores publicitus Lacedaemoniorum iam fuisse videntur πρόξενοι: ista permisceri non debuerant, quae sunt utique diversissima. Atheniensi Alcibiadi a maioribus tradita cum Alcibiadae Spartani posteris colebatur amicitia, *Thucyd.* VIII. 6. sed Lacedaemoniorum non erat is πρόξενος: hunc honorem studuit ille recuperare, cuius onere illius se iam avus abdicaverat: vid. *Thucyd.* V. 43., et cap. 89. ubi Alcibiades in oratione ad Lacedaemonios, τῶν ἡμῶν, inquit, προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν - - ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν ἀναλαμβάνων ἐθεράπευον ὑμᾶς. VALCK.

CAP. XVIII. 6. δρησμὸν δὴ ἐβούλευον) Vide superius c. 4. Accusat asperitatem vocabuli δρησμοῦ *Plutarchus*, quod de *fuga* consuluisse Graecos Noster dicat. At *nimis severus est Aristarchus. Atque etiam illud non tulerit*, *credo*, *quod rex*

regum censet aufugiendum de Troia: non enim, ut opinor, mollius est, φεύγωμεν *Iliad.* B'. 140., *quam* δρησμὸν βουλεύεσθαι. Sic *Camerarius* ex vero. *Aristides* T. II. p. 191. τῶν ἐν ταῖς ναυσὶ κατὰ κράτος ἤδη φευγόντων εἰς τὸ εἴσω τῆς Ἑλλάδος, de his; neque *Polyaenus* mollius. WESS.

CAP. XIX. 3. ἀπὸ τοῦ βαρβαρικοῦ) Hoc reduxi. Vise clar. *Valckenarium* ad lib. III. 115. WESS. — At I. 58, 7. scribitur ἐθνέων βαρβάρων consentientibus libris, et mox *ibid.* iterum ἔθνος βάρβαρον: iterumque βαρβάρου ἔθνεος, I. 60, 12. ubi βαρβαρικοῦ haud dubie ex scholio praeferunt libri nonnulli. Vide ibi *Var. Lect.* Similiterque III. 115, 9. videndum, ne verum sit βάρβαρον, quod habet *Arch. Vind.* et *Eustath.* pro eo quod est in aliis βαρβαρικόν. *S.*

5. ταύτῃ συλλέξας) Mutata punctione haec, postulante *Arch.* et *Valla*, aptavi: id *Pavius* fieri oportere perspexerat; nec, credo, reprobaverit quisquam. [conf. *Var. Lect.*] Deinceps [*lin.* 10.] προβάτων τῶν Εὐβοεικῶν, an Εὐβοϊκῶν, exaretur, arbitrarium erit: in membranis eadem dissensio lib. III. 89. et VII. 192. WESS.

[13. πῦρ ἀνακαίειν) *Ut ignem accenderent:* an, quo signum (nescio quod) darent? an, quo coenam pararent ex pecoribus quibus mox essent potituri? Hoc quidem ex *l.* 15. intelligi videtur, ubi αὐτίκα πῦρ ἀνακαυσάμενοι ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Scilicet credibile est, classem Graecorum cibariis non nimis largiter fuisse instructam, et Euboeenses praesertim pecora in cibum eis suppeditasse, adeoque etiam nunc, nescientes discessum parare Graecos, pecora ad mare abegisse quibus illi uterentur. *S.*]

CAP. XX. [1 *seqq.* Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι *etc.*) Toti huic Capiti commodior futurus fuisse locus videtur proxime post caput quartum. *S.*]

2. τὸν Βάκιδος χρησμὸν) Vaticinus iste de Persica expeditione cecinerat, *Pausan.* X. 14.; ex illo carmine haec durat portio. Idem c. 12. ἐκ Βοιωτίας Βάκιν adpellat, sicuti et *Cicero* Divinat. lib. I. c. 18. Duos Bacides *Clemens Alex.* Strom. I. p. 398., Arcadem et Boeotium, memoravit; tertium Atheniensem alii addunt: super qua re sollicita exstat opera *Nic. Loënsis* Epiphyllid. IX, 11. interpretumque *Aeliani* Var. XII. 35. WESS.

3. *οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν*) *οὔτε τι*, a *Gronovio* iure laudatum, sed infeliciter defensum, in sua iterum sede statui. Sic lib. IV. 19. *οὔτε τι σπείρουσι οὐδὲν, οὔτε ἀροῦντες*. WESS. — *Gronovius*, postquam, neglectâ codicis *Med.* scripturâ, cum *Aldo* et aliis *οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδὲν* edidisset, in Notis dein istud *οὔτε τι* commendans monuerat, ut *οἷόν τι* et *πολλόν τι*, sic etiam *οὐδέν τι* suaviter dici. Debuerat potius monere, *οὐδέν τι* paullo esse significantius quam nudum *οὐδὲν*, respondereque Latinorum *nihil quidquam*. *S.*

Ibid. *οὔτ' ἐξεκομίσαντο οὐδὲν*) Dum Clar. *Iac. Gronovius* paulo consideratius *Herodoti* tractabat Uraniam et Calliopen, aestus amoris iam defervescebat, quo ante ferebatur in Florentinas suas membranas paene iuvenili. Nemo mirabitur, nobis saepe displicuisse vehementius illud amatoris studium, nostratem *L. Bos*, exemplar modestiae, viros etiam primarios *Salmasium*, *Is. Vossium*, *Ez. Spanhemium*, aliosque, qui Musas contrectaverant, velut *ἀντεραστὰς* repellentis asperrime. Neutrum decet Musarum sacerdotem. Sed ut illud persequar, cuius occasione haec scripsi, in Notis vir Clar. proponit lectionem Mediceam: *οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν*, et lectori commendat ut *perquam suavem*: illa mihi quoque placet, et, si licet de vicinis duas demere literas, haec equidem censerem esse a manu *Herodoti*: *οὔτέ τι ἐξεκομίσαντο, οὐδέν τε προσεσάξαντο*: recte *Valla*, *neque exportaverant quicquam neque importaverant*: illud *οὔτε - - - οὐδέν τε*, obvium apud quosvis, simillima firmarent *Herodoti* in *Ed. Gron.* p. 382, 5. 395, 34. 468, 2. 509, 10. 529, 10. [VII. 8, 6. 37, 8 seq. VIII. 26, 13. IX. 1, 5 seq. 50, 6. seq.] Minuta talia *Livium* tractans enotare non dedignatus est Clar. *Iacobi* Pater. [*Io. Frid. Gronovius*] Ponam hic magni viri verba quaedam, quae leguntur in *Livii Drakenb.* T. IV. p. 421. b. [ad lib. XXX. c. 10.] *Nimis credulus fuit* (Rhenanus) *uni libro, et, quaecunque aliter atque in vulgatis illic essent, Livii esse, nihil librarii putavit.* Ingenuam tamen laudo confessionem Editoris *Herodoti* in p. 201, 17. *Fere nimio studio in Mediceas membranas abductus dici queo.* Qui Codicem antiquum supra modum mirantur, horumque sacrorum *ἀμυήτοις* se iure praebent, et immerentes alios ridendos, hoc semel sibi dictum putent. VALCK. — Ista in *Gronovium* animadversio, quam ille

quidem longe etiam severiorem multis modis commeritus est, non huius tamen maxime erat loci. Neque vero correctione a doctiss. *Valck.* propositâ indigebat scriptura illa a *Gron.* commendata, meritoque a *Wesselingio* recepta. *S.*

Ibid. οὔτε προεσάξαντο) Ut sibilante littera auctius procederet hoc verbum, nulla erat necessitas. Repete ad lib. V. 34. adposita. WESS. — Nempe προεσεσάξαντο ex eodem cod. *Med.* imperite commendaverat *Gron.* Commode ad h. l. *Reiskius* adnotavit: „Ἐξεκομίσαντο, *deportarunt in locum tutum extra insulam*; [quod aliàs est ὑπεκθέσθαι, ut cap. 4, 9.] προεσάξαντο, *rure in urbes compulerant.*" *S.*

7. βαρβαρόφωνον) Ex *Vallae* Latinis βαρβαρόφωνος erit, quae non iniusta *Pavii Reiskii*que divinatio. [Vide vero *Var. Lect.* et memineris eamdem structuram cum verbis οἶδα, ὁράω, et similibus, locum habere.] Putes porro cum *Stanleio*, Bacidis versum in Pers. vs. 72. *Aeschylum* aemulari, quando πολύγομφον ὅδισμα ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου tragice de *ponte* in Hellesponti angustiis, intenso funibus ex byblo lib. VII. 36. Itaque βύβλινον cur vir Celeb. exprimi voluerit, non perspicio. Credo ex *Medic.*, etsi de eo silentium, huc ob *Ask.* consensum migrasse. Pristinum longe praestantius. WESS.

[11. συμφορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα) Insolentior dictio πρὸς τὰ μέγιστα: quae idem, puto, valet ac ἐς τὰ μέγιστα VIII. 144, 14. *S.*]

CAP. XXI. 5. εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς) Scripti editique libri nihil novant; nam Editoris *Genev.* εἰ παλήσειε coniecturae *Porti* debetur, male tamen repraesentatae: coniecerat ille, quamquam haesitans, εἰ 'παλίσειε, pro integro ἐπαλίσειε, ex ἐφαλίζω, *contra aliquem copias congrego*: obtrudi noluit, idque prudenter; neque enim moris id Herodotei. Tolerabilius de opinione *D'Orvillii* et *Reiskii* εἰ πελάσειε, *si adpropinquaret*, videretur; cuius modi lib. IX. 73. ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι: neque abiret longius παλαίσειε *Pavii*, et fortasse *Gronovii*, ob eius Latina; eoque minus, quod diphthongus αι et η in scriptis saepe commutantur. [*Gronov. si conflixissent. Valla, an classis discessisset.* Caeterum αι et η vix umquam a librariis inter se permutata observare memini.] Sed omnibus schedae obstant. Aliud ergo circumspiciamus. Παλῆσαι *Hesychius* ex-

ponit διαφθείρει, quod de *clade* in belli certamine non illaudabile, et hinc, nisi erro, sumtum. Priscos sane παλαίειν ac παλίειν novisse, Ionesque in primis, vero mihi proximum. *Hippocratis* sunt ἀποπαλέειν atque ἐκπαλέειν in evibratione et concussu vehementiore. Ἀποπαλήσει *Erotianus*, σαλεύσει καὶ σφόδρα κινήσει. *Foësius* Oeconom. p. 78. plura. Sive ergo εἰ παλήσειε de *conflictu*, seu *clade* secuta, *agitationeve classis maiore* accipiatur, vocabulo scriptura locoque sententia constabit. WESS.

Ibid. εἰ παλήσειε ὁ ναυτ. στρατ.) Varias attulit coniecturas *Portus* verisimilioribus facile locum daturas. Quod hic vulgatur, Lexicographis, credo, praetermissum, παλήσειε legitur in sua serie apud *Hesych.* cum interpretamento διαφθείρει. διαφθαρείη ab huius loci sententia non esset valde alienum: παλήσειε quid sit, exspectabimus qui nos doceat. Licebit interea coniecturam proferre: εἴ τι πταίσειε ὁ ναυτ. στρατὸς literas prope accedit; id est, ἐάν τι περὶ τὴν ναυμαχίαν γίνηται πταῖσμα, ut scribit *Diodor.* I. p. 415. fin. ἐὰν ποτε συμβῇ τι πταῖσμα, *Demosth.* p. 59, 71. εἰ δέ τι πταίσειε, idem p. 16, 28. *Thucyd.* p. 327, 79. Forma quidem paulo est insolentior: minime tamen absurdum quod nonnemini venit in mentem: εἴ τι παθήσειε, *si quid eveniret classi:* certe talibus uti solebant εὐφημισμοῖς, ne belli tristem eventum memorarent. *Eurip.* Phoen. 251. εἴ τι πείσεται ἑπτάπυργος γᾶ. *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. II. p. 24, 9., εἴ τι πείσονται Μῆδοι. *Si naufragio navis perierit*, *Euripidi* dicitur, ἤν τι ναῦς πάθῃ, Iph. in Taur. 755. Plenius legitur in syngrapha nautica apud *Demosth.* p. 547, 16., ἐὰν δέ τι ἡ ναῦς πάθῃ ἀνήκεστον. VALCK. — Apud *Hesychium*, ubi Παλήσει, διαφθείρει legitur, videtur utique διαφθαρείη scriptum oportuisse. Similiter quidem apud eundem: Ἐπάλλησεν· (rectius puto Ἐπάλησεν·) διεφθάρη: tum Πεπαληκέναι· ἐκπεσεῖν: et Πεπαλημέναι, βεβλαμμέναι. Quae nescio an cuncta ad verbum Παλαίω (παλάω, ion. παλέω, coll. *Foes.* Oecon. voce Ἐκπαλέω, et *Schneider* Lexic. crit. voc. Παλαίω) sint referenda. Ut autem id verbum generatim quidem *colluctari*, *conflictari*, significat, sic frequentius de *graviori lucta* et *periculoso certamine* usurpatur: quemadmodum etiam sequens dictio ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον (*lin.* 9.) in utramlibet quidem partem accipi potest, plerumque vero in tristiorem partem usur-

patur. Nec vero diffiteor, videri mihi istud verbum παλήσειν certiorem etiam nunc lucem requirere. *S.*

CAP. XXII. 1. νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος) Corrigitur ἀπολεξάμενος, forte ob c. 101. τριήκοντα μυριάδας ἀπολεξάμενος τοῦ στρατοῦ, et ἀπολέξαντες τὸ ἄριστον lib. V. 110. Quae quidem boni commatis; neque vero pravioris vulgatum. Ἐπιλεξάμενος ἄνδρας δέκα Αἰγινητέων, lib. VI. 73. ἐπιλεξάμενός τε ἄνδρας τοὺς ἐθέλεις, lib. VII. 10. Adde *Thom. M.* in Ἀναλέγομαι. Quae deinceps ex duobus Codd. exsulant, non illa casu exciderunt, utpote nexa optime: praeberent profecto, si pluribus abessent, glossatoris specimen. WESS. — Verba τὰ Ἴωνες etc. quae codicibus *Arch.* et *Vind.* desunt, agnoscit noster cod. *F.* cum aliis omnibus: et quoniam in his recurrit verbum ἐπιλέξαντο longe diversa notione, malles utique paulo ante ἀπολεξάμενος: sed non est hic unus locus apud Nostrum, ubi idem verbum, paucis interiectis repetitum, diverso significatu ponitur. Quid autem praetermittendis verbis nonnullis ansam h. l. dederit, satis adparet, nempe vocab. γράμματα nonnullis interiectis repetitum; quo factum, ut oculus librarii a priori γράμματα ad posterius aberraverit. *S.*

2 *seqq.* Θεμιστοκλέης ἐπορεύετο *etc.*) Callidum prudentis Imperatoris factum memorant *Plutarch.* in Them. p. 116. B. *Polyaen.* I. 30, 6. aliique: eleganter *Aristid.* I. p. 314. ubi meliora sunt in Scholiis scriptis quam in Edd. Sophistica mihi videntur atque absurda, quae Themistocli tribuit ex *Trogo Iustinus* II. c. 12.; neque enim, ut credidit *Orosius* II. c. 10., *apta* fuisset *increpatio;* sed in isthoc rerum discrimine prorsus importuna. Mendax *Scriptor Parallelorum* in *Plut.* T. II. p. 305. D. fratrem nobis fingit Themistoclis Agesilaum, quem ad Artemisium Graeci miserint speculatorem: eadem paene praebet illinc descripta *Stobaeus Gesneri* p. 91. Nollem viros eruditissimos his mendaciis locum in historia dedisse veteri. Ut illi fratrem, Agesilaum quoque patrem dat Pausaniae, huius narrans proditionem p. 308. B. *Stobaei* p. 228. adeo puer in historia, ut ne *Thucydiden* quidem legerit, citat, qui nusquam extitit, *Chrysermum* ἐν δευτέρῳ ἱστορικῶν vel Περσικῶν. VALCK.

3. ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα) Linguae non inutilis concinnari posset index verborum, quibus Scriptor castigatissimus novam quamdam indidit vim significandi: locum illic inveniret etiam Ἐντάμνειν. Lapideis columnis Darius dicitur ἐντάμνων γράμματα, IV. c. 87. Proximum convenit Latinum *insecans*. *Columellae* bis terve; sed alia usurpatum structura, verbum *insecandi* bis adhibuerat, ut puto, qui nuper cura Clar. *P. Burmanni* Sec. prodiit ornatior, *Auctor ad Herennium*, III. c. 14., *ipsa pronuntiatione - - res inserere atque insecare* (*inscribere* satis erat *Ciceroni* de Orat. II. c. 87.) *in animis auditorum*: hoc ex Codd. reciperem pro *intersecare*: idem IV. c. 49., *tanquam iubatus draco - - - circumspectans huc et illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus adflare, - - - dentibus insecare, lingua adspergere possit*: hoc Graecis est ἰὸν ἐγχρίειν et ἐγχρίπτειν: quorum prius *Oleario* aliisque non debuerat esse suspectum. Omisit, ut alia multa, *Stanlei Aeschyli* fragm. ex Philoct. apud *Plutarch*. T. II. p. 1087. F. Οὐ γὰρ δρακῶν ἐνῆκεν, ἀλλ' ἐνώκισεν etc. aptius alterum illud, *venenum dentibus insecat*. Scribi potuit a Tragico apud *Ciceron*. Tusc. II. c. 9. *Hos ille cuneos fabrica crudeli insecans Perrupit artus*: vulgatum *inserens* nec ad vicina neque respondet *Aeschyli* grandiloquentiae. Literas lapidibus *incidere*, vel *insecare*, hic ἐντάμνειν λίθοισι γράμματα, alibi dicitur et *Herodoto* ἐγκολάπτειν, I. c. 93, 187. Hoc quibusvis fuit usurpatum, et restitui debet III. *Maccab*. II, 27., στήλην ἀναστήσας ἐνεκόλαψε γραφήν: idem esset ἐς στήλην ἐκόλαψε γραφήν: qua ratione legitur in veteri tabella apud *Gruter*. Inscr. p. CCCCI. vs. 22. τὸ δὲ δόγμα τόδε κολάψαντας ἐς χαλκώματα δύο, τὸ μὲν ἓν ἀναθεῖμεν ἐς τὸ βουλευτήριον: *tabulae aereae*, quibus incidendum erat plebiscitum, χαλκώματα vocantur. VALCK.

6. ἐπὶ τοὺς πατέρας) Redi ad lib. VII. 51. Callidam *Themistoclis inscriptionem* iisdem verbis *Polyaenus* I. 30, 6. recitat, parum, quod vir magnus attigit, aberrans; *Plutarch*. Themist. p. 116. B.; *Aristides* T. II. p. 191. etc. Notabile ἐκ τοῦ μέσου ἕζεσθε ex Cod. *Ask*. [*lin*. 9. Conf. *Var. Lect.*] restitutum volui. Scio ἐκ μέσου ὄντας *Dioni Cass*. lib. L. p. 581. *neutrarum esse partium*; sed ἵστασθε per hic (nec latuit *H. Stephano*) incommodum. Contra κατῆσθαι sive ἕζεσθαι ἐκ τοῦ μέσου de illis, *qui rei se non miscent, et ex eius medio*

quasi otiosi sedent, Herodotea sunt. Inferius c. 73. αἱ λοιπαὶ πόλις ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο, et iterum ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι: quibus gemina III. 83. IV. 118. etc. WESS.

6. ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι) Hinc liquet quid supplendum sit aut lectori subaudiendum relinquatur apud *Diodor. Sicul.* XIX. c. 41., ubi iussu Antigenis, *cuius sub imperio phalanx erat Macedonum*, ut scribit *Corn. Nepos* in Eumene c. 7., in Eumenis exercitu eques Macedo, propius accedens phalanga Macedonicam Antigoni, proclamavit: ἐπὶ τοὺς πατέρας, ὦ κακαὶ κεφαλαὶ, τοὺς μετὰ Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου τὰ ὅλα κατειργασμένους: nempe στρατεύεσθε. In Eumenis erant exercitu veterani milites, qui cum Philippo fregerant Graeciae libertatem, quique cum Alexandro Asiam pervaserant; sic itaque loquuntur velut annis et laboribus graves. Sed apud *Herod.* πατέρες sunt *conditores. Iustinus* II. 12. *Quod facinus agitatis? bellum inferre olim conditoribus vestris, nuper etiam vindicibus, cogitatis?* Eâdem mente supra apud *Herodot.* VII. c. 150., Argivis fertur per legatum dixisse Persa: οὕτω ἂν εἴημεν ὑμέτεροι ἀπόγονοι· οὔτε ὦν ἡμέας οἰκὸς ἐπὶ τοὺς ἡμετέρους προγόνους στρατεύεσθαι, οὔτε ὑμέας etc. In proximis [*lin.* 9.] sensum optime *H. Steph.* expressit: *et vos e medio nobis subducite*, ἐκ μέσου ἡμῖν ἕζεσθε: Herodoteam nobis manum ex uno Codice Clar. *Wess.* obtulit in Diss. *Herod.* p. 125. VALCK.

12. ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε) Nihil differt, rem ubi spectes, *Aeschyli* Prometh. vs. 108. ἀνάγκαις ταῖσδ' ὑπέζευγμαι τάλας: *Sophoclis* Philoct. 1022. ἀνάγκῃ ζυγεὶς ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς: et Aiac. vs. 123. Aliter paullo *Libanius* in Basilico p. 104. c. Mox ὥστε ἀπίστασθαι legitimum solum est. WESS.

CAP. XXIII. 7. ἅμ' ἡλίῳ σκιδναμένῳ) Homereum ὅσον τ' ἐπικίδναται ἠώς huic creditur originem, et *Aeschyli* Pers. vs. 502. πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ ἀκτῖνας, dedisse. Non infrequens talis figura. Σπείρειν ἀκτῖνας *Philo* Vit. Contempl. p. 899. F. *Spargere lumine terras* Latini Poëtae, *Lucretius*, *Lucanus*, aliique, in *La Cerdae* Comment. ad *Virgilii* Aen. IX. 459. Porro ἔπλωε [*lin.* 8.] rectum satis, nisi ἐπέπλωε malueris. WESS.

10 seq. τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἱστιαίων) Scribendum est Ἱστιαιέων: hinc *Diodor.* XI. c. 13. fin. κατῆρεν εἰς τὴν Εὐ-

βοιαν μετὰ παντὸς τοῦ στόλου, καὶ τὴν τῶν Ἱστιαιέων πόλιν βίῃ χειρωσάμενος etc. vid. ibi Clar. *P. Wessel.* Non nescio quid scribat *Steph. Byz.* in Ἱστίαια, *Ephorum* cives Ἑστιαίους dixisse; sed *Herodoto* huius capitis initio memoratur ἀνὴρ Ἱστιαιεύς, quod pro Ἱστιεὺς recte posuit *Gronov.* ex *Med.*, a *Galeo* iam oblatum ex *Arch.* et a *Valla*, quin et a *Plutarcho;* cuius in Edd. Herodotea describentis T. II. pag. 867. E. reperitur ἀνὴρ Ἑστιαιεύς: illic Iouica tantum pronuntiatio versa fuit in vulgarem. Hos ex Euboea Histiaeënses, τοὺς Ἱστιαιέας, istius aetatis Atticorum more talia contrahentium, *Thucydides* vocat Ἑστιαιᾶς I. 114. Vbi memorat Euboeam operâ Periclis Atheniensibus subiectam *Aristides* in Pericle T. III. p. 226. hoc exstat *Scholion* in *Cod. Ms.* Ἕως καὶ ταύτην) Ὁ Θουκυδίδης, ἐξοικήσαντες Ἱστιαίας (leg. ἐξοικίσαντες Ἱστιαιᾶς,) αὐτοὶ τὴν γῆν ἔσχον· ἡ δὲ ἱστορία πόλεως Εὐβοίας: miram in his corruptelam subiit Ἱστίαια, πόλις Εὐβοίας. In isthoc egregio clar. *P. Burm.* Codice msto eadem pag. saltem octo nobis ex *Androtione* praebet ducum nomina, qui cum Pericle susceperant expeditiones *Thucydidi* narratas, pleraque aliunde ignota. VALCK.

11. τῆς Ἑλλοπίης μοίρης) *Valla* sui Codicis pravam, qualis et *Arch.*, lectionem secutus, *Ellopiae*, qua de uberius *Strabo* X. p. 683. A., [p. 445. ed. Cas. ubi Ἐλλοπ. leni spiritu, ut apud *Steph. Byz.* et alios] mentionem praeteriit. Vicinum τῆς Ἱστιαιήτιδος Ionum est formae, optime hic in membranis custoditum. Non obliviscor γῆς τῆς Ἱστιαιώτιδος VII. 175., cui, si verum amamus, prorsus idem, quod paludi Maeoti, Μαιήτιδος titulo lib. I. 104. et IV. 20. notae, usu saepe venit. Par periculum Ἀμπρακιήταις propulsandum lib. IX. 28. WESS.

CAP. XXIV. 7. γῆν ἐπαμησάμενος) Ex Herodoteo Lexico petita *Suidae* interpretatio, ἀνακινήσας, traxit *Vallam.* Ulysses Homeri Od. Ε'. vs. 482., εὐνὴν ἐπαμήσατο, *aggessit sibi cubile*, ex foliis nempe: Φύλλων γὰρ ἔην χύσις ἤλιθα πολλή, Ἐν δ' ἄρα μέσσῃ λέκτο, velut *in lecto* cubuit. Hinc sua apte transtulit *Herodotus*, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν καὶ γῆν ἐπαμησάμενος: *et frondes iniecit arboreas terrae superingestae:* sic ista putem accipienda. *Eustath.* in Od. ε'. p. 240, 49. suum citat in Iliada commentarium p. 321, 33., ubi legitur et κόνιν ἐπαμησάμενος. *Super cadaver terram congerere*, et

pulverem in cadaver accumulare propriâ locutione dicebatur ἐπαμήσασθαι γῆν, et κόνιν ἐπαμήσασθαι. Pro ἐναμησαμ. scribendum usitato more ἐπαμησάμενοι κόνιν in *Schol.* ad *Soph.* Antig. vs. 261. De testudine, ova sua in litore tegente, posuit *Plutarch.* T. II. p. 982. B. τὸ λειότατον ἐπαμᾶται τῆς θινὸς αὐτοῖς καὶ μαλακώτατον. Rarissimâ formâ activâ scripsit *Iamblich.* de Vit. Pyth. p. 160., γῆς ἐπαμήσαντες τοῖς πεσοῦσι. Formae vim quoque tribuit verbi medii *Origenes* c. Cels. VI. p. 285., cui veste indutus lugubri dicitur κόνιν ἐπαμώμενος, *pulvere sibi caput adspergens*. Vid. Clar. *D'Orvill.* in *Charit.* p. 366. sed in versu *Theognid.* 427., quem citat, vulgata displicebat *Hemsterhusio* lectio, melior altera videbatur, γαῖαν ἐφεσσάμενον, ad *Hesych.* T. I. p. 1352. sic dicitur iacere cadaver, *operimento matris obductum;* quibus verbis *Cicero* de Leg. II. 22., istum adludebat *Xenophontis* locum, quem tractat vir summus. Sed ad *Herodotum* forte satis fuisset monuisse, Xerxis factum ad Thermopylas (quod attigit et *Polyaen.* VII. c. 15, 4.) Spartiatam postea temporis imitatum Agesilaum, qui fidos sibi iussit Σπαρτιάτας νεκροὺς, ἐπαμησαμένους κόνιν, ἀποκρύψαι, ut scribit *Polyaen.* II. 1, 23. VALCK.

CAP. XXV. 6. ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας) Magna in his Cl. *de Pauw* molimina. Negat ullos adfuisse *Hilotas;* negat quatuor Graecorum ad Thermopylas iacuisse millia. Εἵλωτας facit ἰδιώτας, sive *cives*: scriptum praeterea supra c. 24. olim fuisse, ὑπολιπόμενος τουτέων ὡς τετρακισχιλίους. Proinde post nonnulla τῶν μὲν χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ, Graecorum sunt cadavera; τέσσερες vero χιλιάδες, Persarum. Haec pauca de multis. Ego vero scire maximopere aveo, quinam illi praeter Spartanos et Thespienses ἰδιῶται, *cives*, si eorum mille tantum fuerint? et quomodo nautae [classiarii] ex ἰδιωτῶν corporibus agnoscere Spartanos potuerint? *Hilotae*, quos adfuisse vidimus VII. 222., habitu cultuque pares ceteris non erant. Hoc amplius, si mille duntaxat Graeci ad Thermopylas ceciderint, quid fiet Epigrammate, in quo contumulatorum χιλιάδες τέτορες VII. 228.? Sed desino; id tantummodo adstruens, ieiunum hoc in strategemate *Polyaenum* esse lib. VII. 15, 4. WESS.

CAP. XXVI. 2. αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης) Quae primo viderentur adspectu longe dissita, solerter sic com-

paravit eruditiss. *A. Heringa*, Obs. Crit. p. 156., ut *Arcades* hi fuisse videantur *Caryatae*. Nostro dicuntur βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι: *victus egentes, et in agendo desiderantes occupari*, prout hic vocem ἐνεργὸς accipiendam puto. *Pecuniam numeratam, quam domi habebant*, τὸ ἀργύριον τὸ ἔνδον κείμενον, vocabant et ἀργὸν, id est οὐκ ὂν ἐν ἔργῳ: contra ἐνεργὰ χρήματα erant *quaestuosae foenusque pensitantes pecuniae*, monente *G. Budaeo* Comm. Ling. Gr. p. 271. vid. *Salmas.* de Trap. Foen. p. 480. Rariori usu apud *Demosth.* p. 547, 7. ἐδέοντό μου δανεῖσαι χρήματα εἰς τὸν Πόντον Ἀρτέμωνι - - καὶ Ἀπολλοδώρῳ, ὅπως ἐνεργοὶ ὦσιν, *ut negotiarentur*, sive ὅπως ἐργάζωνται ἐν αὐτοῖς, quae phrasis est in Ev. *Matth.* xxv, 16. VALCK. — *Arcadas* illos, qui hic memorantur, *transfugas* ex Carya Arcadiae oppido advenisse statuens *Heringa*, testimonio maxime *Vitruvii* usus erat; qui lib. I. cap. 1. originem *Caryatidum* quae in architectura vocantur expositurus, *Carya*, ait, *civitas Peloponnesi, cum Persis hostibus contra Graeciam consensit*; etc. *Vitruvii* verba iam olim *Holstenius* in Notis ad *Steph. Byz.* voc. Κάρυα adposuerat. Quod autem duo Peloponnesi oppida fuisse statuunt docti viri, quorum utrique Κάρυα vel Κάρυαι nomen; rectius fortasse dicturi erant, unum idemque oppidum olim, quo tempore Graeciam Xerxes invasit, Arcadiae fuisse contributum, deinde vero Laconicae factum ditionis. *S.*

5. τὰ ποιέοιεν) Aeque bonum τί ποιέοιεν. Verissimum εἰρωτέων, [*lin.* 6.] unde ἀγγέλῳ εἰρωτέοντι IV. 145. aliaque. Malui quoque [*lin.* 7.] ἄγοιεν Ὀλύμπια, ut ἄγειν Ἀπατούρια: denique θεωρέοιεν, praeeuntibus manu exaratis exemplaribus. Maxime vero memorabilis est [*lin.* 11.] Τριταντταίχμης ὁ Ἀρταβάνου *Vallae* et *Arch.*, idem, uti videtur, ac lib. VII. 82. *Tigranes* haud quidem ignotus inter Persas est, Achaemenidarum gente proseminatus; sed nusquam *Artabani* filius, VII. 62. IX. 95. Quare *Th. Galeo* [Τριταντταιχμ. unice probanti] videor adstipulari posse. WESS. — Ad eumdem Τριτανταίχμην spectare videtur, quod *lin.* 5. scribitur, εἷς δέ τις πρὸ πάντων etc. *S.*

7. ὡς Ὀλύμπια διάγοιεν) Doctissimo *G. Koenio* corrigendum videbatur, ὡς Ὀλύμπια δὴ ἄγοιεν. Hoc mihi olim etiam placebat; nunc, si praebent alii Codices lectionem

quam dat margo *Steph.*, legi malim ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν. Vulgatum si forsan, ut hic, legeretur alibi, uno tamen alterove exemplo nolim abuti adversus centena. In istis paulo post, [*lin.* 9 *seq.*] quibus Arcades quale *praemium* esset *Olympiacum* Persis interrogantibus εἶπον, τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον, leve forsan vitium latet, quod una lineola loco mota facile tolli posset, si nempe scriberetur τῆς ἐλαίης τὸν ᾀδόμενον στέφανον, *ex oleastro coronam* ut simpliciter dixerint Arcades; quorum verbis Noster, Olympiacae laudis admirator, interiecerit τὸν ᾀδόμενον, *illam* Poëtarum, *Pindari* praesertim, carminibus *decantatam.* Quibus hoc forte videbitur non necessarium, fatebuntur tamen his *Pausaniae* III. p. 278., ἄρχονται μὲν ἀπὸ Τηλέφου τῶν ὕμνων, προσδιδοῦσι δὲ οὐδὲν ἐς τὸν Εὐρύπυλον, omnino corrigendum, προσᾴδουσι δὲ οὐδέν. VALCK. — Mihi quidem (ut dicam quod sentio) frigide praeter morem dicturus fuisse *Herodotus* videtur, si ᾀδόμενον hic scripsisset. Ego vero in hunc modum edi curans, οἱ δ' εἶπον, „τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον," ob oculos habueram superiorum editionum exempla, in quibus post εἶπον intercisa erat oratio, quo scilicet intelligeretur, οἱ δὲ εἶπον, τὸ ἄεθλον εἶναι τὸν διδόμενον στέφανον ἐλαίης. Nunc (quamvis ad sententiae summam h. l. nihil referat utro modo structuram orationis accipias) deletas illas notas „et" velim, et parum commode post εἶπον *comma* olim positum fuisse autumo: iuncta enim intelligi debent εἶπον τὸν στέφανον, nempe τὸν τῆς ἐλαίης στέφανον διδόμενον τοῖς νικῶσι, *hi vero narrarunt oleae coronam, victoribus dari solitam.* Paulo superius, [*lin.* 7.] ubi ἄγουσι offerunt complures probati codices, recipi fortasse hoc ipsum, licet mox subiiciatur θεωρέοιεν debuerat; quoniam (ut iam frequentissime observavimus) variare verborum modos Scriptor noster amat. *S.*

CAP. XXVII. 3. ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον) Litem, quam publicato schedae moverunt, secundum eas do. Non nescio Euripideum Hecub. vs. 1118. ἦ μέγαν χόλον Σοὶ καὶ τέκνοισι εἶχε, Sophocleumque Trachin. vs. 272. Aliter *Herodotus* lib. VI. 119. Δαρεῖος - - - ἐνεῖχέ σφι δεινὸν χόλον: et lib. I. 118. *Odii Thessalorum in Phocenses* exordia lib. VII. 176. signata sunt. Hinc τὴν πρὸς Φωκέας ἔχθραν, ἣ προυπῆρχε Θετταλοῖς ἐκ παλαιῶν χρόνων, non tacuit *Aeschin.* περὶ Παραπρ. p. 46. WESS.

9. *κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν οἱ Φωκέες*) Mirum accidit, *H. Stephanum* ad haec adhaesisse; sed comma, male punctum post Παρνησσὸν, illi tenebras offudit. Melior in his *Pavius*, atque diu ante eum *Poliaenus* VI. 18. Nimirum Thessali subita incursione Phocenses in Parnassum concluserant. Unde deinceps *ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν εἰργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντας ἑωυτούς*: ubi multitudinis numerus, *πεζὸν* spectans, nemini molestus esse debet. Verum audiamus *Polyaenum*: *Φωκεῖς εἰς τὸν Παρνασσὸν κατακλεισθέντες, γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα νυκτὶ πανσελήνῳ.* Sic scripserat. Vulgo illi *γυψώσαντες* deerant, damno sententiae manifesto, sicuti *Diodoro* XI. 14. adscriptum. Animadvertit et illud doctissimus *Berglerus.* Rem eandem, alio tamen ordine, operosius exsequitur *Pausanias* lib. X. c. 1. ubi de *Tellia* et de Telliadis (infra lib. IX. 37. memoratis) *Kühnius* et *Leopardus* Emendat. lib. IV. 18. WESS.

10 *seq.* *ὁ Τελλίης - - - γυψώσας etc.*) Obiter hinc *Polyaenum* p. 562. redintegravit Clar. *Wess.* ad *Diodor.* T. I. p. 414. quo nondum usus *Koenius* ex *Herodoto* quoque vidit in *Polyaeno* legendum: *Φωκεῖς, ἐς τὸν Παρνασσὸν κατακλεισθέντες, γυψώσαντες αὐτοὺς καὶ τὰ ὅπλα*: sic vox collocata ob similem praecedentis syllabam facile periit. *Eleum vatem* T e l l i a m, in quo viro egregio spes opesque erant Phocensium sitae, laudat *Pausanias* et hoc ipsius in bello non illaudabile commentum, in Phocicis p. 800. et 801., ubi Thessalos quingenti noctu narrantur inprovisos adorti, *αὐτοί τε ἀληλιμμένοι γύψῳ, καὶ ἐνδεδυκότες ὅπλα λευκὰ ὑπὸ τῇ γύψῳ.* Eodem isthoc cum Thessalis bello quod evenit memorabile Phocensium facinus desperatione furentium et rabie, *Pausaniae* narratum, explicatius etiam atque in laudem mulierum praesertim Phocensium *Plutarcho* de Virtut. Mulier. p. 244., causam non exputo, quam tamen habuisse certam suspicor, cur hoc in loco silentio presserit *Herodotus.* VALCK.

18. *ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι*) Male *Valla* et consentanei *τρισχιλίων*. *Polyaenus* *καὶ πτῶμα ἐγένοντο Θετταλικὸν ἄνδρες τετρακισχίλιοι.* Cur ego autem *λοιπὰς* [post *τὰς δὲ*, *lin.* 20.] tuerer, tanta Codicum conspiratione in exilium actas? Vocis absentia sententiae nihil nocet. WESS. — Inutilem vocem invito suo codice tenuerat *Gron.* Ignorat autem eumdem noster *F.* cum aliis. *S.*

CAP. XXVIII. 4. ἡ ἐστι κατὰ Ὑάμπολιν) Ob oculos ista *Polyaeno* fuerunt VI. 18, 2. τάφρον ὀρύξαντες κατὰ τὴν πόλιν καὶ πληρώσαντες αὐτὴν κενῶν ἀμφορέων: dederat ergo κατὰ τὴν Ὑάμπολιν, [aut nude κατὰ Ὑάμπολιν,] quae *Valckenarii* iustissima correctio ad Phoeniss. *Euripid.* p. 749. Scripsi [*lin.* 5.] ἀμφορέας κεινοὺς de *Herodoti* adsuetudine lib. VII. 131. [et alibi] a qua me εἴδωλα κεινὰ καρδίης *Democriti* apud *Stob.* Serm. IV. p. 56. non revocant. WESS. — Quamvis vero constanter aliàs formà κεινὸς, pro communi κενὸς, usus esse videatur *Herodotus*, advertere tamen animum Editoris debuerat Homerica forma κεινεὸς, quam h. l. plerique codices cum vett. Edd. praeferebant: qua fortasse et aliis quibusdam in locis usus est Scriptor noster, ubi librariorum alii formam κεινὸς, alii communem κενὸς posuerunt. *S.*

4. κατὰ Ὑάμπολιν) Ad haec *Polyaenum* VI. c. 18, 2. comparanti *Koenio* latere non poterat, in istis, τάφρον ὀρύξαντες κατὰ τὴν πόλιν, corrigendum ex *Herodoto* κατὰ Ὑάμπολιν: in transcursu eadem facta fuit comparatio ad *Schol.* in Phoen. *Eurip.* p. 749. Fraudem, qua vicinos Thessalos irretitos tenuerunt, explicate tradit *Pausan.* X. p. 799., κατὰ τὴν Ὑάμπολιν - - - ὑδρίας κεράμου πεποιημένας κατορύξαντες, καὶ ἐπ' αὐτὰς γῆν ἐπιφορήσαντες (*Herodot.* χοῦν ἐπιφορήσαντες) ὑπέμενον τὴν ἵππον τῶν Θεσσαλῶν. In foveas equites fuere praecipitati, equi autem ἀπεχωλεῦντο: quod *Pausanias* sumsit e *Thucyd.* VII. 27. *Herodoto* οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Hoc bello Phocensibus dux erat alter de duobus Ὑαμπολίτης Δαΐφάνης, iuxta *Pausan.* p. 800. Δαΐφαντος ὁ Βαθυλλίου τρίτος αὐτὸς ἄρχων dicitur *Plutarcho* T. II. p. 244., ubi congressi cum Thessalis victoriam Phocenses reportasse narrantur περὶ Κλεωνὰς τῆς Ὑαμπόλιδος. De *Hyampoli* multis agens *Iac. Palmer.* in Gr. Antiq. p. 665. istas Phocidis Cleonas *vicum in Hyampolitarum vicinia* fuisse suspicatur. Iason Thessalus Ὑαμπολιτῶν τό, τε προάστειον εἷλε, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθησε, apud *Xenoph.* Ἑλλ. VI. p. 350, 28. VALCK.

CAP. XXIX. 1. Τουτέων δὴ σφι ἀμφοτέρων ἔχοντες ἔγκοτον) Eruditissimus *H. Stephanus* vocabulum ἔγκοτος, quatenus quidem substantivi sedem obtinebat, e Graecae linguae finibus procul amandavit; dictionesque adeo, ἀτάρ τινα καὶ ἔγκοτον εἶχε lib. VI. 133. et 73., scriptas fuisse καὶ ἐν κότον εἶχε, vice καὶ ἐνεῖχε κότον. Inspice eius Prolegom.

p. 736. Cui animadversioni valide repugnat hic locus, talem *τμῆσιν* recusans, et lib. IX. 109. *τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἔχε ἔγκοτον.* Plura aliás. WESS.

CAP. XXX. 1 *seqq. οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι etc.*) Si vero nititur *Pausaniae* lib. X. cap. 1. extr. narratio; Phocenses cum Persa, necessitate conpulsi, *ὑπ' ἀνάγκης*, primum fecerunt, postea ad Graecorum societatem reversi. Non ita Noster hic et superiore libro c. 203. et 218. Vicinum [*lin.* 4.] *κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν Pass.* et apud *Plutarchum* minime malum: consimile *κατά τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων*, quo Spartanos prosequebatur Hegesistratus, sive, ut ibidem, *τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους*, lib. IX. 36. 37. In Latinis talia saepe. Vid. *Cortium* ad fragm. *Sallustii* p. 936. WESS.

2 *seq. οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν*) Verisimillimam *Herodoti* coniecturam ingeniosâ malevolentiâ nititur evertere *Plutarch.* T. II. p. 868. c. Sed Herodotea describens Philosophus praebet ex suo Codice lectionem unam alteramve vulgatâ apud *Herodotum* non deteriorem; velut in proximis, [*lin.* 4.] *κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν*, *nulla alia de causa, quam quia oderant Thessalos:* similiter scribit et in eumdem sensum Noster IX. 37., *κατὰ τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων*, *propter odium, quo Lacedaemonios oderat:* et *Thucydides*, *κατ' ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων· κατ' ἔχθος τὸ Ῥηγίνων· κατ' ἔχθος τὸ Κορινθίων*, p. 67, 73. p. 259, 10. p. 483, 57. Aptissima dedit in eam rem *Iac. Perizonius* in *Aeliani* Var. II. 25. et ex his suis observatis explicare debuerat apud eumdem XII. 53. *τὸ Μεγαρέων πινάκιον*: ubi commode Thucydideum *τὸ Μεγαρέων ψήφισμα* contulit Cl. *Abr. Gronov.* cuius avus *I. F. Gr.* vid. in *Livii* XXXIV. c. 26. VALCK.

[8. *ἑκόντες εἶναι*) Vide *Valck.* ad VII. 164, 3. et conf. IX. 7, 19. *S.*]

CAP. XXXI. 5. *ποδεῶν στεινὸς*) *Valla* Graecum *podeon* retinuit, *Porto* laudatore: *limes* venit a *Gronovio*, ex *Salmasii* sententia ad *Solin.* p. 297. [Nobis *laciniam* interpretari placuit. De *pendulo utris petiolo* idem usurpatum vocab. II. 121, 70. vidimus. *Angustum terrae tractum* h. l. intelligi adparet.] *Μηλιέες* [*lin.* 7.] rediit ex dictis lib. VII. 198. At *Δρυοπὶς*, etsi *Δρυοπίνης* suspicionibus ex Schol. ad *Apollon. Rh.* I. 1212. ansam praebet, non move-

tur. Vide c. 43. et lib. I. 56. Porro quod in proximis, [*lin.* 11 *seq.*] ἐμήδιζόν τι γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκει Θεσσαλοῖσι, perperam arbitror a *Valla* exprimi. Caussae, propter quas Doriensium regio a vastitate manserit inmunis, indicantur, tum quod *Medorum illi partibus studerent*, tum *quia Thessalis consultum non videbatur*. WESS.

7. τῆς τε Μηλιάδος -- χώρης) Μηλίδος, usitatam alibi Nostro quoque formam, praetulit Cl. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 127. Ad *Callim.* Hymn. in Del. vs. 287., ἱερὸν ἄστυ καὶ οὔρεα Μηλίδος αἴης, nuperrimus Editor, vir magnis suis meritis clarissimus, *Io. Aug. Ernesti* aptissimum dedit *Thucydidis* locum, quo Melienses etiam Ἱερῆς nominantur. Exemplis aliquot ostendi posset, non inutilem esse observationem *Scholiastae Aristid.* in Cod. *MS.* καλῶς εἶπε (T. I. p. 304.) Μηλίων, καὶ οὐ Μηλιέων. Μήλιοι μὲν γὰρ οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες· Μηλιεῖς δὲ, οἱ ἐν τῷ Μηλιακῷ κόλπῳ. *Maliacum sinum Livius* XXVII. c. 30. et XXXV. c. 37. Μηλιέα κόλπον dixit *Herodot.* IV. c. 33. Attica contractione Μηλιᾶ κόλπον *Aeschyl.* Pers. 486. et *Aristoph.* Lysist. 1171. ubi notat *Palmer.* in Exercit. p. 769. Μηλιᾶ κόλπον Atticistam scripsisse puto *Philostratum* p. 551., non, quod ferri nequit, Μηλίδα κολπ. In proximis merito Doctiss. *Koenio* Latina Graecis, καὶ οὐκ ἐδόκει Θεσσαλοῖσι, videbantur disconvenire; proque istis, *etsi Thessalis non videbatur*, ponendum, *neque Thessalis videbatur*, nempe *vastanda Doris*; horum enim ductu Persae utebantur, et ex horum libidine plus minusve mali regionibus inferebant. VALCK.

CAP. XXXII. 5. τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ *etc.*) Suo quoque nomine vocata dicitur Τιθορέα. Ista quidem clarent atque aliunde firmantur; sed his interiecta sic primum vulgabantur: τοῦ Παρνησοῦ ἡ κορυφὴ, κατὰ Νέωνα πόλιν, κειμένη ὑπ' ἑωϋτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ. Vallae Latina: *qui vertex est iuxta urbem Neonem illic sitam, nomine Tithorea*: facta videntur de Graecis hoc modo scriptis, κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένην ἐπ' αὐτῆς. Sed Codicum lectionibus instructus de Laurentianis certius iudicabit. Pro sua Linguae Graecae peritia *H. Steph.* scripsit *seorsim sitam*, legens κειμένην ἐπ' ἑωϋτῆς: sed nec huius sibi lectionis sensum satisfacere fatetur. *Holstenii* commentum ad *Steph. Byz.* in Τιθορέα vix memorari meretur: Latina *Palmerii* in Graecia

Ant. p. 635. Graecis neutiquam respondent. Clar. *Gronovii* ingeniosa esset interpretatio, si mons Graece dici posset δέξασθαι ὅμιλον ἐφ' ἑαυτοῦ: quod non puto. [Quo pacto Graeca ediderit *Gronovius*, in *Var. Lect.* dixi: latina eiusdem versio haec erat, *vertex - - - in se aptus turbae capiendae.*] Habuerunt etiam Phocenses velut commune gentis concilium, in quod συνέδρους suos mittebant civitates, τὸ Φωκικὸν dictum: vid. *Pausan.* X. p. 805. 808. 882. 892. Iam suspicor, *Neonem* urbem dictam κειμένην ἐπ' ἑωυτῆς, quod *seorsim posita*, *suique iuris*, cum reliquis Phocidis civitatibus in commune non consulebat: hoc sensu commode urbs dici potest ἐπ' ἑωυτῆς εἶναι, vel κεῖσθαι, vel οἰκεῖσθαι. Nusquam istius urbis incolae memorantur Νεώνιοι, ubi res narrantur a Phocensibus in commune gestae cum Thessalis, aut cum plerisque Graecis bello sacro. Hos itaque suspicor ἐπὶ σφῶν αὐτῶν αὐτονόμους οἰκῆσαι: quae phrasis est *Thucyd.* II. c. 63. Ut huius et aliorum, sic *Herodoti* est κέεσθαι ἐπ' ἑωυτοῦ: lib. II. c. 2. *infantes voluit* ἐν στέγῃ ἐρήμῃ ἐπ' ἑωυτῶν κέεσθαι, *seorsim iacere*: vid. VII. c. 10. IX. 17. et 37. ubi εἶχον ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν, *suum sibi habebant haruspicem*, ab illo Mardonii diversum. Urbem Νέωνα hinc *Steph. Byz.* adnotavit. Occasione loci *Demosthenis* de falsa Legat. p. 232. *Harpocration* in Νέωσιν urbem hanc Phocidis *Herodoto* dictam scribit Νιῶνα, Νιῶνας *Androtioni*. Ex *Herodoto Pausanias* X. [c. 32.] p. 878. ὄνομα Νιῶνα μὲν τῇ πόλει, Τιθορέαν δὲ εἶναι τοῦ Παρνασοῦ τὴν ἄκραν. *In verticem Parnassi*, sic vocatum aevo *Herodoti*, qui erat *ex adverso urbis Neonis* [κατὰ Νέωνα πόλιν] *seorsim sitae*, [κειμένην ἐπ' ἑωυτῆς] miseri Phocenses ἀνηνείκαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν: quae Clar. *Wess.* declaravit, Diss. *Herod.* p. 198. VALCK.

6. κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη, ἐπ' ἑωυτῆς) Distinctio Cl. *Gronovii* est, cuius rescripta *H. Stephano* et *L. Holstenio*, locique novam dilucidationem, Notae repraesentant. Aspera mihi tamen semper visa dictio fuit, κορυφὴ κατὰ πόλιν κειμένη, siquidem oppidum adstrui montis solet vertici, non vertex urbi. Placuit propterea κειμένην ἐπ' αὐτῆς, *sitam in eo*, non ἐπ' ὠὐτῆς, quae divinatio docti viri. Parnassi cacumen *Tithorea* urbem habuit *Neonem*; praeruptum illud quidem, sed multitudinis capax. Fuisse vero *Neonem* isto in iugo, testes *Pausaniam* ac *Plutarch.* in Sulla p. 461. D.

fero; *Tithoream*, quae *Neon* quondam, in eo locantes. Praeterea ἐς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο non est, *in quam vecti erant*, sed *in quam res suas conportarant*, sive ἀνεσκευάσαντο, ut belle ibid. *Plutarchus*. Probe recordor, *Eustathium* [loco in *Var. Lect.* citato] hinc accepisse ἐς Σπάρτην ἀνηνείκαντο, et explicasse ἀνέβησαν, sed et aberrasse, tum in citando, tum explicando. Scriptoris cum verba aliud docere, si advertisset, potuerant; illa quoque, ipsi non ignota c. 36. ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο, similiaque lib. III. 148. WESS. — Nihil magis in promtu fuerat, quam κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένην scribere; ita quidem, ut, si κειμένη scripsisse statuamus Herodotum, facillime id in κειμένην mutari a librariis potuisset; non vice versa. Igitur, quum in nullo vet. cod. κειμένην scriptum reperiatur, eo certius inde colligi videtur veram esse scripturam κειμένη, adeo religiose servatam a librariis. Quod vero *Wess.* oppidum ait adstrui solere montis vertici, non verticem urbi, id quidem nihil ad id de quo hic agitur. Si in oppidum confugissent Phocenses, commode dicturus fuisset Herodotus, oppidum illud in radice verticis situm fuisse cui Tithorea nomen: nunc illi in singularem et separatum aliquem Parnassi verticem confugerunt; et, quisnam ille fuerit vertex, declarat Scriptor, non solum nomen eius edens, sed et adiiciens, *fuisse verticem in ea Parnassi regione situm ubi Neon est oppidum*, hoc scil. nomine ea aetate notum, humiliori fortasse tumulo adstructum, ex adverso Tithoreae. Id oppidum dein a Persis captum incensumque fuisse ex cap. 33, 5. discimus: Phocenses autem in montis vertice tuti fuerunt ab hostium impetu. *S.*

CAP. XXXIII. 3-5. καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν etc.) Annumeravit has Phocidis urbes ex *Herodoto*, in quibusdam discrepans, *Pausanias* X. 3. Δρύμον adpellat Δρυμαίαν, dissentiente *Eŭstathio* ad Poëtam: Τεθρώνιον cum *Steph. Byz.* Τιθρώνιον, *Eustath.* Θρόνιον, non bene: id oppidum enim Locridis, ad Thermopylarum angustias, teste *Aeschine* περὶ Παραπρ. p. 45. et *Diodoro* XVI. 33. Ἀμφίκαιαν vocitat Ἀμφίκλειαν: immo vero Nostrum ait urbem Ὀφιτείαν nuncupasse X. 33. p. 883., nec ipse tamen, sed inprudentes librarii, uti optime *Sylburgius*. Ἀμφίκαιαν scripsisse Herodotum, *Stephanus Byz.*, et quae de tituli origine subdit ipse,

testimonio sunt. Τριτέας adfirmat praeter *Thucydidem* Ethnicographus: hinc *Hesychii* Τριτῆες γενεὴν, οἱ ἀπὸ Τριτέων πόλεως κύνες, ἥ ἐστι πλησίον Φωκίδος. Reliquis non immoror, expositis a Nob. *Palmerio* Gr. Antiq. lib. VI. 15. WESS.

Ibid. κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον *etc.*) Secundum *Plutarch.* T. II. p. 868. B. narraverat *Herodotus*, τρισκαίδεκα πόλεις τῶν Φωκίων ὑπὸ τοῦ βαρβάρου κατακεκαῦσθαι: scribere saltem censor debuit πεντεκαίδεκα: hoc enim capite *duodecim* et paulo post *tres* memorantur urbes Phocidis, in quarum tecta incolis vacua igne Persae saevierint. His quindecim duas si eximas, quas incolentium nomine, ni fallor, designatas, Πεδιέας dixit et Τριτέας, ceteras omnes, iisdem plerasque nominibus memoratas *Pausaniae*, solo postea temporis aequari iussit Amphictyonum praesidio ferox Philippus Amyntae fil., cum funesto Graecae libertati bello sacro finem imposuisset. Praeter istas autem, hic et infra *Herodoto* memoratas, idem tum ceterae Phocidis urbes, quae praecipuae erant duae et viginti, triste fatum subierunt, unis Abis exceptis. Istas XXII. urbes tum deletas recenset *Pausan.* X. p. 803. et 804. *Herodoto* enumeratas singulatim pro doctrina sua Geographica tractavit *Iac. Palmer.* Graec. Ant. VI. c. 15., sic tamen, ut saepius vir egregius errare debuerit, nec Critica sollertia neque instructus accurata Linguae Graecae peritia. De multis, quae hic dici possent, nunc satis erit semel *Pausaniae* suo loco restituisse, quae in alienum immigrarunt lib. X. [c. 34.] p. 885., ἐν ταῖς Φωκέων πόλεσιν, ἃς ὁ Μῆδος ἐνέπρησεν, ἀριθμῆσαι καὶ τὴν Ἐλάτειάν ἐστιν ἐν ταύταις (κατὰ Ἡροδότου λόγους). Novissima huc retraho ex fine p. 884. [c. 33.] VALCK.

9. καὶ νῦν ἐστι χρηστήριον) Celebris eius in Musis mentio lib. I. 46., supra c. 27. et dein c. 134., itidem apud alios in *Leopardi* Emend. lib. VI. 22. et *Casaub.* ad *Strabon.* IX. p. 647. [p. 423. ed. Cas.] WESS.

CAP. XXXV. 4 *seq.* Πανοπέων τὴν πόλιν *etc*) *Daulidem* et *Panopea* Poëta in Catalogo, [Iliad. β'. 520.] uti situs requirebat, iunxit. Quas urbes cum Persae inflammarint, Αἰολιδέων titulus oppidi conplecti nomen debet. Ubi vero in Phocide illud? *Palmerius* cum omni Graecia

ignorat: *Gronovius* reperisse se in *Plutarchi* Lucullo pag. 479. D. putavit, ubi τῆς Φωκίδος περὶ Στιῖριν αἰολίζοντες. Demiror tamen vehementer, istos huc αἰολίζοντας advocari, qui L. Luculli aetate ex Boeotiae Chaeronea, uti nitide *Plutarchus*. in eam Phocidis partem conmigrarunt. Ficulneum ergo *Aeolidis* illi praesidium. Quid itaque? Menda se vocabulo insinuavit; scripserat ΛΙΛΑΙΕΩΝ, inperiti vero ΑΙΟΛΙΔΕΩΝ. Quam quidem scripturae fraudem ante hos quinque annos Cl. *Valckenarius* mihi monstravit et probavit: nunc eandem video in Cl. *de Pauw* coniecturam incidisse. Profecto, si quae alia, ex tripode venit. Λίλαια, *Lilaea*, proxime ab oppidis incensis aberat, doctore *Pausania* lib. X. 33., nec fatum, quod illa mersit, potuit vitare. WESS. — Ex *Med.* Αἰολιδέων posuit *Gronovius* pro Αἰολιδῶν: *Aeolidensium*, *Valla*. *Palmer*. Graec. Ant. p. 675. miratur *nullum alium de hac Aeolide mentionem fecisse*. Iisdem paene servatis literarum ductibus iam ante aliquot annos veram, ut opinor, lectionem detexi corrigendo Λιλαιέων. Quo quisque colore suum errorem incrustaverit nihil attinet dixisse, veritate monstrata. *Persae* τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Λιλαιέων: *Panopensium urbem incendio vastarunt, et Dauliorum, et Lilaeënsium;* atque adeo *Panopen*, *Daulida*, et *Lilaeam*, Λίλαιαν: hinc, auctore *Steph. Byz.* fit Λιλαιεύς. Iuxta *Pausan.* X. [c. 8.] p. 817. οἱ Λιλαιεῖς - - ἐς τοῦ Κηφισοῦ τὴν πηγὴν πέμματα ἐπιχώρια ἀφιᾶσιν, accolebant Cephisi fontem: ab interitu tutos praestitit *Homerus*, a quo praeter ceteros Phocenses *Lilaeënses* etiam intexuntur Boeotiae, Ἰλ. β'. 523 *seqq.* Οἳ Κυπάρισσον ἔχον - - - καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοπῆα, Οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισσὸν δῖον ἔναιον, Οἵ τε Λίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπὶ Κηφισσοῖο. A Philippo solo aequatae hae primae memorantur urbes *Pausaniae* pag. 803., Λίλαια, Ὑάμπολις, Ἀντίκυρα, Παραποτάμιοι, Πανοπεύς, Δαῦλις: veteres omnes, partim *Homeri* carmine nobilitatae, partim Xerxis furore: de *Lilaea Palmerius* egit Graec. Ant. VI. p. 681. et seqq. VALCK.

8. πάντα δ' ἐπιστέατο) ἐπιστέατο et ἠπιστέατο suum *Herodotus* fatetur lib. I. 173. alibique. WESS. — Nempe ubi pluralis est numerus, at h. l. unice verum erat ἠπίστατο aut ἐπίστατο. Vide *Var. Lect. S.*

CAP. XXXVI. 5. ὁ δὲ θεός σφίας· οὐκ ἔα κινέειν) Colorem ex his *Pausaniae* duxit conmemoratio Delphensium metus et responsi Apollinei, sub Brenni adventum lib. X. 23. pag. 853., uti bene *Kühnius*. Illud τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι [*lin.* 6.] simile habet, sed explicatius lib. IX. 105. ἀδύνατον γὰρ --- εἶναι ἑωυτοὺς Ἰώνων προκατῆσθαι, φρουρέοντας τὸν πάντα χρόνον. Inde στρατηγοὶ προκαθεζόμενοι τῆς χώρας, *qui regionem tuentur*, *Artapani* apud *Euseb.* Praep. Evang. IX. 27. WESS.

10. ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον) Cultissimam *antri* descriptionem *Pausanias* X. 32. pag. 879. instituit, et prior eo *Aeschylus*, ut aliàs monui, Eumenid. vs. 22. WESS. — Aliud fuit in Cilicia nobile *Coryeium antrum*, de quo ad *Cebetis* Tabulam c. 26. p. 343. dixi; ubi huius in Parnasso monte cognominis antri memoria animum meum fefellerat. *S.*

13. Quod hic ait καὶ τοῦ προφήτεω, unicum nobis sistit: serior aetas plures *Prophetas* (*oraculorum interpretes*) Delphis tribuit, *Plutarch.* T. II. p. 410. F. *Aelianus* Hist. Animal. X. 26. Vid. *Ant. van Dale* de Oracul. c. 5. pag. 104. Nimirum aucta Oraculi fama et superstitione, ut duabus προφήτισιν sive *Pythiis* et tertia vicaria, in crebra sciscitantium turba, opus fuit, ita et pluribus *Prophetis.* Videsis ad *Diodori* lib. XVI. 26. WESS.

CAP. XXXVII. 4. ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμ.) Hic sane miror cur ἔξωθεν scribi maluerit *H. Steph.* quod, me iudice, protinus altero deberet mutari, si hic forte legeretur. ἔξω infra recte scriptum in istis, θῶυμα -- καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ. Arma, credo, sponte sua templi exierant penetrali, ut heroës Delphorum Phylacus et Autonous, scutis sacris velut amuletis muniti, pro aris et focis Delphorum suorum propugnarent; vid. c. 38. et 39. Paulo ante Leuctricam pugnam, *Thebis*, *ut ait Callisthenes*, *in templo Herculis valvae clausae repagulis subito se ipsae aperuerunt*, (ὡς τοῦ Ἡρακλέους εἰς τὴν μάχην ἐξωρμημένου, *Xenoph.* Ἑλλ. VI. pag. 348, 11.) *armaque quae fixa in parietibus fuerant*, *ea sunt humi inventa*: *Cicero* de Divin. I. 34. Plura, praeter ceteros, narrat illic prodigia *Xenophon*, ipse neutiquam liber a superstitionis morbo: nonnullos tamen

dixisse fatetur, ὡς ταῦτα πάντα τεχνάσματα ἦν τῶν προεστηκότων. Delphis hoc tempore nec locus erat fraudibus nec tempus. Delphorum propheta Aceratus, exsternatus praesentis periculi metu, facile sibi videri potuit duplices videre Delphos; quidni, sponte sua foribus patentibus, arma etiam αὐτόματα ἔξω προκείμενα τοῦ νηοῦ? Neque est cur miremur ista talia elegantissimo *Herodoti* ingenio se probare potuisse tanquam vera. VALCK.

7 *seq.* τῆς Προνηΐης Ἀθηναίης) Magna *Vind.* ex servata scriptione veriore laus, cumulatior futura, modo in consequentibus auferri sese passus haud fuisset: scribi ad eam formam semper oportet; nam Προναίης in *Demosthene*, *Aeschine*, *Diodoro*, *Pausania*, improbum minime, in *Herodoto* ubique. Confer lib. I. 92. WESS.

14 *seq.* ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ) Haec prodigia, si prodigia dicenda sunt quae media aestate de coelo fulmina iaciebantur, memorat et *Diodor.* XI. c. 14. Quae Persas, eadem postea temporis Galatas a spoliando templo traduntur abegisse. Horum ubi facinus attigit, Herodoteis usum *Pausaniam* non latuit *Kühnium* lib. I. [cap. 4.] p. 11., κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ἀποῤῥαγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ, δείματά τε ἄνδρες ἐφίσταντο ὁπλῖται τοῖς βαρβάροις. Explicatius eadem enarrat suo loco in Phocicis pag. 854., *Herodotum eleganter aemulatus*, iudice Clar. *Wessel.* ad *Diodorum*. *Pausaniae* narratis simillima tradit *Iustin.* XXIV. 8. iuxta quem lib. II. c. 12. *miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos ad templum Apollinis diripiendum; - - - quae manus tota imbribus et fulminibus deleta est, ut intelligeret, quam nullae essent hominum adversus Deos vires.* Tempestatis vehementia territos et superstitione, plerosque aufugisse, non totam manum deletam, ex *Herodoto* licet colligere. VALCK.

16. ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ) Similia his *Diodorus* VI. 14. Quin eadem, si *Pausaniae* fides lib. I. 4., Gallos raptores poena involvit, κεραυνοί τε ἐφέροντο ἐς τοὺς Γαλάτας, καὶ ἀποῤῥαγεῖσαι πέτραι τοῦ Παρνασσοῦ. Ipsam tamen Apollinis aedem direptam a Persis atque incendio foedatam diffitentur: non ita *Plutarchus* Num. pag. 66. c., τὸν ἱερὸν λύχνον, aeternum illum ignem, cum templum a Medis inflammaretur, exstinctum adseverans, incertum quo auctore.

Herodotus tacet, immo infitiatur lib. II. 180, et VI. 61. WESS.

CAP. XXXVIII. 8. μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἔχοντας, ἐπιστῆναί σφι) Sexcenties μέζων ἢ κατ' ἄνθρωπον, *Plato* Apol. p. 20. E. *Isocrates* Evagor. pag. 192. A. etc. Idem et hic olim fuisse, optime *D'Orvillius* ad *Charit.* III. 4. p. 182. coniecit, μέζονας non tangens. Dederat Noster μέζονα ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν ἔχοντας, pro quo *Josephus* Antiq. lib. I. 19, 1. ὄψεις ex scalis κατιούσας, σεμνότεροι ἢ κατ' ἀνθρώπου φύσιν ἐχούσας. WESS. — Unà tantum literà ex ἔχοντας detracta, (ἔχων autem et ἐών in Herodoteis Godd. aliquoties inter se permutantur;) in literis ad me datis, feliciter, ut puto, corrigebat G. *Koenius*: ὁπλίτας μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν ἐόντας, *armatos hominum statura altiores.* τὴν ἡλικίαν, φύσιν dixit etiam *Soph.* Trach. vs. 312., ubi est 1079. Γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν, id est οὐκ ἀνήρ. Koenii coniecturam *D'Orvillianae* (ad *Charit.* p. 182.) longe praeferendam, et veram arbitror; nam, admissa Cl. *D'Orvillii* lectione, si μέζονα quis scribat, μέζονα φύσιν ἔχοντας vereor ut graece doctis hic adprobet. VALCK. — Equidem nihil hic novandum censui, solam orationis distinctionem leviter iuvandam. Vide *Var. Lect.* κατὰ ἀνθρώπων φύσιν idem valet ac κατὰ ἄνθρωπον, quod *Wesselingio* placuerat. Participium ἔχων, verbis finitis adiici subinde solitum, non prorsus abundat, sed *continuitatem* quamdam videtur indicare: quod perspecte etiam *Hermannus* intellexit, Adnot. 228. ad *Viger.* monens, ληρεῖς significare *nugaris nunc*; ληρεῖς ἔχων autem, *nugator es.* Cur vero id participium non nisi cum verbis *nugandi, iocandi* et similibus iungi statueremus, ut docti volunt viri, caussam satis praegnantem vidi nullam. *S.*

CAP. XXXIX. 2. Φύλακόν τι καὶ Αὐτόνοον.) *Phylacum*, eiusque τέμενος ad Minervae Προναίης templum, habet *Pausanias* X. 8. pag. 817. praeter quem Brenni expeditione tres templo subvenisse heroas, Laodocum, Hyperochum et Pyrrhum, c. 23. p. 854. WESS. — Gallis etiam postea terribiles adparuisse feruntur ὁ Ὑπέροχος καὶ ὁ Λαοδόκος τε καὶ Πύῤῥος· οἱ δὲ καὶ τέταρτον Φύλακον ἐπιχώριον Δελφοῖς ἀποφαίνουσιν ἥρωα, *Pausan.* X. pag. 854. Hinc Λαοδόκου nomen ponerem [apud eumdem *Pausan.*] lib. I. [c. 4.] pag. 11., loco

τοῦ Ἀμαδόκου. Aetate Brenni miror quid cessaverit *Autonous*, Xerxis aetate bellator, et cum *Phylaco* Persarum propulsator. Sed *Iustinus* XXIV. 8. inveni *supra humanum modum insignis pulcritudinis* comites dat *duas armatas virgines ex propinquis duabus Dianae Minervaeque aedibus* occurrentes. Apud *Pausaniam* Pyrrho comites duo dantur mares, Ὑπέροχος et Λαοδόκος. Ex his facili transformatione puellae nobis enascentur Ὑπερόχη et Λαοδόκη: sic ferme vocabantur in Delo puellae, quae in Delum sacra primum ex Hyperboreis detulerant; illas enim, teste *Herod.* IV. cap. 33., ὀνομάζουσι Δήλιοι εἶναι Ὑπερόχην τε καὶ Λαοδίκην. VALCK.

5. ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ) Una litera minus Ionice scribendum Ὑαμπίῃ. Innotuit ἡ Ὑάμπεια πέτρα ex scelere esurientis Delphorum populi, innoxium philosophum de isthac rupe praecipitantis: vid. *Perizon.* in *Aeliani* Var. Hist. XI. c. 5. et *Wesseling.* ad *Diodori* T. II. p. 104. [lib. XVI. c. 28.] Excitans Herodotea *Palmerius*, Graec. Ant. p. 633., scribit in vicinis [*lin.* 7.] τοῦ ἱροῦ τῆς Προνοίης, perperam: legitimum Delphis *anticae Minervae* titulum Προναίης praeter ceteros, quos citat, adfirmavit Vir clariss. ad *Diodori* T. I. p. 415. [lib. XI. c. 14.] Ad aedem istam Minervae, Persis divinitus fugatis, erexisse Delphos tropaeum enarrat ibidem *Diodor. Siculus*, exhibens epigramma tropaeo inscriptum, quod pertinet ad hanc *Herodoti* narrationem. In isto Epigrammate duae literae tantum omissae omni Iovem et Apollinem interceperunt honore, quo e fuga retracti Delphi Deos callide sunt dignati. Sic illud omnino videtur scribendum: Μνᾶμά τ' ἀλεξάνδρου πολέμου καὶ μάρτυρα νίκας Δελφοί με στᾶσαν, Ζανὶ χαριζόμενοι Σὺν Φοίβῳ, πτολίπορθον ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων, Καὶ χαλκοστέφανον ῥυσαμένοις τέμενος. [nempe non, ut vulgo, ἀπωσάμενοι et ῥυσάμενοι.] Non utique Delphi, qui, Dei sui tutela non multum fidentes, praeter aliquot sexaginta fanaticos, πάντες ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ut ait *Herodot.* c. 36., non illi sane dici poterant Persas ἀπωσάμενοι, templumque ῥυσάμενοι: sed eleganter dicuntur Ζανὶ χαριζόμενοι σὺν Φοίβῳ, id est Iovi et *Apollini*, ἀπωσαμένοις στίχα Μήδων, et ῥυσαμένοις τέμενος: qua satis nota scribendi ratione nescio quis apud *Suidam* in Δέρας· - - - ὅπερ ὁ Ἰάσων - - - σὺν τοῖς Ἀργοναύταις εἰς τὴν Κολχίδα παραγινόμενοι, ἔλαβον. VALCK. — Adpositum ex *Dio*-

doro Epigramma Analectis suis inseruit *Brunckius* Tom. III. pag. 178. num. CXLIII. vulgatam tenens scripturam, quam et *Iacobs* Animadv. T. III. P. 1. p. 370. contra *Valck.* ex ipsius *Herodoti* verbis cap. 38, 4 seq. probabiliter defendit. Quod si quid incommodi haberent nominativi illi, ἀπωσάμενοι et ῥυσάμενοι, suspicari licuerat ex vetustissimo scribendi more, qui in Inscriptionibus passim diutius etiam duravit, (conf. *Koen.* ad *Gregor.* Dial. Doric. §. 131.) terminationem οι idem ac ωι et ῳ valere, sententiamque esse *gratum facturi Iovi, qui cum Apolline Medorum catervas abegit*, etc. *S.*

CAP. XL. 9. ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους) Uberius ista *Plutarch.* Themist. p. 116. c. In *Isthmi munitione* varios se dant docti homines, ablataque [ἐς] praepositione, [*lin.* 10 *seq.*] τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας, τὴν Πελοπόννησον περὶ πλείστου *etc.* fingunt. Sed stare vulgatum posset, ac sumi de septo, in Peloponnesum versus spectante: malim tamen, quod ex *Arch.* enotavi, καὶ τὴν Πελοπ.; sic cessat difficultas. Conf. *Diodorum* XI. 16. WESS. — Sic sane planissima futura erat oratio. Sed codicum ferme omnium in difficiliorem scripturam consensio ipsam illam facilitatem suspectam reddere videtur. *S.*

CAP. XLI. 6. τῷ χρηστηρίῳ τε βουλ. ὑπηρ.) Hic tutissimum erit exspectare quid Codices nobis sint daturi. πειθόμενοι in optimis si omittetur, non displicebit a *Gronovio* proposita lectio. Participio servato, *Koenius* commodum inesse sensum putabat sic scriptis: ἔσπευσαν δὴ ταῦτα ὑπεκθέσθαι πειθόμενοι, τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετέειν: referens nempe τὸ πειθόμενοι ad τὸ κήρυγμα, quod per Atticam fuerat promulgatum, ut omnes suis consulerent; qui nunc dicerentur festinasse in liberis et familia alio mittendis, πειθόμενοι, τῷ κηρύγματι videlicet: istud placiturum opinor in exilium damnatae vocis patrocinium. VALCK. — At vide *Var. Lect.* nec dubitabis πειθόμενοι istud nil aliud esse nisi interpretamentum verborum βουλόμενοι ὑπηρετέειν. *S.*

8. ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος) *Eustathio* in Odyss. pag. 1423, 7. [p. 64, 11. ed. Bas.] οἰκουρὸς δράκων, φύλαξ τῆς πολιάδος: etiam *Hesychio* in Οἰκουρὸν ὄφιν. Altus ibi fuit usque in *Philostrati* aevum, Icon. lib. II. p. 837., ubi nonnulla *Olearius*, sed plenissime *Io. Meursius* Cecrop. c. 20.

Ceterum ἐνδιαιτᾶσθαι [lin. 9.] priscarum schedarum sentio Ionum esse, qualia ἱερατέων, ὁρέων, Φοιτέων, et ἐκπνδέων inf. c. 118., quibus saepe vis inperite illata fuit. WESS.

8. et seqq. ὄφιν μέγαν, φύλακα τῆς ἀκροπ. etc.) Io. Meurs. in Cecropiae suae c. xx. ad hunc arcis custodem illustrandum verba quidem attulit Plutarchi e T. I. p. 116. E. Philostr. Icon. II. p. 837., Hesychii; sed, quo nitebatur Hesychii nota, locum omisit Aristophanis Lysist. vs. 760., Ἀλλ' οὐ δύναμαι γωγ' οὐδὲ κοιμᾶσθαι 'ν πόλει, Ἐξ οὗ τὸν ὄφιν εἶδον τὸν οἰκουρόν ποτε. Schol. τὸν ἱερὸν δράκοντα, τὸν φύλακα τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς (ἐν τῇ ἀκροπόλει). Huic draconi, iuxta Herod. [lin. 10 seq.] ὡς ἐόντι, ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες· τὰ δ' ἐπιμήνια μελιτόεσσά ἐστι. Postremum adfirmat legitimam scripturam vocis Atticae μιλιτοῦττα, [Athenaeo saepius memoratae, III. 114. f. IV. 167. d. XIV. 645. e.] cuius vice saepius obtinet perversa, qualis ter relinqui non debuerat apud Thom. M. in Μιλίπηκτες. Eusebius c. Hierocl. p. 466. non dederat τὰ μιλιττοῦτα, sed τὰς μιλιτούττας καὶ τὸν λιβανωτόν. Talem e melle placentam, singulis noviluniis recentem, veluti menstruam pensionem arcis persolvebant custodi, ἐπιμήνια ἐπιτελέοντες. Ex oratione Lycurgi Harpocrat. attigit Ἐπιμήνια, quorum rarissimam occurrere mentionem et ex Harpocr. licet aestimare, et e Valesii nota. Testamentum Doricum, e tabula marmorea vulgatum Grutero Inscr. p. CCXVII. col. 2. vs. 33. offert ἁμέρας τρεῖς ἐπιμηνίος, id est ἐπιμηνίους, quibus sacra fieri voluit Testatrix; saepius verbum ἐπιμηνιεύειν, et alia plura, quae frustra quaeras apud Grammaticos etiam veteres. Sed placentam e melle apud Herod. dicuntur Athenienses draconi singulis mensibus προτιθέντες. Ut οἱ ἄρτοι τῆς προθέσεως, quos licebat φαγεῖν τοῖς ἱερεῦσι, sic panes nonnunquam memorantur apud veteres in mensis sacris Diis velut adpositi. Athen. lib. III. pag. 110. D. Ἐγκρυφίας, ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες προστιθ. (leg. προτιθέασιν) ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ: conf. IV. p. 137. F. VIII. p. 346. E. Hesych. in Θιαγόνες, et Pausan. lib. IV. [c. 20.] p. 501. IX. [c. 19.] p. 747 fin. VALCK.

14. καὶ προθυμότερον) Valere nequit καὶ πρότερον, nisi si ἢ καὶ προτ. scribatur. Equidem pro pravo puto, atque ex scriptionis conpendio. Themistoclis commento sacer-

dotes in vulgus sparserunt, ὡς ἀπολέλοιπε τὴν πόλιν ἡ θεὸς ὑφηγουμένη πρὸς τὴν θάλασσαν, *Plutarch.* Themist. pag. 116. D. Inde tanta civibus *discedendi alacritas.* WESS.

Ibid. μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ πρότερον) Hinc deturbatum unius Codicis imperio restituerem in suam sedem μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν. *Valla: eo magis Athenienses eoque promptius.* Naturalis haec erat verborum structura, καὶ μᾶλλόν τι προθυμότερον; voculam μᾶλλον Noster etiam addit comparativis; quem morem attigi supra p. 171. [Adn. ad II. 137, 19.] VALCK.

CAP. XLII. [8. ὅσπερ ἐπ' Ἀρτιμ.) Non spernendum ὅπερ, quod est in F. pro ὅσπερ, ut saepe apud Poëtam. *S.*]

CAP. XLIII. [2. Λακεδ. ἑκκαίδεκα) Iidem ad Artemisium nonnisi decem habuerant, c. 1, 9. *S.*]

6. Μακεδνὸν ἔθνος) Praeclare ex scriptis exemplaribus Vir celeb.; sic lib. I. 56. Multa *Cl. Salmasius*, de Ling. Hellenist. p. 279. et seqq.; cuius sollicita disquisitio, an *Dryopis*, ex qua in Peloponnesum venerunt, ea fuerit, quae ab urbe *Dryope* apud *Stephan. Byz.* dicta est circa Hermionensem sinum, Argolico proximum, faciliorem nacta exitum fuisset, modo in parato haec Nostri adfuissent: finitur enim et describitur, ut de eius situ dubia auferantur omnia. *Hermionenses* autem, cum Dryopes, ab Hercule superati, aliorsum deducerentur, sedes, quas deinceps tenuerunt, impetrasse, *Pausanias* lib. IV. 34. pag. 366. non negat; alibi eosdem Δωριεῖς τοὺς ἐξ Ἄργους adpellans, lib. II. 34. p. 192., quoniam Asinen Argolicae regionis, ut ipsi iactabant, ab Euristheo, Herculis inimico, concessam habitarant. Verum in talibus, ob civium diversa studia et gloriationes, multae dissensiones. WESS.

CAP. XLIV. [1-3. Ἀθηναῖοι μὲν, πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους -- νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν) πρὸς πάντας, *prae aliis omnibus*, conf. II. 35, 3. III. 94, 10. et ibi not. De *numero* CLXXX. vide ad cap. 1, 2. notata. Mireris vero, quo pacto tot navibus ad Salaminem pugnare Athenienses potuerint, quandoquidem in pugna ad Artemisium *dimidiam partem Atticarum navium vulneratam* esse ait Scriptor cap. 18, 3. neque eis reficiendis suppetiisse videatur tempus. *S.*]

[3. μοῦνοι. ἐν Σαλαμῖνι γὰρ etc.) Vide *Var. Lect.* et conf. cap. 1, 3 seq. *Punctum post* μοῦνοι paene evanidum esse in

nostro exemplo animadverto: quod eo moneo, ne quis illud aut consulto aut temere praetermissum a nobis existimet. Satis autem fuerat *punctum minus*; nec *maiori* opus erat. *S.*]

7. τὴν περαίην τῆς Βοιωτίας) Unde *Pieriam*, qualem in Boeotia non novi, acceperit *Valla*, satis nunc in aperto. Περαίη τῆς Βοιωτίας, quae contra Chalcidem in Boeotiae finibus; cuiusmodi περαία τῆς Ἀσίας *Diodoro* XX. 97. Asiae continentis regio, ex adversum insulam Rhodum, *Peraea* apud *Livium* lib. XXXII. 13. WESS.

10 *seq.* Πελασγοί, οὐνομαζόμενοι Κραναοί) Clar. G. *Koenius* in litteris ad me datis, *Multa*, scribit, *sunt in his quae me offendunt. Primo* Cranaos *dictos fuisse sub Pelasgis; deinde vero* Cecropidas*; quum Cecrops Cranaum aetate praecesserit. Quid scripserit Herodotus, Codices forte monstrabunt. Interim velim consideres, num tibi displiceat:* ἐπὶ μὲν Πελασγῶν - - - ἔσαν Πελασγοὶ ὀνομαζόμενοι· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι· καὶ ἐπὶ Κραναοῦ Κραναοί. Dubium non est quin ista ratione vere scripsisset *Herodotus*; sed, quod in nostris est exemplaribus, in suo *Scymnus Chius* invenit, cuius ista sunt in Perieg. vs. 558. Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκήσας λαβεῖν Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος Κραναοὺς καλεῖσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας, etc. tum vs. 564. Ἡρόδοτος ἱστορεῖ δὲ ταῦτα συγγράφων. *Scymni* testimonio, quem tunc *Marcianum* vocabant, usus est *Meursius* in Regn. Att. p. 30, 68. 124. neque omisit huc spectantia *Eustathii* verba in *Dionys.* vs. 423. VALCK. — De *Atheniensium* origine *Pelasgica* conf. lib. I. c. 56. et alia Nostri loca ibi citata in Adnot. ad c. 56, 10. Adde *De la* Nauze in *Hist. de l'Acad. des Inscript.* T. XXIII. p. 125 seq. *S.*

11. οὐνομαζόμενοι Κραναοί) *Io. Meursium*, haec loco non suo deposita arbitratum, in ordinem *Gronovius* coëgit iustissime; addi potuerat, quod *Bouherius* Diss. Herodot. c. 9. pag. 99. tacitum non habuit, valde dubium manere, utrum a rege Cranao Athenienses *Cranai* fuerint olim nuncupati; an potius, quod asperam et petrosam, κραναήν, regionem haberent, quae *Salmasii* doctrina, Ling. Hellenist. p. 359. Ad veritatem propior *Berkelii* accedit suspicio, ad *Steph. Byz.* Ἰωνία, in vicinis excidisse vocem Ἐρεχθεῖδαι: fuisse primitus, Ἀθηναῖοι Ἐρεχθεῖδαι [Ἐρεχθηΐδαι]

μετωνομάσθησαν. Verborum enim et rei nexus coniectanti adprime favet. WESS.

CAP. XLVI. 1. Αἰγινῆται τριήκοντα) Suspicor plusquam quadraginta naves et in hanc classem Aeginetas dedisse; atque, ut Herodotei numeri conveniant, *duo et quadraginta;* legendumque adeo δύο καὶ τεσσεράκοντα: quo nitatur argumento haec divinatio, dicetur ad cap. 48. VALCK. — *Valckenarii* iudicium secutus *Borh.* fidenter h. l. Αἰγινῆται δύο καὶ τεσσεράκοντα ponens, paulo post tamen in illis, [*lin.* 4.] τριήκοντα δὲ τῇσι -- ἐναυμάχησαν, nihil mutare est ausus. Fidentior *Larcher*, postquam h. l. scripsit *les Eginetes envoyerent quarante deux vaisseaux*, pro illis deinde τριήκοντα δὲ τῇσι etc. nil aliud posuit, nisi *Ceux* (*les vaisseaux*) *qui combattirent à Salamis, étoient excellens voiliers.* Quis vero, quaeso, persuadere sibi possit, loco numeri *XLII.*, quem hic ab *Herodoto* positum fingunt, bis librarios omnes in numerum *XXX.* coniurasse? In uno quidem nostro *F.* priori loco (ut in *Var. Lect.* dixi) temere praetermissus numerus est; sed posteriori loco idem codex cum aliis omnibus consentit. Vide ad cap. 48, 6 seq. notata. *S.*

9. Κῖοι) Vide huius libri c. 1. Revocavi [*lin.* 10.] ἀπ' Ἀθηνίων, usus *Eustathii* consensu. Sic ἀπὸ Κορίνθου, ἀπ' Ἐπιδαύρου, etc. Cognita quoque sollemnis in ea scriptura aberratio. *Naxiorum* naves male annumeravit *Plutarchus*, in carpendo Scriptore malignitatis culpam haud excusaturus. WESS.

9 *seq.* Κῖοι --- ἔθν. Ἰων. ἀπὸ Ἀθηναίων) Accurata scriptio requirit, ut dicantur Κεῖοι --- ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηνίων: et paulo post, Νάξιοι -- Ἴωνες ἀπ' Ἀθηνίων γεγονότες: c. 48. Siphnii et Seriphii Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηνίων. Ad lib. II. c. 7. loca quaedam indicata sunt *Herodoti*; in quibus Ἀθηνίων scribendum pro Ἀθηναίων: ad ista haec poterunt adiungi. Nemo harum rerum sciens in *Thucyd.* vulgatum sollicitaret, ubi Cei aliique insulani dicuntur Ἴωνες ὄντες καὶ ἀπ' Ἀθηναίων, lib. VII. c. 57. sed aliter loqui solet *Herodotus*; quam in rem vicinia satis nobis dabit exemplorum: cap. 45. Leucadii vocantur ἔθνος Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου: c. 46. Aeginetae Δωριέες ἀπὸ Ἐπιδαύρου: c. 48. Melii γεγονότες ἀπὸ Λακεδαίμονος. Ad eum rationem *Cei* ceterique

dicti sunt (ἔθνεα Ἰωνικὰ) ἀπὸ Ἀθηνέων, *Athenis orti*. In proximis frustra sibi *Plutarchus* visus est malevolentiam detexisse, T. II. pag. 869. A-C. Cum rerum facies multum esset mutata, illis abuti non debebat, quae olim evenerant sub Dario, *Herodoto* narratis lib. VI. c. 96. VALCK.

17. Κύθνιοι) Qui Κύνθιοι illi, quibus tantopere delectati fuerunt librarii? an ex monte Cyntho Cretensium? Nugae. Cretenses Graecis contra Persam suppetias non ierunt, lib. VII. 170. Redierunt, unica transposita littera, Κύθνιοι, ex insula *Cythno*; quos suis in schedis hic invenit *Plutarchus* Malign. p. 863. E., restituendosque monuerunt *Georg. Arnaldus* Animadv. Crit. cap. 30. et *Abr. Gronovius* ad *Aeliani* Hist. Anim. lib. XVI. 32. De *Cythniorum et Styreensium Dryopica* origine, *Steph. Byz.* et *Pausan.* lib. IV. 34. WESS.

CAP. XLVII. 7. νηΐ μιῇ, τῆς ἦρχε --- Φάϋλλος) Unam navem ab opulentissima tum Italiae civitate Graecis auxiliarem missam nemo sibi facile persuadebit: multo verisimilius, *ter Pythonicam Phayllum* suis navem sumptibus instruxisse, qua Graeciae veteri, in qua toties honorem fuerat adeptus, periclitanti sponte sua venerit auxilio; hanc movet suspicionem *Pausanias*, cui lib. X. [c. 9.] p. 818. Phayllus Crotoniata ἐναυμάχησε καὶ ἐναντία τοῦ Μήδου, ναῦν τε παρασκευασάμενος οἰκείαν, καὶ Κροτωνιατῶν ὁπόσοι ἐπιδήμουν τῇ Ἑλλάδι ἀμβιβάσας: ubi scribendum potius ἐμβιβάσας. Sic Atheniensis Clinias ἐστρατεύετο -- οἰκηΐῃ νηΐ, *Herod.* VIII. 17. Parum exacta scripsit in hunc de Phayllo *Herodoti* locum *Palmerius*: *Consentit* (ait) *cum Herodoto Pausanias in Phocicis: et videtur omnia, quae de illo narrat, ex hoc loco accepisse.* Praeter alia monumenta vetera, habuit *Pausanias* catalogos, in quos hieronicarum nomina et facta fuerant relata; nec certe de *Phayllo* tradita discere potuit ex *Herodoto*; sed in id ambo consentiunt, ut *ter* dicant *fuisse* Πυθιονίκην: addit *Pausan.* Ὀλυμπιάσι μὲν οὐκ ἔστιν αὐτῷ νίκη. Ab hoc diversus Phayllus fuisse videtur Olympionica, de quo praeter *Schol. Aristoph.* et *Suidam*, vid. *Zenob.* Cent. VI. Prov. 23. et *Eustath.* ad Od. θ. p. 302. VALCK.

Ibid. Φάϋλλος) Egregia viri laus, qui, magnae Graeciae incolis auxilium negantibus, ἰδιόστολον ἔχων νηῦν ἔπλευσεν

ἐν Σαλαμῖνι, post fata abs magno Alexandro ea propter cultus, in *Plut.* Alex. p. 685. n. Nimirum suis instruxit impensis navem, inque eam Crotoniatas, tum in Graecia peregrinantes, inposuit; quemadmodum apud *Pausan.* X. 9. Crotoniatas autem *Achaeorum colonos* describit *Strabo* lib. VI. p. 402. n. [p. 262. ed. Cas.] WESS.

CAP. XLVIII. 6 seq. Ἀριθμὸς - - ὁ πᾶς τῶν νεῶν τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.) Nullam his numeris, tametsi in alia omnia abeant cum *Valla* scripti quidam, litem moveo. Repetuntur ita cap. 82., ut de auctis deminutisve suspicio cesset omnis. Error se tamen inplicuit catalogo, quem supra Scriptor dedit, navium, non aequante hanc summam. Ubi vero et in cuius populi naves irrepserit, non divino. WESS. — *Graecorum classis ad Salamina* hic *navium* fuisse dicitur triremium *trecentarum septuaginta et octo*; sed si sedeas ad calculos, quidque singulae dederint civitates iuxta c. 43 seqq. in unam summam contrahas, conficies in universum duntaxat naves CCCLXVI. Iam vero ex *Arch.* Cod. nobis hic offeruntur non CCCLXXVIII, sed tantum CCCLVIII, ὀκτὼ καὶ πεντήκοντα καὶ τριηκόσιαι: totidemque repertae sunt in Cod. *Vallae.* Si vel eadem praebent alii Codices, habent illa, me iudice, speciem tantum, et sunt correctoris. Scripserat *Herodotus*, ut hic vulgatur, CCCLXXVIII. Venit enim ad ceteras, praeter Lemniam, (VIII. cap. 11.) navis e Teno missa: hae duae numerum CCCLXXX. explesse Nostro dicuntur infra c. 82., ἐξεπληροῦτο τὸ ναυτικὸν τοῖσι Ἕλλησι ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νέας: ut adeo is numerus suspectus esse nequeat. Ubinam itaque vitii sedes erit quaerenda? nisi fallor, c. 46. in Aeginetis: hi non XXX, sed dedisse naves videntur XLII. Athenienses dederunt naves CLXXX; Corinthii XL; plusquam XL dederunt Aeginetae; nam post Athenienses maximum dedere navium numerum. En testem, qui legerit *Herodotum* accurate, *Pausaniam*, in Corinth. p. 178. [lib. II. c. 29.] scribentem, Aeginetas ἐν τῷ Μηδικῷ πολέμῳ παρασχέσθαι πλοῖα μετά γε Ἀθηναίους πλεῖστα. Iam vero numeri postulant Herodotei, ut dederint *duas et quadraginta.* VALCK. [Si *Herodotum* ipse edidisset *Valckenarius*, non puto equidem ausurum fuisse Virum, ut doctissimum, sic prudentissimum, suam istam coniecturam, quamvis certam sibi

ruisum, contra Codicum omnium consensum obtrudere Scriptori, quod a *Borh.* et *Larch.* cap. 46, 2. factum vidimus: satis ille, puto, habiturus fuerat, sententiam suam in Adnotatione contextui subiecta declarasse. Iam vero, si vel maxime pro certo sumamus, summam hic ab Herodoto subductam *cccLXXVIII navium* nulla alia ratione intelligi posse, nisi ita ut statuamus *Aeginetas* ad hoc bellum *naves XLII contulisse;* ne sic quidem necesse esse equidem autumo, ut contendamus *Herodotum* cap. 46, 2. non XXX, sed XLII. scripsisse aut scribere debuisse. Diserte enim ibidem monet Scriptor, *praeter XXX triremes, quae pugnae ad Salaminem interfuerunt, alias etiam eosdem habuisse instructas, quibus oram suae insulae tuerentur.* Atqui, quum haud procul a Salamine sita Aegina esset, in quam complures etiam Attici cives uxores suas et liberos deposuerant, iure meritoque naves eae, quae Aeginam custodiebant, perinde atque reliquae in censum hoc loco venire debuerunt, ubi *summa Graecanicarum omnium navium adversus Persas instructarum* subducitur. Quod si igitur illas *naves Aeginam custodientes* ponamus fuisse *duodecim* numero, cum universae summae cccLXXVIII. constabit ratio, et nihilo minus iustus fuerit numerus XXX *navium*, cap. 46, 2. positus. *S.*

CAP. XLIX. 9. ἢν νικηθέωσι) Pravum *Med.* et sequacium εἰ νικηθέωσι inconsulte, ex *Valckenarii* monitu ad lib. II. 52, inculcabatur. WESS.

Ibid. εἰ νικηθέωσι) Ferri nequit; revocabitur sincerum ἢν νικηθέωσι. Cl. *Perizon.* in *Aeliani* Var. H. c. 36, ad εἰ δὲ ἀποθάνω, quod Codices offerunt, ἐὰν δὲ ἀποθ. sprevit ut *leve et inane;* et est sane levissimum: sed constans veterum usus sperneret τὸ εἰ ἀποθάνω ut soloecum, alterum ἐὰν ἀποθ. tantum admisit: in his saepe fuit a viris doctis peccatum. VALCK. — Diversa ratio erat II. 52, 14. aliisque in locis ibi in Adnot. citatis, ubi εἰ non ἐὰν, sed *an, utrum,* significat. *S.*

Ibid. ἐν Σαλαμῖνι μὲν ἐόντες) Speciem praefert *Arch.* μένοντες; quoniam tali in negotio c. 57. ὥστε αὐτοῦ μένειν, et cap. 62. σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ. Sed fallacem et infirmam hic nexa patefaciunt. WESS.

Ibid. [ἐς] τοὺς ἑωυτῶν ἐξοίσονται) Suspicatus eram [illegible]

σοντα legendum, quod idem ac ἐκτωθήσονται valeret. Sed similiter ponitur idem illud verbum cap. 76, 14. *S.*]

CAP. L. 6. αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον) Bene *Diodorus* de Thespiensibus et Plataeensibus ἐπιθεύγασαν εἰς Πελοπόννησον πανδημεί, haec explicans, lib. XI. 14. Simile superius lib. VI. 100. Mox [*lin.* 8.] Θέσπιαν τε καὶ Πλάταιαν more Homerico Iliad. Β'. 498. et 504.; de praelio tamen ad Plataeas ἐν τῇ Πλαταιῆσι μάχῃ lib. VII. 231. et IX. 89. Adi *Steph. Byz.* et *L. Holstenium.* WESS.

CAP. LI. 3. ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην) Latina *unum mensem trivere in transeundo in Europam* lectores frustrantur, quippe veritati pugnantia: septem enim diebus totidemque noctibus cunctus Persarum exercitus Hellespontum transit lib. VII. 56. Omnia illa si Herodoti fuerint, quod vehementer dubito, id tantummodo indicabunt, eodem mense, quem Persae ad Hellesponti oram contriverunt, idem eos fretum tramisisse. *Calliadae, Archontis Attici*, memoria apud *Diodorum*, *Dionysium Halic.*, *Diogenem Laërtium* et alios celebratissima est. WESS.

7. ταμίας τε τοῦ ἱροῦ) His declarandis operam *S. Petitus* Leg. Attic. III. 2. p. 338., sed minus prosperam, ut aliàs dictum, inpendit. WESS. — Bene *Schulzius*, praeeunte *Larchero*: „Ταμίαι τοῦ ἱροῦ, *Quaestores templi* Miner„vae in acropoli, quibus thesauri publici custodia man„data erat. Vid. *Harpocrat.* in Ταμίαι, *Pollux* VIII. 9. segm. „97. et *Suid.* in voce." — Consuli etiam poterit *Larchero* laudatus *Aristoph.* Lysist. 173 seq. *S.*

[9. θύρῃσί τε καὶ ξύλοις) θύραι, *tabulae, asseres*, ut lib. II. 96, 15 seqq. *S.*]

10. ὑπ' ἀσθενίης βίου) Sic scribi quoque poterit II. c. 47., οἱ δὲ πένητες αὐτῶν ὑπ' ἀσθενίης βίου etc. Ionice pronuntiabatur ἀσθενίη, εὐηθίη etc. veteribus Atticis Poëtis προμηθία· εὐσεβία· etc. *Pauperculos* Noster vocat χρήμασι ἀσθενεστέρους II. 88. τοῖς ἀσθενέσι τροφῆς est apud *Thucyd.* I. c. 5. conf. *Philinus* apud *Harpocr.* in Θεωρικά, et *Lysias* p. 3. VALCK.

11. πρὸς δὲ, αὐτοὶ δοκέοντες) Ambigo scribam-ne de codicum iudicio, πρὸς δὲ, καὶ αὐτοὶ δοκ. et [*lin.* 13.] pro καὶ αὐτὸ δὴ, extrusà copulà, αὐτὸ δὴ τοῦτο etc. Videtur enim sic melius sermo procedere. Rem ipsam lib. VII. c. 142. attigit. WESS. — Posteriori loco copulam abieci, temere

a nonnullis olim adiectam iudicans: priori loco (*lin.* 11.) commode καὶ adiicietur: id vero si placuerit, non equidem post πρὸς δὲ *comma* posuerim, sed post πρὸς δὲ καὶ, *praeterea vero etiam;* ne fortasse iuncta aliquis intelligeret καὶ αὐτοὶ, *etiam ipsi.* S.

11 *seq.* Ubi dicuntur αὐτοὶ δοκέοντες ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε, τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι: in his τὸ ter legitur repetitum: corrigendum τὸ μαντήϊον, τῷ ἡ Πυθ., *oraculum, quo ipsis edixerat Pythia*, putabant ἐξευρηκέναι, *mentem Dei adsequuti.* VALCK. — In codicum consensu tenendum vulgatum: atque etiam valde dubito, an talem loquendi formam, τὸ μαντήϊον τῷ ἡ Πυθ. etc. pro sua agniturus esset *Herodotus.* S.

CAP. LII. 2. τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, quem vocabant Ἀρήϊον πάγον, *Io. Meurs.* hinc attigit in Areopag. c. 1., in ipsa rupe illustranda parce versatus. Illinc manarunt formae loquendi, ἀνιέναι, vel ἀναβαίνειν εἰς Ἄρειον πάγον: εἰς Ἄρειον ἀναχθῆναι πάγον, *Diogen. Laërt.* II. 101. *Cicero* de Divin. I. 25. de Sophocle: *Adscendit in Areopagum; detulit rem:* imo *detulit reum*, somnianti divinitus indicatum; non *rem* Areopagitis notissimam, quam ex *Hieronymo* nobis narrat eruditus *Scriptor vitae Sophoclis.* VALCK.

CAP. LIII. 5 *seq.* τῇ δὴ οὐκοτέ τις ἐφύλασσε) Quia mox suo loco legitur μήκοτε, hic non displicet lectio *marg. Steph.* τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύλασσε. His *Io. Meurs.* usus est in Cecrop. c. 4. et cap. 28. VALCK.

8. τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου) Instaurata arce, absolutisque a Pericle eius Propylaeis, prope ea in praerupta rupe *Aglauri* templum fuit, *Ulpiano* ad *Demosthen.* περὶ Παραπρεσβ. p. 264. testificante. Qua de aede *Io. Meursius* Athen. Attic. lib. I. 7. uberrime, et vestigia illius premens *S. Petitus* Leg. Attic. II. 4. p. 232. Insequens καίτοιπερ non nemini molestum accidit, καίπερ, sicuti in schedis quibusdam, formanti: quo minus adstipuler, fragmentum *Eusebii* in *Stob.* Serm. XLIV. p. 310. καίτοιπερ χρὴ πάντα εἰδέναι τὸν μέλλοντα ἀνθρώπου καταδικᾶν, inpedit. At hoc momenti non magni. WESS.

14. τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον) Si *Corn. Nepos* in Them. c. 4. haec ob oculos habuerit, *protinus* Xerxes *accessit astu, idque nullis defendentibus, interfectis sacerdotibus quos in arce*

invenerat; *incendio delevit*, suspicio, legisse suo in libro τοὺς ἱρέας, nasceretur; quae incerta vagaque, quoniam in multis egregius Scriptor dissentit. Librariorum autem solitus in vocibus οἰκέτας et ἱκέτας lapsus saepe redit. WESS.

14 *seq.* Quos in templo reperiunt *supplices*, crudeliter *Persae* ἐφόνευον· ἐπεὶ δέ σφι πάντες κατεστρώατο, id est ἀνήρηντο; ut interpretatur *Pollux* IX. 153. haec advocans *Herodoti*, quia non in acie caesi, sive *strati*, sed senes imbelles hic *contrucidati sunt*, ἀνῄρηνται: colligit enim verba *Pollux* ἐπὶ τοῦ ἀναιρεῖν Atticis usurpata. Hoc cum non animadvertisset, huius forte loci *Iungermannus* immemor alium attulit ex Nostro lib. IX. c. 75. ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι: ubi verbum ponitur more quibusvis satis usitato, de cadaveribus quae per campos Plataicos *strata* iacebant. VALCK.

CAP. LIV. 2. ἄγγελον --- ἀγγελλέοντα) Libera nocet superflua Herodoteo ἀγγελέοντα. Infra recte scribitur c. 97. ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσαν σφι συμφορήν: hic misit Artabano *nunciaturum* τὴν παρεοῦσαν σφι εὐπρηξίην. Talia quaedam notata sunt ad *Eurip. Phoen.* p. 289. et p. 385. VALCK.

7. ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου) Memini fuisse, cui de coniectura vehementer ridebat ἰδὼν ἐν ὕπνῳ. Id enim Scriptoris praecipuo usu teri: ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ, lib. III. 30. et cap. 65. ὄψιν εἶδον ἐν τῷ ὕπνῳ: atque ad eum modum frequenter. Verum illud; pariterque, ὄψιν ἐνυπνίου ab eo non sperni. Adi lib. VII. 18. et 47. WESS.

CAP. LV. 2 *seqq.* ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι *etc.*) Ut fieri solet, eundo vires acquisivit narratio; oleam enim Persarum igne crematam postea dicebant Athenienses (ut scribit *Pausan.* I. p. 64.) αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις. Hoc adeo mirificum nihil erat ad miraculosam istam vitem, de qua suavissimum *Sophoclis* e Thyeste fragmentum conservavit *Schol.* in *Eurip.* Phoen. vs. 235. De olea Minervae, quae semper eadem durare credebatur in arce, egerunt *Turneb.* ad *Ciceron.* de Legib. I. c. 1. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* Hymn. in Pall. Lav. vs. 26. et *Io. Meurs.* Cecrop. c. 19., qui *Herodoti* θάλασσαν non omisit: haec aeque ac olea erat ἐν νηῷ *Erechthei* τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι: de quo titulo vid. Clar. *Wess.* ad *Diod.* I. [c. 29.]

p. 34. *Oleam et aquam* in puteo *marinam* curiosis Attici monstrabant periegetae, velut *testimonia litis, qua de solo Athenarum Neptunus et Minerva contenderant*; cuius praeter alios meminerunt in Menexeno *Plato* p. 237. c. et *Quintil.* Declam. 323. conf. *Plutarch.* T. II. p. 489. B. VALCK.

4. ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι.) Vulgatissimam annalibus et Atheniensium gloratione narrationem ill. *Scaliger* ad *Euseb.* Chron. Ann. CCCCLXI. p. 27. obiter explicuit, operosius *Io. Meursius* Cecrop. c. 19. et 20. In puteo, et *aqua* eius *marina*, namque haec illa θάλασσα, non prorsus fortasse, modo iactantia procul esset, aberratur: *stridorem fluctuum*, ἦχον κυμάτων, apud *Pausan.* I. 24. atque alibi, sicubi auster spiraret, edere perhibebant. Illum *Libanius* Lamentat. Nicomed. p. 303. c. quando de Neptuno, καὶ ἐν ἀκροπόλει τοσοῦτον ἀπηχούσης θαλάσσης ῥόθιον δεῖξαι, innuebat: nullam profecto *procellam*, a *Morello* temere excitatam. WESS.

10. ὅσον τε πηχυαῖον) Auctius in *Pausania* I. 27. miraculum, neque *Meursius* reticuit, αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις, *eodem die in duûm cubitorum proceritatem repullulasse.* Fidelior, ab illo praeteritus, *Liban.* Antioch. p. 378. c. δευτέρᾳ δὲ ἡμέρᾳ βλαστὸς ἀνέδραμεν εἰς πῆχυν ἐκ τοῦ κεκαυμένου, vocibus hinc repetitis. WESS.

CAP. LVII. 1 *seqq.* Ἐνθαῦτα δὴ Θεμιστοκλῆα etc.) Hinc orsus *Plutarch.* T. II. p. 869. D. quae succedunt *hoc et seq. capite*, paucis omissis, αὐταῖς λέξεσι transscripsit, ut hic narrata traduceret, velut in Themistoclem valde iniuria; cui consilii saluberrimi gloriam ablatam (παραιρούμενος apud *Plut.* scribendum pro παραιτούμενος) in alium transtulerit auctorem *Menesiphilum*, cuius inventum Themistocles tamen apud Eurybiaden tanquam suum venditasse dicatur *Herodoto.* Sed cetera Graeciae utilissima consilia soli tribuit in seqq. *Herodotus* Themistocli; et hic prudentia magni viri fuisset indignum, consilii, quod ipsemet secum dudum agitaverat, in hoc tanto periculo Mnesiphilum, obscurum Eurybiadi nomen, velut auctorem apud illum ambitiose celebrare. Sed haec in eruditissimo philosopho, cui plurimum debemus, si ferenda sunt aliquo modo; illud, quod addit, vix ferendum: Θεμιστοκλέα μὲν οὕτω φησὶ φρονῆσαι τὸ συμφέρον, ἀλλὰ παρελθεῖν, τὸ Ἀρτεμίσιον δὲ κ. τ. λ. VALCK.

6. *εἶπε, οὔτοι ἄρα ἢν ἀπαίρωσι*) Quod *Valla* in Latinis secutus fuit et schedae ostentant, Mnesiphili accommodatissimum menti videtur. Sed in talibus suum cuique iudicium. Illud autem, [*lin.* 7.] *περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσεις*, Atticam (quod viro docto in opinionem venit) non excludit: erat illa Persarum ditioni subdita quidem, nec ita omissa, quin fortiter agendo reciperari posset. Cur, nisi ea spe, navale praelium Athenienses ad Salaminem postulassent? WESS.

Ibid. *οὔτ' ἄρα - - - περὶ οὐδεμιῆς*) *Οὐδὲ περὶ μιῆς* obtulit ex *Plut.* Diss. *Herod.* p. 127., et ex Codicibus *οὔτοι ἄρα ἢν*, lectum *Vallae*. Huius inscius lectionis *Koenius* elegantem vulgatae correctionem mecum communicavit, *Σύ γ' ἄρα etc.* Dederat-ne forsan utrumque Noster? *Σύ γ' ἄρα, οὔτοι ἢν ἀπαίρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσεις*: aptum hac in sede esse negari nequit: quid si legerit utrumque *Valla*? eius sunt Latina: *si isti etc. iam tu pro nulla amplius patria dimicabis*. Sunt et alia in *Plutarcho* hic vulgatis meliora; velut [*lin.* 12.] *ἴδη τε καὶ πειρῷ διαχέαι τὰ βεβουλευμένα*: hoc aliis dicitur *συγχέαι*. VALCK.

12. *διαχέαι τὰ βεβουλευμένα*) Nihil, si dictionem spectes, differt *Dionysii Halic.* Ant. Rom. III. p. 141. *νῦν δὲ ἡ διατριβὴ τοῦ πολέμου - - - διέχεεν αὐτῶν τὰ βουλεύματα*. Unde, aut hinc, *τὰς ὑποθήκας διαχέαι* et *τὴν εἰρήνην διαχέαι*, quae *Theophylacti Simoc.* loca lib. II. 13. III. 9. *Abreschius* indicavit, fluxerunt. His proximum *μεταβουλεύσασθαι* non sollicito: fixum adhuc haeret, *μετὰ δὴ βουλεύσαι, ὦ Πέρσαι*, lib. VII. 12. WESS.

CAP. LVIII. 5. *ἐκέλευε ἑσβ. λέγειν εἴτι θέλει*) Est in his et vicinis familiaris quaedam et suavissima *ἀφέλεια*, qualem natura dictabat. *Virgilii* pastor Ecl. IX. 32., *Incipe si quid habes*. Ecl. III. 52. *Quin age si quid habes*: quibuscum conferre debuerat *Ursinus* haec *Theocriti* Eid. V. vs. 78. *Εἶα λέγ' εἴ τι λέγεις*. *Luciani* Mercurius *εἰπὲ ὅ, τι καὶ λέγεις*, T. I. p. 747. *Eurip.* Iph. in Aul. 817. *Δρᾷ γ' εἴ τι δράσεις*. In proximis articulo voculam praefero, quam habet *Plutarch.* T. II. p. 869. E. *ἐνθαῦτα δὲ Θεμιστοκλέης*. VALCK.

9. *ἐκβῆναι, συλλέξαι τε τοὺς etc.*) Pristino, ni codices vetuissent, *ἐκβῆναι τὸν Εὐρυβιάδεα, συλλέξαι τε*, nihil deminuissem. Glossae librarii, inconsulte sollertis, istae

voces, quarum absentia utilior, tribuendae sunt. WESS.

CAP. LIX. [4. ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς) Κορινθίων scripsisse Herodotum suspicatus erat *Iacobs* in Praef. Atticor. sub fin. At similiter et alibi loquitur Scriptor, et cap. 94, 2. eumdem Adimantum iterum τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν dicit. *S.*]

5 *seq.* Ὦ Θεμιστόκλεες *etc.*) Memoriae peccato *Plutarchus* Themist. p. 117. E. Eurybiaden dicti auctorem prodidit. Rectius Apophthegm. p. 185. B. *Adimantum Corinthium.* Operam eidem, ex *Plut.* Themist. derivato, insumsit doctissimus *P. Faber* lib. I. Agonist. c. 19., *Cruserii* Latina. ob ῥαπίζειν *alapis caedere*, iure redarguens. *Vallae* culpa similis. In stadio citius, quam mos ferebat, προπηδῶντες, *in cursum emicantes*, sive προεξανιστάμενοι, sicuti hic et *Strattis* in *Polluce* III. 146., *flagris admonebantur* a μαστιγονόμοις. *Plutarchus* Apophth. ex Adimanti ore, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν ἀεί: atque ea verbo virtus lib. VII. 223. οἱ ἡγεμόνες -- ἔχοντες μάστιγας, ἐῤῥάπιζον πάντα ἄνδρα, *flagris percutiebant.* Hoc amplius, οἱ ἐγκαταλειπόμενοι, [*lin.* 7.] *Plutarchi*que ἀπολειπόμενοι et λειπόμενοι, non illi profecto, *qui domi relinquuntur*, sed *longe in cursu post tergum relicti*, *victique* adeo, ex verbi notissimo usu. Haec acute utrimque dicti sententia; quo magis miror eundem eruditissimum virum, damnatis prioribus, Themistoclis ἀπολειφθέντας ad agitatores sive aurigas (Agonist. lib. III. 19.) adplicuisse. Στεφανεῦνται dialectus adfirmat. WESS.

6 *seqq.* ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστ.) In Themistocle *Plutarchus* T. I. p. 117. D. haec dicentem facit Eurybiadem; sed errorem corrigit in Apophthegm. T. II. p. 185. A. ubi, Ἀδειμάντου, inquit, ναυμαχεῖν μὴ τολμῶντος, εἰπόντος (τι) πρὸς Θεμιστοκλέα, -- Ὦ Θεμιστόκλεις, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσιν προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν ἀεί· Ναὶ, εἶπεν, ὦ Ἀδείμαντι· τοὺς δὲ λειπομένους οὐ στεφανοῦσιν. Quod [apud *Plutarch.*] additur, *Aeliano*, *Aristidi*, aliisque memoratum, Eurybiadi convenit; cui baculum attollenti Themistocles, πάταξον μὲν οὖν, εἶπεν, ἄκουσον δέ. Primum ex hoc loco tollendum ἀεὶ, natum ex vicinis; deinde μαστιγοῦσιν illic rectius redditur, *flagris caedere moris est*, quam in Themist. ῥαπίζουσι, *caedunt alapis.* Turpis error *Vallae* haerere tamdiu non debebat in Edd. *Herod.* ῥαπίζονται vertentis *colaphis caeduntur*: hoc erat ser-

vile prorsus atque indignum candidatis certaminum Graecorum, in quae servi non admittebantur. Ῥαπίζειν est ῥάβδῳ πατάξαι, vel παῖσαι: *colaphum impingere* vel *alapam ducere*, vulgo κολαφίζειν, Atticis erat κονδύλους ἐντρίψαι: vid. vir summus ad *Luciani Prometh.* [c. 10.] p. 193. Dicitur et apud *Plut.* utrobique Eurybiades ἐπαράμενος τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξων: nisi scripserit ἐπαναράμενος, ut *Thucyd.* VIII. p. 555, 1. ἐπανήρατο τὴν βακτηρίαν: illic ἐπανετείνατο legitur in *Scholiis*: apud *Aelian.* Var. XIII. c. 40. Eurybiades ἀνέτεινεν αὐτῷ τὴν βακτηρίαν. Sed est insignis et forsan unicus in suo genere locus *Thucyd.* ad haec *Herodoti* aptus illuminanda lib. V. c. 50. illic Lichas Arcesilae Lacedaemonius Olympiae ἐν τῷ ἀγῶνι ὑπὸ τῶν ῥαβδούχων πληγὰς ἔλαβεν, ὅτι - - - προελθὼν ἐς τὸν ἀγῶνα ἀνέδησε τὸν ἡνίοχον: et haec praeter ceteras postea caussa fuit Lacedaemoniis belli Eleis inferendi, quod Licham μαστιγοῦντες ἄνδρα γέροντα ἐξήλασαν, ut scribit *Xenoph.* Ἑλλ. III. p. 287, 28. Apud *Pausan.* lib. VI. [c. 2.] pag. 454., Licham μαστιγοῦσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι fecisse dicuntur augustissimi iudices, quod per lictores suos, ἀλύτας dictos, fieri iusserunt, vel per his praefectum. *Auctor Etymol. M.* p. 72, 12. Ἀλυτάρχης, ὁ τῆς ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι εὐκοσμίας ἄρχων· Ἠλεῖοι γὰρ τοὺς ῥαβδοφόρους ἢ μαστιγοφόρους - - Ἀλύτας καλοῦσιν. In modesto Themistoclis responso apud *Herod.* οἱ δέ γε ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται, hoc ut rarius etiam apud Ionas ex uno Codice, ni fallor, recipietur, indicato in Diss. *Herod.* p. 127. Ἐγκαταλειπόμενοι ipsum *Paulinum* est in Ep. II. ad *Cor.* IV, 9., ubi, Polybianis omissis, unum hoc aptius attulisset *Herodoti G. Raphelius*: *hic sunt in stadio relicti*, sive *cursu superati*: transtulit illinc, ut multa, felici metaphora *Paulus*, O. M. Iesum tanquam primum in stadio cursorem considerans, qui victor, factus agonotheta, de coelo coronam porrigeret ἀμάραντον τοῖς οὐκ ἐγκαταλειπομένοις, et sua vestigia animose legentibus. VALCK.

CAP. LX. 6. οὐδένα κατηγορέειν) *Accusationi* nullus erat hic locus; [Quid ni?] verum οὐκ ἔφερε οἱ κόσμον οὐδένα κακηγορέειν: sic corrigendum arbitror: *dedecebat ipsum cuipiam sociorum male dicere.* Saepius idem vitium hinc illinc fuit a viris doctis sublatum; nondum tamen, quod sciam, ex Attica lege apud *Demosth.* p. 710, 42., ἐνο-

χον εἶναι τῇ κατηγορίᾳ etc. transscripsit ista *S. Petit.* in Legib. Att. p. 522. Legendum τῇ κακηγορίᾳ, facile liquebit attendenti. VALCK. — Apud *Demosth.* κακηγορίᾳ recte iam *Hier. Wolfius* ediderat, ed. Basil. 1572. p. 539. sub fin. et sic dein *Reiske* T. II. p. 1308. Apud *Herodotum* nihil novandum, ubi οὐδένα cum κόσμον iungendum, κατηγορίην vero ad συμμάχων refertur. Conf. *Var. Lect.* Emendationi tamen a Viro doctiss. propositae videri potest speciem aliquam conciliare id quod infra c. 61, 7. legitur. *S.*

11. ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ) *Valla* [*in patenti pelago, ubi* etc.] bene. *Longus* Pastoral. III. p. 177. ἡνίκα μὲν οὖν ἀναπεπταμένῃ τῇ θαλάττῃ ταῦτα ἔπραττον, ἠφανίζετο ἡ βοή. Consequens ἐς ὃ [*lin.* 12.] inmerito in abundantiae suspicionem incidit quid enim tritius, quam ἐς vice ἐν poni? ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, lib. III. 64. et mox [*l.* 24.] ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα: eiusdemque structurae cumulum congessit *Portus.* WESS. — Ubi scribitur ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, primum illud perspicuum est, ad ἐς ὃ intelligi verbum ναυμαχέειν vel ναυμαχήσειν. Deinde: (de quo commode ad h. l. *Schulzius* monuit) ubi ἐς pro ἐν poni videtur, id ea fit ratione, ut non modo significetur τὸ *esse* aut *facere* aliquid *in eo loco* de quo agitur. sed ut simul significetur τὸ *moveri in locum*, quo fit *ut ibi sis.* Itaque h. l. ἐς ὃ ναυμαχέειν vel ναυμαχήσειν idem valet ac si dixisset ἐς ὃ ἰέναι ναυμαχήσοντας, vel ἐς ὃ ἰέναι ὥστε ναυμαχέειν, *quo abire ut ibi pugnemus. S.*

12 seq. νέας ἔχοντι βαρυτέρας) *Naves Graecorum hic graviores;* in *Plut.* Themist. p. 119. c. ἀπτνεῖς καὶ ταπεινότεραι, conparatae ad Persarum naves molis maioris et celsioris; quarum tamen ἀπτνεῖς in ἀλιτενεῖς correctione docti viri abierunt, forte iniusta. Noti τόποι ἀλιτενεῖς, ἄκρα ἀλιτενής, θάλασσα ἀλιτενής, quorum humilis situs, aut quod profunditatem non habet mare, docente praeter alios *P. Victorio* ad *Cicer.* lib. XIV. ad Att. Ep. 10. Ubi vero ἀλιτενὴς *navis*, et qua significatione? Ἀπτνεῖς firmiter sunt conpactae ac egregie cohaerentes; sicuti κισσὸς ἀπτνὴς in *Sophoclis* Antig. vs. 842. WESS. — Navis κάτωθεν ἀλιτενὴς καὶ πλατεῖα memoratur apud *Athen.* lib. V. p. 204. e. *inferne depressa et lata. S.*

26. τοῦ καὶ περιέχεσθε μάλιστα) Praeclare scripta exemplaria atque ex illis *Gronovius*, quem ὁμοίως αὐτοῦ - - - καὶ

πρὸς τῷ Ἰσθμῷ illustrantem lib. VI. 139. vise. WESS. — De formula ὁμοίως καὶ vide Adn. ad VII. 50, 18. et loca ibi citata. *S.*

36. μὴ οἰκότα δὲ βουλευομένοισι) Cato in *Sallustii* Catil. c. 52. *Vigilando, agendo, bene consulendo, prospere omnia cedunt; ubi socordiae tete atque ignaviae tradideris, nequicquam deos inplores; irati infestique sunt:* ubi *Wassius* et *Cortius*, inque primis *Th. Gatakerus* ad *Anton.* Imp. lib. IX. 40. WESS.

CAP. LXI. 3. οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν) Infeliciter ista tentavit vir doctus, quorum haec est sententia: *nolens concilii principem Eurybiadem duces in suffragia mittere, sive sententias rogare, in gratiam viri urbe patria carentis.* Sic Herodotea capienda docebunt *Küsteri* et summi viri observata in *Luciani* Timon. [c. 44.] pag. 157 seq. Praeter cetera *H. Valesius* adscripserat *Harpocrationi* locum *Herodoti*, quem alii, quantum memini, non attigerant, verbum tractantes ἐπιψηφίζειν. Cl. tamen *Abreschius* ad *Thucyd.* I. c. 87., *declarat*, inquit, (in loco *Thucyd.* VI. c. 14.) τὸ γνώμας προτιθέναι *praevium* ἐπιψηφίσαι: *sicuti, quod Herodotus* lib. VIII. c. 59. προθεῖναι λόγον, id c. 61. ἐπιψηφίζειν. Moleste non feret vir humanissimus, si dixero mihi diversa videri, *sententias varias iterum populo proponere*, et *super illis populum in suffragia mittere.* Apud *Herodot.* c. 59. verba facere coepit ante Themistocles, quam convocatis ducibus proponeret Eurybiades cuius rei causa illos iterum convocasset: hoc significatur utique per πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον, τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγούς. Athenis Prytanes comitia solebant indicere *fixâ tabulâ, quae, quid in deliberationem veniret, continebat: T. H.* ad *Lucian.* p. 482. [Necromant. c. 19.] In unum coacto populo, qui tum erant inter Prytanes Proëdri, vel e Proedris ὁ Ἐπιστάτης iterum proponebat, qua de re esset agendum; excitati voce praeconis oratores in medium prodibant, rem propositam civibus suadentes vel dissuadentes; hi causam quisque suam ubi perorassent, tum populus causâ cognitâ mittebatur in suffragia: Epistates, vel alius ex ordine Prytanum, sententias rogans, dicebatur ἐπιψηφίζειν. Ut postremum cadere nequit in dubitationem, sic et priora certis nituntur testimoniis: de Proëdris quod dicebam, loco

Demosth. p. 445., §. 31. [Orat. in *Timocr.* p. 706 extr. ed. *Reisk.*] et his *Ulpiani*: οἱ μὲν Πρυτάνεις συνῆγον τὴν ἐκκλησίαν· οἱ δὲ Πρόεδροι ὑπέβαλλον περὶ τίνος συνῆλθον. Eximie tamen Prytanes dicuntur προτιθέναι: vid. Clar. *Hemsterh.* p. 482. [ubi supra,] et initium praesertim Philip. I. *Demosth.* Hic, cum causam suam perorasset Themistocles, iam ante iratus *Adimantus* nunc *noluit Eurybiadem* ἐπιψηφίζειν ἄπολι ἀνδρί. Intacta quoque, ni fallor, viri docti praetermiserunt haec *Xenophontis* Ἀναβ. V. p. 204, 7. ἐπεψήφισε μὲν οὐδὲν, τὰς δὲ πόλεις ἐχούσας ἔπεισε ποιεῖν τὰς ὁδούς: *nihil sanxit*, *Leunclavius*; mirifice vertit ista *Hutchinson* p. 359. *Xenophon* de omnibus ante memoratis milites sententiam rogaverat; de hac una re noluit illos in suffragia mittere: unius ferme tantum literae omissione vetusta restitui poterit scriptura legendo: ὁ δὲ ὡς ἔγνω τὴν ἀφροσύνην αὐτῶν, ἐπεψήφισε μὲν οὔ· ἰούσας δὲ πόλεις ἐχούσας ἔπεισε. Xenophonteum illud μὲν οὔ supra iam attigi ad lib. VII. c. 208. Verbum Ἐπιψηφίζειν sic usurpant *Xenophon* p. 213, 31. p. 219, 36. [Vide Memorab. Socr. I. 1, 18. ibique Interpretes.] *Antiphon* p. 146, 37. *Andocides* p. 10, 34. *Demosth.* p. 418, 151. p. 452. 86. 470. §. 235. etc. Λόγον autem προτιθέναι, et Ἐπιψηφίζειν liquido dinstinguit *Aeschines* de Falsa leg. p. 36, 26. γεγραφὼς, τῇ μὲν προτέρᾳ τῶν ἐκκλησιῶν συμβουλεύειν τὸν βουλόμενον, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοὺς προέδρους ἐπιψηφίζειν τὰς γνώμας, λόγον δὲ μὴ προτιθέναι. Apud *Suidam* in Ἐπίταττε loco alienissimo leguntur ista scriptoris incerti: Σωκράτης δὲ ἦν ἐπιστάτης, καὶ οὔτε ἐψήφιζε, οὔτε κατεχειροτόνει: hic libenter corrigerem οὔτ' ἐπεψήφιζε: [ex *Xenoph.* Mem. I. 1, 18.] sicut in *Aeliani* Var. Hist. p. 234. [lib. III. c. 17.] corrigit ὁ πάνυ *T. H.* οὔτ' ἐπεψήφισεν Ἀθηναίοις τὸν τῶν δέκα στρατηγῶν θάνατον: illic rectissime *in gratiam Atheniensium* vertit Clar. *Abr. Gronov.* vid. *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 263, 41. et Ἀπομν. IV. p. 468, 6. ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Socrates ἐπιστάτης γενόμενος οὐκ ἐπέτρεψε παρὰ τοὺς νόμους ψηφίσασθαι: quia scilicet οὐκ ἐπεψήφιζε, de re adeo indigna *populum mittere nolebat in suffragia*. Apud *Herod.* noluit Corinthius summum Imperatorem ἐπιψηφίζειν ἄπολι ἀνδρί: ut Socrates *Aeliani* noluit ἐπιψηφίζειν Ἀθηναίοις. VALCK.

—4. ἄπολι ἀνδρί) Haesitavi hoc probarem an ἀπόλιδι (quod multo receptius) *Arch.* Re considerata visum illud formae fuit, cuius Ἴσιος, τῇ Ἴσι, Ὀσίριος, τῷ Ὀσιρι [Ὀσίρι,]

κατνάβιος etc. in superioribus. Iustissimo deinceps iure Themistocles Adimanti inportunitatem castigat. Dixerat idem civibus, si *Iustino* fides II. 12., *Patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam*, et quidem verissime. Conf. *H. Grotium* de Iur. B. et Pac. II. 9, 7. Ceterum *Plutarch*. Themist. p. 117. E. Adimanti memoriae pepercit, nescio quem Eretriensem, sed a Themistocle ex virtutibus ornatum, advocans. WESS. — De tono vocab. ἀπόλι, in penultima ponendo, vide *Var. Lect.* ad h. l. et ad I. 41, 3. *S.*

Τότε δὴ) Scribendum, Τότε δὲ δὴ *etc.* Ad ista namque c. 60, Τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο, haec respondent: Τότε δὲ δὴ ὁ Θεμ. κεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε. Exacerbaverat inprimis Themistoclem Adimanti vox inconsiderata ἄπολιν ἄνδρα vocantis, qui *urbem*, ut canit Claudianus, *carinis Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas*. Apud *Suidam* in Ἀδείμαντος, Themistocles, εἶπε' εἶπεν, ἄπολις, ἔχων σ' τριήρεις. Ex historico deperdito descripta quaedam huc spectantia habet egregia *Plut.* in Themist. p. 117. E. VALCK. — Potuerat commode adversativa δὲ particula ante δὴ adiici: sed ignorant eam libri, ne admodum quidem necessariam, quum praesertim istud Τότε μὲν cap. 60, 1. nimis longe hinc absit, ibidemque etiam continuo δὲ particula subiiciatur. *S.*

CAP. LXII. 2 seq. Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ). Errorem *Vallae* propagarunt correctores. Locum hic invenit ellipsis de elegantioribus: Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· ... εἰ δὲ μή, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. *Tu si hic manseris, et manens rem bene gesseris*, sive *virum te praestiteris*; supplendum relinquitur σώσεις τὴν Ἑλλάδα, vel ὀρθώσεις, aut, si quis malit, quod plerisque locis veterum congruit, καλῶς, vel εὖ ἂν ἔχοι: prout hanc ellipsin supplet *Trypho* in libello περὶ Τρόπων, nondum edito. Ellipsin illam quamvis copiose tractaverint *H. Steph.* Anim. in *Corinth.* p. 25 seq. in *Xenoph.* p. 59. et *Casaub.* in *Athen.* p. 333., librorum tamen veterum Editores, minus attenti, lectoribus illam suis saepe designare neglexerunt. Unum hic ponam exemplum ex *Herodoto* de vita *Hom.* c. 33. ubi velut Eiresiones Homereae posuerunt hos enormes duo versus Editores: (de *Barnesii* nihil hic dico licentia:) Ἔστηκ' ἐν

προθύροισι· καὶ εἰ μέν τοι δώσεις, εἰ δὲ μὴ, Οὐχ ἑστήξομεν· οὐ γὰρ συνοικήσοντε ἐνθάδ' ἤλθομεν. Ad priora pertinent ista, Ἑστήκ' ἐν προθύροισι: tum sequitur aliud fragmen, cuius indicium praebet καὶ, constans duobus senariis legitimis, si sic redintegrentur: Εἰ μέν τι δώσεις, ... εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἑστήξομεν. Οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. conf. Athen. VIII. p. 360. c. VALCK.

7. ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ) Ne confunderetur cum eiusdem nominis urbe Paeoniae, Σίρι τῆς Παιονίης c. 115., illa prudenter adiunguntur. *Italiae Sirin* iuris olim, et ante bellum Troianum quidem, Ionici atque adeo Atheniensium fuisse, *Lycophronis* Alexand. vs. 986. seqq. canit; cuius Scholiastes, ex veterum haud dubie commentis, super ea possessione plura. Dissidet tamen *Strabo* lib. VI. p. 406. A. [p. 264. ed. Cas.] Ionasque, Lydorum dominatum vitantes, Sirin occupasse asseverat. Noster a *Lycophrone* proxime abest. Nuper vero, post *Cluverii* et *Salmasii* sollers studium, *Alex. Symmach. Mazochius* priscorum paene pugnantes sententias examinavit, Prodromi ad Heracleens. Psephism. p. 75. Oraculum, quod Themistocles ostentat, labentibus annis Athenienses, ut colonos eam in Italiae partem deducerent, ac Thurios conderent, Siritidi vicinos, impulit apud *Diodor.* XII. 10. WESS.

Ibid. κομιεύμεθα ἐς Σίριν) Urbe non nominata apud *Plutarch.* Themistocles T. I. p. 117. F. αὐτίκα πεύσεταί τις Ἑλλήνων, Ἀθηναίους καὶ πόλιν ἐλευθέραν καὶ χώραν οὐ χείρονα κεκτημένους, ἧς ἀπέβαλον: *Siritin* videlicet, si fertilitatem spectes, Attica multo meliorem. Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερτεθαύμακε τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν; cui dicitur ἱμερόεις et ἐρατὸς χῶρος ὁ ἀμφὶ Σίριος ῥοάς, apud *Athen.* XII. p. 523. D. Illic *Timaeo* regionem istam tenuisse dicuntur etiam Colophonii; aliis Iones in genere nominantur. *Phil. Cluver.* Ital. Ant. lib. IV. p. 1274. de *Italiae Siri* multis agens, non recordabatur *Herodoti*, cui Italiota quoque Σιρίτης Damasus inter Agaristae procos memoratur lib. VI. c. 127. Quae Ionas habuerat incolas, de Siri dici poterat Themistocli, ἥπερ ἡμετέρη ἐστὶ ἐκ παλαιοῦ ἔτι. Vicina Sybaris, sive Thurium, Atheniensium fuit, ut notum est, nobilissima colonia: ex *Hegesandri* commentariis narrat *Athen.* XIV. p. 656. c. et ex *Athenaeo Eustath.* in Ἰλ. κ'. p. 704. ὅτι Σάμιοι πλεύσαντες

ἐς Σύβαριν, καὶ κατασχόντες τὴν Σιρῖτιν χώραν, *a perdicibus* ἐκπλαγέντες - - - ἀπέπλευσαν. VALCK.

CAP. LXIII. 2. ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης) Metu praesertim Atheniensium μὴ σφέας ἀπολίπωσι. conf. *Plutarch.* in Themist. p. 117. F. Saepius Eurybiadem rationibus suis movit Themistocles, ut sententiam priorem mutaret; et hic ἀνεδιδάσκετο, non *edocebatur*, ut *Valla*, sed potius *dedocebatur*, sive *dedocendum se dabat* Themistocli: *dedoctus est*, *Ciceroni* restituit R. *Bentlei*. Tusc. II. c. 24. ἀνεδιδάχθη. Significat Ἀναδιδάσκεσθαι *sic priora* *dedoceri*, vel *dedocendum se praebere*, *ut quis alia discat istis contraria*: hoc sensu cepit ἀναδιδάξοντας *H. Steph.* in *Thucyd.* VIII. [c. 86.] p. 556, 42. Ad hoc Herodoteum non *Suidam* in Ἀναδιδάξαι, sed eumdem comparare potius debuerant in Ἀναρρᾶσθαι, ἀντὶ τοῦ διαλύειν τὴν γενομένην ἀράν· οὕτω Καλλισθένης: ubi commodum *Küsterus* memorat *Cornelii Nepotis* *resecrare*, ex Alcib. c. 6. Eumolpidae et Ceryces ante coacti ἐπηράσαντο αὐτῷ, quod legitur apud *Suidam* in Ἐπηράσαντο. *Pollux* V. 130. τὸ ἐπαρασαμένους ἀναλύειν τὴν ἀρὰν Ἀναράσασθαι λέγουσι· βιαιότερον γὰρ τὸ Ἀνεύξασθαι: hoc bis minimum dabit *Plato* in Alcib. p. 148. B. παλινῳδεῖ - - - ἀνευχόμενος ἅττα (lege ἅττ᾽ ἄν, ut p. 142. D.) τὸ πρῶτον εὔξηται. VALCK.

4. ἀνάγῃ τὰς νῆας) Quid-ni rediret quod Herodoteum habetur? Antea cap. 57. ὡς εἴη δεδογμένον ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν: et ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα cap. 70., etc. WESS.

CAP. LXIV. 1. Suavissimum ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι sibi geminum eiusdemque figurae habet λόγων ὠθισμὸν cap. 78. et IX. 26. WESS.

8. Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα) Schedarum Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος fulcire videtur c. 121. ubi soli *Aianti*, nulla patris *Telamonis* habita ratione, victores triremem ex manubiis mittunt Salaminem et dedicant. Qui voluerint, earum sequi auctoritatem poterunt: mihi non nihil dubii superest. De *Aeaco Aeacidisque inploratis* [*lin.* 9.] atque opitulatum arcessitis quaesitum lib. V. c. 80. WESS. — De *Aeaco* et *Aeacidis* consuli insuper possunt *Pausanias* lib. II. c. 29. et *Apollodor.* III. 11, 6. *Larchero* laudati. *S.*

CAP. LXV. 1 *seqq.* Ἔφη δὲ Δικαῖος *etc.*) Sub uno hoc teste nobis narratae fabellae, praeter *Plutarch.* T. I. p.

119. 2. et *Schol. Aristoph.* Nub. vs. 301. aliosque, quater mentionem fecit homo valde superstitiosus, Sophista tamen Ἀττικώτατος; *Aristides*: primum Orat. in Bacch. T. I. p. 55. Μόνος, ait, τῶν ἱερῶν φασμάτων (*Bacchus*) ἐξεφοίτησεν ἐν τῷ κινδύνῳ τῷ Μηδικῷ· οὕτω, τοῖς ὅλοις φιλάνθρωπος ὤν, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ῥέπει: tum in Eleusinia Orat. I. p. 451. συνιούσης τῆς ναυμαχίας, ἐξεφοίτα μὲν ὁ Ἴακχος συνναυμαχήσων: in Themistoclis Encom. T. III. p. 350., et in Panathen. T. I. pag. 248. ubi multa memorans, quibus sola civitas Atheniensium inter Graecos laudem meruerit, μόνη, ait, φέρεται τὴν τοῦ παντὸς κρίσιν - - καὶ - - τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι. Ad ista prostat in Cod. MS. haec adnotatio *Scholiastae*, historiam non adhibito *Herodoti* volumine memoriter narrantis: τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι) Ἄκκτος καὶ Δημάλκτος, (corrige Δικαῖος καὶ Δημάρατος: quae nomina docta manus posuit in ora libri Clar. *Burm.*) φυγάδες ὄντες καὶ μένοντες παρὰ Ξέρξῃ, ἔφησαν τῷ βασιλεῖ (*Herodoti* Demaratus, aulae mores edoctus in Perside, Dicaeo prudenter [infra, *lin.* 25.] dixerat, σίγα·) καθ' ὧν ἂν ἔλθῃ ὁ κονιορτὸς οὗτος, πάντως ἐκεῖνοι ἡττῶνται· ἦλθε κατὰ τῶν Περσικῶν τριήρων, καὶ διεσκεδάσθη ἐν αὐταῖς· καὶ τεκμήριον (ἦν) τὸ μέλλειν νικᾶσθαι τὸν βασιλέα· γέγονε τοῦτο. ἦσαν δὲ ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων μεμυημένοι ἀφανῶς καὶ ἀπροόπτως ἐκ δαιμονός τινος τὸ ἐπίφθεγμα τὸ λεγόμενον ἐν τοῖς Ἐλευσινίοις. VALCK.

7. μάλιστά κη) Laudavi ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα lib. VII. 22. quoniam nihil aptius Codd. offerebant. Alioqui μάλιστά κη Musae solent amare, lib. II. 75. IV. 174. VII. 30. Quo vero ritu sacroque clamore *Iacchum mysticum* [*lin.* 10.] vicesimo Boëdromionis die deduxerint initiati, operose *Io. Meursius* Eleusin. cap. 27. exsequitur. WESS.

10. τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον) Olim mihi facile persuadebam vocem hinc excidisse, sic restituendam: τὴν φωνὴν εἶναι (ᾀδόντων, vel ἐξαγόντων) τὸν Μυστικὸν Ἴακχον. Nunc paratus sum vulgata tueri. Prior illa conjectura locis nitebatur praesertim a *Io. Meursio* collectis in Eleusin. c. 27. Solebant initiati certo die mysteriorum Iacchum ex sacello suo, quod habebat in Ceramico, deducere Eleusina, magno clamore et strepitu, *Iacchum* cantantes, aut hymnum sacrum, qualem, neglectum *Meur-*

sio, dabit *Aristoph.* Ran. vs. 401. et seqq. Ἴακχε πολυτίμητε — Δεῦρο συνακολούθει Πρὸς τὴν θεὸν, καὶ δεῖξον ὡς Ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις· Ἴακχε φιλοχορευτὰ συμπρόπεμπέ με. Tot mystarum vocibus excantatus laetus per viam sacram cum illis procedebat Iacchus, quos ut is ἐξάγειν in *Aristoph.* Ran. 554. sic illum verius ἐξάγειν dicebantur: in *Schol.* ad Ran. vs. 326. Boëdromionis memoratur ἡ εἰκάς, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι: ter quaterve, τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγειν, legitur apud *Plutarch.* Vid. *Casaub.* in *Athen.* V. c. 14. Nihil interest utrum dicatur *dies*, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν, an ᾗ τὸν Ἴακχον ᾄδουσι. *Schol.* ad Ran. vs. 324. οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι τὸν Ἴακχον: *Hesych.* Ἰακχάζειν in voc. Δι᾽ ἀγορᾶς, interpretatur ᾄδειν τὸν Ἴακχον. Sc. *Ode sacra*, quam cantabant, ipsa quoque dicebatur Ἴακχος. *Hesychius* in Ἴακχον: καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. Apud *Suidam* in voc. ὁ Ἴακχος ἠκούσθη ἐκ τοῦ Θριασίου πεδίου, ὑμνούμενός τε καὶ ᾀδόμενος. Hoc sensu *Herodoti* dicebat Dicaeus οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον, *clamorem* [*illum*] *esse mysticum Iacchum*; quo, ut ait paulo post, [*lin.* 24.] ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι, *isthoc utuntur die festo, Iacchum saepius inclamantes*. VALCK.

16. ἰὸν ἐς τιμωρίην) *Pavii* et *Bergleri* coniecturam schedae *Passion.* certam praestant, tum narrationis cohaesio et *Aristides*, quem in re manifesta non describo, Or. Eleusin. pag. 258. Adfinitas, quae ἰὸν et ἰὸν iungit, confusionem peperit lib. I. 257. et lib. V. 59. ubi vide. WESS.

22. ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ) His inhaereo. *Cererem*, Μητρὸς titulo lib. IV. 53. nobilem, describi, dubitabit nemo. Adprime autem opportuna sunt ad *annuum maiorum mysteriorum tempus* stabiliendum, cupideque propterea, neque inutiliter, oppugnando *Scaligero*, quinquennii spatium illis designanti, a *D. Petavio* ad *Themistii* Or. V. p. 411. et *Ism. Bullialdo* in *Theonis Smyrn.* Mathemat. pag. 218. admota. Ceterum ἰακχάζουσι [*lin.* 25.] Scholiastes interpretatur, λέγουσι, φλυαροῦσι, ob inconditum opinor clamorem, Iacchum saepius resonantem: neque enim pagana superstitione φλυαρίαν indicare solebat. In *Suida* Ἰακχάζουσι, λέγουσι, φλυαροῦσι, Ἡρόδοτος: et in Lexic. *Bibl. Coislinianae* pag. 254. pro quo olim φρυάττουσι malebam, nunc φλυαροῦσι ex glossis *Herod.*, quas ambo descripserunt. *Hesychio* simile se insinuavit peccatum. WESS.

Ibid. τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ) *Matri et Liberae quotannis hos dies festos Athenienses celebrasse*, quod vir summus negaverat, hinc et aliunde *Petavius* ostendit ad *Themist.* p. 411. De minoribus aeque ac maioribus Mysteriis eodem anno vertente actis vid. Cl. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 485. [ad lib. XX. c. 110.] Hic Cl. *Gronov.* ex *Med.* Cod. Ionicam Proserpinae dare potuerat nominis formam Κούρη. Loci non recordor Scriptoris antiqui, quo iunctim αἱ μεγάλαι θεαὶ, sive ἡ πρεσβυτέρα θεὸς καὶ ἡ νεωτέρα, dicantur *Mater* et *Libera*: veterem esse opinionem scribit *Cicero* IV. in Verr. c. 48. *Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam, - - - et raptam esse Liberam - - - ex Ennensium nemore. Matrem Ennaeam* attigit I. F. *Gronov.* in Observ. pag. 126. Ceres μᾶ γᾶ dicitur *Aeschylo* Suppl. vs. 897. Ennae praesidii praefectus L. Pinarius apud *Livium* XXIV. 38. *Vos*, alt. *Ceres mater ac Proserpina, precor*. Harum Dearum, velut ab Eleusiniis ducta, mysteria coluerunt ab antiquissimis usque temporibus *Meursio* non memorati Messenii sub nomine τῶν μεγάλων θεῶν: alibi in Peloponneso αἱ μεγάλαι θεαὶ erant Δημήτηρ et Δέσποινα: haec autem non Iove nata et Cerere, sed filia Neptuni: quia mater huius quoque puellae multo certior erat, saepius illam Δηοῦς κόρην dixerunt; vid. ill. *Spanhem.* in *Callim.* Hymn. Cerer. vs. 133. *Callimachus* fragm. *Bentl.* 48. dixit illam non Δηϊώνην, sed procul dubio Δηωίνην: forma usitata, qua innotuerunt Ὠκεανίνη, Εὐηνίνη, Ἀδρηστίνη, Θεσπιτίνη, Φαιακηίνη: ultimum ex Inscript. Corcyr. in Diar. Ital. *Montfauconii* p. 422. qui multa reliquit in illis corrigenda, in vicinae pag. Inscript. 7. versum etiam quartum: Ὀστέα δ' ἐν νάσῳ τᾷδ' ἕταροι κτέρισαν. VALCK.

33. ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων) Abesse non debent *Aristidis* T. I. p. 258. verba: νέφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ἐλευσῖνος καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν, ἐγκατέσκηψεν εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ναῦς ἅμα τῷ μέλει τῷ μυστικῷ. Sic Cl. *Iebbius* ex schedis *Baroccianis*; me iudice, inprudenter. Illa τῶν βαρβάρων adsciscì non erat ex usu, quippe indocti litteratoris additamentum. Nostri Vrania, ad quam amandamur, diligentius inspecta, turpe scholion iugulasset. WESS.

CAP. LXVI. [1. Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν etc.) Cohaerent haec cum superiori cap. 24. *S.*]

5. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν) Voculam hic vellem libri scripti darent Herodoteo more interiectam, Ὡς μέν νυν ἐμοὶ δοκέειν. VALCK. — Ignorant particulam libri: promiscue vero *Herodotus* modo adhibere huiusmodi coniunctivas particulas, modo ἀσυνδέτῳ uti amat oratione. *S.*

7. τῇσι τησὶ ἀπικέατο) Ultimum si praeter *Arch.* plures proscriberent, in exilium sine sententiae damno posset abire. Verius est ἢ ἐπί τε Σηπιάδα, et necessarium ob Scriptoris consuetudinem. Ἐπὶ et ἐπεὶ facillime permutantur. Numerum Persicae multitudinis ad Sepiadem dedit lib. VII. 186. WESS. — Pro ἐπεί τε Σηπιάδα Koenius, duabus literis repetitis, corrigebat ἐπεί τε ἐς Σηπιάδα ἀπίκοντο. VALCK.

15. πλὴν τῶν πέντε πολίων) *Insularum*, Naxi, Meli, Siphni, Seriphi et Cythni c. 46.; quas πόλεις, *civitates*, eo more de quo *Harpocration* in Κεῖοι et Adnotat. ad *Itiner. Antonini* p. 523., adpellat. Supra lib. III. 139. insula Samus πολίων πασέων πρώτη: et lib. I. 144. Parum autem referet, sive ἐπεμνήσθην [*lin.* 16.] singulari, an ἐπεμνήσθημεν multitudinis numero, pingatur; etsi prius *Herodoto* consuetius, atque ita Codd. scripti cap. 95. τοῦ καὶ ὀλίγῳ πρότερον τουτέων ἐπεμνήσθην. WESS. — Ex uno codice non mutassem vulgatum ἐπεμνήσθην: illinc distat Nostro frequentata formula πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. VALCK.

16. Verbo προσέβαινε recte literam detrahunt, προέβαινε scribentes, *Reiskius* et *Koenius*. VALCK.

CAP. LXVII. 3. τῇ ἀποβήσεται) Gemino in negotio καραδοκέοντες τὸν πόλεμον, ᾗ πεσέεται lib. VII. 163. et 169. At lib. I. 32. σκοπέειν δὲ χρὴ - - - κῇ ἀποβήσεται, sicuti hic tres scripti. Res momenti videbitur exigui, nec negligenda tamen, neque inprobanda. Κῇ sumi poterit ex *Etymolog.* p. 682. fin. at mox [c. 68, 17.] iterum τῇ ἀποβήσεσθαι. [Vide *Var. Lect.*] Insequens ἰθέλων σφι συμμίξαι [*lin.* 5.] rediturum c. 79., *colloquendi sermonesque miscendi* desiderium indicat. WESS.

CAP. LXVIII. 4. Εἰπαί μοι πρὸς βασιλῆα) Nolo obluctari membranarum consensioni morique Herodoteo, qualis Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, lib. VII. 228. [ubi vide Adnot. ad lin. 9.] et passim alibi. Redundantia pronominis dictioque tota Homereum spirat *Iliad.* Ξ'. 501.

Εἰπέμεναί μοι Τρῶες: ubi *Eustath.* ἐν δὲ τῷ εἰπέμεναί μοι Τρῶες, ἀντὶ τοῦ εἴπατε, περιττὸν δοκεῖ τὸ μοι κεῖσθαι. Quo quidem pleonasmo nihil omni in lingua, recte *Rittershusio* ad *Oppiani* Cyneget. I. 89. docente, receptius. WESS. — Pro Εἰπέ μοι scripsisse Herodotum suspicor cum *Koenio* Εἶπαί μοι, [scil. aoristo primo infinitivi,] quia εἰπεῖν codex habet *Med.* Sic autem Nostro adhiberi ἀπαρέμφατα [i. e. *infinitivos*,] *Portus* docebit. [Vide *Porti* Lexicon ionicum, titulo Ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν Προστακτικῶν, ubi et alia multa collecta exempla, et hoc cum adiecto μοι pronomine, σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, ex lib. III. c. 134. 24.] Supra, lib. II. cap. 90. perperam κατειπεῖν ex *Med.* posuerat *Gron.* pro Ionico κατεῖπαι. Ionica certe sunt quae toties apud *Herod.* recurrunt, εἶπαι· εἶπα· εἶπαν· εἴπας. Alexandrinae sunt Dialecti, praeter εἶπα et εἶπαν, ἦλθαν· ἔφυγαν· ἐλάβαν· ἔλιπαν· ἔπεσαν: quae frequentata leguntur in Alexandrina versione V. T. et apud perpaucos illos, quos habemus superstites eadem dialecto pura usos: in aliis veterum monumentis quod hic illic tale legitur, corrigi debet. ἔπεσαν recte fuit ex *Herodoto* quoque sublatum huius Ed. p. 447, 71. [VI. 21, 11.] ut ex versu *Philemonis* a *Bentleio* pag. 131. οὐ γὰρ ἐν χρήσει τὸ ἔπεσα, vere scribit *Schol.* in *Aristoph.* Av. vs. 841. Sed in *Orphei* qui dicitur Argonaut. ab auctore positum puto vs. 519. ἐν δ' ἔπεσαν, sicut vs. 116. εἶδα: hic sorex suis se saepe prodit indiciis. VALCK.

5-8. οὔτε κακίστη γενομένη --- οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένη, δέσποτα. τὴν δὲ ἐοῦσαν γνώμην etc.) Ista mihi rectius scripta, quam vulgantur, codex praebere videtur *Med.* et qualia legit *Valla*: οὔτε κακίστην γενομένην,--- οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν ἐοῦσαν γνώμην με δίκαιόν ἐστι ἀποδείκνυσθαι. Facile liquet cur voculam δὲ interseruerint; qua eiecta, τὴν ἐοῦσαν γνώμην interpretor *veram animi mei sententiam*, ex *Herodoti* more loquendi. VALCK. — Quae *Artemisia* ad *Xerxem* referri postulat, fide Codicum sic optime procedent: οὔτε κακίστην γενομένην --- οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τήνδε ἐοῦσαν, γνώμην με etc. *me neque ignavissimam, - - - neque paucissimis defunctam facinoribus, domine, me talem, aequum est* etc. Namque, τὴν δὲ ἐοῦσαν ad γνώμην aptari, sequentia τά τυγχάνω φρονέουσα, eadem utique futura, prohibent. Partem ho-

rum disputando nactus est Cl. *de Pauw*, cetera, damnatâ violentiore coniecturâ, nuper Clar. *Reiskius*. WESS. — Istud τήνδε ἐοῦσαν, *Reiskius* in Animadvers. editis proposuit, interpretatus *me quam hic vides*: cogitaverat etiam *talis cum sim*; (sive, ut *Wess.* ait, *me talem*;) sed in hanc sententiam pulcre ille viderat oportuisse τοιήνδε ἐοῦσαν. At τὴν δὲ (de quo quidem in *Var. Lect.* monere oblitus eram) divisis vocibus praeferunt libri, quod sciam, omnes: ubi equidem cum *Valck.* et *Schaef.* abiiciendam δὲ particulam putavi: quod si minus placet, cum *Wess.* et *Reiskio* τήνδε legerim, sed τήνδε γνώμην hancce sententiam intellexerim, nec me admodum turbaverit id quod nimis abundanter adiectum *Wesselingio* videbatur, τὰ τυγχάνω φρονέουσα. *S.*

18. ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς) Xerxen patruus ante susceptam expeditionem frustra iam monuerat VII. c. 10, 6. [lin. 59.] ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα τίκτει σφάλματα. Ad proxima, [lin. 19.] ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ ἔχῃς, *Koenius* in literis, *coniecteram*, ait, σχῇς, *quia* σχεῖν *eo significatu, qui hic requiritur, saepe vel in hoc libro apud Herod. usurpatum occurrit.* [At ἔχῃς idem valet.] Artemisiae providentiam, probabilia dicentis, exagitat asperrime *Plutarchus* hoc mordaci dicto T. II. p. 870. A. ταῦτα μὲν οὖν μέτρων ἐνδεῖ τῷ Ἡροδότῳ, Σίβυλλαν ἀποφῆναι τὴν Ἀρτεμισίαν, τὰ μέλλοντα προθεσπίζουσαν οὕτως ἀκριβῶς. In rebus etiam humanis exercitati, *multa bene ac divinitus invenientes, Ex adyto tanquam cordis responsa dedere Sanctius, et multo certa ratione magis, quam Pythia, Deiphobeve.* VALCK.

22. οὐ γάρ οἱοί τε) Quod sequitur εἰσί τοι rectius me indice scriptum legitur apud *Plutarchum* T. II. p. 869. ult. ἔσονταί τοι ἀντέχειν: a minus attento mutari potuit ob sequens διασκιδᾷς: sed hoc idem tempus est ac ἔσονται, veteri more scriptum, de quo *Piersonus* egit ad *Moer.* pag. 124. Herodotea dedit rariora *H. Steph.* in App. Thes. pag. 140. Illud autem, οὐ γάρ οἷοί τε ἔσονται, usitatissima scribendi ratione, ponitur pro οὐ γὰρ δυνήσονται. [At perinde etiam commodum praesens tempus.] Distinguenda, Οἷος τε, et Οἷός τε εἶ, recte discrevit *Harpocration*, scribens τὸ οἷόν τε significare δύναται. Pro ποῖοί τε restituit *H. Steph.* τί οἷοί τε ἔσεσθε ἡμῖν συμπρῆξαι *Xenophonti* Ἀναβ. lib. V. pag. 207,

32. Judicent harum rerum periti recte-ne correxerim οἷόν τι ὄντα, pro οἷον λέοντα, in his *Philostrati* p. 812. de Achille loquentis, quem Chiron educator κολακεύει, - - - οἷόν τι ὄντα πτῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπίπτεσθαι, *blandis verbis laudat, tanquam qui posset* etc. nam et ille *blandus* - - - *Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos: Auson.* Eid. IV. 20. VALCK.

23. ἀλλά σφεας διασκεδᾷς) Dedit fortasse *Herodotus*, Artemisiam ubique laudibus ferens, aliquid memoriae civis suae. An eandem, ut *Plutarchus* invidiose, Sibyllae vaticinanti aequiparavit? Graecorum res eo si loco et statu, qualem describi vidimus, fuerint; non opus Sibyllae ad coniectandum ingenio, perituras eas funditus, modo Persa ancipiti praelio supersederet, et bellum, missis ad Peloponnesum copiis, duceret. Id Themistoclem Aristidemque in futuris coniiciendis sollertissimos, non fugiebat, neque ignotum reginae Halicarnassi. Verum abstineo; moneoque, in proximis [*lin.* 27.] ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας ex *Ask*, oportunius, et *Plutarcho*, qui ἀτρεμήσειν, lectum videri. WESS.

24. οὔτε γάρ σῖτος παρὰ σφίσι) πάρα σφίσι, id est πάρεστι, Herodoteo more scribendum vidit Doctiss. *Koenius*: idem ille suspicatur in proximis, [*lin.* 25.] pro οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς, legendum οὔτε αὐτοῦ οἰκὸς, *neque ibi*: vide mihi sequentia, τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας: quae dum omittit *Plutarchus* non sane censeri potest tueri vulgatum αὐτούς. VALCK. — Sane quam probabilis, paene dixerim certissima emendatio, οὔτε αὐτοῦ - - - ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας. Sic frequenter in hac eadem narratione; αὐτοῦ μενέειν, cap. 57 extr. αὐτοῦ μένων, c. 60, 26: εἰ μενέεις αὐτοῦ, c. 62, 3. Mox (*lin.* 28.) pro τῶν Ἀθηναίων, praestaret fortasse τῶν Ἀθηνέων, ut saepius alias: ac possint αἱ Ἀθῆναι h. l. tam urbs *Athenae*, quam universa *Attica terra* intelligi. *S.*

31. ἐς θυμὸν βαλεῦ) Sic lib. VII. 51. ἐς θυμὸν ὦν βαλεῦ. Qui βάλεο maluerint, Homereum σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι Iliad. A'. 297. adhibebunt. Quod *de heris ac servis* [*lin.* 32 *seqq.*] regina, illi experientia non adversatur. Utile matronis praeceptum *Naumachii* apud *Stob.* Serm. LXXI. p. 438. fin. Μήτε κακὴ δμώεσσι τεοῖς ἔσο· μήτε μάλ' ἐσθλὴ φαίνεο· ἐπήτεροι γὰρ ἀεί που σῆμα φέρονται. Θάρσει δυσμενέων μάλ'

κανδβιος etc. in superioribus. Iustissimo deinceps iure Themistocles Adimanti inportunitatem castigat. Dixerat idem civibus, si *Iustino* fides II. 12., *Patriam municipes esse, non moenia; civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam*, et quidem verissime. Conf. *H. Grotium* de Iur. B. et Pac. II. 9, 7. Ceterum *Plutarch.* Themist. p. 117. E. Adimanti memoriae pepercit, nescio quem Eretriensem, sed a Themistocle ex virtutibus ornatum, advocans. WESS. — De tono vocab. ἀπόλι, in penultima ponendo, vide *Var. Lect.* ad h. l. et ad I. 41, 3. *S.*

Τότε δὴ) Scribendum, Τότε δὲ δὴ *etc.* Ad ista namque εὖ δοι, Τότε μὲν ἠπίως πρὸς τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο, haec respondent: Τότε δὲ δὴ ὁ Θεμ. κεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε. Exacerbaverat inprimis Themistoclem Adimanti vox inconsiderata ἄπολιν ἄνδρα vocantis, qui *urbem*, ut canit Claudianus, *carinis Vexit, et arsuras Medo subduxit Athenas.* Apud *Suidam* in Ἀδείμαντος, Themistocles, εἶπε εἶναι, ἄπολις, ἔχων σ' τριήρεις. Ex historico deperdito descripta quaedam huc spectantia habet egregia *Plut.* in Themist. p. 117. E. VALCK. — Potuerat commode adversativa δὲ particula ante δὴ adiici: sed ignorant eam libri, ne admodum quidem necessariam, quum praesertim istud Τότε μὲν cap. 60, 1. nimis longe hinc absit, ibidemque etiam continuo δὲ particula subiiciatur. *S.*

CAP. LXII. 2 seq. Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ), Errorem *Vallae* propagarunt correctores. Locum hic invenit ellipsis de elegantioribus: Σὺ εἰ μενέεις αὐτοῦ καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· . . . εἰ δὲ μὴ, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. *Tu si hic manseris, et manens rem bene gesseris, sive virum te praestiteris;* supplendum relinquitur σώσεις τὴν Ἑλλάδα, vel ὀρθώσεις, aut, si quis malit, quod plerisque locis veterum congruit, καλῶς, vel εὖ ἂν ἔχοι: prout hanc ellipsin supplet *Tryphon* in libello περὶ Τρόπων nondum edito. Ellipsin illam quamvis copiose tractaverint *H. Steph.* Anim. in *Corinth.* p. 25 seq. in *Xenoph.* p. 39. et *Casaub.* in *Athen.* p. 333., librorum tamen veterum Editores, minus attenti, lectoribus illam suis saepe designare neglexerunt. Unum hic ponam exemplum ex *Herodoto* de vita *Hom.* c. 33. ubi velut Eiresiones Homereae posuerunt hos enormes duo versus Editores: (de *Barnesii* nihil hic dico licentia:) "Εσπεκ' ἐν

προθύροισι· καὶ εἰ μέν τοι δώσεις, εἰ δὲ μὴ, Οὐχ ἑστήξομεν· οὐ γὰρ συνοικήσοντι ἐνθάδ' ἤλθομεν. Ad priora pertinent ista, Ἑστήκ' ἐν προθύροισι: tum sequitur aliud fragmen, cuius indicium praebet καὶ, constans duobus senariis legitimis, si sic redintegrentur: Εἰ μέν τι δώσεις, ... εἰ δὲ μὴ, οὐχ ἑστήξομεν. Οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν. conf. *Athen.* VIII. p. 360. c. VALCK.

7. ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ) Ne confunderetur cum eiusdem nominis urbe Paeoniae, Σίρι τῆς Παιονίης c. 115., illa prudenter adiunguntur. *Italiae Sirin* iuris olim, et ante bellum Troianum quidem, Ionici atque adeo Atheniensium fuisse, *Lycophronis* Alexand. vs. 986. seqq. canit; cuius Scholiastes, ex veterum haud dubie commentis, super ea possessione plura. Dissidet tamen *Strabo* lib. VI. p. 406. A. [p. 264. ed. Cas.] Ionasque, Lydorum dominatum vitantes, Sirin occupasse asseverat. Noster a *Lycophrone* proxime abest. Nuper vero, post *Cluverii* et *Salmasii* sollers studium, *Alex. Symmach. Mazochius* priscorum paene pugnantes sententias examinavit, Prodromi ad Heracleens. Psephism. p. 75. Oraculum, quod Themistocles ostentat, labentibus annis Athenienses, ut colonos eam in Italiae partem deducerent, ac Thurios conderent, Siritidi vicinos, inpulit apud *Diodor.* XII. 10. WESS.

Ibid. κομιεύμεθα ἐς Σίριν) Urbe non nominata apud *Plutarch.* Themistocles T. I. p. 117. F. αὐτίκα πεύσεταί τις Ἑλλήνων, Ἀθηναίους καὶ πόλιν ἐλευθέραν καὶ χώραν οὐ χείρονα κεκτημένους, ἧς ἀπέβαλον: *Siritin* videlicet, si fertilitatem spectes, Attica multo meliorem. Ἀρχίλοχος ὁ ποιητὴς ὑπερτεθαύμακε τὴν χώραν τῶν Σιριτῶν διὰ τὴν εὐδαιμονίαν, cui dicitur ἱμερτὸς et ἐρατὸς χῶρος ὁ ἀμφὶ Σίριος ῥοάς, apud *Athen.* XII. p. 523. D. Illic *Timaeo* regionem istam tenuisse dicuntur etiam Colophonii; aliis Iones in genere nominantur. *Phil. Cluver.* Ital. Ant. lib. IV. p. 1274., de *Italiae Siri* multis agens, non recordabatur *Herodoti*, cui Italiota quoque Σιρίτης Damasus inter Agaristae procos memoratur lib. VI. c. 127. Quae Ionas habuerat incolas, de Siri dici poterat Themistocli ἡμετέρη ἐστὶ ἐκ παλαιοῦ ἔτι. Vicina Sybaris, sive Thurium, Atheniensium fuit, ut notum est, nobilissima colonia: ex *Hegesandri* commentariis narrat *Athen.* XIV. p. 656. c. et ex *Athenaeo Eustath.* in Ἰλ. κ'. p. 704. ὅτι Σάμιοι πλείσαντες

εἰς Σύβαριν, καὶ κατασχόντες τὴν Σιρῖτιν χώραν, a perdicibus ἐκπλαγέντες - - - ἀπέπλευσαν. VALCK.

CAP. LXIII. 2. ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης) Metu praesertim Atheniensium μὴ σφέας ἀπολίπωσι. conf. *Plutarch.* in Themist. p. 117. F. Saepius Eurybiadem rationibus suis movit Themistocles, ut sententiam priorem mutaret; et hic ἀνεδιδάσκετο, non *edocebatur*, ut *Valla*, sed potius *dedocebatur*, sive *dedocendum se dabat* Themistocli: *dedoctus est*, *Ciceroni* restituit R. *Bentlei*. Tusc. II. c. 24. ἀνεδιδάχθη. Significat 'Αναδιδάσκεσθαι *sic priora dedoceri*, vel *dedocendum se praebere, ut quis alia discat istis contraria*: hoc sensu cepit ἀναδιδάξοντας *H. Steph.* in *Thucyd.* VIII. [c. 86.] p. 556, 42. Ad hoc Herodoteum non *Suidam* in 'Αναδιδάξαι, sed eumdem comparare potius debuerant in 'Αναψέσθαι, ἀντὶ τοῦ διαλύειν τὴν γενομένην ἀράν· οὕτω Καλλισθένης: ubi commodum *Küsterus* memorat *Cornelii Nepotis resecrare*, ex Alcib. c. 6. Eumolpidae et Ceryces ante coacti ἐπηράσαντο αὐτῷ, quod legitur apud *Suidam* in 'Επηράσαντο. *Pollux* V. 130. τὸ ἐπαρασαμένους ἀναλύειν τὴν ἀρὰν 'Αναράσασθαι λέγουσι· βιαιότερον γὰρ τὸ 'Αντεύξασθαι: hoc bis minimum dabit *Plato* in Alcib. p. 148. B. παλινῳδεῖ - - - ἀνευχόμενος ἅττα (lege ἅττ' ἄν, ut p. 142. D.) τὸ πρῶτον εὔξηται. VALCK.

4. ἀνάγῃ τὰς νῆας) Quid-ni rediret quod Herodoteum habetur? Antea cap. 57. ὡς εἴη δεδογμένον ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν 'Ισθμόν: et ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα cap. 70., etc. WESS.

CAP. LXIV. 1. Suavissimum ἔπεσι ἀκροβολισάμενοι sibi geminum eiusdemque figurae habet λόγων ὠθισμὸν cap. 78. et IX. 26. WESS.

8. Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα) Schedarum Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος fulcire videtur c. 121. ubi soli *Ajanti*, nulla patris *Telamonis* habita ratione, victores triremem ex manubiis mittunt Salaminem et dedicant. Qui voluerint, earum sequi auctoritatem poterunt: mihi non nihil dubii superest. De *Aeaco Aeacidisque inploratis* [*lin.* 9.] atque opitulatum arcessitis quaesitum lib. V. c. 80. WESS. — De *Aeaco* et *Aeacidis* consuli insuper possunt *Pausanias* lib. II. c. 29. et *Apollodor.* III. 11, 6. *Larchero* laudati. *S.*

CAP. LXV. 1 *seqq.* Ἔφη δὲ Δικαῖος *etc.*) Sub uno hoc teste nobis narratae fabellae, praeter *Plutarch.* T. I. p.

119. E. et *Schol. Aristoph.* Nub. vs. 301. aliosque, quater mentionem fecit homo valde superstitiosus, Sophista tamen Ἀττικώτατος, *Aristides*: primum Orat. in Bacch. T. I. p. 55. Μόνος, ait. τῶν ἱερῶν φασμάτων (*Bacchus*) ἐξεφοίτησεν ἐν τῷ κινδύνῳ τῷ Μηδικῷ· οὕτω, τοῖς ὅλοις φιλάνθρωπος ὤν, ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας ἤπει: tum in Eleusinia Orat. I. p. 451. συνούσης τῆς ναυμαχίας, ἐξεφοίτα μὲν ὁ Ἴακχος συνναυμαχήσων: in Themistoclis Encom. T. III. p. 350., et in Panathen. T. I. pag. 248. ubi multa memorans, quibus sola civitas Atheniensium inter Graecos laudem meruerit, μόνη, ait, φέρεται τὴν τοῦ παντὸς κρίσιν -- καὶ -- τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι. Ad ista prostat in Cod. *MS.* haec adnotatio *Scholiastae*, historiam non adhibito *Herodoti* volumine memoriter narrantis: τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι) Ἄκαπος καὶ Δημάλατος, (corrige Δικαῖος καὶ Δημάρατος: quae nomina docta manus posuit in ora libri Clar. *Burm.*) φυγάδες ὄντες καὶ μένοντες παρὰ Ξέρξῃ, ἔφησαν τῷ βασιλεῖ (*Herodoti* Demaratus, aulae mores edoctus in Perside, Dicaeo prudenter [infra, *lin.* 25.] dixerat, σίγα·) καθ' ὧν ἂν ἔλθῃ ὁ κονιορτὸς οὗτος, πάντως ἐκεῖνοι ἡττῶνται· ἦλθε κατὰ τῶν Περσικῶν τριήρων, καὶ διεσκεδάσθη ἐν αὐταῖς· καὶ τεκμήριον (ἦν) τὸ μέλλειν νικᾶσθαι τὸν βασιλέα· γέγονε τοῦτο. ἦσαν δὲ ἀκούσαντες οἱ τῶν Ἀθηναίων μεμνημένοι ἀφανῶς καὶ ἀπροόπτως ἐκ δαίμονός τινος τὸ ἐπίφθεγμα τὸ λεγόμενον ἐν τοῖς Ἐλευσινίοις. VALCK.

7. μάλιστά κῃ) Laudavi ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα lib. VII. 22. quoniam nihil aptius Codd. offerebant. Alioqui μάλιστά κῃ Musae solent amare, lib. II. 75. IV. 174. VII. 30. Quo vero ritu sacroque clamore *Iacchum mysticum* [*lin.* 10.] vicesimo Boëdromionis die deduxerint initiati, operose *Io. Meursius* Eleusin. cap. 27. exsequitur. WESS.

10. τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον) Olim mihi facile persuadebam vocem hinc excidisse, sic restituendam: τὴν φωνὴν εἶναι (ᾀδόντων, vel ἐξαγόντων) τὸν Μυστικὸν Ἴακχον. Nunc paratus sum vulgata tueri. Prior illa conjectura locis nitebatur praesertim a *Io. Meursio* collectis in Eleusin. c. 27. Solebant initiati certo die mysteriorum Iacchum ex sacello suo, quod habebat in Ceramico, deducere Eleusina, magno clamore et strepitu, *Iacchum* cantantes, aut hymnum sacrum, qualem, neglectum *Meur-*

sio, dabit *Aristoph.* Ran. vs. 401. et seqq. Ἴακχε πολυτίμητε - - - Δεῦρο συνακολούθει Πρὸς τὴν θεὸν, καὶ δεῖξον ὡς Ἄνευ πόνου πολλὴν ὁδὸν περαίνεις. Ἴακχε φιλοχορευτὰ συμπρόπεμπέ με. Tot mystarum vocibus excantatus laetus per viam sacram cum illis procedebat Iacchus, quos ut is ἐξάγειν in *Aristoph.* Ran. 354. sic illum verius ἐξάγειν dicebantur: in *Schol.* ad Ran. vs. 326. Boëdromionis memoratur ἡ εἰκὰς, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι: ter quaterve, τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγειν, legitur apud *Plutarch.* Vid. *Casaub.* in *Athen.* V. c. 14. Nihil interest utrum dicatur *dies*, ᾗ τὸν μυστικὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν, an ᾗ τὸν Ἴακχον ᾄδουσι. *Schol.* ad Ran. vs. 324. οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι τὸν Ἴακχον: *Hesych.* Ἰακχάζειν, in voc. Δι' ἀγορᾶς, interpretatur ᾄδειν τὸν Ἴακχον. Sed *Ode sacra*, quam cantabant, ipsa quoque dicebatur Ἴακχος. *Hesychius* in Ἴακχον: καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν οἱ μεμυημένοι ᾄδουσι. Apud *Suidam* in voc. ὁ Ἴακχος ἠκούσθη ἐκ τοῦ Θριασίου πεδίου, ὑμνούμενός τε καὶ ᾀδόμενος. Hoc sensu *Herodoti* dicebat Dicaeus οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον, *clamorem* [*illum*] *esse mysticum Iacchum*; quo, ut ait paulo post, [*lin.* 24.] ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ ἰακχάζουσι, *isthoc utuntur die festo, Iacchum saepius inclamantes.* VALCK.

16. ἰὸν ἐς τιμωρίην) *Pavii* et *Bergleri* coniecturam schedae *Passion.* certam praestant, tum narrationis cohaesio et *Aristides*, quem in re manifesta non describo, Or. Eleusin. pag. 258. Adfinitas, quae ἰὸν et ἰὼν iungit, confusionem peperit lib. I. 157. et lib. V. 59. ubi vide. WESS.

22. ἀνὰ πάντα ὁρτὴν τῇ Μητρὶ) His inhaereo. *Cererem*, Μητρὸς titulo lib. IV. 53. nobilem, describi, dubitabit nemo. Adprime autem opportuna sunt ad *annuum* maiorum *mysteriorum tempus* stabiliendum, cupideque propterea, neque inutiliter, oppugnando *Scaligero*, quinquennii spatium illis designanti, a *D. Petavio* ad *Themistii* Or. V. p. 411. et *Ism. Bullialdo* in *Theonis Smyrn.* Mathemat. pag. 218. admota. Ceterum ἰακχάζουσι [*lin.* 25.] Scholiastes interpretatur, λέγουσι, φλυαρεῦσι, ob inconditum opinor clamorem, Iacchum saepius resonantem: neque enim pagana superstitione φλυαρίαν indicare solebat. In *Suida* Ἰακχάζουσι, λέγουσι, φυλάττουσι, Ἡρόδοτος: et in Lexic. *Bibl. Coislinianae* pag. 494. pro quo olim φρυάττουσι malebam, nunc φλυαρεῦσι ex glossis *Herod.*, quas ambo descripserunt. *Hesychio* simile se insinuavit peccatum. WESS.

Ibid. τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ) *Matri et Liberae quotannis hos dies festos Athenienses celebrasse*, quod vir summus negaverat, hinc et aliunde *Petavius* ostendit ad *Themist.* p. 411. De minoribus aeque ac maioribus Mysteriis eodem anno vertente actis vid. Cl. *Wesseling.* ad *Diodor.* T. II. p. 485. [ad lib. XX. c. 110.] Hic Cl. *Gronov.* ex *Med.* Cod. Ionicam Proserpinae dare potuerat nominis formam Κούρῃ. Loci non recordor Scriptoris antiqui, quo iunctim αἱ μεγάλαι θεαὶ, sive ἡ πρεσβυτέρα θεὸς καὶ ἡ νεωτέρα, dicantur *Mater* et *Libera*: veterem esse opinionem scribit *Cicero* IV. in Verr. c. 48. *Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam, - - - et raptam esse Liberam - - - ex Ennensium nemore. Matrem Ennaeam* attigit *I. F. Gronov.* in Observ. pag. 126. Ceres μᾶ γᾶ dicitur *Aeschylo* Suppl. vs. 897. Ennae praesidii praefectus *L.* Pinarius apud *Livium* XXIV. 38. *Vos*, alt, *Ceres mater ac Proserpina, precor.* Harum Dearum, velut ab Eleusiniis ducta, mysteria coluerunt ab antiquissimis usque temporibus *Meursio* non memorati Messenii sub nomine τῶν μεγάλων θεῶν: alibi in Peloponneso αἱ μεγάλαι θεαὶ erant Δημήτηρ et Δέσποινα: haec autem non Jove nata et Cerere, sed filia Neptuni: quia mater huius quoque puellae multo certior erat, saepius illam Δηοῦς κόρην dixerunt; vid. ill. *Spanhem.* in *Callim.* Hymn. Cerer. vs. 133. *Callimachus* fragm. *Bentl.* 48. dixit illam non Δηϊώνην, sed procul dubio Δηωίνην: forma usitata, qua innotuerunt Ὠκεανίνη, Εὐηνίνη, Ἀδρηστίνη, Θεσπιαδίνη, Φωκαΐνη: ultimum ex Inscript. Corcyr. in Diar. Ital. *Montfauconii* p. 422. qui multa reliquit in illis corrigenda, in vicinae pag. Inscript. 7. versum etiam quartum: Ὀστέα δ' ἐν νάσῳ τᾷδ' ἕταροι κτέρισαν. VALCK.

33. ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων) Abesse non debent *Aristidis* T. I. p. 258. verba: νέφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ἐλευσῖνος καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν, ἐγκατέσκηψεν εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ναῦς ἅμα τῷ μέλει τῷ μυστικῷ. Sic Cl. *Iebbius* ex schedis *Baroccianis*; me iudice, inprudenter. Illa τῶν βαρβάρων adsciscí non erat ex usu, quippe indocti litteratoris additamentum. Nostri Vrania, ad quam amandamur, diligentius inspecta, turpe scholion iugulasset. WESS.

CAP. LXVI. [1. Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν etc.) Cohaerent haec cum superiori cap. 24. *S.*]

5. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν) Voculam hic vellem libri scripti darent Herodoteo more interiectam, Ὡς μέν νυν ἐμοὶ δοκέειν. VALCK. — Ignorant particulam libri: promiscue vero *Herodotus* modo adhibere huiusmodi coniunctivas particulas, modo ἀσυνδέτῳ uti amat oratione. *S.*

7. τῇσι νησὶ ἀπικόμενοι) Ultimum si praeter *Arch.* plures proscriberent, in exilium sine sententiae damno posset abire. Verius est ἢ ἐπί τι Σηπιάδα, et necessarium ob Scriptoris consuetudinem. Ἐπὶ et ἀπὸ facillime permutantur. Numerum Persicae multitudinis ad Sepiadem dedit lib. VII. 186. WESS. — Pro ἐπί τε Σηπιάδα Koenius, duabus literis repetitis, corrigebat ἐπεί τε ἐς Σηπ. ἀπίκοντο. VALCK.

15. πλὴν τῶν πέντε πολίων) *Insularum*, Naxi, Meli, Siphni, Seriphi et Cythni c. 46.; quas πόλεις, *civitates*, eo more de quo *Harpocration* in Κέως et Adnotat. ad *Itiner. Antonini* p. 523., adpellat. Supra lib. III. 139. insula Samus πολίων πασέων πρώτη: et lib. I. 144. Parum autem referet, sive ἐπεμνήσθην [*lin.* 16.] singulari, an ἐπεμνήσθημεν multitudinis numero, pingatur; etsi prius *Herodoto* consuetius, atque ita Codd. scripti cap. 95. τοῦ καὶ ὀλίγῳ πρότερον τουτέων ἐπεμνήσθην. WESS. — Ex uno codice non mutassem vulgatum ἐπεμνήσθην: illinc distat Nostro frequentata formula πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. VALCK.

16. Verbo προσέβαινε recte literam detrahunt, προέβαινε scribentes, *Reiskius* et *Koenius*. VALCK.

CAP. LXVII. 3. τῇ ἀποβήσεται) Gemino in negotio καραδοκέοντες τὸν πόλεμον, ῇ πεσέεται lib. VII. 163. et 169. At lib. I. 32. σκοπέειν δὲ χρὴ - - - κῇ ἀποβήσεται, sicuti hic tres scripti. Res momenti videbitur exigui, nec negligenda tamen, neque inprobanda. Κῇ sumi poterit ex *Etymolog.* p. 682. fin. at mox [c. 68, 17.] iterum τῇ ἀποβήσεσθαι. [Vide *Var. Lect.*] Insequens ἐθέλων σφι συμμῖξαι [*lin.* 5.] rediturum c. 79., *colloquendi sermonesque miscendi* desiderium indicat. WESS.

CAP. LXVIII. 4. Εἶπαί μοι πρὸς βασιλῆα) Nolo obluctari membranarum consensioni morique Herodoteo, qualis Ὦ ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, lib. VII. 228. [ubi vide Adnot. ad lin. 9.] et passim alibi. Redundantia pronominis dictioque tota Homereum spirat *Iliad.* Ξ'. 501.

Εἰπέμεναί μοι Τρῶες: ubi *Eustath.* ἐν δὲ τῷ εἰπέμεναί μοι Τρῶες, ἀντὶ τοῦ εἴπατε, περιττὸν δοκεῖ τὸ μοι κεῖσθαι. Quo quidem pleonasmo nihil omni in lingua, recte *Rittershusio* ad *Oppiani* Cyneget. I. 89. docente, receptius. WESS. — Pro Εἰπέ μοι scripsisse Herodotum suspicor cum *Koenio* Εἶπαί μοι, [scil. aoristo primo infinitivi,] quia εἰπεῖν codex habet *Med.* Sic autem Nostro adhiberi ἀπαρέμφατα [i. e. *infinitivos*.] *Portus* docebit. [Vide *Porti* Lexicon ionicum, titulo Ἀπαρέμφατα ἀντὶ τῶν Προστακτικῶν, ubi et alia multa collecta exempla, et hoc cum adiecto μοι pronomine, σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στρατεύεσθαι, ex lib. III. c. 134, 24.] Supra, lib. II. cap. 90. perperam κατειπεῖν ex *Med.* posuerat *Gron.* pro Ionico κατεῖπαι. Ionica certe sunt quae toties apud *Herod.* recurrunt, εἶπαι· εἶπα· εἶπαν· εἴπας. Alexandrinae sunt Dialecti, praeter εἶπα et εἶπαν, ἤλθαν· ἔφυγαν· ἔλαβαν· ἔλιπαν· ἔπεσαν: quae frequentata leguntur in Alexandrina versione V. T. et apud perpaucos illos, quos habemus superstites eadem dialecto pura usos: in aliis veterum monumentis quod hic illic tale legitur, corrigi debet. ἔπεσαν recte fuit ex *Herodoto* quoque sublatum huius Ed. p. 447, 71. [VI. 21, 11.] ut ex versu *Philemonis* a *Bentleio* pag. 131. οὐ γὰρ ἐν χρήσει τὸ ἔπεσα, vere scribit *Schol.* in *Aristoph.* Av. vs. 841. Sed in *Orphei* qui dicitur Argonaut. ab auctore positum puto vs. 519. ἐν δ' ἔπεσαν, sicut vs. 116. εἶδα: hic sorex suis se saepe prodit indiciis. VALCK.

5-8. οὔτε κακίστη γενομένη - - - οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένη, δέσποτα. τὴν δὲ ἐοῦσαν γνώμην etc.) Ista mihi rectius scripta, quam vulgantur, codex praebere videtur *Med.* et qualia legit *Valla*: οὔτε κακίστην γενομένην, - - - οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν ἐοῦσαν γνώμην με δίκαιόν ἐστι ἀποδείκνυσθαι. Facile liquet cur voculam δὲ interseruerint; qua eiecta, τὴν ἐοῦσαν γνώμην interpretor *veram animi mei sententiam*, ex *Herodoti* more loquendi. VALCK. — Quae *Artemisia* ad *Xerxem* referri postulat, fide Codicum sic optime procedent: οὔτε κακίστην γενομένην - - - οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τήνδε ἐοῦσαν, γνώμην με etc. *me neque ignavissimam, - - - neque paucissimis defunctam facinoribus, domine, me talem, aequum est* etc. Namque, τὴν δὲ ἐοῦσαν ad γνώμην aptari, sequentia τὰ τυγχάνω φρονέουσα, eadem utique futura, prohibent. Partem ho-

rum disputando nactus est Cl. *de Pauw*, cetera, damnata violentiore coniectura, nuper Clar. *Reiskius*. WESS. — Istud τήνδε ἰοῦσαν, *Reiskius* in Animadvers. editis proposuit, interpretatus *me quam hic vides*: cogitaverat etiam *talis cum sim*, (sive, ut *Wess.* ait, *me talem;*) sed in hanc sententiam pulcre ille viderat oportuisse τοιήνδε ἰοῦσαν. At τὴν δὲ (de quo quidem in *Var. Lect.* monere oblitus eram) divisis vocibus praeferunt libri, quod sciam, omnes: ubi equidem cum *Valck.* et *Schaef.* abiiciendam δὲ particulam putavi: quod si minus placet, cum *Wess.* et *Reiskio* τήνδε legerim, sed τήνδε γνώμην *hancce sententiam* intellexerim, nec me admodum turbaverit id quod nimis abundanter adiectum *Wesselingio* videbatur, τὰ τυγχάνω φρονέουσα. *S.*

18. ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς) Xerxen patruus ante susceptam expeditionem frustra iam monuerat VII. c. 10, 6. [lin. 59.] ἐπειχθῆναι πᾶν πρῆγμα τίκτειν σφάλματα. Ad proxima, [lin. 19.] ἀλλὰ τὰς νῆας αὐτοῦ ἔχῃς, *Koenius* in literis, *conieceram*, ait, σχῇς, *quia σχεῖν eo significatu, qui hic requiritur, saepe vel in hoc libro apud Herod. usurpatum occurrit.* [At ἔχῃς idem valet.] Artemisiae providentiam, probabilia dicentis, exagitat asperrime *Plutarchus* hoc mordaci dicto T. II. p. 870. A. ταῦτα μὲν οὖν μέτρων ἐνδεῖ τῷ Ἡροδότῳ, Σίβυλλαν ἀποφῆναι τὴν Ἀρτεμισίαν, τὰ μέλλοντα προθεσπίζουσαν οὕτως ἀκριβῶς. In rebus etiam humanis exercitati, *multa bene ac divinitus invenientes, Ex adyto tanquam cordis responsa dedere Sanctius, et multo certa ratione magis, quam Pythia, Deiphobeve.* VALCK.

22. οὐ γάρ εἰσί τε) Quod sequitur εἰσί τοι rectius me indice scriptum legitur apud *Plutarchum* T. II. p. 869. ult. ἔσονταί τοι ἀντέχειν: a minus attento mutari potuit ob sequens διασκεδᾷς: sed hoc idem tempus est ac ἔσονται, veteri more scriptum, de quo *Piersonus* egit ad *Moer.* pag. 124. Herodotea dedit rariora *H. Steph.* in App. Thes. pag. 140. Illud autem, οὐ γὰρ οἷοί τε ἔσονται, usitatissima scribendi ratione, ponitur pro οὐ γὰρ δυνήσονται. [At perinde etiam commodum praesens tempus.] Distinguenda, Οἷος εἶ, et Οἷός τε εἶ, recte discrevit *Harpocration*, scribens τὸ οἷόν τε significare δύνατον. Pro ποῖοί τε restituit *H. Steph.* τί οἷοί τε ἐστε ἡμῖν συμπρῆξαι *Xenophonti* Ἀναβ. lib. V. pag. 207,

32. Iudicent harum rerum periti recte-ne correxerim οἷόν τε ὄντα, pro οἷον λέοντα, in his *Philostrati* p. 812. de Achille loquentis, quem Chiron educator κολακεύει, - - - οἷόν τε ὄντα πτῶκας ἁρπάζειν, καὶ νεβροῖς συμπίπτεσθαι, *blandis verbis laudat, tanquam qui posset* etc. nam et ille *blandus* - - - *Mitibus alloquiis teneros mulcebat alumnos: Auson.* Eid. IV. 20. VALCK.

23. ἀλλά σφεας διασκεδᾷς) Dedit fortasse *Herodotus*, Artemisiam ubique laudibus ferens, aliquid memoriae civis suae. An eandem, ut *Plutarchus* invidiose, Sibyllae vaticinanti aequiparavit? Graecorum res eo si loco et statu, qualem describi vidimus, fuerint; non opus Sibyllae ad coniectandum ingenio, perituras eas funditus, modo Persa ancipiti praelio supersederet, et bellum, missis ad Peloponnesum copiis, duceret. Id Themistoclem Aristidemque, in futuris coniiciendis sollertissimos, non fugiebat, neque ignotum reginae Halicarnassi. Verum abstineo; moneoque, in proximis [*lin.* 27.] ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας ex *Ask.* oportunius, et *Plutarcho*, qui ἀτρεμήσειν, lectum videri. WESS.

24. οὔτε γάρ σῖτος παρὰ σφίσι) πάρα σφίσι, id est πάρεστι, Herodoteo more scribendum vidit Doctiss. *Koenius*: idem ille suspicatur in proximis, [*lin.* 25.] pro οὔτε αὐτοὺς οἰκὸς, legendum οὔτε αὐτοῦ οἰκὸς, *neque ibi*: vide mihi sequentia, τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας: quae dum omittit *Plutarchus* non sane censeri potest tueri vulgatum αὐτούς. VALCK. — Sane quam probabilis, paene dixerim certissima emendatio, οὔτε αὐτοῦ - - - - ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας. Sic frequenter in hac eadem narratione, αὐτοῦ μενέειν, cap. 57 extr. αὐτοῦ μένων, c. 60, 26. εἰ μενέεις αὐτοῦ, c. 62, 3. Mox (*lin.* 28.) pro τῶν Ἀθηναίων, praestaret fortasse τῶν Ἀθηνέων, ut saepius alias; ac possint αἱ Ἀθῆναι h. l. tam urbs *Athenae*, quam universa *Attica terra* intelligi. *S.*

31. ἐς θυμὸν βαλεῦ) Sic lib. VII. 51. ἐς θυμὸν ὦν βαλεῦ. Qui βάλεο maluerint, Homereum σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσι Iliad. Α'. 297. adhibebunt. Quod *de heris ac servis* [*lin.* 32 *seqq.*] regina, illi experientia non adversatur. Utile matronis praeceptum *Naumachii* apud *Stob.* Serm. LXXI. p. 438. fin. Μήτε κακὴ δμώεσσι τεοῖς ἔσο· μήτε μάλ' ἐσθλὴ φαίνεο· ῥηΐτεροι γὰρ ἀεί που πῆμα φέρονται. Θρέπτῃ δυσδιάτου μάλ'

ἐπικρατέουσιν ἄνακτες. Sed in hac domesticae disciplinae procuratione fines pauci regunt prudenter. WESS.

35 *seq.* Ubi ab Halicarnassensi Regina tanquam imbelles enumerantur cum Xerxe militantes Αἰγύπτιοί τε, καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλικες, καὶ Πάμφυλοι, locum invenit observatio *Demetrii* περὶ Ἑρμ. §. 63. [scilicet repetitas particulas coniunctivas robur quoddam addere orationi: quae tamen observatio non admodum huius est loci.] Quod addit bellatrix, τῶν ὄφελός ἐστι οὐδὲν, vehemens adparebit maledictum inversam spectanti locutionem. ὧν τι καὶ ὄφελός ἐστι, sunt *praestantissimi* poetarum apud *Aelian.* de Nat. An. XIII. c. 4. non *quorum usus est:* neque *Canter.* intellexit in *Aristid.* T. III. pag. 686., διὰ πάντων ἐπιδίδεικται καὶ ποιητῶν καὶ ῥητόρων καὶ στρατηγῶν καὶ ὧν τι ὄφελος ἐν Ἕλλησιν: voculâ scribendum transpositâ, ὧν τι καὶ ὄφελος: *exemplis praestantissimorum apud Graecos poëtarum, oratorum, Imperatorumque fuit demonstratum.* Exquisitas formulas, ὅ, τι περ ὄφελος ἦν, et ὅ, τι περ ἄνθος ἦν, illustravit Celeberr. *T. Hemsterhusius* in *Luciani* Timon. [c. 55.] p. 171. Paululum diversa miscuit *L. Küster.* in *Aristoph.* Eccles. vs. 53. VALCK.

CAP. LXIX. 4. ὅτι οὐκ ἐᾷ) Cuncti ita: multo rectius οὐκ ἔα. WESS. — Accentu scriberem retracto, ὅτι οὐκ ἔα: *quia dissuadebat:* vid. ad lib. II. c. 30. Sed est et illud apud *Herod.* vetantis; nam ἡ Πυθίη οὐκ ἔα, IV. 164. et ὁ θεὸς οὐκ ἔα κινέειν, VIII. 36. quorum tum non recordabar. VALCK. — At, cur potissimum in praeterito tempore positum verbum mallemus quam in praesente, nullam equidem vidi caussam. *S.*

Ibid. οἱ δὲ ἀγαιόμενοι) Ἀγαιομένους hos *Eustathius* ad Iliad. Ω'. p. 1363, 9. [p. 1501, 1. ed. Bas.] illustravit, multisque aliis Commentariorum locis. Vide clar. *Valcken.* supra ad lib. VI. 61. WESS.

5. Retinui τετιμημένης, obsecundans praestantissimis membranis. Caussam *Gronovius* exponet. WESS. — Placet etiam mihi ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης. VALCK. — Recte monuerat *Gronov.* solere sic Herodotum absolute loqui, i. e. genitivum absolutum ponere, non observato casu praecedente, cui adaptandus videri poterat casus participii. Sic VIII. 90, 3 seq. διέβαλλον τοὺς Ἴωνας, - - - ὡς προδόντων. Rursus c. 108, 19-22. πάντα τὰ κατὰ Εὐρώπην - - - ἤτοι ἁλι-

σκομένων γε, ἢ πρὸ τούτου ὁμολογεῦντων. Et sic frequenter admodum alibi. *S.*

[6. ἐτέρποντο τῇ κρίσι) Ἀνάκρισις nil aliud, quod sciam, significat, nisi *percunctationem, examen, explorationem;* ut apud Nostrum III. 53, 8. si vera ibi scriptura. Cui vocabulo quum non vidissem quo pacto commodus hic esset locus; commodius istud recepi, quod codices nonnulli offerebant. Miror tamen quid sit quod in insolentius illud ἀνακρίσι maior codicum numerus consentiat. *S.*]

10. τοῖσι πλέοσι πείθεσθαι ἐκέλευε τάδε, καταδόξας πρὸς μὲν etc.) [Commodius sic distingui orationem putavi, ut τάδε (i. e. κατὰ τάδε, *hac in re*) ad πείθεσθαι referretur. Quum πλέοσι olim pro πλέοσι esset vulgatum, monuit WESS. „turpem detersam esse maculam, post *Aldi* et *Camerarii* „aetatem Editis adspersam." *S.*] — Vidit meliora Xerxes; hominum more fecit, deteriora secutus. VALCK.

CAP. LXX. 1. Pro olim vulgato Ἐπεὶ δὲ scripsi ex codicibus Ἐπειδὴ δὲ, quod et alias factum (uti II. 2. VII. 36. etc.) recordor. WESS.

Ibid. παρήγγελλον ἀναπλώειν) Scribendum puto παρήγγελλεν, nempe Xerxes, qui tum aderat. VALCK. — In sing. παρήγγελλε absque ν in fine scripturus fuerat Herodotus. Pluralem tenent libri omnes; ubi intelligi debebit, duces cuiusque nationis signum dedisse suis. *S.*

5. Quod addit, τοὺς δὲ Ἕλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη, hoc tamen vellicare non ausus est *Plutarchus.* Militem, ἐν τῷ ἔργῳ intrepidum, ante instans praelium humanitati congruum tale δέος non dedecet. VALCK.

CAP. LXXI. 5. τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδεα) Saepe superiore libro τὸν Λεωνίδην formarunt exscriptores, communiorem amplexi adsuetudinem, cum τὸν Λεωνίδεα, ut hinc et ex c. 15. liquet, debuissent: idem crebro in τὸν Εὐρυβιάδην et alios designarunt. Τὴν Σκειρωνίδα ὁδὸν, [*lin.* 9.] quam obstruxerunt Graeci, *Pausanias* Σκιρώνην dici, atque ex Megaride per Scironias rupes, ad Isthmum ducere, lib. I. 44. p. 107. et *Strabo* IX. p. 600. A [pag. 391. ed. Cas.] monuerunt. WESS.

7. ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο) *Sessum ibant in Isthmum:* huc cum venissent mox dicuntur usitata structura ἱζόμενοι ἐν τῷ Ἰσθμῷ. Est in talibus etiam Noster accuratissimus.

c. 199., ἱζομένην ἐς ἱερὸν Ἀφροδίτης, non bene vertit *Valla;* nec III. c. 140., ἵζετο ἐς τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων. Apud *Thucyd.* III. c. 75. καθίζουσιν ἐς τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν, et καθίζουσιν ἐς τὸ Ἡραῖον ἱκέται, *templum Castorum*, et *Iunonis ingressi, illic sedent supplices.* *Xenoph.* Ἑλλ. VII. pag. 363, 53. οὐδὲ εἰς τὸ συνέδριον ἤθελε καθίζειν, *in synedrium sessum ire nolebat.* Latissime patet loquendi genus, tractatum ad *Schol.* in *Aristoph. Plut.* pag. 456. [Conf. ad c. 60, 12. notata.] In Isthmo congregatis praefectus *Imperator Spartiata Cleombrotus*, paulo post mortuus iuxta *Herod.* IX. c. 10., raro veteribus commemoratur, patrem licet Regem habuerit, fratremque nobilissimum Leonidam. Dum in exstruendo muro tot hominum millia velut pro se quisque facerent opus, ἤνυτο [*lin.* 12.] τὸ ἔργον: hoc recipiet *Herod.* ut suum recuperavit l. 189. οἷα δὲ ὄχλου πολλοῦ ἐργαζομένου ἤνυτο τὸ ἔργον. In sequentibus: [*lin.* 14 *seq.*] καὶ ἐλίνυον οὐδένα χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι: postremum pertinet ad ἐλίνυον, vel potius ἐλίνυυον: οὐδένα χρόνον ἐλίνυον (id est ἐπαύοντο) ἐργαζόμενοι. Liquida duplicata legitur supra VII. c. 56. ἐλιννύσας οὐδένα χρόνον, ubi *Suidas* tamen [cum melioribus codd.] dat ἐλινύσας in voc. Ἐλινύοντας. Hanc scripturam, ut accuratiorem, nuper adprobavit Vir eximius *Io. Aug. Ernesti* ad *Callim.* p. 243. alia de hoc verbo dederunt *P. Leopard.* Em. l. p. 29. et *Io. Pierson* ad *Moer.* p. 161. VALCK. — Conf. Adnot. ad l. 67, 26. *S.*

12. ἤνυτο τὸ ἔργον) Sic planissime lib. I. 189. οἷα δὲ ὁμίλου πολλοῦ ἐργαζομένου, ἤνυτο μὲν τὸ ἔργον. [Conf. Adnot. ad VII. 20, 3.] Peccat autem *Med.* voces καὶ πλίνθοι omittendo, neque dignus patrocinio erat arcessito. Melius ἐσεφορέοντο [*lin.* 14.] de dialecti usu schedae, et [*CAP.* LXXII. 1.] οἱ δὲ βωθήσαντες *Eustathius.* Idem in vicinis [cap. 71, 15. et c. 72, 5.] olim fuisse, nullum mihi dubium, cui ducis Codicumque indicio destitutus, sedem illibatam relinquo, quamquam invitus. Vide supra c. 1. WESS. — Conf. Var. Lect. ad c. 72, 1. *S.*

CAP. LXXIII. 1 *seqq.* Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτὰ *etc.*) De his *septem Peloponnesi gentibus* agens hoc capite *Herod.* nonnulla tradit, quae vix, ut puto, reperientur apud alios, et ne apud *Strabonem* quidem vel *Pausaniam.* *Galeus* in Nota ad Septem istas gentes Peloponnesi,

videtur, ait, *Homerus sex tantum agnoscere.* Totidem occurrent Boeotiam exigenti: sed τὰ Ὁμήρου σκέψεως δεῖται κριτικῆς ποιητικῶς λέγοντος, καὶ οὐ τὰ νῦν, ἀλλὰ τἀρχαῖα, ὧν ὁ χρόνος ἠμαύρωκε τὰ πολλὰ, iudice *Strabone* lib. VIII. pag. 513. A. [pag. 332. ed. Cas.] cui isto libro sex praecipuae regiones enarrantur Peloponnesi, *Elis*, *Messenia*, *Laconice*, *Argolis*, *Achaia* et *Arcadia*: septem alii constituunt et *Scymnus Chius* vs. 515 et seqq.; quinque *Thucydides* lib. I. cap. 10. Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, (Lacedaemonii, Laconicam nempe et Messeniacam) τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται: quae postrema non significant *totius Peloponnesi principatum obtinuisse* Lacedaemonios, sed bello communi ceteris fuisse duces, ἡγεμόνας, ut erant bello Persico ipsis etiam Atheniensibus: minus cogitata scripsit *I. Wasseus* ad *Thucyd.* [VIII. 15.] pag. 514. n. 32. Verum hic *non regiones, sed diversas* enumerat *Herodotus Peloponnesi gentes.* Nam una de septem illis, *Dorienses*, [*lin.* 8.] quorum hic tantum fuisse dicuntur πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλιες, tres tenebant Peloponnesi partes amplissimas, Argolida, Laconicam, et Messeniam, quarum veteres incolas eiecerunt victores: vid. *Isocrat.* pag. 119, 120. 270. A. 286. A. *Pausan.* pag. 140, 151. *Io. Meurs.* de Regno Lac. c. 6. Misc. Lac. III. c. 9. *Arcadas* [*lin.* 3.] Dorienses et Heraclidae suis expellere montibus aut non potuerunt, aut religione quadam obiecta non sunt ausi: callidum Cypseli Regis consilium, *Polyaeno* traditum l. cap. 7., multis enarrat *Scholiastes* ined. in *Aristid.* nisi sola vera fuerit causa, quam attigit celeberr. *Wess.* ad *Diodor.* [Fragm. VI.] T. II. p. 635. Velut αὐτόχθονας *Arcadas in avitis sedibus* ab ultima hominum memoria *permansisse*, tres testantur historici principes *Herod.* II. c. 171. *Thucyd.* in Prooemio, et *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 361, 16. ubi civibus suis animos indit Lycomedes λέγων, ὡς μόνοις μὲν αὐτοῖς Πελοπόννησος πατρίς εἴη· μόνοι γὰρ αὐτόχθονες ἐν αὐτῇ οἰκοῖεν. Hanc tamen honoris praerogativam secundum *Herodotum* sibi quoque vindicare poterant *Cynurii*, [*lin.* 4.] et quodam modo *gens Achaica*, peninsulâ certe patriâ non eiecta; nam ἐκ μὲν Πελοποννήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέντοι τῆς ἑωυτῶν· οἰκέει δὲ τὴν ἀλλοτρίην. Vid. *Strabo* VIII. p. 514. B. 588. B. *Pausan.* VII. p. 522, 523. Sed initio libri quinti *Pausanias*, *Herodoti* ve-

stigia sequutus, Γένη, inquit, οἰκεῖ Πελοπόννησον, Ἀρκάδες μὲν αὐτόχθονες, καὶ Ἀχαιοί· καὶ οἱ μὲν ὑπὸ Δωριέων ἐκ τῆς σφετέρης ἀνέστησαν, οὐ μέντοι Πελοποννήσου γε ἐξεχώρησαν: tum de quatuor reliquis, quae ἔθνεα dicuntur *Herodoto* ἐπήλυδα, *Pausaniae* p. 375. memorantur *Dryopes*, *Dorienses*, et *Aetoli*: Δρύοπες, καὶ Δωριεῖς· οἱ μὲν ἐκ Παρνασσοῦ, Δωριεῖς δὲ ἐξ Οἴτης ἐς Πελοπόννησον εἰσὶν ἀφιγμένοι· τοὺς δὲ Ἠλείους ἴσμεν ἐκ Καλυδῶνος διαβεβηκότας καὶ Αἰτωλίας τῆς ἄλλης. *Dryopum* fuisse tradit *Herod.* [*lin.* 9 *seq.*] quas iungit et *Homerus* Ἰλ. β'. 559., Ἑρμιόνην, Ἀσίνην τε. Ἑρμιὼν, an Ἑρμιόνη hic primitus scriptum sit, si Codices discrepant, [vid. *Var. Lect.* et mox *Wesselingii* Adnot.] decerni vix poterit: Δωδώνη saepe dicitur Nostro, quae Δωδὼν *Sophocli* aliisque: vid. *Wesseling.* ad *Hierocl.* Synecd. p. 647. et ad *Diodor.* T. I. p. 282. Nec *Lemnios Pausanias* neque memorat *Cynurios*. Παρωρεῆται πάντες quum origine fuisse dicantur *Lemnii*, [*lin.* 10 *seq.*] comparari poterunt notata p. 345. [ad IV. 148, 10.] VALCK.

2 *seq.* τὰ μὲν - - - κατὰ χώρην ἵδρυται· νῦν τε καὶ τοπάλαι οἴκεον) Haeret in his menda, Codicibus forsan antiquior, facile tamen tollenda. De septem istis gentibus, τὰ μὲν δύο, inquit, αὐτόχθονα ἐόντα, κατὰ χώρην ἵδρυται νῦν, τὴν καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες καὶ Κυνούριοι. Voculà τε tantum in τὴν mutatà, sic commode mihi correxisse *Koenius* noster videtur. VALCK. — Sentio τῇ νῦν τε καὶ τὸ πάλαι hic fuisse, eamque vocem ab ultima praeeuntis verbi [ἵδρυται] syllaba absorptam: series illam sibi expostulat, aut τὴν certe, quam alii maluerunt. Habitasse *Arcades* easdem, quas primitus incoluerunt sedes, itemque *Cynurios*, et ante quidem Pelasgorum in Peloponnesum colonias, hinc *Bouherius* Diss. Herod. c. 9. iure conficit. *Achaeos* autem, a *Doriensibus* expulsos sedibus, in Ionas irruisse, atque eorundem regionem ad sinum Corinthiacum insedisse, docuit Noster lib. I. c. 145., et *Pausanias* fusius lib. VII. 1. WESS. — De menda quae olim istum locum (*lin.* 3.) omnibus (quod sciam) in libris insederat, monere in *Var. Lect.* oblitus eram. Eam mendam sic corrigendam, κατὰ χώρην ἵδρυται, ἣν (aut ionice τὴν) νῦν τε καὶ πάλαι *etc.* commode REISKIUS censuit, hanc adiiciens observationem: „Brachylogia veteribus usitata est, sic dicere: ἣν νῦν τε

καὶ τὸ πάλαι οἶκεον, pro ἣν νῦν τε οἰκοῦσι καὶ τὸ πάλαι οἴκεον." Ego ἵδρυται νῦν τῇ καὶ τὸ πάλαι cum *Schaefero* scripsi, minime quidem *Reiskii* spernens rationem. *S*.

9. Ἑρμιόνη τε) *Homeri Iliad*. Β'. 560. Ἑρμιόνην Ἀσίνην τε amplecti malui, quam *Med*. recentiorem urbis titulum. [conf. *Valck*. paulo ante.] Παρωρεῆται [*lin*. 11.] Ionum hic more, Παρωρεᾶται lib. IV. 148, ubi et Lemnia eorum origo. WESS.

12. ἐκδεδωρίευνται) Ferri posset ἐκδεδωριᾶται, quomodo boni Codd., modo contractum recte videretur, ex τοῦ ἐκδεδωρίαται, quae *Porti* doctrina. Ceterum *Cynurii*, quorum hic initia Ionica, ab Argivis, si fama apud *Pausan*. III. 2. non fallit, descenderunt: Λέγονται δὲ οἱ Κυνουρεῖς, sic scribit, Ἀργεῖοι τὸ ἀνέκαθεν εἶναι. At ea forte propagata late, quoniam a Spartanis pressi, et agro exuti, in Argivorum ditionem deinde una cum Orneatis, quibus ab inimicis divexati videntur se consociasse, venerunt. Ea quidem coniectura est, sed ex Herodoteis fluens. De *Orneatis* [*lin*. 13.] *Pausan*. II. 25. Ἀργεῖοι δὲ - - - Ὀρνεάτας ἀνέστησαν· ἀναστάντες δὲ, σύνοικοι γεγόνασι Ἀργείοις. Argivi praeterea agrum *Cynurium*, Κυνουρίαν γῆν, in confiniis situm, tanquam suum a Spartanis repetunt in *Thucydidis* lib. V. 41. Itaque *Cynurii* et *Orneatae* ἐκδεδωρίευνται, sive *moribus*, *disciplina dialectoque Dores evaserunt*, *partim subditi Argivorum imperio*, ἀρχόμενοι ὑπ' Ἀργείων, *partim lapsu temporis*, καὶ ὑπὸ τοῦ χρόνου. Memini difficultates in his quaesitas et inventas; quas evanidas non attingo. Ὀρνεῆται Ionici commatis, ut Παρωρεῆται, Τεγεῆται etc., restituti in integrum sunt. WESS.

Ibid. ἐκδεδωρίευνται δὲ) Monstrat illud δὲ, in vicinia fuisse μέν. Ab Herodoto tamen scribi non potuit, δοκέουσι μέν μοι εἶναι Ἴωνες, quae viri docti [*Reiskii*, puto, in Misc. Lips. T. VIII. p. 496.] est coniectura; videbantur enim Nostro αὐτόχθονες Cynurii. Commode scribi poterit: οἱ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μὲν ἐνίοις [loco vulgati μοῦνοι] εἶναι Ἴωνες· ἐκδεδωρ. δὲ ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι: quae tum sequuntur, viris doctis emendanda relinquam vel explananda. Quum dixerat *Strabo* VIII. p. 514. B. [pag. 333. c. ed. Cas.] λειφθῆναι -- ἐν τῇ Πελοποννήσῳ τὰ δύο ἔθνη, τό τε Αἰολικὸν καὶ τὸ Δωρικὸν, causam tradit veram, cur Arcades et

Elei purius Αἰολιστὶ διελέχθησαν, eum in reliquis eivitatibus mixta quadam uterentur dialecto; δοκοῦσι δὲ, addit, Δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν. Verbo Herodoteo Ἐκδεδωρίευνται H. Steph. aliique caute abstinuerunt: diversam dat lectionem margo Steph. ἐκδεδωρίαται: quae facile verti posset in flexum legitimum ἐκδεδωρίδαται: nam, quae *Portus* fingit, sermonis analogiae repugnant. Sed a verbo Δωρίζειν, me iudice, neque ἐκδωρίζειν neque ἐκδεδωρίσθαι formari potuit. Adhiberi forte potuit Δωριεύεσθαι: dantur enim et huius flexus imitativa, sed pro Δωρίζειν vel Δωριάζειν. Unicum restat, quod hic congruit apte, quodque, a Δώριος ductum, analogiae respondet Ἐκδωριοῦσθαι: *in Doriensium naturam veluti degenerare; Lingua uti, moribus et institutis Doricis.* Huius formae verba plurima praebet praeter ceteros *Plato*: unum de multis nobis sufficiet, ad Ἐκδωριωθῆναι proximum accedens, ἐκβαρβαρωθῆναι. *Plato* Epist. VIII. p. 353. A. κίνδυνος ἐγίνετο ἔσχατος Σικελίᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων, ὑπὸ Καρχηδονίων ἀνάστατον ὅλην ἐκβαρβαρωθεῖσαν γενέσθαι. Explicat illud paulo post: ἥξει σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς Φωνῆς Σικελία πᾶσα, Φοινίκων ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος: quae in hunc *Herodoti* locum conveniunt, quo scribendum arbitror ἐκδεδωρίωνται. *Euripidis* in Oreste versum 485., Βεβαρβάρωσαι χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, sic invertit *Apollonius Tyan.* Epist. 34. ἐβαρβαρώθην -- χρόνιος ὢν ἐν Ἑλλάδι. locosum hinc facile verbum intelligetur *Alexidis* ΠεΦιλιππίδωσαι, de quo *L. Küster.* ad *Suid.* in Φιλιππίδης. VALCK.

CAP. LXXIV. 2. περὶ τοῦ παντὸς ἤδη) Conspirant in δρόμου vocem scripti omnes: unus *Eustathius*, nec sibi tamen constans, δρόμον habet, cui post *Portum* primas darem. [vide *Var. Lect.*] Sollemne in talibus, τὸν περὶ σωτηρίας ἀγῶνα τρέχειν, apud *Eunapium* Vit. Maxim. pag. 100., aut τὸν περὶ τῆς ψυχῆς θέειν, in eiusdem Iuliano pag. 115. τρέχων περὶ ψυχῆς, infra IX. 36., tacita ἀγῶνος aut δρόμου voce. Plura *Budaeus*, *Stephanus* et *Portus*, qui τῷ ἐλλάμψεσθαι, [*lin.* 3.] quod Herodoteum testabatur *Hermogenes*, positumque fuit lib. I. 80., operam non negarunt. Mox Ἕλληνες iussu Codd. eiecti sunt: neque opus erat, ut ὁμοίως fingeretur; ὁμῶς, quae et *Abreschii* opinatio, sufficit. *Consimiliter* enim, atque ad Isthmum illi, superiora auditio-

ne accipientes, formidasse sibi, traduntur. WESS. — Poterat vero etiam, nec incommode profecto, ὅ μ ω ς teneri. *Quamvis ingens studium, quo muniebatur Isthmus, cognossent, tamen Peloponneso timebant.* Ad δρόμον adiectum articulum malles, qui apud *Eustath.* etiam (Iliad. pag. 1363.) adiectus legitur, παρὰ Ἡροδότῳ τό, θέοντες τὸν περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον. At saepius articulum omittit Herodotus ubi Atticus scriptor non neglecturus illum erat. *S.*

12. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Αἰγινῆται) Hoc sane rationi consentaneum, ut cum Themistocle senserint *Aeginetae*, maluerintque apud Salamina manere, quam in gratiam Peloponnesiorum versus Isthmum secedere: miror idcirco quod scribit *Lycurgus* c. Leocr. p. 156, 33. (pag. 200. ed. Io. Tayl.) Ἐτεόνικος μὲν γὰρ ὁ Λακεδαιμόνιος, καὶ Ἀδείμαντος ὁ Κορίνθιος, καὶ τὸ Αἰγινητῶν ναυτικὸν ὑπὸ νύκτα τὴν σωτηρίαν αὑτοῖς ἔμελλον πορίζεσθαι. Eteonicos etiam novi Lacedaemonios, sed huius aetatis neminem. Quod addit *Lycurgus*, oratoris personae congruit, quem semper populus probavit ut popularem: οἱ πρόγονοι - - - βίᾳ καὶ τοὺς ἄλλους ἠλευθέρωσαν, ἀναγκάσαντες ἐν Σαλαμῖνι μεθ' αὑτῶν πρὸς τοὺς βαρβάρους ναυμαχεῖν. Unius Themistoclis laudem sibi libenter populus suisque maioribus audiebat attributam: hac mente Themistocles *Libanii* T. I. p. 539. A. πατὴρ οὐκ ἔστι μοι Νεοκλῆς· - - - ἀλλ' ὁ τὸ μέγα ἔργον ἐργασάμενος, ὁ δῆμος. Eiusdem *Libanii* Neocles Themistocli suo ipsius exemplo demonstrat eleganter, invitos utiliter saepe servatos, p. 516. B. *Graecos invitos coëgisti* ναυμαχεῖν, καὶ εἰς ὅρων οὐχὶ βουληθέντες ἐνίκων. VALCK.

CAP. LXXV. 3 seq. πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα) Quod *Plutarch.* Them. p. 118. B. prodidit, ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκιννος αἰχμάλωτος, sibi credibile negat Cl. *Dacerius*; neque enim Themistoclem liberis suis vilem captivum, et Persam genere, paedagogum dedisse. *Plutarchum* in Herodoteis male legisse τῶν Μήδων ἄνδρα, ac *Sicinnum* ea de caussa *Persis* inseruisse. *Aeschylum* sane si audimus, nuncius Graecus erat, Ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ Ἐλθών, ἔλεξε *etc.* ea videlicet, quae Themistoclis iussu Sicinnus, in Pers. vs. 355. Personatus *Themistocles* Epistol. IX. pag. 47. Edit. *Schoettg.* τὸν παιδαγωγὸν οἶσθα τοῦ Κλεοφάντου, ὅς κἀμέ ποτε ἐθεράπευεν· Σίκιννος αὐτῷ τοὔνομα: ubi de Cleophanto non male. Scripsi Σίκιννος, [*lin.* 5.] uti

Editi c. 110., et hic scripti, inque *Plutarcho*, *Polyaeno* I. 30, 2., *Clemente Alex.* Paedag. I. 7. p. 130., *Etymologo* atque aliis. WESS.

Ibid. πέμπει - - ἄνδρα) *Sicinnum*, qui οἰκέτης fuisse dicitur, et παιδαγωγὸς liberorum Themistoclis: ut antiquioris adponam *Aeschyli* verba e Pers. vs. 355. Ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ Ἐλθὼν, ἔλεξε παιδὶ σῷ Ξέρξῃ τάδε, Ὡς, εἰ μελαίνης νυκτὸς ἵξεται κνέφας, Ἕλληνες οὐ μένοιεν. Nuncium Persam facit ita Tragicus non absurde loquentem: sed Graecum a Themistocle missum censuisse quoque videtur *Frontin.* lib. II. c. 2, 14. Ἐπίστι τινὰ scribit *Diodor.* XI. c. 17. Optime, *de servis suis, quem habuit fidelissimum, ad Regem misisse*, tradit *Nepos*, Them. c. 4. ubi corrigit *Vallam* Longolius, in *Herod.* οἰκέτην vocantem *contubernalem*, qui *verna* fuerat dicendus. Infra VIII. c. 110. relictus in Latinis *Sicinnus contubernalis;* hic *contubernali domesticus* substitutus [a *Gronov.*] est: alibi apud *Herod.* οἰκέται *uxor et liberi* dicuntur; sed hic οἰκέτης sine dubio *servum* notat, non domi natum et vernam, qualis esse nondum poterat Themistocli liberorum educator, sed quem captivum sibi emerat: vid. *Ammon.* in Οἰκότριψ. *Ion Chius* τὸν οἰκέτην ἐπὶ δούλου τίθησιν apud *Athen.* VI. p. 267. D. Absque teste loquenti ne *Clementi* quidem *Alex.* fidem adhibuerim ista scribenti, Paedagog. I. p. 130, 30. τῶν Θεμιστοκλέους παίδων ὁ παιδαγωγὸς οἰκέτης ἐκέτης Σίκιννος ἦν: ubi paulo post, quem Pericles puero dedit Alcibiadi custodem, Thrax Zopyrus ὠνητὸν fuisse dicitur ἀνδράποδον. τῶν οἰκετῶν τὸν ἀχρειότατον ὑπὸ γήρως dixit *Plato* T. II. p. 122. B. vid. et *Diotogenes Stobaei* p. 251, 35. Sed tardus Thrax fuerit Zopyrus senectâ; Themistoclis, viri *in rebus gerendis prompti*, Sicinnum nihil minus fuisse quam ignavum monstrant hic atque infra c. 110. narrata. *Plutarcho* fuisse dicitur εὔνους Θεμιστοκλεῖ. *Polyaeno* I. 30, 2. εὐνοῦχος, παιδαγωγὸς τοῖν παίδοιν: ubi nescio qua fide dualis nitatur numerus filiorum. Filios habuit in universum quinque Themistocles, quorum unus puer mortuus est; Dioclem avus adoptavit maternus: ex tribus, quos moriens reliquit teste *Plutarcho* T. I. p. 128. F. nihil est causae, cur unus eidem T. II. p. 1. B. dictus censeretur *Diophantus*: Διόφαντον mutemus in Κλεόφαντον: sic suo loco dicitur *Plutarcho*, et, quem citat, plus semel *Platoni* in Menone T. II. p. 93. D. E. VALCK.

13. *τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι*) Haereo hoc servem, an ex Codd. revocem *κατυπέρτερα*; posterius lib. VII. 233. *ὡς δὲ εἶδον κατυπέρτερα τῶν Περσῶν γινόμενα τὰ πρήγματα.* Vid. cap. 136. Omitti et *μᾶλλον*, quod damnant schedae, poterit, ut alibi indicatum. Mox fidentior, [*lin.* 16.] *κάλλιστον ὑμίας ἔργον ἁπάντων*, *Aldo* duce reformavi. WESS.

CAP. LXXVI. 5 *seq.* *τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας*) Non celabo, olim mihi prominentem in mare contra Salaminem tractum Megaridis haec ostendere, non classis Persicae cornu. *Κέρας* in *promontoriis* frequens apud *Salmasium* ad Solin. p. 116.; et *Strabo* IX. p. 604. [p. 395. A. ed. Cas.] duo istiusmodi *κέρατα* in Megaridis et Atticae finibus exadversum Salaminem memorat; *Plutarchus* praeterea, *Acestodori* fide, (Themist. p. 118. E.) propter illa *κέρατα* Xerxem ex ex aurea sella navale hoc spectavisse praelium. Sic insulam circumvecti, et *promontorium*, *κέρας*, *occidentem spectans*, incingentes, omni ad Isthmum transitu Graecos exclusissent. Quia tamen suspicioni, quae cap. 85. produntur, officere videntur, eam non urgeo. De *Cynosura* et *Ceo* [*lin.* 7.] res anceps. Cl. *de Pauw* insulas circa Salaminem elegit, et *Cynosuram* quidem Laconicam, *Ceum* vero defectu scriptorum ignorari: cui paria non facio. Laconica apud *Hesychium* Cynosura longissime hinc remota fuit, et situs paene incerti. Ut paucis transigatur, *Ceum* insulam intelligo contra Sunium Atticae, et *Cynosuram*, *ἄκραν τοῦ Μαραθῶνος*, *promontorium Marathonis*, Euboeam spectans, eiusdem *Hesychii*. Longius in tabulis id *Cellarii* et aliorum pictis a Sunio, quam Herodotea postulant, disiungitur; male, opinor; vix enim tum una nocte, eaque aestiva, id promontorium flectere, tantumque spatii absolvere quivissent navigando. Nunc, statione circa Ceum et Cynosuram relicta, provehuntur prope *Munychiam*, ac fretum, ut et hac parte fugae occasio Graecis praecidatur, obsepiunt. WESS. — Verba ista, *ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ' ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα*, sic vulgo vertunt: *cornu quod ad occasum spectabat producunt Salaminem versus, eam circumituri*; quasi accusativus *τὸ κέρας* a verba *ἀνῆγον* penderet, et ad *κυκλούμενοι* intelligeretur *αὐτήν*. Ego verbum *ἀνῆγον* absolute accepi, sicut mox ait Scriptor, *ἀνῆγον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον*, nempe *ἀνῆγον τὰς νῆας*, ut ait paulo post. Itaque *τὸ*

ἀπ' ἑσπέρης κέρας fuerit *pars classis Graecorum* (non Persarum) *ad occidentem spectans*, quam circumituri et interclusuri Persae erant. Sed ad sententiae quidem summam parum interest. *S.*

16 *seq.* ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι *etc.*) Putares in *Nostri* oculis haec *Aeschyli* fuisse, 'Ενθαῦτα πέμπει τούσδ', ὅπως ὅταν νεῶν Φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο Κτείνοιεν, - - Φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν, Pers. vs. 540. Nam gemina planissime sunt. Scholiastes, *Psyttaleam* Salamine stadiis plus centum removens, in numeris ibi nimius et mendosus. WESS.

CAP. LXXVII. 4. χρυσαόρου) Sic melius Codices. Apollinis χρυσαόρου titulus Iliad. ε'. 524. et in Hymnis, sorori eius, Dianae Munychiae, multo aptior quam Atticae littorali tractui. Post dein 'Ελπίδι μαινόμενοι etc. vulgavit *Camerarius* in Epigrammatibus. *Theocrito* ab ipso adpositis, de coniectura puto. WESS.

7. ὕβριος υἱὸν) Non *iuvenem*, sed *satietatem*, κόρον κρατερὸν Bacidis, *Portus* et *Stanleius* explicant, iniuriâ fortasse. *Pindarus* Olymp. Od. XIII. 12. dixit ὕβριν κόρου ματέρα, converse tamen, ut volunt. Nam Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, citantibus ibi ex *Homero*, sive *Theognide* potius, Criticis; estque adeo *mater contumeliae* sive ὕβριος, non *proles*. Verissimum *Pythagorae*: in civitates insinuare sese πρῶτον τρυφὴν, ἔπειτα κόρον, εἶτα ὕβριν, μετὰ δὲ ταῦτα ὄλεθρον, in *Stobaei* Serm. XLI. p. 247., et *Ecphantae* eadem de Schola, ἁ πολυτέλεια μάτηρ τᾶς ἀκρατίας· αὕτα δὲ τᾶς ὕβριος, ἐξ ἇς τῶν ἐν ἀνθρωπίνοις κακῶν τὰ πολλά, apud eundem Serm. XLVI. p. 335. Haud alius *Bacidis* κρατερὸς κόρος *iuvenis* ac Xerxes, υἱὸς ὕβριος ob contumelias iniuriasque, quarum ille toti Graeciae auctor, *Raphelio* ad Epist. *Paulli* Ephes. c. 5, 6. monitore. Vide tamen *Stanleium* in *Aeschyli* Agamemn. vs. 768. WESS. — Videri potest fatidicus, consulto ambigue loquens, optionem legentibus audientibusve voluisse relinquere, *iuveunm* κόρον, an *satietatem*, i. e. *arrogantiam* intelligere malint. Sed, ut posteriori maxime notione h. l. vocab. istud accipiatur, suadet utique simillimum *Pindari* dictum. *S.*

8. δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα πυθέσθαι) Admodum tenebricosum. An *opinantem ubique se auditum iri*, ut in notissimo καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι? *Valla* legit ἀνὰ πάντα πιθέσθαι, quorsum

ex *Pass.* excerptum vergit. WESS. — Non tenebricosum modo, sed prorsus mendosum esse istud olim vulgatum *ἀνὰ πάντα πυθέσθαι*, vix dubitari potest. Nec ulla parte melius *πιθέσθαι*, de quo in *Var. Lect.* dictum. Equidem unice verum putavi, quod optimus cod. *F.* nobis servavit, *τίθεσθαι*. Nempe *ἀνὰ πάντα τίθεσθαι*, pro *ἀνατίθεσθαι πάντα*, *omnia mutare*, scilicet omnia *evertere*, et *susque deque vertere*; quasi dixisset *ἄνω κάτω τίθεσθαι*: conf. III. 3, 12. Nec obstat quod ibi activâ verbi formâ scribitur, *τὰ μὲν ἄνω κάτω θήσω*: nam medium verbum *τίθεσθαι* significat, *suum in commodum omnia evertere, et sibi omnia subiicere.* Fuerint autem viri docti, quibus non repugnem equidem, qui in hanc sententiam *ἄνα* retracto tono scriptum oportuisse censeant, aut absque accentu, *ανα*, quemadmodum in eodem nostro codice scriptum video. *S.*

12 *seq.* Βάκιδι ἀντιλογίης *etc.*) Scripta exemplaria consentiunt; quibus (etsi *ἀντιλογίας* in *Dissert. Herodot.* maluerim) non pugnabo. Desit oblitterata praepositio; reditura, modo Βάκιδι δι' ἀντιλογίης revocetur. An vero δι' ἀντιλογίης λέγειν, *contradicendo obloqui*, iniustum sit, fateri, ob varium in isto genere sermonis usum, erubesco. Aliter qui sentiunt, ut Clar. *Abreschius*, *οὔτε αὐτὸς ἐλθεῖν τολμέω* refingunt. Quae sane dictio et elegans et trita est, ab ipso Animadv. ad *Aeschyl.* lib. I. 3. p. 15. et *Valcken.* in Phoeniss. *Euripid.* vs. 482. doctissime illustrata. WESS.

Ibid. οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι *etc.*) Quod sequitur *ἀντιλογίης*, commode corrigit vir Cl. in Diss. *Herod.* p. 201. Vel ob hoc unum dictum *Herodotus*, *ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς κἀγαθὸς*, censeri deberet *τὰ περὶ μαντείας καὶ χρησμολόγους πάνυ νοσῶν*. Sed hinc simul aestimare licet, iam tum homines fuisse vulgo perspicaciores, quibus adparuerit, quod Bacidis esse ferebatur oraculum isthoc articulo temporis, ipsius forte suasu Themistoclis fuisse confictum. Quae bello Peloponnesiaco ad plebem Atticam lactandam ab esurientibus fingebantur demagogis, velut Bacidis aut ipsius Apollinis oracula Athenis decantata, ridet illa magna cùm libertate *Aristophanes* in Avib. vs. 963 seqq. et Equit. 995 etc. Ad veritatis lumen *Eusebius* istius etiam officinae fraudes retegens lib. IV. Praep. Evang. pleraque fuisse putat oracula *γοήτων ἀνδρῶν τεχνάσματα*, ut *Oenomaq* certe vide-

bantur *Gadareno* in libro quem inscripserat Φωρὰ γοήτων. Sed multa potius fuerunt virorum Principum, ἀνδρῶν τε σοφῶν τεχνάσματα, ad opinionem imperitorum conficta. VALCK.

CAP. LXXIX. 4. ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι) *Aeschyleum* de Amphiarao fortasse spectavit, Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει, sive, uti *Plutarch.* Arist. p. 320. c. Οὐ γὰρ δοκεῖν δίκαιος, ἀλλ' εἶναι θέλει: quo omnis concio in orchestra pronunciato Aristidem praesentem, tanquam soli Athenis conveniente, nutu plausuque signavit. Errat *Polyaenus* I. 31. Aristidem Themistoclemque τῆς πόλεως ἔξω προελθόντας posuisse contentionis studia, gestu adprime notabili, tradens. Redierunt in gratiam ad Salaminem in castris, non Athenis. WESS.

Ibid. ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι) *Timocreon Rhodius* in *Plutarch.* Them. p. 122. D. εἰ τύγε Ξάνθιππον αἰνεῖς· Ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν ἐπαινέω, Ἄνδρα ἱερᾶν ἀπ' Ἀθηνᾶν Ἐλθεῖν ἕνα λῷστον. Quae hoc capite de Aristide scribit *Herodotus*, illa quoque *Plutarchi* confutant indignas philosopho criminationes: Aristiden dicit ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον: et ille ipse tamen adeo propter aequitatem humanissimam collaudatus Aristides *cupide elaboraverat, ut praeter ceteros iustus adpellaretur, Corn. Nep.* in Arist. Δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης, ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐτὸς ἦν, καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινὰς, καὶ ἐμίσει, quae leguntur apud *Lucian.* T. III. p. 158. Adversarii *Themistoclis consilium utile, quia non honestum erat,* (*Cicero* de Off. III. c. 11.) auctoritate sua fecit Aristides, ut a populo repudiaretur; sed idem tamen interdum iniusta sciscere debuit, se ad reipublicae statum accommodando, monente *Casaub.* ad *Polyb.* p. 140. Absque ulla exceptione *Herodotus* et Aristiden et quosvis alios virtute praestantes collaudat libentissime, τοῖς ἀγαθοῖς συνηδόμενος, qualis dicitur *Dionysio Halic.* Hic *Herodoto* tradita *Plutarch.* enarrat in Themist. p. 118. D. In Aristide idem *Plutarch.* p. 323. c. missis Herodoteis ex alio nobis historico similia quaedam exhibet Aristidis ad Themistoclem hoc articulo temporis dicta. In Apophthegm. T. II. p. 186. B. cum Themistocle πρεσβευτὴς ἐκπεμφθεὶς, ipsi dixisse fertur Aristides: Βούλει, ὦ Θεμιστόκλεις, ἐπὶ τῶν ὅρων τὴν ἔχθραν ἀπολίπωμεν; ἂν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες λῃψόμε-

θα. Collega fuit Aristides Themistoclis in illa nobili legatione narrata *Nepoti* in Themist. c. 7., quod liquet ex *Thucyd.* I. 91. Sed huic tamen legationi dictum illud minus congruit; verisimillimum, quod scribit *Polyaen.* I. c. 31. διετέλεσαν παρὰ πάντα τὸν πόλεμον ὁμονοοῦντες. VALCK.

14. πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται) Optime Mssti et *Gronovius*. Probatissima Nostro, *Thucydidi*, *Xenophonti* aliisque ea structura, a *Thoma Magistro* in Δρῶ laudata. Dubito vero, sit-ne ex usu τοι [post λέγω δὲ]; siquidem illud conmodiorem post pauca locum occupat, et necessarium hic non est. WESS.

CAP. LXXX. 12. ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα) Si qui ταῦτα δῆτα praeoptaverint cum doctissimo viro Miscell. Observ. Vol. III. p. 142., non valde obnitar. Loquendi genus, plenius hoc loco quam plerumque, eiusdem et *Is. Casauboni* ad *Athen.* lib. V. 2. sollertià, [Animadv. in Athen. T. III. p. 45 seq. nuperae ed.] exemplorum cumulo manifestius, quam pridem, habetur. WESS.

CAP. LXXXI. 1. Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν ὁ 'Αριστ.) Malunt ταῦτα ἔλεγε Θεμιστοκλέης· παρελθὼν δὲ ὁ 'Αριστείδης etc. Verum concisus sermo Scriptoris est, respiciens illa, σήμηνον αὐτὸς παρελθὼν, ὡς ἔχει: neque enim opinor molestum videri, ἔλεγε - - - φάμενος, cui simillima in Musis conplura. WESS.

6. ταῦτα εἴπας μετεστήκεε) Hic et in sequentibus narrata planissime demonstrant, nec ducem hoc bello cum Themistocle fuisse Aristidem, qui decem annis ante unus e decem ducibus cum Miltiade victoriam reportaverat Marathoniam; sed neque pugnae navali prope Salamina interfuisse. Suum tamen forsan auctorem sequutus *Nepos* in Arist. *interfuisse* scribit *pugnae navali apud Salamina, quae facta est priusquam poena liberaretur:* paulo ante dicitur *sexto fere anno postquam erat expulsus plebiscito in patriam restitutus.* *Demosth.* Or. II. c. Aristogit. p. 496, 8. 'Αριστείδην φασὶν ὑπὸ τῶν προγόνων μεταστοθέντα (hoc e margine reciperem) ἐν Αἰγίνῃ διατρίβειν, ἕως αὐτὸν ὁ δῆμος κατεδέξατο. Secundum *Plutarch.* in Arist. p. 323. B. decennii anno tertio ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον, μάλιστα - - φοβούμενοι τὸν 'Αριστείδην: quae deinceps narrat nihil minus monstrant, quam ante revocatum huic interfuisse pugnae: nam quod ad

Nepot. Lambinus putat, idem ex *Herodoto* liquere, errat meà quidem sententià. Ad victoriam ille multum tamen attulit momenti; dum illi pugnabant e navibus, utiliter haerens in insula Psyttalia; vid. *Herod.* c. 95. *Demetrius* περὶ Ἑρμ. §. 248. Ὥσπερ τὶς Ἀριστείδου κατηγορῶν, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν· ἀλλὰ αὐτόκλητος, ἔφη, ὅτι ἡ μὲν Δημήτηρ ἦλθε καὶ συνεναυμάχει, Ἀριστείδης δὲ οὔ: quae, cuiuscunque sint, sunt certe sophistae satis inepta, per Cererem mysticum Iacchum intelligentis, et *Herodoto* narrata c. 65. VALCK.

CAP. LXXXII. 2. τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων) In Themist. *Plut.* p. 118. F. ἐφάνη Τενεδία μία τριήρης αὐτόμολος: nescio unde. Hinc si sumsit, Τηνία fuit, quae et Nob. *Palmerii* divinatio. *Tripodem Delphis dedicatum*, [*lin.* 4 *seq.*] inscriptumque eorum nominibus qui Persas ad Salaminem et Plataeas debellarunt, *Thucyd.* I. 132. et Auctor Or. in Neaer. p. 740. describunt. WESS.

5. ἐν τοῖσι τὸν βαρβ. κατελοῦσι) *Inter nomina earum civitatum, quarum auxilio Persae erant victi*, (*Nepos* in Pausan. c. 1.) Delphico tripodi nomen etiam insculptum fuit Τηνίων. Olympiae quoque Iovis erat statua a Graecis dedicata, qui apud Plataeas pro libertate pugnaverant, in cuius basi praeter ceteros memorabantur etiam Τήνιοι, *Pausan.* V. [c. 23.] p. 437. Hoc satis est ad *Herodoti* Τηνίους hic adfirmandos. Quem hic memorat *aureum tripoda*, eum Delphis (teste *Thucyd.* I. c. 132.) ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες, ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον: quodque nimis superbe Pausanias inscribi curaverat, Lacedaemonii ἐξεκόλαψαν· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις, ὅσαι ξυγκατελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἐστήσαντο (cur non ex Codd. receptum ἔστησαν τὸ) ἀνάθημα: mutatis Lacedaemoniis τὸν τρίποδα τὸν ἐν Δελφοῖς obiiciunt miseri Plataeënses apud eumdem III. c. 57. Secundum *Auctorem* Or. c. Neaer. p. 740, 153. in Amphictyonum concilio causà dictà Plataeënses coëgere Lacedaemonios, ἐκκόψαντας τὰ ἐλεγεῖα, ἐπιγράψαι τὰς πόλεις, τὰς κοινωνούσας τοῦ ἔργου: in quibus ἐκκόψαντας ego quoque retinuerim; vid. Clar. *Wess.* ad *Diodor.* II. p. 100. *Eustath.* in Ἰλ. ξ'. p. 990, 17. VALCK.

CAP. LXXXIII. 3. ἠώς τε δὴ διέφαινε) *Med.* et aliorum scriptura, cui similem ex *Arch.* enotavi lib. VII. 217. ex praecipua parte fallit. Ita ibi, ἠώς τε δὴ διέφαινε, καὶ

οἳ ἐγένοντο etc. Placuit accessio τοῦ δὴ, quamquam et ea vox lib. IX. 46. haud conspicitur. Nexa his indigent verbo, fortasse olim scripta, καὶ οἱ συλλ. τῶν ἐπιβ. ποιησάμενοι ἠγορόωντο, *et hi propugnatorum convocato consilio concionabantur.* Sic apta omnia. Alioqui καί εἰ - - - ποιησάμενος προηγόρευε, ut Themistocles, popularibus suis coactis, habita oratione dixerit ista. Memini ab aliis excogitata alia, quae praetereo. WESS.

3 *seq.* ἠώς τε διέφαινε *etc.*) Haec et vicina, perperam coniecturis tentata, nominativi sunt soluti; quorum vice scribi potuerat, ἠοῦς τε διαφαινούσης, καὶ τούτων σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησαμένων, paucis Themistocles populares suos ad pugnam inflammavit. Qualia tum probabiliter dicta sunt, dedit *Aeschyl.* in Pers. vs. 402., ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε, Ἐλευθεροῦτε πατρίδ᾽, ἐλευθεροῦτε δὴ Παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη, Θήκας τε προγόνων· νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών. Audiebantur ista, secundum Tragicum, ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα πᾶσαν κατέσχε γαῖαν, iuxta *Herodotum, prima luce;* simul atque ἠὼς διέφαινε. Frequentius legitur ὑπέφαινε: Herodoteum est, ἅμα ἡμέρῃ διαφαυσκούσῃ, vid. ad lib. III. c. 86. ἅμα ἕῳ et ἅμα τῇ ἕῳ leguntur apud *Thucydid.* p. 300, 64. 396, 11. 311, 2. Haec ad manum si fuissent Clar. *Dukero* p. 299, 2., ne dubitasset quidem, quin C in E mutato, πρόσω corrigi deberet in πρὸ ἕω: ut ἐξ ἕω, sic πρὸς ἕω, recte leguntur in *Aristoph.* Eccles. vs. 65. et 312. et εἰς ἕω apud *Isaeum* Or. VI. p. 71, 28. Huc spectabat *Harpocration* in Εἰς ἕω, ἀντὶ τοῦ ἀρχομένην ἡμέραν: non alium Isaei *locum,* quo referens ista *H. Vales.* illic sincerum εἴσω sollicitabat. VALCK.

CAP. LXXXIV. 4. ὤκελον τὰς νῆας) *Vallae* Latina *cessim irent*, rem si consideres, non absurda; non item, si dictionem. Puto *littus versus cursum flexisse*; nam naves in terram inpegisse, quod ὀκέλλειν τὰς ναῦς *Philostrato* Heroic. II. p. 688. 689. male ab *Oleario* sollicitatum, nulla suadet ratio. *Eurip.* Iph. Taur. 1379. δεινὸς γὰρ κλύδων ὤκειλε ναῦν πρὸς γῆν. Non dissimile *Nicandri* Ther. vs. 295. Ceterum *Aminias*, *Aeschyli* frater, hic Παλληνεύς, in *Plutarcho* Themist. p. 119. D. Δικελεύς, qui *populares* in Attica civitate utique diversi. Aeschyli fratrem fuisse, *Diodorus* XI. 27. non negat. Pertinet autem huc *Aeschyli* Pers.

vs. 410., ubi quae de Lycomede Critici, fortasse ex *Plutarcho* sumta. Vid. supra c. 11. WESS.

3 *seq.* *ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο etc.*) In *Lexico Herod.* sic probabiliter scripta recepit *Suidas*: Ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον τὰς νεῦς· Κατὰ πρύμναν ὑπεχώρουν οὐχὶ ἐπιστραφέντες, καὶ ἐξέκλιναν τῶν πολεμίων τὰς ἐπιούσας νεῦς. Graecam locutionem, πρύμναν κρούεσθαι vel ἀνακρούεσθαι, et Latinam *inhibere remis*, illuminarunt praesertim observata *I.F. Gronovii* [Observ. lib. IV.] quibuscum illa *Bossii* conf. et *Ti. Hemsterh.* ad *Luciani* Nigrin. [c. 8.] p. 46, 47. et *Bentleii* ad *Horat.* Epod. IX. vs. 20. Hinc mutuari licebit verba Themistoclis ad Ionas ex *Iustini* II. 12. *at vos commisso praelio ite cessim, inhibete remis, et a bello discedite*: ὑποχωρεῖτε πρύμναν ἀνακρουόμενοι. Quando apud *Herod.* paulo legitur inferius, [*lin.* 14.] μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε; *quo usque tandem remis inhibendo retro cedetis?* priori quoque sede sic scribendum arbitror, non ἐπὶ, sed ἔτι πρύμνην ἀνεκρούοντο, quia ἐπὶ non adhibetur apud veteres in phrasi πρύμναν ἀνακρούεσθαι. Hoc facere dicebantur eximie qui navale praelium detrectabant; sed et remiges, cum naves essent in portu statuendae, *quo expeditius rectis proris e portu exirent*, docente *Bentleio* l. c. In *Schol.* ad *Aristoph.* Vesp. vs. 397., pro ὅπως ἄνευ τροπῆς εἴη, unâ literâ mutatâ scribendum, ὅπως ἂν εὐτρεπὴς εἴη εἰς ἔξοδον ἡ ναῦς. *Primus*-ne *Pallenensis Aminias* νηῒ ἐνέβαλε, an alius, cadere potest in dubitationem: *Aeschyli* Persa fatente vs. 409., ἦρξεν ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ ναῦς. *Plutarcheis* in Themist. p. 119. D. satis conveniunt narrata *Diodoro* XI. c. 18. ubi in fine cap. naves Persarum πρύμναν μὲν ἀνακρούεσθαι κατέπαυσαν, εἰς τοὐπίσω δὲ πλέουσαι προτροπάδην ἔφευγον. VALCK. — Quod *lin.* 3. pro ἐπὶ ex *l.* 14. ἔτι corrigendum *Valck.* censuit, id mihi Vir doctissimus non persuasit; posteriori loco opportuna est ἔτι particula, priori vero minime opportuna, et ἐπὶ ibi cum codicibus omnibus veteres glossae et *Suidas* recte agnoscunt: et suis etiam verbis vetus *Thucydidis* Interpres ad lib. I. c. 50. ἐπὶ τὴν πρύμνην κωπηλατεῖν dixit. Nempe vulgo quidem nude πρύμνην (vel τὴν πρύμνην) κρούεσθαι aut ἀνακρούεσθαι dicebant; sed est ea elliptica locutio, ex plena locutione ἐπὶ τὴν πρύμνην ἀνακρούεσθαι (qua *l.* 3. *Herodotus* utitur) decurtata. *S.*

13. ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε) Necessitudo nulla, ut πικρότερον aut προθυμότερον formetur. Species illa matronae prius Graecis exprobravit segnitiem, qua remis inhibebant: tum, confidenter in hostes ruerent, fuit auctor. Atque hoc vult, neque latuit Cl. *Abreschium*. Acici Persicae Graecaeque classis ordinem *Diodorus* diversiorem dedit lib. XI. 18. WESS.

CAP. LXXXV. 1. κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους) Atheniensibus Lacedaemonios iungit *Diodor*. XI. 18., et hos et illos navibus opponit Phoenicum; verius iuxta *Herod.* dextrum cornu tenebant Lacedaemonii. Ionum nomina, qui veteris Graeciae ceperint naves, reliqua prudenter reticet Noster. Τοῦδε δὲ εἵνεκα, ait, [*lin.* 11.] μέμνημαι τουτέων μούνων: sic syllabâ scribendum puto repetitâ pro τοῦδε εἵνεκα. VALCK. — At satis erat τοῦ δὲ, quod libri dedere: nempe τοῦ pro τούτου vel τοῦδε, ut saepe aliàs. *S.*

13. *Phylacus Samius* εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη. Haec propria Graecis erat hac in re locutio de Persarum Orosangis. Illinc transumtam eleganter adhibet Calliclem ludens Socrates in *Platonis* Gorgia p. 506. c.; a *Platone* mutuati sunt Sophistae. Graecarum etiam civitatum εὐεργέται saepe publicitus ἀνεκηρύττοντο: vid. *Ti. Hemst.* ad *Lucian.* p. 367, [ad Dial. Mort. X. 6.] VALCK.

Ibid. εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη) Congruunt de Mardochaeo prodita *Esther* c. vi. ubi docte *Grotius*; operosior *B. Brissonius* Regn. Pers. I. 138. et *Des. Heraldus* Advers. I. 9. quos *H. Relandus* ac *Burtonus* duces habuerunt. WESS.

CAP. LXXXVI. 5. οὐ τεταγμένων ἔτι) *Koenio* nostro scripsisse de barbaris videbatur: οὐ τεταγμένως τι οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν: de Graecis dixit, σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν. Suum illi Regem aut fortitudinis aut ignaviae spectatorem in litore habituri, καί τοι ἔσαν γε καὶ ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ. Oratione more suo turbatâ duo dixit: primum, isthoc die ἀμείνονας fuisse ἢ πρὸς Εὐβοίῃ: sed non tantum isthoc die rem multo melius gessisse, quam ad Artemisium, verum praeterea ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μακρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν: id est, interprete Nostro ἀμείνονες τῆς φύσιος, V. 118. *semet ipsis multo praestantiores, suam velut naturam superantes.* Herodotea quaedam *Portus* dedit in Ἑωυτοῦ: alii collegerunt huius generis plura. VALCK.

CAP. LXXXVII. 3 *seqq.* κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην *etc.*) Callidum *Artemisiae* commentum, indignante *Plutarcho* nimis verbose narratum, adnotavit etiam *Polyaen.* lib. VIII. c. 53, 1. VALCK.

11. φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ φιλίῃ) Adiuvat hic incitandi ac propellendi vim participium φέρουσα, alibi eleganter redundans. Egregie, his *Herodoti* non posthabitis, *T. Hemsterhusius* ad *Luciani* Dial. Mort. VI. pag. 349. *Diodorus*, εἰς ἐμβολὴν φέρουσα, ναῦς ἐς ἐμβολὴν φερομένη, de tali inpetu, lib. XX. 16. etc. Facinus autem hoc reginae addidit *Polyaenus* strategematibus lib. VIII. 53, 2., aliunde, quod accessiones declarant, excerptum. WESS.

14. οὐ μέντοι ἔγωγε ἔχω εἶπαι) Cultius hoc et verius. Sic c. 128. ἀρχὴν ἔγωγε οὐκ ἔχω εἶπαι. Eo vero cupidius id reposui, ut scabrities, ad quam vir doctus ultro offendit, detergeretur. WESS.

CAP. LXXXVIII. 1. συνήνεικε γενέσθαι) Corrigenti, γενέσθαι μῆχος τοῦ διαφυγέειν, nec schedae veteres, nec creberrime in Musis iteratum συνήνεικε γενέσθαι prosunt. Nam διαφυγέειν τε καὶ μὴ ἀπολέσθαι, Herodoteae consuetudinis et ubertatis, extra omnem esse culpam, cumulus exemplorum, unde pauca delibavit *Abreschius* Dil. ad *Thucyd.* lib. VI. 87., manifestat. WESS.

9. σαφέως τὸ ἐπίσημον τῆς *etc.*) Ab exemplaribus scriptis nihil deflecto. Est, cui σαφέως, ὡς τὸ ἐπισ. in coniecturam incidit; non illam damnabilem, modo ab ipsa re expostularetur. Si *Polyaeno* fides VIII. 53, 3. Artemisia, uti etiamnum mari belligerantium et piratarum mos fert, signa navis, ubi ad hostes circumscribendos opus erat, variavit. οὐ μόνον τὸ τῶν βαρβάρων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν Ἑλλήνων σημεῖον εἶχεν. Quorsum tamen ἐπίσημον, sive *insigne navis*, haud refero. Fuit hoc in eius prora, ut ab aliis discerni posset. Tale Chimaeri, ἔπλει γὰρ πλοίῳ λέοντα μὲν ἔχοντι πρώραθεν ἐπίσημον, ἐκ δὲ πρύμνης δράκοντα apud *Plut.* T. II. pag. 247. F. Vise et *Scheffer.* Mil. Nav. lib. III. 1. WESS.

14. οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυναῖκες, *etc.*) Expressit celebre dictum *Polyaenus* VIII. 53, 4. paullo aliter; melius *Suidas* in Ἀρτεμισία, et *Eustathius.* Ennianum, *Vos etenim iuvenes animum geritis muliebrem, Illa virago viri*, hinc optime *Gronovius* derivat. WESS. — Dicti Xerxis vehemen-

tiam *Trogus* infregit, *Theopompum* forte sequutus: hinc *Iustin.* II. c. 12. et ex *Iustino Orosius* p. 113. Quod fecisse Xerxes legitur apud *Polyaen.* VIII. 53, 2. vix fidem inveniet; classis enim praefectus, ipsius Xerxis frater, in hoc conflictu periit λαμπρῶς ἀγωνισάμενος: *Diodor.* XI. c. 18. *Plut.* in Them. p. 119. D. Quae posui Herodotea ubi dedit *Eustath.* ad Ἰλ. ή. 96., protulit ad hoc Regis dictum illustrandum ex Aiace (vs. 1201.) *Sophoclea* non tantum, sed Herodotea quae quidem dari poterant, uno excepto, omnia: Sophoclea legerat et apud *Herod.* I. cap. 155., γυναῖκας ἀντ' ἀνδρῶν ὄψεαι γεγονότας: memorat de Sesostri narratum II. 102., de Persis IX. 20. et 106. Xerxi praeiverat Artemisia, dicere ausa coram Rege, in navali pugna tanto praestare Graecos Persis, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. [supra, c. 68.] Conf. *Diogenian.* Cent. IV. Prov. 1. et *Plato* Leg. I. p. 639. B. *Cicero* pro Milon. cap. 21., *quamquam paratus in imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros. Livius* in illa magnifica παρεκβολῇ lib. IX. c. 19. *cum feminis sibi bellum fuisse dixisset, quod Epiri regem Alexandrum dixisse ferunt.* Praeter alios. Alexandri Molossi dictum habet *A. Gellius* Noct. Att. XVII. 21., *se quidem ad Romanos ire, quasi in* ἀνδρωνῖτιν, *Macedonem isse ad Persas, quasi in* γυναικωνῖτιν. VALCK.

CAP. LXXXIX. 2. Ἀριαβίγνης) Qui hic *Ariabignes*, Darii fil., *Plutarcho* in Themist. pag. 119. D. et Tom. II. p. 488. F. *Ariamenes*, neque alius ac *Artobazanes* Nostri lib. VII. 2. confusione mira. WESS.

6. καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ) Memini *Diodoro* adscripta lib. IV. 32. Mutavit dictionem Auctor libri II. Maccab. cap. 5, 14. quando *tribus*, ait, *diebus octoginta millia* διεφθάρησαν, τέσσαρες μὲν ἐν χειρῶν νομαῖς: et lib. III. cap. 1, 5. καὶ οὕτω συνέβη τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι: ubi *Grotius* ἐν κρεωνομίαις, *frustillatim discerpi*, quod nuperrime *Houbigantio*, docto viro, displicuit vehementer; neque enim pati id Graeca posse: ipse, *quorum quadraginta praeda militum fuere.* Ego vero edoceri gestio, ἐν χειρῶν νομαῖς διαφθαρῆναι praedam esse militum posse, quidque verbis οὐχ ἧττον τῶν ἐσφαγμένων ἐπράθησαν prioris loci, et posterioris πολλοὺς δὲ καὶ δορυαλώτους συλληφθῆναι tum faciendum? Illa demum *praedam* ponunt, cetera miserorum *necem*; *Grotii*que adeo, si quid mutandum, laudabilior opera. Ex

Alex. Cod. ἐν χειρῶν νόμοις utrobique, aut certe νόμῳ, recipi potius erit. WESS. — Ἐν χειρῶν νόμῳ διαφθείρεσθαι, vel πίπτειν, *Polybio* praesertim frequentata dictio: de qua vide Lexicon Polybian. voce Χείρ. *S.*

CAP. XC. 2. τῶν τινες Φοινίκων) Quibus ex pluteis et quo Codice *H. Steph.* hoc acceperit, dicere non habeo. Herodoteum est. Πέμπει τῶν τινας δορυφόρων lib. VII. 146. *Gronovium* consule lib. I. 85. WESS. — Ad istud, τῶν τις Περσέων, I. 85, 11. ingentem cumulum simillimarum dictionum *Gronovius* congessit ex I. 84, 19. 109, 17. 124, 17. II. 179, 2. VII. 143, 1. etc. *S.*

Ibid. τῶν τινες Φοίνικες) Φοινίκων corrigendum vidit *Koenius*; praebet hoc margo *Steph.*, absque Codicibus recipiendum. Τῶν τινα ἑταίρων, in *Pausan.* pag. 594., *Ionicam Sylburg.* vocat ἀναστροφήν. Nostro frequens, apud alios hic illic observata fuit: vid. *T. Hemsterh.* in *Lucian.* p. 82. et *P. W.* in Diss. *Herod.* p. 137. Qui loquendi saepe figuras usurpat elegantes et rariores, amat *Eustathius* hanc etiam voculam Herodoteo sic more transponere: huius immemor *Casaub.* in *Athen.* I. p. 22. B. pro τῶν Ὁμηριδῶν τις, pag. 56., *verius* iudicabat *et elegantius*, τῶν τις Ὁμηριδῶν: quod praebet *Eustath.* in Od. β'. pag. 316, 47. Sed centenis forte locis sic scribit *Eustath.* semel *Athenaeus.* VALCK.

[10. ἅτε δὴ ἐόντες etc.). Utique ἅτε δὲ ἐόντες, aut ἅτε δὲ δὴ ἐόντες, hic requisiveram: at vulgatam scripturam tenet nostra membr. *F.* nec ex aliis libris enotatum quidquam h. l. video. *S.*]

11. ἀπήῤῥαξαι) Verbum illud onerat hoc loco litera superflua: apud *Suidam* etiam Ἀπαράξειεν; et Ἀπήραξεν, ἀπέκοψεν, scribendum; non literà ρ duplicatà. Recte scribuntur alibi apud Nostrum ἀρασσόμενοι, συναράσσονται, etc. *Eustathius* ad Ἰλ. ι'. 81. ἀπὸ δ' ἔξεσε χεῖρα βαρεῖαν· τὸ Ἀπέξεσεν, ait, ἀντὶ τοῦ ῥᾶττα ἀπέκοψεν εἴληπται· τοῦτο δὲ καὶ Ἀπαράσσειν λέγεται Ἰλ. π'. 116. Optime: significat eximie Ἀπαράσσειν, *decutere.* Livii verbo *Valer. Max.* VII. 4, 2. *altissima papaverum capita baculo decussit*; ἀπήραξε. *Hesychius*: Ῥάκτρια, τὰ ῥαβδία, ἐν οἷς τοὺς καρποὺς ἀπαράσσουσιν, *bacilli, quibus fructus decutiunt.* Qui eadem facilitate caput alterius vel manum pedesve ense *decutiebant*, hi quoque dicuntur ἀπαράξαι κρᾶτα, *Sophocl.* Trach. vs. 1032. χεῖρα, *Philostr.* p. 827. f.

Apud *Herod.* V. 112., ὁ Κὰρ δρεπάνῃ πλήξας ἀποκρούει τοῦ ἵππου τοὺς πόδας: *equi pedes falce decutit*, ut segetes *decutiuntur*, ἀπαράσσονται. VALCK.

15. καὶ πάντας αἰτιώμενος) Vetus καὶ πᾶν αἰτ. *omni modo accusans* vertit et longe praefert doctissimus *de Pauw*: nam *cunctos* si rex incusarit, Ionas in idem incurrisse periculum. Quod illi vitio non verto, consensionem Mstorum, cuiusmodi nullum inspexerat, ignoranti. Αἰτιώμενος πάντας, *omnes* Phoenices, quorum ἀρξάντων τῆς φυγῆς αἰτιωτάτους ἀπέκτεινε, *Diodor.* XI. 19. WESS. — Equidem πάντας αἰτιώμενος (quod facere solent tristes et praesentem fortunam moleste ferentes) *quoslibet accusans* intellexeram: nec me turbaverat difficultas, qua premi hanc interpretationem *Pavius* censuit; si quis tamen cum *Wesselingio* commodius *cunctos Phoenices* existimaverit intelligi, ne cum eo quidem magnopere contendam. *S.*

19. κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ) Athenis in arce sella fuit dedicata, δίφρον τὸν ἀργυρόποδα dixit *Demosth.* c. Timocr. p. 466. in qua ἐκαθέζετο ὁ Ξέρξης ἐν τῷ Αἰγαλέῳ ὄρει τῆς Ἀττικῆς, θεωρῶν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. Ut ad ista *Demosthenis* scribit *Ulpianus*, montis nomen sic ibi scribendum monuerunt *H. Vales.* in *Harp.* p. 184. et *Io. Meurs.* in Paralip. ad lib. de Pop. Att., valde dissita confundens *Aegiliam* pagum et montem *Aegaleon;* errore detecto situm utriusque determinavit Clar. *A. Heringa* in Miscell. Obs. Nov. Tom. IX. p. 693. vid. *I. Wasse* in Add. *Dukeri Thucydidi* subiectis p. 667. Legitur apud *Suid.* Ἀγαλεῖν, ὄνομα ὄρους: ubi Codicum lectio Ἀγαλεών *Suidae* debetur; veram, Αἰγάλεων, ex *Thucyd.* p. 111, 83. [lib. II. c. 19.] grammaticus antiquior enotarat. VALCK.

20. τὸ καλέεται Αἰγάλεως) Veteres in loco, unde Xerxes spectaverit dimicantes, dissident. *Phanodemus* ὑπὲρ τὸ Ἡράκλειον, ubi fretum artissimum; *Acestodorus* in Megaridis confinio, superque colles, quibus Κεράτων nomen apud *Plutarch.* T. II. pag. 118. E.; qui quidem dissensus ex locorum colliumque *Aegaleo* vicinorum, [?] Cl. *Wasse* docente ad *Thucydid.* Add. p. 667. Sequuntur *Herodoti* finitionem Schol. *Aeschyli*, *Tzetzes* in *Lycophr.* pag. 142., *Ulpianus* ad *Demosth.* Timocrat. p. 466., ubi ἐν τῷ Αὐγαλέῳ, voce leviter turpata, ὄρει τῆς Ἀττικῆς. Scholiorum, in quis *Istri* su-

per Aegaleo monte et vicinis fragmentum, *Wassius* oblitus non fuit, sed situs huius *Aegalei* vir magnus ad *Strabon.* lib. VIII. p. 550. [p. 359. c. ed. Cas.] WESS.

22-24. προς δὲ ἔτι καὶ προσεβάλετο --- τούτου τοῦ Φοινικηΐου πάθεος) Aut aliquis latet error, aut Latina peccant: prava esse, non ambigo. [Tenuit *Vallae* Latina *Wess.* cum *Gron.* quae huius modi erant: *Quin etiam cladi Phoenicum qui aderant, additus est Ariaramnes, quamquam amicus regis.*] Unde enim Ariaramenem cladi Phoenicum victimam accessisse, constat? Qua hominis culpa? An προσεβάλετο τούτου τοῦ Φ. πάθεος haec indicare apta sunt? Saltem alius verbo casus adfuisset. Porro οἱ μὲν δὴ etc. quae continuo post, *Phoenicum* postulant poenas, nullas *Ariaramenis*. At obscurum et molestum perseverat προσεβάλετο -- τούτου τοῦ Φοιν. πάθεος, neque dissipatur *Pavii* Latinis, *ab eo increpabatur praesens propter hanc Phoenicum poenam*, quam deprecari voluerat; nam, deprecari Ariaramenem voluisse, unde nobis paret, et ubi προσβάλλεσθαι tali notione? Errorem latere arbitror, et προσελάβετο, quae elegans *Reiskii* coniectura, fingendum; ut innuatur, *Ariaramenem, virum Persam, Ionum amicum, cum praesens adesset, calamitatem illam Phoenicum adiutasse* criminando. Placet *Abreschii* φίλος Ἰώνων ἐὼν, adeundi Diluc. *Thucydid.* pag. 112. WESS. — Vide *Var. Lect.* Ἐλάβετο et ἐβάλετο, horumque composita, quam facile inter se permutari per librariorum oscitantiam potuerint, satis adparet. προσεβάλετο quidem non modo cum *Schaef.* tenuit, sed diserte etiam defendit *Schulzius*; non animadvertens, verbum προσβάλλεσθαι (si modo usquam tali quadam notione usurpatum reperitur) nullo pacto posse cum genitivo casu construi, quo ea prodeat sententia quam ipse Vir doctus huic loco subiecit: *insuper etiam --- contulit ad illam Phoenicum cladem.* Verbum συμβάλλεσθαι novimus ista notione positum, sed diversa ratione constructum; velut apud *Lysiam*, pag. 105. ed. *Reiskii*, πλεῖστα ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας συνεβάλοντο: et apud *Polyb.* III. 10, 7. πλεῖστα συνεβάλοντο πρὸς τὴν σύσταcιν τοῦ πολέμου, ubi perperam alii libri συνελάβοντο. Similiterque in illo *Strabonis* loco, quem ex libro XIII. p. 1289. ed. Almelov. nescio quo errore idem *Schulzius* excitavit, πολὺ δὲ εἰς τοῦτο ἡ Ῥώμη προσελάβετο, videndum ne προσέβαλετο ibi

scriptum oportuerit. Verbum λαβέσθαι eiusque composita cum genitivo casu legitime construi, notum est. Et προσλαβέσθαι quidem nusquam alibi reperire mihi contigit, nisi in illo *Aristophanis* dicto, Pac. vs. 9. ubi absolute ponitur, προσλάβεσθε πρὸς θεῶν: ubi Schol. βοηθήσατε. Sed cognata προσαντιλαβέσθαι et συλλαβέσθαι cum genitivo casu constructa apud Nostrum habemus, V. 44, 9. et 45, 13. III. 48, 1. Quod autem opponit *Schulzius*, verba haec non nisi in bonam partem solere accipi, id quidem non obstat quo minus verbo προσελάβετο hic esse locus possit; namque intelligi debebit, προσελάβετο αὐτοῖς (scil. τοῖς Ἴωσι) τούτου τοῦ Φοιν. πάθεος, *adiuvit Ionas, operam suam illis contulit, ut ab eorum capitibus in capita Phoenicum averteret calamitatem. S.*

CAP. XCII. 1. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον νῆες etc.) Nugas [veteris] Interpretis de Themistoclis et Polycriti navali conflictu, ab *Aem. Porto* explosas, propagari nolui. Ἐνθαῦτα συνεκύρεον, *ibi naves sibi occurrerunt*, uti c. 87. οὔτε εἰ συνεκύρησε ἡ τῶν Καλυνδέων -- νηΐ. Pytheam vero, ex captivitate a Polycrito vindicatum, Ἰσχενόου *filium* melius lib. VII. 181. [quam Ἰσχένου, ut hîc vulgo *lin.* 5.] scribi, ante hos ducentos annos *H. Stephanus* docuit. WESS.

11 *seq.* ἐς τῶν Αἰγινητέων τὸν Μηδισμὸν ὀνειδίζων) Ecce iterum Crispinus. Vertebat [*Valla*]: *exprobrans Aeginetis, quod cum Medis sentirent.* [quae quidem intacta *Wess.* cum *Gron.* in latina versione reliquit.] Hoc de Polycrito Aeginetarum ductore credemus? Sensit incommodum vir doctus [*Reiskius*], sed auxit scribendo, ἐς ἐπήκοον. τῶν Αἰγινητέων τὸν etc., quasi Polycritus Themistocli audientibus Aeginetis studium Medicarum partium exprobrasset; cuius, si Sicinnum ad Persam missum cogitasse velis, notitiam non habuit, uni Aristidi patefactam; neque fraus illa bellica probrum fuit. Nisi egregie fallor, *Polycritus Themistoclem dicto momordit, quod* superioribus annis omnes *Aeginetae* et in his *Crius*, ipsius pater, *sinistra Atheniensium criminatione studii erga Medos fuerant arcessiti.* Si dubitas, redi ad lib. VI. 49. In hunc ergo Aeginetarum μηδισμὸν ipso in conflictus fervore ὀνειδίζει, seu non sine probro invehitur et obiicit Atheniensium imperatori, quippe, quod res ostendebat, fictissimum, Polycritus. Mox, νηΐ ἐμβαλὼν Sidoniae, de qua paullo superius. WESS.

CAP. XCIII. 1. ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται) Honoris amplissimi, velut ab *Herodoto* Aeginetis attributi, ter meminit ineditus in *Aristiden Scholiasta*: in Panathen. T. I. p. 183. Ἀνταγωνιστάς, inquit, Φησὶ τοὺς τὴν ὁμοίαν ἰσχηκότας τέχνην, λέγει δ' ἂν Αἰγινήτας· αὐτοὶ γὰρ μετ' αὐτοὺς ἤδεσαν τὰ ναυτικά· ὁ γοῦν Ἡρόδοτος ἐν τοῖς Περσικοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα αὐτοῖς δίδωσι. Quando scribit Sophista doctissimus pag. 239. οἱ Ἕλληνες — τὰ ἀριστεῖα τῶν ναυμαχιῶν ἀπέδοσαν τῇ πόλει: *Schol.* τὰ ἀριστεῖα primum intelligit de spoliis eximiis, sella Xerxis, et acinace Mardonii: τινὲς δὲ, ait, λέγουσιν ὅτι νῦν πρὸς χάριν τῶν Ἀθηναίων λέγει, ὁ γὰρ Ἡρόδοτος λέγει τῆς ναυμαχίας ἐκεῖν. (ἀπενήνεχθαι) δόξαν τοὺς Αἰγινήτας. Hos ubi vocat *Aristides* pag. 268. τὰ ναυτικὰ πρώτους: καὶ ὁ Ἡρόδοτος, inquit *Schol.* αὐτοῖς δίδωσι τὰ πρωτεῖα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, ὡς ναυτικοῖς· ἔπαινος οὖν Ἀθηναίων ἐστὶ, ὅτι τοὺς ναυτικοὺς ἐνίκησαν. Ut ex opere inedito, nec a quopiam absque alterius Codicis adiumento facile edendo, paulo plura descripsi lectu digna, qualia Codex iste Clar. *Burmanni* multa continet ad historiam Graecam illustrandam eximia. *Plutarchus* etiam in Them. cuius meminit Clar. *I. Perizon.* ad *Aelian.* Var. Hist. XII. 10., eamdem in rem citat *Herodotum*, quem (in lib. de *Herod.* Malign. p. 871. D.) aegerrime fert abuti persona Dei Delphici; hic enim Aeginetas ἀπαιτεῖ τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης, teste *Herodoto* infra c. 122. ubi cap. seq. 123. Graecorum Principes Corinthum ablegat, illic indicaturos quis unus prae ceteris hoc praelio fuisset excellentissimus. In hoc concilio, publico ducum iudicio Aeginetas velut isthoc praelio praestantissimos fuisse declaratos, quod nusquam tradit *Herodotus*, testatur *Diodor. Sicul.* XI. cap. 27. κρίσεως προτεθείσης περὶ τῶν ἀριστείων, χάριν κατισχύσαντες (Lacedaemonii) ἔκριναν κριθῆναι; πόλιν μὲν ἀριστεῦσαι τὴν Αἰγινητῶν, ἄνδρα δὲ Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον: de invidia, qua erga Athenienses affecti fuerint οἱ λοιποὶ τῆς Ἑλλάδος, clarius etiam loquitur c. 55. Istam Graeciae Principum invidiam verisimillimam posterorum forte memoriae subtrahere studuit *Herodotus*; qui hic ex vulgi iudicio primas inter privatos propugnatores defert *Aeginetae Polycrito*, et *Atheniensibus Eumeni atque Aminiae*; e quibus Aminiam hoc honore plures dignantur: vid. *Perizon.* in *Aeliani* Var. Hist. V. 19. VALCK.

3. καὶ Ἀθηναῖοι) Melius ita: ambo erant *Athenienses*. *Diodorus* XI. 27. solum *Aminiam*, *Aeschyli* fratrem, habet; rectius *Aelianus* Var. V. 19. cum nota *Perizonii*. Amplexus in proximis sum [*lin.* 5.] ἐπιδίωξε, rei congruentius. Sic cap. 108. et 111. ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν ἔτι προσωτέρω, etc. WESS.

CAP. XCIV. 1 seqq. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον etc.) *Herodotum* spe praemii deiectum, quod sibi spoponderat Corinthi, haec, mutatis prioribus, scripsisse, *Dionis Chrysost.* accusatio est. *Plutarchus* omnia Scriptoris malignitati contribuit; de praemio non inpetrato, si bene memini, tacens. Profecto in Corinthiorum et Adimanti praeconio nimis parcae Musae sunt; qua de caussa, non divino. Haec tamen ex *Atheniensium narrationibus*; quibus, mentiri si in animum induxisset, totius Graeciae haud opposuisset consensum. WESS. — Vide *lin.* 2. et *lin.* 22 *seq.* Caeterum commode *Larcherus* observavit, si veritati consentanea esset *Dionis* criminatio, *Plutarchum* profecto non praetermissurum fuisse opportunam adeo occasionem turpem istam maculam *Herodoto* adspergendi. *S.*

Ibid. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορινθ. etc.) De *Corinthiis* et *Adimanto* hic tantum narrat, *quid Athenienses dixerint*; atque huic rumori testimonium opponit universae Graeciae; sed hoc ille testimonium velut in transcursu tribus verbis commemorat; famam Athenis sparsam eleganter enarrat atque explicate. Saepius etiam alibi talia scribit de Corinthiis, quae Atheniensibus multo quam illis lectu videri debuerint iucundiora. Huc adde *Dionis Chrysost.* qui *Herodotum* admirabatur, testimonium, in Corinth. p. 456. Corinthum Nostrum venisse narrantis, et pro laude Corinthiis iure contributa voluisse μισθὸν ἄρνυσθαι: mercede negata, μετεποιήσατο, inquit, ἐκεῖνα, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον. *Dionis* locum adhibuerunt Clar. *Wess.* etiam in Diss. *Herod.* p. 128. et *Reiskius* Animadv. II. p. 527. Haec tandem exigantur *Plutarchi* T. II. p. 862. D. ὅτι μέντοι δέκα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίυλλος εἴρηκεν. Haec si vera sunt, neque gratiae nec simultatis Historicus noster effugiet suspicionem: nota est, quam *primam esse historiae legem* scribit Cicero

de Orat. II. c. 15. Atheniensium rumori, sive ipsius potius *Herodoti* malevolentiae, *Plutarch.* T. II. p. 870. et seq. opponit *Thucydidae* silentium; donarium Delphicum; votum mulierum Corinthiarum; epigrammata *Simonidis* aliorumque; quae omnem tollere videntur dubitationem; quaeque *Herodoto* non ignota persuadere debuerant, rumorem, quem ab hostibus Corinthiorum Atheniensibus acceperat, involvendum silentio, non posterorum esse memoriae tradendum. De quatuor Epigrammatis, quae praebet *Plutarch.* duo leguntur etiam in *Anthol. ined.*; duo habet *Dion Chrys.* p. 459. velut *Simonidis*, ex quo Νῦν δὲ μετ' Αἴαντος viri docti restituendum monuerunt apud *Plutarch.*; pro Νῦν δὲ ἀνάματος. Illa *Dionis* non esset deterior lectio; Plutarcheam certe propior: Ὦ ξεῖν' εὔυδρόν ποτ' ἐναίομεν ἄστυ Κορίνθου Νῦν δ' ἄμμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς. In Doriensium reliquiis τὸ ἡμᾶς scribitur ἄμμε, vel ἄμε: τὸ γῆθεν ἄμμε χαίρειν ταριχεύει, *Sophronis* est in *Schol.* ad *Aeschyl.* Choëph. vs. 294. In *Ocelli* Doricis apud *Stobaeum* in Ecl. pag. 45, 25. ποτ' ἄμε scribendum: πρὸς ἡμᾶς est in edito libello: ποτ' ἄμμε apud *Diog. Laërt.* I. 113. ποτ' ἄμε in *Aristoph.* Lysist. vs. 95. VALCK. — *Epigrammata* ista Analectis suis inseruit *Brunckius*, T. I. p. 132 seq. num. 36, 37, 39. et 40. *S.*

13. ἀπαλλαγέντα καὶ ὑπερδέοντα) Non aliter legisse *Plutarchus* videtur, sed interpretis malevoli perfunctus officio. Quae praetoriam accessit triremem, [*lin.* 7.] θείῃ πομπῇ, *divinitus missa*, remulis mota celox irridetur illa philosopho velut οὐρανοπετής, qui acerbe, τί γάρ, ait, ἔδει τίθεσθαι (forte legendum ἐπαιτεῖσθαι, *privari*:) μηχανὴν τραγικὴν, ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ὑπερφαίνοντα τοὺς τραγῳδοὺς ἀλαζονείᾳ: illum talia dedecent, qui alium argueret malignitatis. VALCK.

16. ἱρὸν Ἀθηναίης Σκιράδος) *Minervae*, cui similis Atheniis titulus, id *fanum* in extima erat Salamine, περὶ τὰ λεγόμενα τῆς Σαλαμῖνος, in *Plutarcho*, cui celox ista eleganter, sed criminose, οὐρανοπετής, *coelo lapsa*. Ego vero εἰδέναι προσθέσθαι [*lin.* 9.] satis ad sententiam habeo, et addita [τοῖσι Κορινθίοισι] pro librarii, schedis indicantibus, scholio. WESS.

18. οὕτω δὴ ἀποστρέψαντα) Vere sic ex schedis *Gronovii*; distracto itidem [*lin.* 19.] quamquam ex conjectura,

ἐπ' ἐξειργασμένοισι. Nunc quod legitur, Ionum et Herodoteum est. Vid. lib. IV. 165. WESS.

CAP. XCV. 5. παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων) *Plutarch.* Aristid. p. 323. F. τοὺς προθυμοτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν πολιτῶν, ubi ex correctione *Bryani* speciosa τῶν ὁπλιτῶν; sed non necessaria: quos enim in insulam duxit Aristides, Athenienses et cives erant. Persarum in *Psyttalea* calamitatem tragice *Aeschylus* Pers. vs. 457. coloravit. Constat autem hinc, *interfuisse* Aristidem *pugnae navali apud Salaminem, quae facta est prius, quam poena liberaretur*, uti *Corn. Nepotis* Aristid. c. 2.; adfuisse tamen αὐτοκέλευστος *sponte sua*, nullo civitatis aut populi scito; unde nescio cui, ansa criminandi, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, et verbis quidem inficetis, propterea que a *Demetrio Phalereo*, ut prave adpellatur, notatis περὶ Ἑρμην. c. 248. WESS. — Conf. supra, ad cap. 81, 6. *S.*

7. ἐς τὴν Ψυττάλειαν) In hanc insulam, inter terram continentem et Salamina interiectam, (de qua vid. *Steph. Byz.*) ante pugnam πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν: sic supra scripsisse videtur c. 76. ut saepius illic etiam verbo syllaba sequens perperam adhaeserit. Persas in insula Psyttalia contrucidatos multis lamentatur *Aeschyli Persa* vs. 447-464., παίουσι, κρεοκοποῦσι δυστήνων μέλη, Ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον. Quos de nobilissimis Persarum hic vivos cepit Aristides, ad Themistoclem misisse dicitur *Plutarcho* in Aristid. p. 323. F. ex inhumano autem vatis Euphrantidis suasu Themistocles immolasse ὠμηστῇ Διονύσῳ, *Baccho crudas carnes voranti*. ὁ τὰ δέρματα ἐσθίων, vel ἔδων, est Δερμηστής. Cuius aliàs nomen forsan ignorassemus, parvam insulam haec una Persarum clades nobilitavit: vid. *Pausan.* IV. p. 373. De illa hic egisset *Steph. Berglerus* ut liquet ex Notis in *Alciphr.* p. 233. *Schol. ined.* in *Aristid.* Panathen. p. 345. Τὴν πρὸ τῆς Σαλαμῖνος νῆσον) τὴν Ψυττάλειαν λέγει· ἐκεῖ γάρ τινες τῶν Περσῶν ἀπέβησαν, ἵνα, ὅσοι τῶν Ἑλλήνων τὴν ναυμαχίαν ἐκφεύγουσι, περιτυγχάνοντες αὐτοῖς διαφθείρωνται. Ἐνταῦθα οὖν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, συστρατηγὸς Θεμιστοκλέους, μετὰ τὴν νίκην τῆς ναυμαχίας ἀποβὰς μετὰ τῶν γερόντων τῶν Ἀθηναίων ἀνεῖλε τὸ Περσικόν: ut cetera taceam, Themistocli non fuit Aristides συστρατηγός. VALCK.

CAP. XCVI. 7. ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρησμόν) Ex

suspicione eruditi viri ἀποπλησθῆναι, quomodo πληροῦσθαι apud Sacros Novi Test. Scriptores. At Noster ad τῶν ναυηγίων τὰ πολλὰ aptavit, quae ad Coliadem delata fidem oraculis conciliarint. Ex *Vallae* sententia Lysistratus Atheniensis Bacide et Musaeo prior erit, malà, uti opinor. Πρότερον τουτέων [*lin.* 10.] non est *ante hos*, sed *ante eas res*, quae describuntur. Vid. lib. VI. 46. et alibi. Ultima oraculi [*lin.* 15.] ἐρετμοῖσι φρίξουσι iucundà Cl. *Kühnius* et leni medicinà reparavit ad *Pausan.* lib. I. c. 2. ἐρετμοῖσι φρύξουσι: tantam videlicet remorum, ad Coliadem eiectorum, futuram abundantiam, ut illis *inter torrendum* mulieres uti possent. Quam quidem opem Codices, *Strabo*, *Eustathius*que recusant, non infitiaturi, modo liceret, φρύγειν ἐρετμοῖς matronis adprime convenire, φρίττειν ἐρετμοῖς, etsi meticulosum hoc genus, quidpiam arcessiti atque incommodi possidere. Haec pro *Kühnio*, vineta mea caedens. WESS.

13. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι) *Remis horrebunt mulieres Coliades*; an *Horret capillis ut marinus asperis Echinus aut Laurens aper?* non opinor. Lenissima mihi quoque placet *Kühnii* correctio, legentis φρύξουσι; quae, *Berglero* probata, *Reiskio* quoque venit in mentem, aliisque. Remis sic usurae, secundum *Kühnium*, mulieres dicuntur ut φρυγίτροις, *frictoriis*. Φρύγειν Latinum est *frigere*, de quo *N. Heins.* egit ad *Ovid.* Medic. Faciei vs. 70. VALCK. — φρύξουσι, a doctissimis duumviris commendatum, cum *Schaefero* et *Borheckio* adoptarunt etiam *Iacobs* (in Atticis) et *Schulz* in Herodoti Bellis Persicis; quod, ut audacius factum, quippe consentienti librorum omnium non modo Herodoteorum, sed Strabonis etiam, (teste Lipsiensi *Strabonis* Editore, lib. IX. p. 376.) auctoritati repugnans, sic et alioqui parum consultum, certe neutiquam necessarium fuisse, in *Var. Lect.* ad h. l. demonstravi. Caeterum in memoriam revocat huius vaticinii amphibolia istud, cuius *Thucydides* lib. II. c. 53. meminit. *S.*

CAP. XCVII. 7. χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν) Fretum, ubi rex aggerem moliebatur, artum maxime erat, ὅσον διστάδιον, *duorum circiter stadiorum*, in *Strabon.* lib. IX. p. 605. A. [p. 395. B. ed. Cas.] arbitrato, id consilii regem animo ante navale praelium agitasse, quae et *Ctesiae* Pers. c. 26. opinio. WESS.

CAP. XCVIII. 2. θνητὸν ἐόν.) Sicci-ne vero *nuncius* his *Persicis nihil mortale* celerius? an ne columbae quidem velociores essent censendae, quibus et olim ad domesticos deportandas litteras alligabant; qua de re *Casaub.* egit in *Athen.* IX. c. 11. [Animadv. in Athen. T. V. nuperae edit. p. 178.] Levissima mutatione pro θνητὸν libenter corrigerem ἀνήνυτον, sive ἀνθρωπήϊον ἐόν. Unius ponam, aliis omissa, de iisdem loquentis *Xenophontis* verba Κυρ. Παιδ. VIII. p. 137, 35. ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη τοῦτο εὔδηλον. Aliorum de his loca dederunt *Brisson.* de Regn. Pers. p. 190. et *Stanlei.* ad *Aeschyli* Pers. vs. 247. *Herodotus* saepius ἀνθρωπήϊον scripsit, quam ἀνθρώπινον. Cum his Persicis cursores in ludis Atticis, facem ardentem, sive lampada, sibi invicem tradentes, comparat *Herod.* [*lin.* 11 seq.] cuius verba dedit *Io. Meurs.* in Gr. Fer. voc. Λαμπάς. VALCK. — Nil opus erat cur vocab. θνητὸν hic sollicitaretur; quum praesertim dubitari merito possit, an *Herodoti* iam aetate columbis ad transportandas literas usi sint nonnulli. *S.*

5 *seq.* ἵπποι τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος) Laudibus *Gronovium* fero, amplioribus ornaturus, modo *Brissonio* et *Stanleio* comiorem sese praestitisset. Neuter schedas *Herodoti* manu exaratas versaverat; et vituperabuntur ob vocum, in Msstis latitantium, ignorantiam? Voces bene redierunt; clariusque cursum hunc, cuius Cyrus auctor et inventor, exponunt. Videndus *Brisson.* Regn. Pers. lib. I. 258. et *M. Paullus Venetus* lib. II. Region. Orient. c. 23., non dissimilem vehicularem apud Tartaros cursum enarrans. Unde vero *Cleomedes* (Sphaer. lib. II. p. 169. *Ed. Antw.*) mutuatus fuerit, Xerxem διαστῆσαι ἀνθρώπους ἀπὸ Σούσων μέχρις Ἀθηνῶν, qui clamore, quid ageretur significarent, et sic διὰ δύο νυχθημέρων ex Graecia ad interiorem Persidem nuncios perlatos, dicere non valeo. Sequens τοὺς οὔτε [*lin.* 6.] haud moveo: in distributione, ut dicere amant, numeri solens saepe mutatio. WESS. — Pro τοὺς *lin.* 6. cum *Reiskio* τὸν mallês ob sequens ἑωυτῷ *l.* 8. *S.*

12. τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι) *Themistium* adumbrasse, *Petavio* observatur, Or. XIX. p. 230. c. Pertinent huc *Aeschyli* versus cultissimi Agam. 320 seqq. Sed adi magnum *Erasmum* Chiliad. pag. 674. ed. *Francof.* WESS.

CAP. XCIX. 5. ἔσαν ἐν θυσίῃσι) De Graecis si loqueretur, sola mihi forma loquendi nova videretur, εἶναι ἐν θυσίῃσι. In Graecia saepe τὴν θυσίαν θάλεια sequebatur, *convivium sacrorum causa fieri solitum*, interprete *Casaub.* in *Athen.* p. 745. [Animadv. T. V. p. 514. nuperae edit.] Θεῶν Θυσίαι, θαλίαι τε, iunguntur in *Aristoph.* Nub. 328. qui in Pacis vs. 780. Ἀνδρῶν τε δαῖτας dixit, καὶ θαλίας μακάρων. Quando vero de Persis verba facit, *Herodotum* scripsisse suspicor: ἔσαν ἐν θαλίῃσι τε καὶ εὐπαθίῃσι: quorum prius iuxta Nostrum notat χαρμόσυνα ἐποίεον, vel κεχαρηκότες ἑορτάζον, *laeti velut festos dies agitabant.* θάλειαν ἑορτὴν ἄγειν et θάλειαν ἄγειν Graecis etiam dicebatur: *Eustath.* in Od. Φ'. p. 759. 6. Epist. *Socr.* p. 43, 18. Iam vide *Herod.* III. c. 27. in Apidis natalibus Aegyptii ἔσαν ἐν θαλίῃσι. Festo die bonarum rerum affluentes copiâ dicuntur ἐν εὐπαθίῃσι ὄντες. *Herodot.* lib. I. c. 22. et 191. ubi χορεύειν καὶ ἐν εὐπαθίῃσι εἶναι. ut πίνειν καὶ εὐπαθέειν, II. 133. et 174. Nusquam iuncta reperi θύειν καὶ εὐπαθέειν: sed cum istis bene conveniunt, quod laeti Persae τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα. vid. *Brisson.* de Regn. Pers. p. 340. Mox ab illis mutati ad tristem nuncium Persae vestes sibi discindebant, [*lin.* 8.] βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ. Postrema vir summus adhibuit in Adnot. ad *Callimachum* clar. *Ernesti* p. 103. VALCK. — Cur pro ἐν θυσίῃσι *lin.* 5. contra librorum omnium fidem suspicaremur ἐν θαλίῃσι potius scripsisse *Herodotum*, nulla prorsus suberat ratio. Etenim θυσία et *sacrificium* intelligitur, et *universa festi diei solennitas*, et sigillatim *convivium quod peracto sacrificio instituitur.* Vide *Athen.* XIII. 573. e. ibique notata. *S.*

7. τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο) Hoc illud est, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντό τε καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο *Persae* lib. III. 66.; hoc *Aeschyli* de eorum matronis, πολλαὶ δ' ἁπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας κατερεικόμεναι, Pers. vs. 537. Vide doctissimum *Berglerum* ad *Alciphron.* p. 130. WESS.

CAP. C. 7. ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα) Nimium sese ac insolenter extulerat Mardonius, φυσώμενος καὶ μετέωρον ἠωρηκὼς ἑαυτὸν uti *Philo Iud.*; nam, quod nunc (de Insomn. p. 1110. E.) ἑωρακώς, ferri non posse, Cl. *Mangeius* agnovit. Tali ingenio homines ἄνθρωποι κενοῖς αἰωρούμενοι δό-

ξαις in eiusdem libro de Temul. p. 245. c. Proximum πλῶν praestantius est. Hinc vero robur et auctoritas codicibus, quorum lib. VI. 110. τῶν ἡ γνώμη ἔφερε συμβάλλειν haud inmerito laudatum fuit. WESS.

19. οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι εὐδ. ἔκδυσις) Id est ἀμήχανόν ἐστιν Ἕλλησι: vel ἔστιν οὐδεμία μηχανή. Eadem structura lib. II. c. 181. ἐστί τοι οὐδεμίη μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι: III. 61. et 209. II. 160. Lucian. II. p. 503., οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι. VALCK.

21. ταῦτα ποίεε) Bonum hoc: sed pro Nostri more ταῦτά τε ποιέειν melius ex Arch. Tale lib. V. 24. ἐπεὰν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μηκέτι -- ἀπίξεται. Vid. c. 67. et IV. 126. WESS.

25. ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται) Positura vocis τοῖσι multis molesta. Maluit τοῖσι, quamquam fluctuans, Corn. de Pauw, τοῖσιδε Reiskius; inmutatam qui relinquit Abreschius, τοῖσι δεδήληται ab illis explicat Graecis. Mihi ordo ex Arch. enotatus [ἐν τοῖσι Πέρσῃσι] placet. Negat Mardonius, Persarum rebus damnum allatum. Classe quidem victores Graecos abiisse: at ibi ξύλων ἀγών, οὐκ ἀνδρῶν καὶ ἵππων. Aegyptios, Cyprios, Cilices et Phoenices superatos esse; Persas minime. Unde idem in epistola ad Graecos, νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους in Plut. Arist. p. 324. c. WESS. — Duarum literarum mutatione incommodum ex τοῖσι natum evitari poterit, et apta ennascetur sententia: Οὐ μὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσί τοί τι δεδήληται τῶν πρηγμάτων· εἰ δὲ Φοίνικες etc. non enim Persarum culpâ quidquam rebus tuis allatum est detrimenti. Δηλήσασθαι significat βλάψαι: sed δεδηλῆσθαι notat βεβλάφθαι, laesum esse. Hinc fluxerunt omissa Lexicographis, Κεντροδάλητος, πυνδάλητος, et ξιφοδήλητος, Hipponactis et Aeschyli vocabula. Δεδήληται in Eurip. Hippol. vs. 175. MS. Cod. Paris. redditur βέβλαπται. Nihil vetat ἐν Πέρσῃσι hic interpretari διὰ Περσῶν: ut apud Thucyd. VII. c. 8. ἐν τῷ ἀγγέλῳ. VALCK. — Equidem, si Valckenarii τοί τι reciperetur, istud ἐν Πέρσῃσι non intelligerem Persarum culpâ; sed universam locutionem in eamdem sententiam interpretarer quam in latina versione expressi: nullum res tuae in Persis (in Persarum personis, ad Persas quod attinet,) detrimentum acceperunt: neque huic interpretationi obstare puto, quod paulo post adiicit, ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι. S.

τρῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος: quae sane non eleganter sunt tornata; *Vallae* reddita, *Amphictyensibus*, *qui circa eam urbem habitant*: *Palmerius*, *Amphictyonas*, ait, *a Pylaea sua in mediam Cariam sine navi transfretavit*. Suspicor primum, huius notae auctorem pro περιοίκοισι, I. 175., legisse in suo Cod. περικτίοσι: noverat magister ex *Hom. Od.* β. 65., περικτίονας ἀνθρώπους Οἱ περιναιετάουσι: iam vide quam docte scripserit, ad exemplar *Homeri* propemodum, ἀμφικτίοσι - τοῖσι ἀμφὶ - - οἰκέουσι. Ubi meminit *Thucyd.* III. 104. *Deli* τῶν περικτιόνων νησιωτῶν: *Schol.* Περικτίονες, inquit, εἰσὶ καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες. Usus rarioris vocis ἀμφικτίονες exemplum requirenti succurret *Androtion* apud *Pausan.* X. pag. 815., adiutus a *Sylburgio*. *Conterminos* ἀμφικτίονας vocans *Tzetzes* iuxta *Vales.* in *Harpocr.* p. 276., *Scaligerum* in errorem induxit; qualis *Grotium* etiam decepit (*Stobaei* sui Florileg. pag. 197.) in istis incerti Poëtae: κὸτ' ἄλκιμον ἕξετε θυμὸν, Ὦ νέοι, οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφὶ περικτίονας: *neque vicinos*, *iuvenes*, *reveremini*. VALCK.

-74. ἐν δὲ τοῖσι Πηδασέοισι) Verius Πηδασεῦσι, quod lib. VI. 20. *P. Leopardus* legebat Πηδασεῦσι, Emend. VII. 11. Schedarum Πηδάσοισι, modo commodus a gentili vocabulo ad urbem Πήδασα processus foret, nec τούτοισι moraretur, posset ferri. [At nec transitus a gentili ad urbis nomen incommodi quidquam habet; nec, quid adiectum pronomen τούτοισι (sive, quod schedae dederunt, τουτέοισι) adferat molestiae, video: ἐν τοῖσι Πηδάσοισι τουτέοισι, *in hac urbe*, *cui Pedasa nomen*, *supra Halicarnassum sita*, *e qua oriundum Hermotimum dixi*.] At ferri non potest συμφέρεται, etsi saepius συνηνείχθη γενέσθαι repetatur: id enim, *quid acciderit*, non, *quid fama ferat*, indicare aptum est. [Itaque verum erat φέρεται, quod aliae schedae dederunt.] Verum enim vero multa narrationis huius offendunt. Poni saltem oportuerat ἐπεὰν αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περικτ., sicuti lib. I. 175. [At, quemadmodum τοὺς περὶ vel ἀμφὶ αὐτὸν Graeci intelligunt *ipsum cum suis*, sic nihil magnopere obstat, quo minus περικτίονας (si modo necesse fuerit) *et ipsos et hos qui circum habitant* intelligamus.] *Gronovius* ἀμφικτίοσι, de Codice scripto silens, publicavit. Plerique aliter. Sequar tamen ob *Ask.* consensum. Ex *Vallae* Latinis *Amphictyonas* expulsos *Leopardus* voluit: eadem mens *Nic.*

Antonio lib. I. de Iurib. Exul. cap. 11., unice in ἀμφικτίοσι acquiescenti, neque alia *Palmerio*. Sunt sane iidem περικτίονες, ἀμφικτίονες, sive, Scholiaste *Thucydidis* lib. III. 104. interprete, οἱ περιοικοῦντες: quales *Callino Ephesio* ἀμφιπερικτίονες apud *Stob*. pag. 356. *Pedasensium accolas* alibi *Herodotus* περιοίκους eiusdemque verbis dixit *Strabo* XIII. p. 909. [pag. 611. ed. Cas.] Cui ergo bono additamentum; τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος. Cur δὶς ταυτόν? utique ex ingenio librarii, rariorem ἀμφικτίονος vocem explicituri. [At talia frequenter in Nostri stylo diligens Musarum Lector observaverit.] Porro δὶς ἤδη ἐγένετο protinus [*lin*. 9.] peccat. Alibi τρὶς posuit, et cum eo *Strabo*. Quae cuncta animo revolventi plura his inculcata videntur. Consule *Valckenarium* ad dictum primi libri caput. WESS. — Mihi totius huius pericopae color, sive ipsius rei prodigiosae hoc loco factam mentionem, sive sermonis spectem habitum; haud dubie *Herodoteus* esse videtur: imprudenti autem accidisse arbitror Scriptori, ut, parum recordatus alio loco iam a se narratam esse fabulam, eamdem hoc loco iterum commemoraret. *S*.

CAP. CV. 4. Πανιώνιος) Hoccine mangoni nomen parentes inposuerint, an Παιωνίου, scripti codices dubium relinquunt: si posterius, respectus aliquis ad artem medicam erit, ex qua Apollo, Bacchus, et ipsa Minerva Παιώνιοι. Prius illi furcifero adcommodatius ex concilio Panionio, cuius Chii participes lib. I. 143., atque ita *Athenaeus*. Εἴδεος ἐπαμμένους [*lin*. 6.] libro I. 199. illustravimus; hic ἐκτάμνων tuemur. Habet cap. seq. τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν, et gemina conplura *Portus*. Persici moris *Iosephus* lib. II. adv. Apion. cap. 37. facit παῖδας ἐκτέμνειν, ubi *Spanhemius* bene. Nec illi tamen contumeliae primi auctores. WESS.

6. εἴδεος ἐπαμμένους) A natura *egregiam* totius corporis *formam adeptos*, neque adeo tantum εὐπροσώπους, sed εὐειδεῖς, sive κατὰ πᾶν τὸ ἐκτὸς εἴδους καὶ φυῆς εὖ ἔχοντας. *Chius* iste *Panionius* [*lin*. 7.] *exsectos* ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων: in quibus ordinem nativum verborum invertit suo more; neque enim alibi *vendebat* Ephesum abducendos, sed *Sardibus et Ephesi*, mittendos in Persida, ubi πίστιος εἵνεκα secundum *Herod*. viris οὐκ ἀν-

CAP. XCIII. 1. ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται) Honoris amplissimi, velut ab *Herodoto* Aeginetis attributi, ter meminit ineditus in *Aristiden Scholiasta*: in Panathen. T. I. p. 183. Ἀνταγωνιστάς, inquit, φησὶ τοὺς τὴν ὁμοίαν ἐσχηκότας τέχνην, λέγοι δ' ἂν Αἰγινήτας· αὐτοὶ γὰρ μετ' αὐτοὺς ᾔδεσαν τὰ ναυτικά· ὁ γοῦν Ἡρόδοτος ἐν τοῖς Περσικοῖς καὶ τὰ πρωτεῖα αὐτοῖς δίδωσι. Quando scribit Sophista doctissimus pag. 239. οἱ Ἕλληνες - - τὰ ἀριστεῖα τῶν ναυμαχιῶν ἀπέδοσαν τῇ πόλει: *Schol.* τὰ ἀριστεῖα primum intelligit de spoliis eximiis, sella Xerxis, et acinace Mardonii: τινὲς δὲ, ait, λέγουσιν ὅτι νῦν πρὸς χάριν τῶν Ἀθηναίων λέγει, ὁ γὰρ Ἡρόδοτος λέγει τῆς ναυμαχίας ἐκεῖ (ἀπενηνέχθαι) δόξαν τοὺς Αἰγινήτας. Hos ubi vocat *Aristides* pag. 268. τὰ ναυτικὰ πρώτους: καὶ ὁ Ἡρόδοτος, inquit *Schol.* αὐτοῖς δίδωσι τὰ πρωτεῖα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας, ὡς ναυτικοῖς· ἔπαινος οὖν Ἀθηναίων ἐστὶ, ὅτι τοὺς ναυτικοὺς ἐνίκησαν. Ut ex opere inedito, nec a quopiam absque alterius Codicis adiumento facile edendo, paulo plura descripsi lectu digna, qualia Codex iste Clar. *Burmanni* multa continet ad historiam Graecam illustrandam eximia. *Plutarchus* etiam in Them. cuius meminit Clar. *I. Perizon.* ad *Aelian.* Var. Hist. XII. 10., eamdem in rem citat *Herodotum*, quem (in lib. de *Herod.* Malign. p. 871. D.) aegerrime fert abuti persona Dei Delphici; hic enim Aeginetas ἀπαιτεῖ τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης, teste *Herodoto* infra c. 122. ubi cap. seq. 123. Graecorum Principes Corinthum ablegat, illic indicaturos quis unus prae ceteris hoc praelio fuisset excellentissimus. In hoc concilio, publico ducum iudicio Aeginetas velut isthoc praelio praestantissimos fuisse declaratos, quod nusquam tradit *Herodotus*, testatur *Diodor. Sicul.* XI. cap. 27. κρίσεως προτεθείσης περὶ τῶν ἀριστείων, χάριτι κατισχύσαντες (Lacedaemonii) ἐποίησαν κριθῆναι, πόλιν μὲν ἀριστεῦσαι τὴν Αἰγινητῶν, ἄνδρα δὲ Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον: de invidia, qua erga Athenienses affecti fuerint οἱ κύριοι τῆς [illegible], clarius etiam loquitur c. 55. Istam Graeciae Principum invidiam verisimillimam posterorum forte memoriae subtrahere studuit *Herodotus*; qui hic ex vulgi iudicio *primas* inter privatos propugnatores defert *Aeginetae Polycrito*, et *Atheniensibus Eumeni atque Aminiae*; e quibus Aminiam hoc honore plures dignantur: vid. *Perizon.* in *Aelian.* Var. Hist. V. 19. VALCK.

3. καὶ Ἀθηναῖοι) Melius ita: ambo erant *Athenienses*. *Diodorus* XI. 27. solum *Aminiam*, *Aeschyli* fratrem, habet; rectius *Aelianus* Var. V. 19. cum nota *Perizonii*. Amplexus in proximis sum [*lin.* 5.] ἐπιδίωξις, rei congruentius. Sic cap. 108. et 111. ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν ἔτι προσωτέρω, etc. WESS.

CAP. XCIV. 1 seqq. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορίνθιον etc.) *Herodotum* spe praemii deiectum, quod sibi spoponderat Corinthi, haec, mutatis prioribus, scripsisse, *Dionis Chrysost.* accusatio est. *Plutarchus* omnia Scriptoris malignitati contribuit; de praemio non inpetrato, si bene memini, tacens. Profecto in Corinthiorum et Adimanti praeconio nimis parcae Musae sunt; qua de caussa, non divino. Haec tamen ex *Atheniensium narrationibus*; quibus, mentiri si in animum induxisset, totius Graeciae haud opposuisset consensum. WESS. — Vide *lin.* 2. et *lin.* 22 *seq.* Caeterum commode *Larcherus* observavit, si veritati consentanea esset *Dionis* criminatio, *Plutarchum* profecto non praetermissurum fuisse opportunam adeo occasionem turpem istam maculam *Herodoto* adspergendi. *S.*

Ibid. Ἀδείμαντον δὲ τὸν Κορινθ. etc.) De *Corinthiis* et *Adimanto* hic tantum narrat, *quid Athenienses dixerint*; atque huic rumori testimonium opponit universae Graeciae; sed hoc ille testimonium velut in transcursu tribus verbis commemorat; famam Athenis sparsam eleganter enarrat atque explicate. Saepius etiam alibi talia scribit de Corinthiis, quae Atheniensibus multo quam illis lectu videri debuerint iucundiora. Huc adde *Dionis Chrysost.* qui *Herodotum* admirabatur, testimonium, in Corinth. p. 456. Corinthum Nostrum venisse narrantis, et pro laude Corinthiis iure contributa voluisse μισθὸν ἄρνυσθαι; mercede negata, μετεποίησεν, inquit, ἐκεῖνα, ἃ πάντες ἐπιστάμεθα τὰ περὶ τὴν Σαλαμῖνα καὶ τὸν Ἀδείμαντον. *Dionis* locum adhibuerunt Clar. *Wess.* etiam in Diss. *Herod.* p. 128. et *Reiskius* Animadv. II. p. 527. Haec tandem exigantur *Plutarchi* T. II. p. 862 D. ὅτι μέντοι δίχα τάλαντα δωρεὰν ἔλαβεν ἐξ Ἀθηνῶν, Ἀνύτου τὸ ψήφισμα γράψαντος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος οὐ τῶν παρημελημένων ἐν ἱστορίᾳ Δίυλλος εἴρηκεν. Haec si vera sunt, neque gratiae nec simultatis Historicus noster effugiet suspicionem: nota est, quam *primam esse historiae legem* scribit Cicero

de Orat. II. c. 15. Atheniensium rumori, sive ipsius potius *Herodoti* malevolentiae, *Plutarch.* T. II. p. 870. et seq. opponit *Thucydidae* silentium; donarium Delphicum; votum mulierum Corinthiarum; epigrammata *Simonidis* aliorumque; quae omnem tollere videntur dubitationem; quaeque *Herodoto* non ignota persuadere debuerant, rumorem, quem ab hostibus Corinthiorum Atheniensibus acceperat, involvendum silentio, non posterorum esse memoriae tradendum. De quatuor Epigrammatis, quae praebet *Plutarch.* duo leguntur etiam in *Anthol. ined.*; duo habet *Dion Chrys.* p. 459. velut *Simonidis*, ex quo Νῦν δὲ μετ' Αἴαντος viri docti restituendum monuerunt apud *Plutarch.*; pro Νῦν δὲ ἀνάματος. Illa *Dionis* non esset deterior lectio, Plutarcheam certe propior: Ὦ ξεῖν' εὔυδρόν ποτ' ἐναίομεν ἄστυ Κορίνθου· Νῦν δ' ἄμμ' Αἴαντος νᾶσος ἔχει Σαλαμίς. In Doriensium reliquiis τὸ ἡμᾶς scribitur ἄμμε, vel ἄμε: τὸ γῆρας ἄμμε μαραίνει ταριχεύει, *Sophronis* est in *Schol.* ad *Aeschyl.* Choëph. vs. 294. In *Ocelli* Doricis apud *Stobaeum* in Ecl. pag. 45, 25. ποθ' ἄμε scribendum: πρὸς ἡμᾶς est in edito libello: ποθ' ἄμμε apud *Diog. Laërt.* I. 113. ποθ' ἄμε in *Aristoph.* Lysist. vs. 95. VALCK. — *Epigrammata* ista Analectis suis inseruit *Brunckius*, T. I. p. 132 seq. num. 36. 37. 39. et 40. *S.*

13. ἐκπλαγέντα καὶ ὑπερδείσαντα) Non aliter legisse *Plutarchus* videtur, sed interpretis malevoli perfunctus officio. Quae praetoriam accessit triremem, [*lin.* 7.] θείῃ πομπῇ, *divinitus missa*, remulis mota celox irridetur illa philosopho velut οὐρανοπετής, qui acerbe, τί γάρ, ait, ἔδει τίθεσθαι (forte legendum στερεῖσθαι, *privari*:) μηχανῆς τραγικῆς, ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ὑπερβαλόντα τοὺς τραγῳδοὺς ἀλαζονείᾳ: illum talia dedecent, qui alium argueret malignitatis. VALCK.

16. ἱερὸν Ἀθηναίης Σκιράδος) *Minervae*, cui similis Athenis titulus, id *fanum* in extima erat Salamine, περὶ τὰ λεγόμενα τῆς Σαλαμῖνος in *Plutarcho*, cui celox ista eleganter, sed criminose, οὐρανοπετής, *coelo lapsa*. Ego vero εἰδόσι προσφέρεσθαι [*lin.* 9.] satis ad sententiam habeo, et addita [τοῖσι Κορινθίοισι,] pro librarii, schedis indicantibus, scholion. WESS.

18. οὕτω δὴ ἀποστρέψαντα) Vere sic ex schedis Gronovianis; distracto itidem, [*lin.* 19.] quamquam ex conjectura,

ἐν' ἐξηργασμένοισι. Nunc quod legitur, Ionum est Herodoteum est. Vid. lib. IV. 165. WESS.

CAP. XCV. 5. παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων) *Plutarch.* Aristid. p. 323. F. τοὺς προθυμοτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν πολιτῶν, ubi ex correctione *Bryani* speciosa τῶν ὁπλιτῶν; sed non necessaria: quos enim in insulam duxit Aristides, Athenienses et cives erant. Persarum in *Psyttalea* calamitatem tragice *Aeschylus* Pers. vs. 457. coloravit. Constat autem hinc, *interfuisse* Aristidem *pugnae navali apud Salaminem, quae facta est prius, quum poena liberaretur*, uti *Corn. Nepotis* Aristid. c. 2., adfuisse tamen αὐτεπάγγελτον *sponte sua*, nullo civitatis aut populi scito; unde nescio cui, ansa criminandi, ὅτι οὐκ ἀφίκετο εἰς τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, et verbis quidem inficetis, proptereaque a *Demetrio Phalereo*, ut prave adpellatur, notatis περὶ Ἑρμην. c. 248. WESS. — Conf. supra, ad cap. 81, 6. *S.*

7. ἐς τὴν Ψυττάλειαν) In hanc insulam, inter terram continentem et Salamina interiectam, (de qua vid. *Steph. Byz.*) ante pugnam πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβίβασαν: sic supra scripsisse videtur c. 76. ut saepius illic etiam verbo syllaba sequens perperam adhaeserit. Persas in insula Psyttalia contrucidatos multis lamentatur *Aeschyli* Persa vs. 447-464., παίουσι, κρεωκοποῦσι δυστήνων μέλη, Ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον. Quos de nobilissimis Persarum hic vivos cepit Aristides, ad Themistoclem misisse dicitur *Plutarcho* in Aristid. p. 323. F. ex inhumano autem vatis Euphrantidis suasu Themistocles immolasse ὠμηστῇ Διονύσῳ, *Baccho crudas carnes voranti.* ὁ τὰ δέρματα ἐσθίων, vel ἔδων, est Δερμηστής. Cuius alias nomen forsan ignorassemus, parvam insulam haec una Persarum clades nobilitavit: vid. *Pausan.* IV. p. 373. De illa hic egisset *Steph. Bergler.* ut liquet ex Notis in *Alciphr.* p. 233. *Schol. ined.* in *Aristid.* Panathen. p. 345. Τὴν πρὸ τῆς Σαλαμ. νῆσον) τὴν Ψυττάλειαν λέγει· ἐκεῖ γάρ τινες τῶν Περσῶν ἀπέβησαν, ἵνα, ὅσοι τῶν Ἑλλήνων τὴν ναυμαχίαν ἐκφύγωσι, περιτυγχάνοντες αὐτοῖς διαφθείρωνται. Ἐνταῦθα οὖν Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, συστρατηγὸς Θεμιστοκλέους, μετὰ τὴν νίκην τῆς ναυμαχίας ἀποβὰς μετὰ τῶν γερόντων τῶν Ἀθηναίων ἀνεῖλε τὸ Περσικόν: ut cetera taceam, Themistocli non fuit Aristides συστρατηγός. VALCK.

CAP. XCVI. 7. ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρησμὸν) Ex

suspicione eruditi viri ἀποπλησθῆναι, quomodo πληροῦσθαι apud Sacros Novi Test. Scriptores. At Noster ad τῶν ναυηγίων τὰ πολλὰ aptavit, quae ad Coliadem delata fidem oraculis conciliarint. Ex *Vallae* sententia Lysistratus Atheniensis Bacide et Musaeo prior erit, malà, uti opinor. Πρότερον τουτέων [*lin.* 10.] non est *ante hos*, sed *ante eas res*, quae describuntur. Vid. lib. VI. 46. et alibi. Ultima oraculi [*lin.* 13.] ἐρετμοῖσι Φρίξουσι iucundâ Cl. *Kühnius* et leni medicinâ reparavit ad *Pausan.* lib. I. c. 2. ἐρετμοῖσι Φρύξουσι: tantam videlicet remorum, ad Coliadem eiectorum, futuram abundantiam, ut illis *inter torrendum* mulieres uti possent. Quam quidem opem Codices, *Strabo*, *Eustathius*que recusant, non infitiaturi, modo liceret, Φρύγειν ἐρετμοῖς matronis adprime convenire, Φρίττειν ἐρετμοῖς, etsi meticulosum hoc genus, quidpiam arcessiti atque incommodi possidere. Haec pro *Kühnio*, vincta mea caedens. WESS.

13. Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι Φρίξουσι) *Remis horrebunt mulieres Coliades*; an *Horret capillis ut marinus asperis Echinus aut Laurens aper?* non opinor. Lenissima mihi quoque placet *Kühnii* correctio, legentis Φρύξουσι; quae, *Berglero* probata, *Reiskio* quoque venit in mentem, aliisque. Remis sic uurae, secundum *Kühnium*, mulieres dicuntur ut Φρυγίτροις, *friotoriis*. Φρύγειν Latinum est *frigere*, de quo *N. Heins.* egit ad *Ovid.* Medic. Faciei vs. 70. VALCK. — Φρύξουσι, a doctissimis duumviris commendatum, cum *Schaefero* et *Borheckio* adoptarunt etiam *Iacobs* (in Atticis) et *Schulz* in Herodoti Bellis Persicis; quod, ut audacius factum, quippe consentienti librorum omnium non modo Herodoteorum, sed Strabonis etiam, (teste Lipsiensi *Strabonis* Editore, lib. IX. p. 376.) auctoritati repugnans, sic et alioqui parum consultum, certe neutiquam necessarium fuisse, in *Var. Lect.* ad h. l. demonstravi. Caeterum in memoriam revocat huius vaticinii amphibolia istud, cuius *Thucydides* lib. II. c. 53. meminit. *S.*

CAP. XCVII. 7. χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν) Fretum, ubi rex aggerem moliebatur, artum maxime erat, ὅσον διστάδιον, *duorum circiter stadiorum*, in *Strabon.* lib. IX. p. 605. A. [p. 395. B. ed. Cas.] arbitrato, id consilii regem animo ante navale praelium agitasse, quae et *Ctesiae* Pers. c. 26. opinio. WESS.

CAP. XCVIII. 2. θνητὸν ἐόν.) Sicci-ne vero *nunciis* his *Persicis nihil mortale* celerius? an ne columbae quidem velociores essent censendae, quibus et olim ad domesticos deportandas litteras alligabant; qua de re *Casaub.* egit in *Athen.* IX. c. 11. [Animadv. in Athen. T. V. nuperae edit. p. 178.] Levissima mutatione pro θνητὸν libenter corrigerem ἀνήνυτον, sive ἀνθρωπήϊον ἐόν. Unius ponam, aliis omissa, de iisdem loquentis *Xenophontis* verba Κυρ. Παιδ. VIII. p. 137, 35. ὅτι γε τῶν ἀνθρωπίνων πεζῇ πορειῶν αὕτη ταχίστη τοῦτο εὔδηλον. Aliorum de his loca dederunt *Brisson.* de Regn. Pers. p. 190. et *Stanlei.* ad *Aeschyli Pers.* vs. 247. *Herodotus* saepius ἀνθρωπήϊον scripsit, quam ἀνθρώπινον. Cum his Persicis cursores in ludis Atticis, facem ardentem, sive lampada, sibi invicem tradentes, comparat *Herod.* [*lin.* 11 seq.] cuius verba dedit *Io. Meurs.* in Gr. Fer. voc. Λαμπάς. VALCK. — Nil opus erat cur vocab. θνητὸν hic sollicitaretur; quum praesertim dubitari merito possit, an *Herodoti* iam aetate columbis ad transportandas literas usi sint nonnulli. *S.*

5 *seq.* Ἵπποι τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος) Laudibus *Gronovium* fero, amplioribus ornaturus, modo *Brissonio* et *Stanleio* comiorem sese praestitisset. Neuter schedas *Herodoti* manu exaratas versaverat; et vituperabuntur ob vocum, in Msstis latitantium, ignorantiam? Voces bene redierunt; clariusque cursum hunc, cuius Cyrus auctor et inventor, exponunt. Videndus *Brisson.* Regn. Pers. lib. I. 258. et *M. Paullus Venetus* lib. II. Region. Orient. c. 23., non dissimilem vehicularem apud Tartaros cursum enarrans. Unde vero *Cleomedes* (Sphaer. lib. II. p. 169. *Ed. Antw.*) mutuatus fuerit, Xerxem διαστῆσαι ἀνθρώπους ἀπὸ Σούσων μέχρις Ἀθηνῶν, qui clamore, quid ageretur significarent, et sic διὰ δύο ἡμερῶν ex Graecia ad interiorem Persidem nuncios perlatos, dicere non valeo. Sequens τοὺς οὔτε [*lin.* 6.] haud moveo: in distributione, ut dicere amant, numeri solens saepe mutatio. WESS. — Pro τοὺς *lin.* 6. cum *Reiskio* τὸν mallės ob sequens ἑωυτῷ *l.* 8. *S.*

12. τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι) *Themistium* adumbrasse, *Petavio* observatur, Or. XIX. p. 230. c. Pertinent huc *Aeschyli* versus cultissimi Agam. 320 seqq. Sed adi magnum *Erasmum* Chiliad. pag. 574. ed. *Francof.* WESS.

CAP. XCIX. 6. ἴσαν ἐν θυσίῃσι) De Graecis si loqueretur, sola mihi forma loquendi nova videretur, εἶναι ἐν θυσίῃσι. In Graecia saepe τὴν θυσίαν θάλεια sequebatur, *convivium sacrorum causa fieri solitum*, interprete *Casaub.* in *Athen.* p. 745. [Animadv. T. V. p. 514. nuperae edit.] Θεῶν Θυσίαι, θαλίαι τε, iunguntur in *Aristoph.* Nub. 328., qui in Pacis vs. 780. Ἀνδρῶν τε δαῖτας dixit, καὶ θαλίας μακάρων. Quando vero de Persis verba facit, *Herodotum* scripsisse suspicor: ἴσαν ἐν θαλίῃσι τε καὶ εὐπαθίῃσι: quorum prius iuxta Nostrum notat χαρμόσυνα ἐποίεον, vel κεχαρηκότες ἑορτάζον, *laeti velut festos dies agitabant*. θάλειαν ἑορτὴν ἄγειν et θάλειαν ἄγειν Graecis etiam dicebatur: *Eustath.* in Od. Φ'. p. 759. 6. Epist. *Socr.* p. 43, 18. Iam vide *Herod.* III. c. 27. in Apidis natalibus Aegyptii ἴσαν ἐν θαλίῃσι. Festo die bonarum rerum affluentes copiâ dicuntur ἐν εὐπαθίῃσι ὄντες. *Herodot.* lib. I. c. 22. et 191. ubi χορεύειν καὶ ἐν εὐπαθίῃσι εἶναι; ut πίνειν καὶ εὐπαθέειν, II. 133. et 174. Nusquam iuncta reperi θύειν καὶ εὐπαθέειν: sed cum istis bene conveniunt, quod laeti Persae τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃσι πάσας ἐστόρεσαν, καὶ ἐθυμίων θυμιήματα. vid. *Brisson.* de Regn. Pers. p. 340. Mox ab illis mutati ad tristem nuncium Persae vestes sibi discindebant, [*lin.* 8.] βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ. Postrema vir summus adhibuit in Adnot. ad *Callimachum* clar. *Ernesti* p. 103. VALCK. — Cur pro ἐν θυσίῃσι *lin.* 5. contra librorum omnium fidem suspicaremur ἐν θαλίῃσι potius scripsisse *Herodotum*, nulla prorsus suberat ratio. Etenim θυσία et *sacrificium* intelligitur, et *universa festi diei solennitas*, et sigillatim *convivium quod peracto sacrificio instituitur.* Vide *Athen.* XIII. 573. e. ibique notata. *S.*

7. τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο) Hoc illud est, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατηρείκοντό τε καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο *Persae* lib. III. 66.; hoc *Aeschyli* de eorum matronis, πολλαὶ δ' ἁπαλαῖς χερσὶ καλύπτρας κατερεικόμεναι, Pers. vs. 537. Vide doctissimum *Berglerum* ad *Alciphron.* p. 130. WESS.

CAP. C. 7. ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα) Nimium sese ac insolenter extulerat Mardonius, φυσώμενος καὶ μετέωρον ἠωρηκὼς ἑαυτὸν uti *Philo Iud.*; nam, quod nunc (de Insomn. p. 1110. E.) ἐωρακὼς, ferri non posse, Cl. *Mangeius* agnovit. Tali ingenio homines ἄνθρωποι κενοῖς αἰωρούμενοι δό-

ξεις in ejusdem libro de Temul. p. 245. c. Proximum ἄλλον praestantius est. Hinc vero robur et auctoritas codicibus, quorum lib. VI. 110. τῶν ἡ γνώμη ἔφερε συμβάλλειν haud inmerito laudatum fuit. WESS.

19. οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδ. ἔκδυσις) Id est ἀμήχανόν ἐστιν Ἕλλησι: vel ἔστιν οὐδεμία μηχανή. Eadem structura lib. II. c. 181. ἐστί τοι οὐδεμίη μηχανὴ μὴ οὐκ ἀπολωλέναι: III. 61. et 209. II. 160. Lucian. II. p. 503., οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι. VALCK.

21. ταῦτα ποίεε) Bonum hoc: sed pro Nostri more ταῦτά τα ποιέειν melius ex Arch. Tale lib. V. 24. ἐπεάν δὲ αὐτὸν περιλάβῃς, ποιέειν ὅκως μηκέτι - - ἀπίξεται. Vid. c. 67. et IV. 126. WESS.

25. ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδήληται) Positura vocis τοῖσι multis molesta. Maluit τοῖσι, quamquam fluctuans, Corn. de Pauw, τοῖσιδε Reiskius; inmutatam qui relinquit Abreschius, τοῖσι δεδήληται ab illis explicat Graecis. Mihi ordo ex Arch. enotatus [ἐν τοῖσι Πέρσῃσι] placet. Negat Mardonius, Persarum rebus damnum allatum. Classe quidem victores Graecos abiisse; at ibi ξύλων ἀγών, οὐκ ἀνδρῶν καὶ ἵππων. Aegyptios, Cyprios, Cilices et Phoenices superatos esse; Persas minime. Unde idem in epistola ad Graecos, νενικήκατε θαλασσίοις ξύλοις χερσαίους ἀνθρώπους in Plut. Arist. p. 324. c. WESS. — Duarum literarum mutatione incommodum ex τοῖσι natum evitari poterit, et apta enascetur sententia: Οὐ μὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσί τοί τι δεδήληται τῶν πρηγμάτων· εἰ δὲ Φοίνικες etc. non enim Persarum culpâ quidquam rebus tuis allatum est detrimenti. Δηλήσασθαι significat βλάψαι, sed δεδηλῆσθαι notat βεβλάφθαι, laesum esse. Hinc fluxerunt omissa Lexicographis, Κεντροδήλητος, πανδήλητος, et ξιφοδήλητος, Hipponactis et Aeschyli vocabula. Δεδήληται in Eurip. Hippol. vs. 175. MS. Cod. Paris. redditur βέβλαπται. Nihil vetat ἐν Πέρσῃσι hic interpretari διὰ Περσῶν: ut apud Thucyd. VII. c. 8. ἐν τῷ ἀγγέλῳ. VALCK. — Equidem, si Valckenarii τοί τι reciperetur, istud ἐν Πέρσῃσι non intelligerem Persarum culpâ; sed universam locutionem in eamdem sententiam interpretarer quam in latina versione expressi: nullum res tuae in Persis (in Persarum personis, ad Persas quod adtinet,) detrimentum acceperunt: neque huic interpretationi obstare puto, quod paulo post adiicit, ἐπειδὴ οὐ Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι. S.

CAP. CI. 1 *et seq.* Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης *etc.*) Non aliter ab *Herod.* scripta, sic suo situ verba quoque potuerant collocari: ἤσθη τε ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, καὶ ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη· ut lib. III. c. 34. ἤσθη τε ταῦτα ἀκούσας Καμβύσης, καὶ *etc.* ubi eiectum rediit in suam sedem ἀκούσας. Illud ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη, *tanquam ex malis gavisus est*, non purum fuisse gaudium indicat, sed quantulumcunque post inopinatam adeo cladem a Rege superbo sentiri poterat. In proximis scriberem: πρὸς Μαρδόνιόν τε βουλευσάμενος ἔφη ἀποκρινέεσθαι, ὁκότερον ποιήσῃ τουτέων: ut legitur inferius, ὁκότερα ποιέων ἐπιτύχω. VALCK. — *Herodoti* stylo utique convenientius est ἀποκρινέεσθαι, quam ἀποκρινέεσθαι quod libri hoc loco praeferunt. ὁκότερον ποιήσει vero non erat cur sollicitaretur; frequentius in tali sermone indicativus, quam coniunctivus, adhibetur. *S.*

5. ἐς συμβουλίην) Optime hic et c. 102. *Gronovius*; cui paria cur faciam, scribere memini ad lib. III. princ. Perperam in proximis μούνη ab *Arch.* abest. WESS.

12 *seq.* De militibus Persis dixit Mardonius, ὡς βουλομένοισί σφι γίνοιτ' ἂν ἀπόδεξις: *lubenter huius rei se documentum esse daturos*, ut explicuit *H. Steph.* In his βουλομένοισι tentari non debebat. Notissimum Graecismum, praeter aliis citatos, frequenter expressit *Macrobius*, *si volentibus vobis erit*, p. 214., etc. Sic saepe loquuntur *Thucydid. Plato*, *Xenophon*, et oratores; raro Poëtae, ut *Sophocl.* Oed. Tyr. vs. 1358. θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν: *hoc et ego voluissem. Leopardus*, *H. Steph. Wasseus*, *D'Orvillius*, aliique eam in rem plura dederunt. VALCK.

CAP. CII. 2. συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα *etc.*) *H. Stephani* Latina, *me tibi consulenti optimum dare consilium*, veriora opinor. τυχεῖν εἴπασαν non discrepat ab εἰπεῖν. De se regina c. 67. τὰ τυγχάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά: quibus passim similia. WESS.

11. καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμάτων) Ultimam harum vocum abrasam vir doctus [*Reiskius*] cupit: ego ad ἐκείνου allidor, et εὖ κειμένων refingo. Lapsus ΕΚΕΙΝΩΝ et ΕΥ ΚΕΙΜΕΝΩΝ facilis; sententia probior: *te salvo, et bene habenbus domus tuae rebus.* Par *Philostrati* (Vit. Apoll. VIII. 7. p. 352.) τὰ ἑαυτοῦ κεῖσθαι τὰ ἑαυτοῦ ἔφασκεν: *ille rem suam bene se habere dicebat.* Sequens ἤν τι πάθῃ [*lin.* 14.] valide, *Isaeo* frequentatum, εἴ τι πάθοι, et Latinorum *si quid illi acci-*

disset, tuebuntur, ac *Callini* de forti viro τὸν δ' ὀλίγος στενάχει καὶ μέγας, ἤν τι πάθῃ, apud *Stob.* Serm. XLIX. p. 356. WESS.

CAP. CIV. 3 *seqq.* Οἱ δὲ Πηδασέες *etc.*) Quae sequuntur de *Pedasensibus*, hic mihi videntur adulterina, atque a mala manu ex marginis scholio interiecta Herodoteis; quae, reiectis istis, hoc modo coibunt: παρὰ βασιλέϊ, τῶν μεγίστη τίσις ἤδη etc. Hanc vellem coniecturam, supra iam memoratam, Codices comprobarent, ut illam firmarunt lib. VI. cap. 122. Iam primum ponam Herodotea ex lib. I. c. 175., paulo Ἰωνικώτερον, quod hic licebit, scripta: Ἐσαν δὲ Πηδασέες οἰκέοντες ὑπὲρ Ἀλικαρνησσοῦ μεσόγαιαν· τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περιοίκοισι ἡ ἱρείη τῆς Ἀθηναίης πώγωνα μέγαν ἴσχει· τρὶς (δὲ) σφι τοῦτο ἐγένετο. Sensum si spectes, hic eadem paene narrantur. His usus *Ant. Dounaeus* in *Demosth.* p. 124. *Hoc*, ait, *videtur unum esse e splendidioribus Herodoti mendaciis.* Barbae tamen muliebri patronus citatur *Aristoteles*: vid. *Leopard.* Em. lib. VII. c. 11. et XV. c. 24. Hic tradita spuria videntur: primum, quod insunt nonnulla ab Herodotea scribendi facie diversa; deinde, quia libro primo posita tantum legisse videtur *Strabo*; tandem, quia ex *Herodoti* consuetudine illic suo leguntur loco, ubi Pedasensium fit e Caria mentio: ista talia denique sic non solet Noster eadem repetere. Si adeo erant digna quae repeterentur, cur non illa reposuisset potius lib. VI. c. 20., ubi Pedasenses e Caria iterum commemorantur. Quod primum dicebam, me iudice rem conficit: interpolator suo fraudem prodit indicio. Herodotea, τοῖσι ὅκως τι μέλλοι ἀνεπιτήδεον ἔσεσθαι, sic lecta *Straboni*, Noster interpretatur: ἐπεὰν τοῖσι - - - - μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπόν. Τὸ ἔσεσθαι videlicet! requirebat adiectum ἐντὸς χρόνου. Velut grammaticus, Ἀνεπιτήδεον, χαλεπόν. Ἴσχει πώγωνα reddidit φύει. Priora, missa facio, ἐν τοῖσι Πηδασέοισι [vide *Var. Lect.*] et τοιόνδε φέρεται πρῆγμα γίνεσθαι: *fertur*, *Vallae*; quod mutari postea potuit in συμφέρεται πρῆγμα. Sed quibus tandem hoc ostento malum portendebatur? an non ipsis etiam Pedasensibus barba suae sacerdotis portentum erat expiandum? hoc utique significatum voluit *Herodotus.* Et quid tandem interpolator? quum malum immineret τοῖσι ἀμφικτίοσι πᾶσι

τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος: quae sane non eleganter sunt tornata; *Vallae* reddita, *Amphictyensibus*, *qui circa eam urbem habitant*: *Palmerius*, *Amphictyonas*, ait, *a Pylaea sua in mediam Cariam sine navi transfretavit.* Suspicor primum, huius notae auctorem pro περιοίκοισι, I. 175., legisse in suo Cod. περικτίοσι: noverat magister ex *Hom.* Od. β. 65., περικτίονας ἀνθρώπους Οἳ περιναιετάουσι: iam vide quam docte scripserit, ad exemplar *Homeri* propemodum, ἀμφικτίοσι - τοῖσι ἀμφὶ - - οἰκέουσι. Ubi meminit *Thucyd.* III. 104. *Deli* τῶν περικτιόνων νησιωτῶν: *Schol.* Περικτίονες, inquit, εἰσὶ καὶ ἀμφικτίονες, οἱ περιοικοῦντες. Usus rarioris vocis ἀμφικτίονες exemplum requirenti succurret *Androtion* apud *Pausan.* X. pag. 815., adiutus a *Sylburgio*. *Conterminos* ἀμφικτίονας vocans *Tzetzes* iuxta *Vales.* in *Harpocr.* p. 276., *Scaligerum* in errorem induxit; qualis *Grotium* etiam decepit (*Stobaei* sui Florileg. pag. 197.) in istis incerti Poëtae: κὰτ' ἄλκιμον ἴσχετε θυμὸν, Ὦ νέοι, οὐδ' αἰδεῖσθ' ἀμφὶ περικτίονας: *neque vicinos, iuvenes, reveremini.* VALCK.

4. ἐν δὲ τοῖσι Πηδατέοισι) Verius Πηδασιεῦσι, quod lib. VI. 20. *P. Leopardus* legebat Πηδασέεσσι, Emend. VII. 11. Schedarum Πηδάσοισι, modo commodus a gentili vocabulo ad urbem Πήδασα processus foret, nec τούτοισι moraretur, posset ferri. [At nec transitus a gentili ad urbis nomen incommodi quidquam habet; nec, quid adiectum pronomen τούτοισι (sive, quod schedae dederunt, τουτέοισι) adferat molestiae, video: ἐν τοῖσι Πηδάσοισι τουτέοισι, *in hac urbe, cui Pedasa nomen, supra Halicarnassum sita, e qua oriundum Hermotimum dixi.*] At ferri non potest συμφέρεται, etsi saepius συνηνείχθη γενέσθαι repetatur: id enim, *quid acciderit*, non, *quid fama ferat*, indicare aptum est. [Itaque verum erat φέρεται, quod aliae schedae dederunt.] Verum enim vero multa narrationis huius offendunt. Poni saltem oportuerat ἐπεὰν αὐτοῖσί τε καὶ τοῖσι περικτ., sicuti lib. I. 175. [At, quemadmodum τοὺς περὶ vel ἀμφὶ αὐτὸν Graeci intelligunt *ipsum cum suis*, sic nihil magnopere obstat, quo minus περικτίονας (si modo necesse fuerit) *et ipsos et hos qui circum habitant* intelligamus.] *Gronovius* ἀμφικτίοσι, de Codice scripto silens, publicavit. Plerique aliter. Sequar tamen ob *Ask.* consensum. Ex *Vallae* Latinis *Amphictyonas* expulsos *Leopardus* voluit: eadem mens *Nic.*

Antonio lib. I. de Iurib. Exul. cap. 11., unice in ἀμφικτίοσι acquiescenti, neque alia *Palmerio.* Sunt sane iidem περικτίονες, ἀμφικτίονες, sive, Scholiaste *Thucydidis* lib. III. 104. interprete, οἱ περιοικοῦντες: quales *Callino Ephesio* ἀμφιπερικτίονες apud *Stob.* pag. 356. *Pedasensium accolas* alibi *Herodotus* περιοίκους eiusdemque verbis dixit *Strabo* XIII. p. 909. [pag. 611. ed. Cas.] Cui ergo bono additamentum; τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος. Cur δὶς ταυτόν? utique ex ingenio librarii, rariorem ἀμφικτίονος vocem expliciturì. [At talia frequenter in Nostri stylo diligens Musarum Lector observaverit.] Porro δὶς ἤδη ἐγένετο protinus [*lin.* 9.] peccat. Alibi τρὶς posuit, et cum eo *Strabo.* Quae cuncta animo revolventi plura his inculcata videntur. Consule *Valckenarium* ad dictum primi libri caput. WESS. — Mihi totius huius pericopae color, sive ipsius rei prodigiosae hoc loco factam mentionem, sive sermonis spectem habitum, haud dubie *Herodoteus* esse videtur: imprudenti autem accidisse arbitror Scriptori, ut, parum recordatus alio loco iam a se narratam esse fabulam, eamdem hoc loco iterum commemoraret. *S.*

CAP. CV. 4. Πανιώνιος) Hoccine mangoni nomen parentes inposuerint, an Πανιωνίου, scripti codices dubium relinquunt: si posterius, respectus aliquis ad artem medicam erit, ex qua Apollo, Bacchus, et ipsa Minerva Παιώνιοι. Prius illi furcifero adcommodatius ex concilio Panionio, cuius Chii participes lib. I. 143., atque ita *Athenaeus.* Εἴδεος ἐπαμμένους [*lin.* 6.] libro I. 199. illustravimus; hic ἐκτάμνων tuemur. Habet cap. seq. τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν, et gemina conplura *Portus.* Persici moris *Iosephus* lib. II. adv. Apion. cap. 37. facit παῖδας ἐκτέμνειν, ubi *Spanhemius* bene. Nec illi tamen contumeliae primi auctores. WESS.

6. εἴδεος ἐπαμμένους) A natura *egregiam* totius corporis *formam adeptos*, neque adeo tantum εὐπροσώπους, sed εὐειδεῖς, sive κατὰ πᾶν τὸ ἐκτὸς εἶδος καὶ φυῆς εὖ ἔχοντας. *Chius* iste *Panionius* [*lin.* 7.] *exsectos* ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων: in quibus ordinem nativum verborum invertit suo more; neque enim alibi *vendebat* Ephesum abducendos, sed *Sardibus et Ephesi*, mittendos in Persida, ubi πίστιος εἵνεκα secundum *Herod.* viris εὐνούχων

ὄψις anteponebantur. Cur autem Persae εὐνούχους ἐπείουν τοὺς καλοὺς, rationem reddit *Dion Chrys.* Or. XX. pag. 270. B. vid. *Herod.* VI. 32. *Brisson.* de Regn. Pers. II. pag. 295. In hac historia vera, propter crudelissimam, quam de Panionii liberis sumsit, vindictam lectoribus nullà dignus adparebit Hermotimus misericordià, quam in ficta *Xenophontis* Cyropaedia facile movebit Gadatas. VALCK.

9. τῶν ἐνοεχίων) Melius hoc videtur vulgato [ἐνοεχίων] ob lib. VI. 32. Statim ποιεύμενος ἐκ τούτου τὴν ζόην [lin. 11.] neque damno neque recipio. Dedit ποιεύμενον ἀπὸ τούτων τὴν ζόην lib. II. 36. diversiore in re. Si Codicibus obsecundamus, ἐκ τούτου postulabit sibi aut ἔργου aut πρήγματος, quo modo *Valla*. WESS. — Debuerat puto recipi ἐκ τούτου ob probatissimorum diversae familiae codicum consensionem. *S.*

CAP. CVI. 9. τοὺς οἰκέτας) Sic *Thomas Magist.* et calamo scripti verissime. Confer dicta ad huius libri c. 4. Omittit autem *Thomas* ἄγμενον, [lin. 10.] quod hominis cupiditatem adprime suà praesentià indicat. Corrigitur praeterea [nescio a quo] ἀποδεξάμενον, cui in Musis alia potestas. WESS.

13. πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα) Cum ἤδη et δὴ in Codd. alternentur, posterius eligebam. Verum *Abreschius* ἤδη rariore accipit notione pro μέχρι νῦν, *huc usque*, qua *Pausan.* Achaic. cap. 22., ipso observante, πυθέσθαι μὲν ἤδη τὰ ὀνόματα αὐτῶν οὐκ εἴχομεν. [Itaque accipiendum illud ἤδη fuerit, quasi dixisset πάντων ἀνδρῶν οἳ ἤδη γεγόνασι.] In vicinis pauca, schedarum iussu, ut striligo in posterum abesset, induxi. Quis enim, τί σε ἐγὼ - - - τίς σε προγόνων - - ἤ σε aequis oculis adspiciat? Deleta librariis transscripsi. WESS.

16. τὸ μηδὲν εἶναι) Culte τὸ μηδὲν ὄντες, *viles*, *ignavi* et *nulli rei homines*, *Sophocli* Aiac. vs. 779., *Dioni Chrys.* Or. XXXVIII. p. 480. A. et LXVI. p. 611. D. Aliud Hermotimus, calamitatem suam, qua *nec vir nec femina* evaserat, exprobrans nequissimo Panionio. Adi *Salvagnio* observata ad *Ovidii* Ibin vs. 457. WESS.

CAP. CVII. 1. Ξέρξης - - - τοὺς παῖδας) *Artemisiae* quia commisisse dicitur *pueros Ephesum ducendos*, frigide iocatur *Plutarch.* T. II. p. 870. A. Paulo post [*lin.* 5 *seqq.*]

iussu regis ex Athenarum portu naves deducebant ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος, διαφυλάξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλῆα: hoc redibit opinor pro lectione *Med.* Fugientes Persas [*lin.* 9 *seqq.*] terrebant, ac si naves essent hostiles, in mare prominentia Attices promontoria: admovit ista *Casaubon. Theophrasti* Ἠθ. Χαρ. c. 25. ubi ὁ δειλὸς τοιοῦτός τις οἷος πλέων τὰς ἄκρας φάσκειν ἡμιολίας εἶναι. VALCK.

7. ὡς τάχεος εἶχε) Uni *Vindobonensi* [cui quidem alii accesserunt nostri codices] debetur. Tale *Plutarch.* T. II. p. 610. c. ὡς μὲν εἶχε τάχους καὶ δυνάμεως ἕκαστος: nec *Nostri* disconvenit lib. IX. 58. *Zosterem*, [*lin.* 9.] Atticae nobilem locum ex *Pausania* I. 31. et Scholiaste *Hermogenis* p. 389. illuminarunt viri doctissimi ad *Steph. Byz.* A me vero tacite praetermitti [*lin.* 10.] τῆς ἠπείρου, ταύτας ἰδοξάν τι *etc.* non debet. quippe elegans, et vulgato haudquaquam posterius. [Vide *Var. Lect.*] *Opinabantur* enim Persae, *minuta ista promontoria naves esse Graecorum*, inde formido illis et fuga. WESS.

[8. διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ) Sententiam in latina versione expressi; verba non adnumeravi. Potueram cum *Valla* et aliis: *ad custodiendas rates, quibus rex transiret.* Ad πορευθῆναι intelligenda ὥστε particula. Cur vero βασιλῆα potius, ut *Valck.* voluerat, revocarem, quam cum plerisque msstis βασιλέϊ tenerem, idoneam non vidi caussam. Possis intelligere ὥστε βασιλῆα πορευθῆναι: possis vero perinde intelligere διαφυλάσσουσαι βασιλέϊ, (ὥστε αὐτὸν) πορευθῆναι. *Reiskius* coniectaverat, δι' ὧν ἔδει πορευθῆναι scripsisse fortasse Herodotum. *S.*]

CAP. CVIII. 8. γνώμην ἀπεδείκνυτο) Turbantes scribas flocci facio. Omnia bene habent. Sic lib. III. 160. πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι: quod solum abunde erit. Et hanc quidem Themistocles opinionem, si credimus *Plutarcho*, cum Aristide communicavit, eam valde et iisdem fere de caussis, quibus Eurybiades, inprobante, Themist. p. 120. A. WESS.

13. τοῦτ' ἂν μέγιστον πάντων σφεῖς κακῶν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιντο) Animum multiplex in schedis variatio percussit: quid eâ intendatur, non adfirmavero. Ubi pronomine, vario in omnibus, ablato, ἐργάσαιτο probaveris, res solvendi pontis in consideratione erit, universae Graeciae

M 2

ingens allatura damnum. Si σφίας malueris, addendum erit καὶ τὴν Ἑλλ., quorum equidem neutrum ausim, vulgato contentus, nec plane aversatus *Arch.* κακόν, cui par c. 75. et IX. 36. WESS. — Κακὸν an κακῶν praeferas, parum per se interest: istud tamen, quod cum *Schaef.* adoptavi, *Herodoti* mori loquendi adcommodatius. Caeterum quamquam defendi utcumque potest τοῦτ' ἂν - - σφι - - - ἐἐργάσαιτο, quod plerique praeferunt codices, multo tamen luculentius et exquisitius et stylo inprimis Herodoteo convenientius hoc est, quod inde ab *Aldo* Editiones exhibent omnes, τοῦτ' ἂν - - σφεῖς - - - ἐργάσαιντο. Quo magis et mirum et molestum accidit, quod in nullo codice msto, cuius certa ad nos notitia pervenit, ista reperta sit scriptura: nam quod ex cod. *Med.* nihil varietatis h. l. *Gronovius* in medium protulit, non inde tuto colligi potest, consentire in his illum codicem cum edita scriptura, et ab omnibus aliis libris eiusdem familiae dissentire; quum praesertim frequenter observarimus, in postremis Musis non ita diligenter, atque in prioribus, adnotatas a *Gronov.* esse omnes codicis illius lectiones. Videtur tamen *Valla* suo in exemplari verbum ἐργάσαιντο plurali numero positum repperisse, cuius haec versio est, *fore ut - - - maxima ob id calamitate adficerent Graeciam.* An σφεῖς etiam (quod pro αὐτοὶ Noster VII. 168, 7. usurpavit) h. l. *Valla* repererit, haud adparet: illud equidem *Wesselingio* adsentior, adiecto pronomine nil opus fuisse, et suspicioni esse locum, quum temere ab aliis librariis σφι, ab aliis σφίας fuisset adiectum, pro horum alterutro primum Editorem suo iudicio σφεῖς posuisse. *S.*

[17. οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται) Aut ἐς τὸ ὀπίσω malles forsan, aut nude ὀπίσω. At τὸ ὀπίσω apud Nostrum idem ac nudum ὀπίσω valet: parique ratione I. 207, 18. ὡ τὸ ὀπίσω φεύξονται dixit. *S.*]

20. οἷά τε ἔσται προσχωρῆσαι) Laurentii *succedere* fluxit ex προχωρῆσαι, quod in *Brit.*, saepeque legitimi locum, sicuti paullo superius in *Arch.* et *Thucydide* II. 5., invasit. Editum plerorumque consensu munitur, indicans, Xerxi, modo strenue et prudenter egerit, *singula per Europam oppida et nationes, partim captas, ultro partim, sese adiuncturas.* Id vero προσχωρῆσαι velle, nemo ignorat. WESS.

CAP. CIX. 2 *seqq.* ὁ Θεμιστοκλέης μεταβαλὼν *etc.*) Themistocles *mutatus* ab illo, qui in concilio ducum auctor fuerat πλώειν ἰθέως ἐπὶ Ἑλλήσποντον, nunc suos cives, istius etiam cupidine laudis inconsiderate flagrantes, retrahit ab incoepto; atque hic veram pandit animi sui sententiam, dignam magni imperatoris providentiâ. Nec vetus interpres, neque Latinorum correctores vim animadverterunt verbi μεταβάλλειν, *mutari*, similiter usurpati lib. V. c. 75. Κορίνθιοι, — — — σφὶ αὐτοῖσι δόντες λόγον ὡς οὐ ποιοῖεν τὰ δίκαια, μετέβαλλόν τε καὶ ἀπαλλάσσοντο. Velut oculatus testis et auritus Atticis suis contestatur Themistocles, *saepius* ἄνδρας, ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας, νενικημένους ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα. Horum prioribus, ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας, nuper mirum in modum abusus est vir doctissimus. Herodoteum ἀπειλέειν, in istam classem referendum verborum, de quibus egit Vir summus in nota Cl. *D. Ruhnken.* ad *Tim.* Lex. p. 52., [pag. 71. ed. sec.] nihil utique commune habet cum ἀπειλεῖν, *minari*, praeter fortuitam literarum συνέμπτωσιν. *In angustias detrusum, nesciumque quo se verteret*, ἐν ἀπορίῃσι ἐχόμενον, IV. 131., ἐς ἀπορίην ἀπιγμένον, I. 79., dixit etiam *Herod.* ἐς ἀπορίην ἀπειλημένον, II. 141. et ἀπειληθέντα ἐς ἀπορίην, I. 24. hic [*lin.* 8.] *necessitatis velut vinculis adstrictos*, ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένους, sive *necessitate coactos*, ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας. Tales victos saepe, Themistocles [*lin.* 9.] ait, ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέρην κακότητα: hoc quid sit docebunt *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* p. 178. et *F. L. Abresch.* Diluc. *Thucyd.* pag. 710. Apud *Polyaen.* I. 30, 3. Themistocles aliis ἀντιβουλεύεται λέγων, βασιλεὺς ἀποληφθεὶς ἀναμαχεῖται τάχα· πολλάκις δὲ ἀπόνοια δίδωσιν ὅσα μὴ ἔδωκεν ἀνδρεία. *Frontinus* lib. II. c. 6, 8., *Themistocles, victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, quum docuisset, cautius esse eum expelli ex Europa, quam cogi ex desperatione pugnare.* Themistoclis consilium postea magni saepe sunt Imperatores sequuti: praebet isthoc capite quaedam exempla *Frontinus*, et Africani Scipionis dictum, *viam hostibus qua fugiant esse muniendam;* cuius simile dat Agesilai *Polyaen.* II. 1, 6. qui factis illud suis saepe comprobavit. Conferri poterunt idem *Polyaen.* III. 9, 14. *Pausan.* IV. p. 333. *Diodor. Sicul.* XIV. c. 27. et *Xenoph.* Ἑλλ. VII. p. 376, 15. VALCK.

[5. καὶ ἐπὶ σφίων αὐτῶν βαλλόμενοι) *Etiam soli, ipsi per se, privato consilio.* Sic III. 71, 20. IV. 160, 4. V. 73, 14. 106, 19. etc. *S.*]

9. ἀναμάχεσθαί τι) Confer lib. V. c. 121. et *Polyaenum* I. 30, 3. Sequentia in controversiam inciderunt propter ἀνασωσάμενοι [*lin.* 12.] ex *Med.* et aliis enotatum. Sententiam super his viri Celeber. notationes [quas nil adtinet hic repetere,] ostentant. Non ego infitior, νέφος ἀνθρώπων bono sensu usurpari posse: testabuntur scriptor Epist. ad *Hebraeos* c. XII; 1. observataque Cl. *Lamb. Bos.* Sed inconmodat valde ἀνασώσασθαι, cuius in rerum recuperatione sedes, pariter ac ἀνακτήσασθαι lib. III. 65. et 75. *Reciperatum* autem νέφος τοσοῦτον ἀνθρώπων a victoribus Graecis, inconsulte dicitur; recte vero *tantam hominum multitudinem sive nubem* fuisse *depulsam.* Sic ἀνωσάμενοι lib. VII. 139., ὠσάμενοι τὸν Πέρσεα VIII. 3., et, *Berglero* indice, *Plut.* Mar. pag. 414. c. ἀλλ' ὅπως νέφος τοσοῦτον πολέμου καὶ σκηπτὸν ὠσάμενοι, διασώσουσι τὴν Ἰταλίαν. Restat εὕρημα γὰρ εὑρήκαμεν, [*lin.* 10.] *nacti enim insperato sumus lucro nosmet ipsos et Graeciam*, ita vertendum; *Vallae* Latina exorbitare, alios non fugit. Εὕρημα *lucrum praeter spem oblatum* exposuerunt summi Viri *G. Budaeus* et *H. Stephanus*, estque in lib. VII. 190. [et VII. 155, 9.] Εὕρεμα νομίζειν et λογίζεσθαι pariliter *Siracides* c. XXIX, 4. et 6. WESS.

16. ἐμπιπρὰς) *Med.* et consentientium ἐμπιπρεὶς videtur scripturae aberratio verioris. Inflammata Graecorum a Persis templa, post *Brissonii*, *Menagii* ad *Diogen.* I. 9. et *Davisii* in *Ciceron.* II. Leg. cap. 11. sollertem operam, praetereo. Mutare debui proxima [*lin.* 20 *seq.*] καταμείναντες --- ἐπιμεληθῶμεν, de plurium Codicum, quibus creber ἀπαρεμφάτων in Musis usus suffragatur, sententia: namque omnes prae stupore in devia deflexisse, criminosa foret accusatio. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notata sunt. *S.*

18. πέδας τε κατῆκε) Ob vicinas duae forte literae perierunt, ut scripserit ἐγκατῆκε, nempe τῇ θαλάσσῃ. *Diogen. Laërt.* Prooem. §. 9. dixit εἰς τὴν θάλασσαν πέδας καθεῖναι. κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος, *Herodot.* lib. VII. c. 35. Paulo post [*lin.* 20 *seq.*] probarem quae margo dat *Steph.* καταμείναντες ἡμέων τε αὐτέων ἐπιμεληθῆναι: quam casuum ἀκαταλληλίαν amat Herod., adpellatione τῶν οἰκη-

τέων *uxores* intelligens et *liberos;* ut c. 106. τοὺς οἰκέτας explicat τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα, hinc *Thomas M.* voc. Οἰκέται. VALCK. — At verum erat καταμείναντες, de quo in *Var. Lect.* monui. Similiter nominativum casum cum infinitivo iungere amat Noster. Vide I. 56, 2-4. IV. 15, 8-10. I. 63, 13. IV. 137, 7 seq. et saepius alibi. *S.*

21. Ista, καί τις οἰκίην ἀναπλασάσθω καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, significant *et unusquisque reficiat aedes suas, curetque sementem fieri.* Est enim ἀνακῶς ἐχέτω idem ac ἐπιμελείτω. (*Pierson.* ad *Moer.* Att. p. 43.) et *Homeri* more ponitur τις, pro πᾶς τις, vel εἷς ἕκαστος. *Eustath.* in Od. γ'. p. 123, 25. τὸ Τὶς πολλάκις -- δηλοῖ -- πάντας, ληφθὲν ἀντὶ τοῦ εἷς ἕκαστος· οὕτως παρὰ Σοφοκλεῖ λέγουσιν ὁ χορὸς οἱ Σαλαμίνιοι (in Ai. vs. 245.) ὥς νῦν καιρός τινι Ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι. *Sophoclea* citat idem in eam rem bis terve alibi. Versus *Alcaei* apud *Athen.* X. p. 430. c. sic distingui debent: Νῦν χρὴ μεθύσκειν, καί τινα πρὸς βίαν Πίνειν, ἐπειδὴ κάτθανε Μυρσίλος. Poëtae sententiam Alcaico etiam versu *Horat.* expressit Carm. lib. I. Od. 37. sed *Alcaei* apud *Athen.* proxima duabus adiectis literis sic suo modulo restitui poterunt: Μηδὲν γ' ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Nullam, Vare, sacra vite prius severis arborem: Horat.* lib. I. Od. 18. Rarissimum arbitror illud *Herodoti*, οἰκίην ἀναπλασάσθω. *Nidum fingere*, πλάσαι δόμον dixit incertus Poëta apud *Lycurg.* pag. 166, 35., Οὐδ' ἀγρία γὰρ ὄρνις, ἣν πλάσῃ δόμον, Ἄλλῃ νεοσσοὺς ἠξίωσεν ἐντεκεῖν. Qui Sophoclea cognoverunt, ista *Sophoclis* esse suspicabuntur, scripta prout illa vulgavit Clar. *Io. Taylor.* VALCK.

25. ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι) Erunt fortasse, qui ὑποθήκην, notione παραινέσεως, monitionis, illustrata *Menagii* diligentià in *Laërt.* I. 61., praeoptabunt. Equidem in *Gronovii* partes eo, *Vallam* arbitratus ex ipsius *subsidio* ἀποθήκην invenisse. Πέρσεα, [pro quo perperam Περσέα Edd. ante *Wess.*] *Porto* ob insolentem tonum suspectum, recte pingit *Arch.* WESS.

Ibid. ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι) Sequentia cum his arbitror iungenda, ἐς τὸν Πέρσεα, ἵνα (ἤν ἄρα τί μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πάθος) ἔχῃ ἀποστροφήν: ita tamen, ut partim etiam ad illa pertineant, τὸν Πέρσεα, *Persam enim facturus* erat ἀποθήκην, *ad illum ut haberet receptum*, vel re-

fugium, si qua urgeret necessitas: amicum ad certum tempus velut sepositum, aliquando usui futurum, eleganter vocat ἀποθήκην. Ad ἀπόθετον φίλον in *Lysiae* pag. 158., vid. *Io. Markland.* et, qui hic ἀποθήκην egregie tuetur, clar. *Abresch.* Dilucid. *Thucyd.* p. 654. Ad ἀποστροφὴν conf. *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. pag. 73, 18. Ἀναβ. VII. p. 244, 23. *Isocr.* Epist. II. p. 410. B. *P. Wessel.* ad *Diodor.* I. p. 207. et *Io. Toup.* Em. in *Suid.* voc. Ἀποστροφή. Beneficiorum in Regem regiamque familiam hac opera sua collatorum, ob quae εὐεργεσίαν sibi scribit ὀφείλεσθαι, meminit Themistocles in illa nobili Epistola ad Artaxerxen data apud *Thucyd.* I. c. 138. VALCK. — At non *Persam* (ut ait Vir doctissimus) *facturus erat ἀποθήκην*: sed hoc ipsum quod nunc agebat, nempe quod Athenienses a consilio in Hellespontum navigandi pontesque rumpendi deterruit, hoc, inquam, facturus erat ἀποθήκην ἐς τὸν Πέρσεα: ubi per metonymiam ἀποθήκη dicitur id quod est ἀπόθετον, *thesaurus repositus*; intelligiturque *beneficium in regem collatum* et in futuros usus apud eum collocatum, *gratia apud regem in futurum tempus inita.* Est enim, ut scite poëta ait, Καλόν γε θησαύρισμα, κείμενη χάρις. *S.*

CAP. CX. 7 *seqq.* ἄνδρας ἀπέπεμπε *etc.*) *Misit viros iussos tacere*; *Valla*: τοῖσι ἐπέτελλε σιγᾷν. Melior mihi lectio videtur marg. *Steph.* τοῖσι ἐπίστευε σιγᾷν ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικνεομένοισι τὰ αὐτὸς ἐνετείλατο βασιλέϊ φράσαι: *quos, utcunque tormentis excruciarentur, fideli credebat occultaturos silentio, quae Regi mandasset dicenda.* Hos inter, quos a longo tempore fideles fuerat expertus, fuisse quoque dicitur *Sicinnus*: hunc *Polyaeno* p. 60. ante pugnam, post pugnam p. 61. dicitur misisse Ἀρσάκην: Ἀρνάκην vocat *Plutarch.* in Aristid. p. 324. B. Quando autem, ut res ipsa suadet, non scripta epistola, sed vel per amicum vel *per servum fidum*, ut *Iustin.* II. cap. 12., ista Xerxi Themistocles indicavit; non tam miror quod apud *Nepot.* Them. c. 9. *literis*, ait, *eum* (patrem Tuum) *certiorem feci, id agi ut pons - - - dissolveretur*; sed in *Thucydide* miror lib. I. cap. 138., cur et quomodo Themistocles dicatur γράψας τήν τε ἐκ Σαλαμῖνος προάγγελσιν τῆς ἀναχωρήσεως, καὶ τὴν τῶν γεφυρῶν - - οὐ διάλυσιν. Scriptam a cauto Imperatore epistolam negabit *Herod.* nec sane fit credibile. VALCK.

Ibid. τοῖσι ἐπίστευε σιγᾶν) Pristinum ἐπίστευε damnant schedae, quibus obsequor. [Vide *Var. Lect.*] *Credidisse* indicatur et confisum fuisse Themistoclem, *nuncios, etsi tormentis omnibus vexarentur, mandata tacita habituros*; plana utique sententia, et simillima *Pausaniae* lib. VII. p. 589. Si vero *Nostri* fidem laudamus, (et quidni?) αὖτις *iterum* ad Persam Sicinnus missus abiit. *Plutarchus* aliunde *Arnacem*, regium eunuchum et captivum accepit, ad Xerxem ablegatum, Themist. p. 120. c., deditque *Polyaeno*, sed *Arsacem* adpellanti, lib. I. 30, 3. WESS.

10 *seq.* πρὸς τὴν Ἀττικήν) Quae prostant in Miscell. Lips. Nov. VIII. pag. 501. sunt certe inconsiderate [a *Reiskio*] scripta. Non ex Andro fidos istos homines mittit, sed ex insula Salamine; [at *Herodotus* quidem significare videtur, ex *Andro* eum viros illos ad Xerxem misisse.] neque sane Xerxes, quod vir doctus putabat, in Hellespontum aufugerat: exigat is iterum Herodoteam narrationem: mittitur navis in Atticam, ubi haerebat adhuc Xerxes; neque enim hic cum classis aufugit reliquiis; sed cum exercitu suo secedens ex Attica, Graecia peragrata, rediit in Asiam cap. 119., ἐδῶ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. conf. cap. 113. 126. 130. WESS.

CAP. CXI. 8. Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην) Admovet Andriis τὴν καλουμένην ὑπὸ τῶν πολλῶν Πειθανάγκην *Synesii* (Or. de Regn. p. 26. A.) Themistocles; blandiorem quidem illam, quam Ἀνάγκη καὶ Βία, quibus Corinthi olim fanum in *Pausan.* lib. II. 4., aeque tamen liberis et sui iuris hominibus acerbam et detestabilem. Muliebres autem deas μεγάλους utroque sermone recte dici, *Iac. Elsnerus* Sched. Crit. p. 39. commonstravit. WESS.

8. *et seqq.* Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην *etc.*) Duabus his Deabus, quas suae habendi cupidini Themistocles πρόϊσχε, eleganti responso sapienter opposuerunt Andrii, quas insulam suam semper colere dicebant Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην: quarum etiam fideli praesidio feroces Themistoclem et Graecos re coëgerunt infecta illuc recedere unde venerant, c. 121. ἐπεὶ τε οὐκ οἷόν τε ἐγίνετο ἐξελεῖν τὴν Ἄνδρον - - - ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. Quam Noster, hinc paucis rem narrat *Plutarch.* in Themist. pag. 122. c. δύο καὶ ἥκειν ἔφη θεοὺς κομίζων Πειθὼ καὶ Βίαν· οἱ δ' ἔφασαν εἶναι καὶ παρ' αὐτοῖς θεοὺς

μεγάλους δύο, Πενίαν καὶ Ἀπορίαν, ὑφ᾽ ὧν κωλύεσθαι δοῦναι χρήματα ἐκείνῳ. Nomina Ἀναγκαίης et Ἀμηχανίης in magis usitata convertit Βίας et Ἀπορίας. Amor in ala *Simmiae*: Οὔτε γὰρ ἔκρινα βίᾳφι, πραΰνω δὲ πειθοῖ: et ante: Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν ἀνίκ᾽ ἔκριν᾽ Ἀνάγκα. [Vide *Brunckii* Analect. T. I. pag. 205.] Huius Necessitatis imperio lene suum Amor opponit blanda vi persuadentis: apud *Xenoph.* Ἀναβ. VII. pag. 247. οἱ νῦν σοὶ ὑπήκοοι γενόμενοι οὐ φιλίᾳ τῇ σῇ ἐπείσθησαν ὑπὸ σοῦ ἄρχεσθαι, ἀλλ᾽ ἀνάγκῃ. Hanc a veri nominis Rege longe removet *Ecphantus Stobaei* p. 335., qui pro sectae severitate τὸ πειθοῦς τινος δέεσθαι considerat (vs. 10.) veluti τᾶς ἐπιγήω φαυλότατος λείψανον, quia πειθὼ ἔργον τι ἐντὶ παροικέον ἀνάγκᾳ. Hinc sua quaedam *Plato* derivavit in Politicum: conf. *Dion Chrys.* p. 79. F. et 366. B. Non solum τὴν Πειθὼ, μειλίχιον ὅπλον, sed mitibus verbis minas addens paene regaliter Themistocles Andriis ostentabat τὴν Πειθανάγκην· καὶ, ὡς οἷον εἰπεῖν, θατέρᾳ μὲν δόρυ, θατέρᾳ δὲ κηρύκειον προϊσχόμενος, ὃ δὴ παροιμία ἦν, ὥς φησὶ Παυσανίας, ἐπὶ τῶν ἅμα μὲν παρακαλούντων καὶ ἀπειλούντων, ut scribit *Eustath.* in *Hom.* Ἰλ. γ'. p. 309, 14. VALCK.

11. καὶ θεῶν χρηστῶν) Fingebat Cl. *de Pauw* καὶ θεῶν χρ., non absurde, modo necessitas adesset: insuper, [*lin.* 12.] ἐπὶ, Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας ἐς τὰ μάλιστα ἀνήκοντας, *ad Andrios certe non accedere nisi maxime pauperes, et in primis, deas inutiles et noxias duas nunquam eorum insulam relinquere, sed in ea gratum sibi domicilium habere, Paupertatem et Inpossibilitatem.* Γεωπείνας non homines, sed ipsas respicere deas, sic ab Andriis dicacioribus adpellatas: ad Athenienses accessisse θεοὺς χρηστοὺς, ad se semper invisere θεοὺς γεωπείνας, praeterque ceteros Πενίην καὶ Ἀμηχανίην insulae possessione delectari. Quae, doctissimo viro mirifice olim blandita, minime exagitabo, incertus, an ipsum ἀνήκοντες ἐς τὰ μάλιστα, seu potius τὰ μέγιστα, uti lib. V. 49. fefellerint, an repetiti toties post ἐπὶ accusativi; hos certe inprobavit, invito *Herodoto* et praeceptore structurae *H. Stephano* de Dialect. p. 138. Ceterum noti satis sunt γεωπεῖναι lib. II. 6., et ἐπήβολοι, bonae malaeve rei *conpotes*, ex *Aeschyli* Agam. vs. 551., *Porphyrio*que Quaest. Homeric. prima. Nam exemplarium *Arch.* et *Vind.* ἐπιβόλους aspernor, mirorque servatum a nupero *Hippocratis* editore,

Steph. Mackio, princip. Νόμον, eum Mssti et Scholiastae verum ostenderent. Ipsum adi. WESS. — De formula Nostro usitata εὖ ἥκειν vide ad I. 30, 19. et VII. 157, 11. notata. Caeterum mordaci ironia haec dicta videntur: *magnae et beatae Athenae* scilicet! nempe urbs eversa crematаque, et terra omnis vastata: *propitiis inprimis utuntur diis* scilicet, qui nec urbem, nec templa tutati sunt! Ad ἐς τὰ μέγιστα, ex praecedenti vocabulo χρηστοῖσι, intelligi par est genitivum χρηστῶν. S.

CAP. CXII. 2. οὐ γὰρ ἐπαύετο πλεονεκτέων) In fine cap. ex *Med.* optime restituit Clar. *Gronov.* Θεμιστοκλέης - - χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέατο (*sibi comparabat*) λάθρη τῶν ἄλλων στρατηγῶν. [Vide *lin.* 17. et ibi *Var. Lect.*] Ista de Themistocle dicta qui vituperat *Plutarch.* T. II. p. 871. c. ipse tamen in Them. T. I. p. 122. c. haec posuerat tanquam indubia: ἦν δὲ περιπλέων τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν, *et ex insulis sibi pecunias corradens.* Ibidem acerbissimum adversarii Themistoclis *Timocreontis* nobis carmen servavit, illum traducentis, ut ψεύσταν, ἄδικον, προδόταν, quippe qui amicum prodiderit ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι πεισθείς· Λαβὼν δὲ τρί' ἀργυρίου τάλαντ' ἔβα πλέων εἰς ὄλεθρον: in his τρία forte videbuntur in τριάκοντα mutanda *Herodotum* comparanti VIII. c. 4. Illic narrata si quam admittunt excusationis veniam, haec certe magni viri memoriam dedecorant; quem, gloria satiatum, auri fames videtur agitasse; neque tamen idcirco velut *Atheniensium ditissimus* Socrati potuit et Aristidi opponi: horum probe recordabar scribens quae leguntur p. 494. [Adnot. ad lib. VI. c. 121, 4 seqq.] VALCK.

4. χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους) Magnas cierunt hic turbas amanuenses; quorum *Med.* et consentanei veraces si fuerint, χρεώμενος, aut χρεωμένους *Med.*, exsilio damnabitur, summa plerorumque concordia oblatum: salvum illud vocabulum perstabit, ubi de vulgato demutabitur nihil. Neque fatuus propterea [quae *Gronovii* erat opinio] sermo erit. tametsi ἀπειλητήριοι λόγοι praecesserint. Illa enim generatim minacia verba, haec τὴν Πειθὼ καὶ Ἀναγκαίην, nisi imperata praestentur, denunciantia. Verum vide magnum et eruditum *Med.* patronum. WESS. — Recte a cod. *Med.* et consentaneis abesse vocabulum

λόγοισι videtur, nec ab *Herodoti* manu profectum. Id quum olim abfuisset, quippe facile e superioribus intelligendum, librariorum alii nimis officiose illud inculcarunt, alii vero, quum de nunciis hic agi putarent, 'Ανδρίους temere in βασιλέα mutarunt. Quare equidem aut deletam illam vocem, aut saltem cancellis circumdatam, ut suspectam, velim. *S.*

14. τοῦ κακοῦ ὑπερβολή) Hoc etiam ut Herodoteum referri debuerat in *Aem. Porti* Lexicon, quum ἡ ἀναβολή vel ὑπέρθεσις vix alibi dicatur ὑπερβολή. VALCK. — Equidem usitatiorem vocabuli ὑπερβολή notionem animo habens obversantem, (de qua consuli Lexicon nostrum Polybian. p. 629. num. 2. potest,) dormitansque quum hunc locum latine converterem, istud Καρυστίοισι γε οὐδὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο, ita acceperam quasi οὐδὲν ἧσσον scriptum fuisset. Minime spernenda erant, sententiae summa si spectetur, *Vallae* latina, a *Gron.* etiam et *Wess.* servata: *Carystiis ne hac quidem re contigit effugere cladem.* Proprie: *neutiquam tamen idcirco dilata est calamitas*: id est, *ne ullam quidem idcirco moram calamitatis adsequi contigit Carystiis.* Nempe continuo deinde Andro profecti Graeci (cap. 121.) fines illorum sunt depopulati. οὐδὲν valet κατ' οὐδὲν, *nulla parte, ne in breve quidem tempus dilata est calamitas.* Verbo ὑπερβάλλεσθαι *differendi* notione usus est Noster VII. 206, 4. IX. 51, 2. Vocabulo ὑπερβολή eodem, quo *Herodotus*, significatu semel usum *Polybium* memini, XIV. 9, 8. *S.*

16 *seq.* ὁρμεόμενος ἐξ Ἄνδρου) Sive ipsum Themistoclem ab Andro profectum intelligas, seu ad nuncios referas circum insulas missos, nihil offendet. *Plutarchus* ad prius inclinat, περιπλέων τε τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν, Themist. p. 122. c. Nihil certe urget, ut ὁρμεόμενος ἐπ' Ἄνδρου, *stationem ad Andrum habens*, refingatur, praesertim cum ὁρμέων in simili ponatur re. *Reiskii* ἐκτέετο genio sermonis et *Arch.* suffragatione protegitur. Conf. lib. VI. 62. WESS.

CAP. CXIII. 4. ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος -- χειμερίσαι δὲ ἤμελλον) Ad eamdem pertinet classem [scil. vocum, quae vix alibi quam apud *Herodotum* reperiuntur; conf. Adnot. ad c. 112, 14.] ἀνωρίη τοῦ ἔτεος, et χειμερί-

σαι: quorum prius quid sit docebunt Viri magni [*Tib. Hemsterh.*] observata ad *Thomam M.* in Ἀωρὶ νυκτός. [ubi tamen inobservatum hunc *Herodoti* locum *Hemsterhusius* praetermisit. Caeterum, quod ἀνωρίῃ cum subscripto iota hic scripsit *Valckenarius*, id nusquam ita pictum reperi. ἀνωρίην, quod ex editis ante *Med.* revocaverat *Wess.* tenui cum *Schaef.* ἀνωρίη absque iota subscripto praeferebat *Med.* cum *F.* et aliis: quos quod in *Var. Lect.* dixi videri ἀνωρίῃ debuisse, id nunc indictum velim. Quin immo verum videtur ἀνωρίη in nominativo, certe haud deterius quam ἀνωρίην. Nominativum casum cum infinitivo libenter construere Nostrum, haud multo etiam ante observavimus, ad cap. 109, 18.] Alterum χειμερίσαι, pro vulgari χειμάσαι vel παραχειμάσαι positum VI. c. 31. infra recurrit c. 126. et 130., ubi classis reliqua Persarum ἐχειμέρισε ἐν Κύμῃ. Formatum illud, ut θερίζειν, *aestatem transigere;* et rarius ἐαρίζειν, *tempus vernum.* Ἐχειμέριζε forte dederat Noster etiam c. 133. pro ἐχείμαζε, quod in alium usum adhibet VII. c. 191., ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς, *tertio demum die tempestas sedavit.* Loca tamen memorat lib. II. c. 22., in quae se conferunt grues ἐς χειμασίην: sic Codd. exhibent pro χειμαδίην. Dixit *Demosth.* p. 35. ὑπάρχει δ' ὑμῖν χειμαδίῳ μὲν χρῆσθαι Λήμνῳ: sic legendum puto eiecta voce δυνάμει ex vicinis repetita, ut dederit χειμαδίῳ, nempe τόπῳ. Illuc refero quod habet *Etymol.* p. 810, 1. Χειμαδίῳ, τόπῳ ἐφ' οὗ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος ἐγκαθορμίσασθαι: eadem dat *Suidas*, ex Rhetorico Lex. ut puto, descripta. VALCK.

8. πρώτους μὲν Πέρσας *etc.*) Praefert insoliti quidpiam πρῶτον τοὺς μυρίους Περ. πάντας *Arch.* et *Vallae*: saltem πάντας omisissent. Glossam atque additamentum ex lib. VII. 83. arbitror. WESS.

14. κατ' ὀλίγους) Legi nec posse nec oportere κάρτ' ὀλίγους verissima *Abreschii* animadversio, advocantis *Thucyd.* III. 111. ὑπαπήεσαν κατ' ὀλίγους: et lib. IV. 11. κατ' ὀλίγας ναῦς διελόμενοι. Vide supr. lib. II. 93. et *Duker.* ad *Thucyd.* lib. VI. p. 400. WESS.

16. τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε) Sunt, ni fallor, εἴδεος εὖ ἔχοντες, sive σωμάτων ἔχοντες ἄριστα, atque adeo ἀξιοπρεπεῖς. Hos dicitur Mardonius e ceterorum turba διαλέγων, *secernens*,

καὶ εἰ τίοισι etc., ubi forte lectio non esset deterior, *καὶ ὁτέοισί τι χρηστὸν συνήθει πεποιημένον*. Est illud *ὁτέοισι* Homericum et Herodoteum; Sophocleum *ὅτοισι*. Ad *Homeri* Ἰλ. ό. 491. *Eustathio* adnotantur Ὀτέοισι, ὅτου, ὅτῳ, ὅτων, ἀντὶ τοῦ ὥντινων, καὶ ὅτοισι: de quibus unum restitui poterit *Aeliano* de Nat. An. V. 39., *ad praedam a leone relictam τὰ ἄλλα ζῶα ἥκοντα καὶ αἰσθανόμενα, ὅπου* (scribendum, *ὅτου*) *λείψανόν ἐστι τὸ κείμενον, cuius ista sint reliquiae.* VALCK. — Mireris vero sollicitari a Viro doctiss. vulgatum *εἰ τέοισι* (ion. pro *εἴ τισι*,) quum nihil solennius sit Graecis, quam *εἴ τις, εἴ τινες* dicere, ubi perinde *ὅς τις, οἵ τινες* dici potuerat. *S.*

CAP. CXIV. 5. *τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι*) *Accipere omen, et, quidquid rex diceret, sibi sumere*, bene *Pavius.* Itaque Laco, cum Xerxes Mardonium poenas daturum ambigue respondisset, [*lin.* 16.] *δεξάμενος τὸ ῥηθὲν* abiit. Tale *δεκόμεθα, ὦ βασιλεῦ, τὰ διδοῖς* inf. c. 137. *δέκομαι τὸν οἰωνόν, accipio omen*, lib. IX. 90. et Comici *Δέχου τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ Plut.* vs. 63. WESS.

CAP. CXV. 4. *τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος*) Innuit *exiguum militum numerum*, quem *salvum* ex inmani illa multitudine lib. VII. 184. in Asiam reduxerit. Caussas fami pestilentiaeque acceptas fert. Non ex falso nuncius ad Atossam, Ἤκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες Ἐφ' ἑστιοῦχον γαῖαν, *Aeschyl.* Pers. vs. 510., qui de regiis per Thessaliam properantibus copiis vs. 490. *ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον Δίψῃ τε λιμῷ τε*, *Nostro* ferme consentiens. WESS.

11 *seq. λοιμός τε τὸν στρατὸν etc.*) Nihil est in his quod fictum videatur aut rationi disconveniens: quae habet *Iustin.* II. c. 13., pleraque sophistam potius decent quam historicum. Verum esse potuit quod scribit *Tzetzes* Chil. I. vs. 995., plerosque qui cum Rege secesserant, mortuos *κρυμῷ, λιμῷ, πορείᾳ. Labore, fame, ac metu distabuerunt, Orosius* p. 114. *Herodoto* prior *Aeschylus*, Pers. vs. 482., Στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ Διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος Δίψει πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοὶ Διεκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα, Καὶ Δωρίδ' αἶαν: tandem γῆς Ἀχαιΐδος πέδον Καὶ Θεσσαλῶν πόλισμ' ὑπεσπανισμένους Βορᾶς ἐδέξαντ', ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον Δίψῃ τε, Λιμῷ τ', ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε: absurde *Schol.* τόπος, ait, Βοιωτίας ἡ Κρήνη: hinc *aquas* nobis *Crenaeas* vocant, quae *fontanae* fuerant dicendae. In Atti-

cae pestis descriptione *Lucret.* VI. 1262. *Multa siti prostrata viam per, proque voluta Corpora silanos ad aquarum strata iacebant, Interclusa anima nimia ab dulcedine aquaï. Thucyd.* p. 131, 79., ἐκαλινδοῦντο καὶ περὶ τὰς κρήνας ἁπάσας ἡμιθνῆτες τῇ τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. VALCK.

19. νεμομένας ἁρπαχθῆναι) Praecessit ἅρμα Iovis sacrum, cui iuncti *equi* fuerunt, *pascentes*, ut Paeones ferebant, *furto abducti.* Supra VII. 55. εἴ τε ἵπποι οἱ ἱροὶ καὶ τὸ ἅρμα τὸ ἱρόν. Rediit, [*lin.* 21.] saepe restitutum, οἰκημένων. Vid. III. 96. WESS.

CAP. CXVI. 2. Θρήϊξ, ἔργον ὑπερφυὲς ἐργάσατο) *Rem* fecit *atrocissimam* Rex Bisaltarum. Ab humana natura patrisque nomine prorsus abhorrens facinus hinc enarrans *Aelianus* Var. Hist. V. 11., illum scribit fuisse Φιλέλληνα: quod mihi quidem obsequium Xerxi negatum non manifestat; sed idem digna scribit mansueta Graecorum humanitate, quando Thrax ob tantillam rem sex filiis oculos crudeliter eruens dicitur μὴ ποιήσας Ἑλληνικά. VALCK.

9. ἐξώρυξε αὐτέων ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθ.) Sumsit hinc *Aelianus* Var. V. 11. verbis paullum mutatis. Addit de patre, μὴ ποιήσας ἑλληνικά, quod verum; sed regulus ille, quantumvis φιλέλλην, ut ait, origine Thrax erat; a cuius gentis atrocitate oculorum eruendorum supplicium haud fuisse alienum, damno visus experti infelices Phinei liberi et ipse tetri auctor sceleris feruntur in Scholiis ad *Apollonii Rh.* lib. II. 178. Alia Celeb. *Iac. Perizonius.* WESS.

CAP. CXVII. 5. Ἐνθαῦτα δὲ κατεχόμενοι) Placebat olim addita littera κατερχόμενοι, *huc delati*, sive *reversi*, uti in *Aeschyleo*, a Comico acerbius perstricto, Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι. Quoniam schedae vetant, patior vulgatum, *retentos* aliquantisper isthic declarans. WESS.

CAP. CXVIII. 2. Iustissimum ἐξ Ἀθηνέων, toties totiesque in Musis pravum: bonum vero ex *Aldo* atque aliis διεχρέετο. [*lin.* 4.] Ionici enim commatis χρέεσθαι, eiusdemque conposita. Vide I. 21. WESS.

5. νηὸς Φοινίσσης ἐπιβάς) Haec ut possent ἐκτραγῳδῆσαι, rerumque humanarum lamentari vicissitudinem, Phoenissae navi scapham substituerunt piscatoriam; ex Trogo *Iustinus* II. 13. hinc *Orosius* II. 10. Ferebant, [*lin.* 6 *seqq.*]

πλέοντά μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην. Adfinis Atheniensium et fautor Boreas superbum Regem illaesum dimittere non poterat: ventus Boreas a sua velut sede eximie Στρυμονίας dicebatur; Στρυμονίου Βορέαο meminit *Callim.* Hymn. in Del. vs. 26. ubi notat ill. *Ez. Spanh.* qui plura dederat ad Hymn. in Dian. vs. 114. quo loco respicit *Callim.* Epigramma *Simonidis* ab *Athen.* servatum lib. III. p. 125. c. ubi pro Ὠκὺς libenter corrigerem, Ὀξὺς ἀπὸ Θρῄκης ὀρνύμενος Βορέης: sic *Boreae penetrabile frigus* indicaretur. Quae hic praeterea traduntur, Graecorum illa videntur commenta, *Herodoto* minime probata; quod observare debuerat *Brissonius* hinc illa narrans, de Regn. Pers. I. p. 33. Vera videbantur *Io. Tzetzae*, Chil. I. vs. 996. Ἀπὸ Στρυμόνος δ' ἐπιβὰς νηὸς αὐτὸς Φοινίσσης, Σὺν τοῖς ἀρίστοις τῶν Περσῶν, κλύδωνος γεγονότος, Κέλευσε τούτους ἐκπηδᾶν εἰς θάλασσαν τοῦ πλοίου· Ὅπερ δὴ καὶ δεδράκασιν, ἐκεῖνον προσκυνοῦντες, Ὅπως τὸ πλοῖον κουφισθὲν σώσῃ τὸν βασιλέα. VALCK.

7. ἄνεμον Στρυμονίην) Laurentii *a Strymonia* ansam docto viro praebuit corrigendi Στρυμονίηθεν, quo facile carebimus. Ab amne ventus Boreas Στρυμόνιος et Στρυμονίης, isque inpetuosissimus. *Callimachus* H. in Del. vs. 25. Τείχεα μὲν καὶ λᾶες ὑπαὶ ῥιπῆς κε πέσοιεν Στρυμονίου Βορέαο. Hinc *Aeschyli* πνοαὶ δ' ἀπὸ Στρυμόνος μολοῦσαι κακόσχολοι, Agam. vs. 200. *Callimachum* respexisse *Hesychius* videtur in Στρυμόνιος. WESS.

18. ἐκπηδᾶν) Perplacet ἐκπηδέειν, ut ἐνδιαιτέεσθαι, καταμαργέειν, et χρέεσθαι. Quae praecedunt, obiter *Dio Chrys.* attigit Or. XIV. p. 231. B. In proximis [*lin.* 22.] χρυσέῃ στεφάνῃ, etsi Mssti vulgatius praebeant, vim non facio. *Homerum* hic sequitur, στεφάνας praecipue (*Eustathio* ad Iliad. Σ'. 597. docente) probantem: adde illi magnum Animadversorem in *Athen.* lib. V. 8. [T. III. nuperae Edit. p. 121.] VALCK.

CAP. CXIX. 1. οὗτος δὲ ἄλλος λέγεται λόγος) Scripta exempla, quod inpeditum erat, sic optime explicant. Respectus est ad initium c. 118. [Immo unice verum erat, quod nostri libri dedere: vide *Var. Lect.* ad h. l.] Vicinum οὕτω εἰρέθη [*lin.* 3.] in *Pass.* nihil habere damnabile, ostendi ad lib. IV. 157. atque alibi. WESS.

[8. τῶν δὲ ἱερέων etc.) Ad id quod famae illi, de qua

hic agitur, opponit *Herodotus*, responderi poterat: At remigum, qui in navi erant, nautarumque cunctorum operâ opus fuit gubernatori, qua per vim tempestatis ad optatum littus eluctaretur. *S.*]

CAP. CXX. 4 seq. δωρησάμενος αὐτοὺς etc.) Donasse dicitur *Abderitanos aureo acinace*, καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ, quod ex Codd. revocabitur. *Tiaram* tamen infrequens fuisse puto Regium donum: Acanthios eodem quo Abderitanos honore Rex dignatus lib. VII. c. 116., ἐδωρήσατο ἐσθῆτι Μηδικῇ. Nusquam etiam *auro distinctam* χρυσόπαστον memoratam legi *tiaram*; de qua praeter *Brisson.* multa *Gataker* Adv. Misc. posth. c. 24. sed alibi reperias χρυσόπαστον ἐσθῆτα, et τὰ χρυσόπαστα τῶν ἐνδυμάτων. Abderitanos splendido Xerxen eiusque exercitum excepisse convivio constat ex *Herodot.* VII. 120. Nescio an alibi tradatur quod nobis narrat *Philostr.* de Vit. Soph. p. 494. de *Protagorae* patre Maeandrio Abderitano: δεξάμενος τὸν Ξέρξην οἰκίᾳ τε καὶ δώροις, τὴν ξυνουσίαν τῶν Μάγων τῷ παιδὶ παρ' αὐτοῦ εὕρετο. De Protagorae praeceptore *Democrito*, huiusque patre, paria prodidit *Diogen. Laërt.* IX. 34. testem citans *Herodotum*, de cuius nomine in aliud convertendo alibi coniecturam proposui. VALCK.

5. καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ) Ex *Vallae* Latinis locum instauravit *de Pauw*: recte factum Mssti testantur. *Med.* et paucorum τιήρῃ formam praefert insolitam, nec usquam obviam, cedereque meliori debuit. Quid de docto in Germania viro existimabimus, Aldinum τριήρεϊ χρυσοπάστῳ tuente, et poculum auro inductum excogitante? Quid? Sed mihi tempero. Τριήρης, si qua apud audaciorem poëtam, [vide *Athen.* XI. p. 550. f. et 497. b.] in Musis et solutae orationis auctoribus de *poculo* nunquam. Mos quoque Persicus, uti ad hunc diem in Oriente, donare vestes, tiaras, acinaces. De Acanthiis lib. VII. 116. καὶ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθῆτι Μηδικῇ Xerxes. Post illa [*lin.* 6.] ex Codd. λέγοντες ἐμοί γε οὐδαμῶς πιστά, quomodo scriptum superius, reverterunt. Parum quoque afui ab illis, quae isti de Abderorum situ, innovandis. Resedit impetus. Arripiant, quibus volupe erit. WESS.

CAP. CXXI. 5. τὴν μὲν ἐς Ἴσθμὸν ἀναθεῖναι) Priscae pietatis istam partem ostendit magis *Iac. Ph. Thomasinus*,

Donar. c. 19., quam explicuit. Ad rem significantissimae fuissent dedicatae hae triremes, nec minus a Phormione et popularibus consecrata Neptuno ad Rhium Aetoliae apud *Thucydidem* II. 84.; tum Iovi Casio in Corcyra insula, ex solidiore tamen materia, in *Procopii* Bel. Goth. lib. IV. 22., ut alias ne tangam. WESS.

CAP. CXXII. 2. εἰ λελάβηκε) Hic quoque nunc scribi malim εἰ λελαβήκεε, *num accepisset*: quod supra Codices dederunt p. 217, 7. [III. 42, 20.] Vulgatum praefert, ubi haec describit, *Plutarch.* de Herod. Mal. p. 871. c. aegerrime ferens, huic de Aeginetis iudicio Delphicum Deum hic auctorem inscribi; is enim iuxta *Herod.* [*lin.* 4.] ἀπαιτεῖ αὐτοὺς τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Acerbe *Plutarch.* Οὐκ ἔτι Σκύθαις, ait, οὐδὲ Πέρσαις, οὐδ' Αἰγυπτίοις τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ἀνατίθησι πλάττων' (ὥσπερ Αἴσωπος κόραξι καὶ πιθήκοις') ἀλλὰ τῷ τοῦ Πυθίου προσώπῳ χρώμενος, ἀπωθεῖ τῶν Σαλαμῖνι πρωτείων τὰς Ἀθήνας. Quem toties criminose traducit tanquam ad voluntatem Atheniensium loquutum, cur illis hic sponte sua praetulisset Aeginetas? Si de Aeginetis scripta falsa fuissent, aut Athenis negata, iussus et illa potuisset μετασκευάσαι: adeo neque huic criminationi species adest probabilitatis. VALCK.

5. τὰ ἀριστήϊα τῆς ἐν Σαλαμῖνι *etc.*) Animadvertit *Plutarchus* liquida in his malignitatis indicia, sed iratior: posito animi aestu (Vit. Themist. p. 120. c.) Nostro, neque illaudato, accedit. *Aeginetis*, sive astu id evenerit Spartanorum, seu reapse ad Salaminem ceteros gloria anteierint, *palmam inter civitates fuisse contributam*, priscorum consensus est, *Diodori* lib. XI. 27., *Aeliani* Variar. XII. 10. etc. Mox [*lin.* 8.] male, etsi crater aureus fuerit, schedae *Arch.* Redi ad lib. I. 51. WESS.

CAP. CXXIII. 4. διένεμον τὰς ψήφους *etc.*) Nolo, quamquam locuplete pristinum auctoritate munitur, litem recepto movere. [Vide mox *Valckenario* notata.] Ἔφερον, quod duobus in Codicibus, adstipulatores *Aristidem* T. II. p. 218. et *Plutarch.* Them. p. 120. D. nanciscitur: hic enim ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί; plenius ille, καὶ φερόντων τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τοῦ Ποσειδῶνος περὶ τῶν ἀριστείων: unde *Canterus* Chaeronensis arae *Neptuni*, Ποσειδῶνος, titulum instauratum voluit, Nostro

praeeunte. Ambo vero in latis sententiis ab *Herodoto* abeunt, et *sumtas ex ara tabellas*, sive ψήφους, significant; nec prave, pro diverso respectu. Insequens [*lin.* 8.] δευτερα δὲ accipiendum pro δεύτερον δέ. *Aristides*, ἕκαστος γὰρ ἑαυτὸν πρῶτον φέρων, δεύτερον συνέξεπιπτον ἅπαντες φέροντες Θεμιστοκλέα, Herodotea adumbrans; in quibus συνεξέπιπτον, sollemne in *tabellis et sortibus*, *urnâ cadentibus*, lib. I. 206. V. 22. oppido venustum. WESS.

Ibid. διένεμον τὰς ψήφους) Revocarem reiectum διενέμοντο. Athenis, causâ utrimque dictâ, qui iudicibus distribuebant singulis τὰς δύο ψήφους, hi dici poterant διανέμειν τὰς ψήφους. Sed apud *Herod.* Graeci duces *inter se calculos dividentes*, quibus ferrent suffragia, διενέμοντο τὰς ψήφους: et quidem ἐπὶ τοῦ Ποσειδῶνος τῷ βωμῷ, *ad altare* Isthmii *Neptuni*; ut Dei maiestate moti sancte iudicarent, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες (sive κρινέοντες, *iudicaturi*) ἐκ πάντων. Herodotea *Plutarch.* interpretatur in Them. p. 120. D. ἀναχωρήσαντες εἰς τὸν Ἰσθμὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὴν ψῆφον ἔφερον οἱ στρατηγοί. Hoc Athenis etiam nonnunquam factum liquet ex *Demosth.* de Cor. p. 162., ubi ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου dicitur ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον. Or. c. Macart. p. 601., τὴν ψῆφον, καιομένων τῶν ἱερῶν, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες τοῦ Διὸς τοῦ Φρατρίου, - - - ἐψηφίσαντο τὰ δίκαια. Mera iterum est cavillatio, quod scribit *Plutarch.* T. II. p. 871. D. qui ipsemet dixerat in Themist. p. 120. D. Θεμιστοκλεῖ δὲ (καίπερ ἄκοντες ὑπὸ φθόνου) τὸ πρωτεῖον ἀπέδοσαν ἅπαντες. VALCK.

CAP. CXXIV. 3. ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη) Vindicavimus prius ab iniuria *H. Stephani* lib. VI. 131. Ἐδοξώθη in eadem Recensione Voc. Herod. [idem *Stephanus*] legi posse ἐδοξώσθη, quod utique ipse, *Aldo* deserto mutaverat, suspicionem movet, nec urget tamen, idque rectissime. WESS.

6. ἐς Λακεδ. ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι) Verisimilius mihi videtur quod *Plutarch.* narrat in Themist. p. 120. D. Spartam vocatum deductumque a Lacedaemoniis fuisse Themistoclem, sibi nempe metuentibus nunc tandem, μή ποτε Θεμιστοκλῆς, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κακόν μέγα βουλεύσηται κατ' αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ut scribit *Diodor.* XI. c. 27. idcirco tum ἐτίμησαν αὐτὸν διπλασίοις δωρεαῖς τῶν τὰ ἀρι-

στεῖα ὑπελθόντων. Iuxta *Libanium* T. I. p. 14. c. illum ἐστεφάνουν, τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφορμὴν ποιούμενοι τὴν ἐκείνου διάνοιαν. Multiplicem honorem ipsi tum tributum a Lacedaemoniis enarrat et *Plutarch.* In *Herod.* legerem [*lin.* 12.] ex marg. *Stephani* προέπεμψαν ἀπιόντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες: quo honore neminem alium dicuntur prosequuti. Hoc apud *Thucydid.* I. c. 74., Spartanis in memoriam revocat orator Atticus: *Themistocles*, ait, αἰτιώτατος ἐν τῷ στενῷ ναυμαχῆσαι ἐγένετο, ὅπερ σαφέστατα ἔσωσε τὰ πράγματα· καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο δὴ μάλιστα ἐτιμήσατε ἄνδρα ξένον τῶν ὡς ὑμᾶς ἐλθόντων: sic scripta Codices exhibent. VALCK.

12. προέπεμψαν ἀπιόντα) Non nescio patrocinium, veteri ἀνιόντα paratum. Praestat ex scriptis exemplis depromtum, estque apud *Aristidem* T. II. p. 219. in memorabili hoc Atticum imperatorem deducentium et prosequentium comitatu: memorabili inquam; nihil sane ad honorem amplius et ad gloriam magnificentius publice a Spartanis laudato accedere potuit, quam a trecentis equitibus, primae nobilitatis, et regnm stipatoribus lib. VI. 56., [conf. Adn. ad VII. 205, 9.] ad Laconicae fines honorifice deduci. Praedicant hoc eius decus *Aristides, Plutarchus*, Atheniensiumque legati, ad Spartanos perorantes in *Thucydidis* lib. I. c. 74. WESS.

CAP. CXXV. 2. Τιμόδημος Ἀφιδναῖος) *Vallae* Ἀφιδναῖον haud agnoscenti, nedum Ἀθηναῖον, modo plures adforent suffragatores, adsensum cupide praeberem. *Belbinita* fuit *Timodemus.* Memini pulcre, *Io. Meursium* insulam Belbinam Atticae populis sive pagis sine teste inseruisse, et *Sponii* meruisse censuram, errantis tamen longe ob negatos insulae incolas. Alia omnia *Strabo* VIII. p. 576. et IX. p. 611. [p. 375. c. et p. 398. D. ed. Cas.] Iam Belbinita si Timodemus, quomodo *Aphidnaeus?* Nam Ἀθηναῖος *Arch.* ex sequentibus, quoniam librarius, sicuti in *Valla*, aliquid deesse suspicabatur, huc venisse videtur. Fuisse vero *Belbinitanum*, acre Themistoclis responsum arguit. Simile *Platonis* de Rep. I. p. 330. A. et *Plutarchi* Them. p. 121. A., quo Seriphio obtrectatori Themistocles, ἀλλ' οὔτ' ἂν ἐγὼ Σερίφιος ὢν, ἐγενόμην ἔνδοξος, οὔτε σὺ Ἀθηναῖος. Qui quidem ex insula Seripho, hic ergo ex Belbina, insula ex adverso Atticae obscuriore, cuius habitatores ob vilitatem

adeo contemtibiles, ut Βελβινίτης Graecorum conviciis celebraretur. Testis est *Teles* philosophus apud *Stob.* Serm. XXXVIII. p. 233., ubi nunc Βελβινθείτης, sed ad Nostri praescriptum de *Abr. Ortelii* sententia reformandus. Si boni tamen commatis Ἀφιδναῖος, quod valde metuo, quippe dicto Themistocleo nervos incidens, solum superest, ut Timodemus, domo Belbinita, ius civitatis Atheniis ob nescio quae merita, qualis Cl. *de Pauw* divinatio, consecutus fuerit et *Aphidnaeis* additus. WESS. — Nihil profecto rationi magis consentaneum videtur, quam *Pauli* haec interpretatio. *S.*

Ibid. Τιμόδημος Ἀφιδναῖος) Adversarium in administranda republica saepius expertus Aristiden, habuit et Alcmaeonem Themistocles, teste *Plutarcho* Tom. II. p. 805. Hic memoratus virtutis Themistoclis ignobilis obtrectator *Timodemus* demo censebatur *Aphidnaeus*, ut supra Callimachus fuisse dicitur Polemarchus lib. VI. c. 109. *H. Steph.* ad h. l. *Valla*, inquit, Ἀφιδναῖος *omisit, aut potius non legit, quod certe suspectum etiam reddunt quae sequuntur. Vallae* potius suspectam fuisse puto Codicis scriptionem Ἀθηναῖος, in *Arch.* etiam inventam, atque illum omittendum censuisse quod emendare non poterat. *Kühnius* in *Pausania*, et vir Doctiss. *Aug. van Staveren* in *Apollodoro*, corrigunt Ἀφίδνας pro Ἀθήνας: vid. Miscell. Obs. X. p. 382. Vereor ne correctiones istas labefactet epigramma Cypselidarum ad eamdem pertinens Castorum historiam apud *Pausan.* V. p. 425. Τυνδαρίδα Ἑλέναν φέρετον, Αἴθραν δ' Ἀθήναθεν Ἕλκετον: et quidni canere potuit de Therapnaeis fratribus *Alcman*, ὡς Ἀθήνας ἕλοιεν. Eximiam mox lectionem, [*lin.* 4.] φθόνῳ καταμαργέων, *Herodoto* vindicavit Clar. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 203. VALCK.

5. ἐπιφανέων ἀνδρῶν) Adiuncto ex schedis nihil ad hanc rem utilius. Retinendum-ne vero καταμάρπτων, an *Codicum* καταμαργέων revocandum, haesitavi. Visum hoc, a *Valla*, quod *Portus* coniiciendo tenuit, lectum, aequius melius. Nam καταμάρπτειν, in *prehendendo* tritum, solitarie deponi, vix tolerabile. Contra καταμαργᾷν, et more Ionico καταμαργέειν, protervi hominis et invidia rumpentis *insaniam* egregie declarat. Quo qui ingenio μεμαργωμένοι κυνοθρασεῖς *Aeschylo* Suppl. 766. In vicinis [*lin.* 7.] scholion

ἰνέχετο καὶ Msti extrudunt, alioqui non in absurdis, uti lib. VII. 158. WESS.

8 *seq.* οὔτ' ἂν ἐγὼ ἐὼν Βιλβινίτης) Unius *Herodoto Platonis* opponi potest testimonium (nam a *Platone* sumserunt *Cicero* ceterique) lib. I. de Rep. p. 329 *seq.* Τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι, ὅτι οὐ δι' αὐτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν, εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο, οὔτ' ἂν ἐκεῖνος Ἀθηναῖος. Velut Seriphio cuidam dictum habet et *Plutarch.* T. I. p. 121. A. et T. II. p. 185. C. qui dictum etiam Stratonici nobis servavit ad hospitem quemdam suum Seriphium, T. II. p. 602. A. *Ciceronis* de Senect. c. 3. verba compararunt ad illa *Platonis*, praeter illius interpretes, *P. Leopardus* Em. lib. XVIII. c. 23. et *Andr. Dounaeus* in Demosth. p. 34. Herodotei Themistoclis Βιλβινίτης, sive potius Βελβινίτης, obscurae cuiusdam insulae *Belbinae* civis fuit, quae ab Attices promontorio Sunio non longe remota *Scylaci* p. 45. memoratur et *Straboni*: vid. *Pinedo* et *Berkel.* ad *Steph. Byz.* in Βέλβινα: hinc Βελβινίτης formatum praeter *Berkel.* et *Holsten.* vidit *Io. Meurs.* Misc. Lacon. IV. c. 4. qui, istius insulae non recordatus, insulanum tamen sensit debuisse designari *Teleti* apud *Stobaeum* p. 233, 5. καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅτι Κύπριος, ὁ Μυκώνιος, ὁ Βελβινίτης, corrigens Βελβινίτης: sed, qui tam multa de nobilissima insula Cypro collegerat, mirari certe debuit, hic tanquam convitium poni si quis dicatur Cyprius: libenter ista sic corrigerem: καὶ ὀνειδίζουσι μὲν ὅτι Κύθνιος, ὅτι Μυκώνιος, ὅτι Βελβινίτης. VALCK.

CAP. CXXVI. 3. στρατοῦ, τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο) Nimiae doctissimorum virorum in re, me iudice, aperta fluctuationes. Mardonius legerat sibi, Xerxe largiente, ex inmanibus eius copiis CCC. millia; quo *de Mardonii exercitu Artabazus* adscitis LX. millibus abeuntem regem stipavit atque ad Hellespontum comitatus est, reductis iisdem Thessaliam versus. Ex copia itaque discrepantis scripturae τὸν Μαρδ. ἐξελέξατο selegi. WESS.

CAP. CXXVII. 6. Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν) Non ausim hinc quidquam auferre aut demutare: non ἐπιτροπεύειν, in *cura et administratione civitatis* frequens, lib. III. 15. et 82.; non Τορωναίῳ, siquidem *Toronaei* is generis. De *Valla* sileo. Recte castigatur, ad unum Critobulum

adplicans, quod toti Chalcidicae genti concessum. Confer *Is. Casaubonum* in *Strabon*. X. p. 685. [Comment. ad pag. 447. ed. Cas.] WESS.

CAP. CXXVIII. 3 *seqq.* Τιμόξεινος ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγὸς *etc.*) Cum Artabazo dicitur egisse de urbe Potidaea prodenda, ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἶπαι, - - - τέλος μέντοι τοιάδε ἐγίνετο. Ista opinor recte *Vallam* cepisse, *incertum mihi quonam modo ab initio; - - - ad extremum ita actum est.* Opponi enim hic ἀρχὴν et τέλος recte *Koenius* animadvertit; mirorque cur non nominati *Bossii* ex Obs. Crit. pag. 59. novam versionem veteri substituerit Clar. *Gronov*. Quod hic narrat Noster, velut *Artabazi* commentum retulit *Polyaen.* VII. c. 33, 1. ubi *Timoxenus* dicitur Σικυώνιος. *Herodoti* tum forte immemor, Σκιωναῖος tamen illic legendum sensit Cl. *Adr. Heringa* Observ. c. 15. p. 130. Varios *modos* enarrans *epistolas occulte mittendi Aeneas* in Poliorcet. c. 31. velut modum quintum decimum haec habet de *Timoxeno et Artabazo Herodoti*, quem paene ad verbum descripsisse *Aeneam* monuit *Casaubon.* VALCK.

8. παρὰ τὰς γλυφίδας) Ab *Aenea* Poliorcet. cap. 31. p. 1704. [p. 466. ed. Lipsiens.] bene hinc derivata corruperant librarii, corrupta optime integravit *Casaubonus*. *Polyaeno*, iisdem (lib. VII. 33, 1.) uso, proditor Timoxenus Σικυώνιος, in Cod. *Florentino* Σκιωναῖος, cui primas *Maasvicius* cur negavit? idem *Berglerus* miratur. Praeterea [*lin.* 4 *seq.*] ὅντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν ἔγωγε *etc.* explicuit Cl. *Bos* Obs. Crit. cap. 11. aliter atque oportebat. WESS.

Ibid. τοξεύματος παρὰ τὰς γλυφίδας) Haec minus recte conversa egent levi correctione, τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες: verbis adiectas sic solet Noster repetere praepositiones: ad eam rationem *Aeneae* suo *Casaubonus* restituit: οἱ δὲ τοῦ τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας ἑλίξαντες τὸ βιβλίον, *circa sagittae crenas epistolam volventes.* [ubi quidem alia parte errantes librarii περὶ recte dederunt.] Sequentia ferme describens *Herodoti* [*lin.* 10.] τὸ ἐπαΐστος, interpretatur καταφανής. Ubi Nostro Persa duntaxat dicitur ἁμαρτὼν τοῦ χωρίου, ad ista haec adduntur apud *Aeneam*, διὰ πνεῦμα καὶ φαύλην πτέρωσιν, quae *Casaubonus* omisit in versione: istorum tandem loco, τὸν δὲ βληθέντα περιέδραμε ὅμιλος, [*lin.* 13.]

Aeneas dedit, πρὸς ὃν βληθέντα περιέδραμεν ὄχλος: ubi proxima totidem sunt verba *Herodoti*. In Timoxeni scelere tegendo collegarum providentiam illam in exemplum laudabile Noster lectori suo commendatam voluit. VALCK.

16. παρῆν) *Mediceum* deserui, sine ullo fulcro incedentem: structura tamen non inproba, et lib. III. 114. atque alibi sese offerens. Quae vero deinceps [*lin.* 18.] μὴ καταπλῆξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ, de *proditionis supplicio* in Latinis *Vallae* sumuntur, indignante, neque iniuria, *Porto*; qui, *ob proditionem Timoxenum metu non percellendum*, ex communi eius verbi notione, haud prave. Mihi, ut ingenue dicam, blanditur quodammodo *Arch.* μὴ καταπλέξαι Τιμοξ. προδοσίῃ, *non inplicare proditionis crimine.* Notum in Musis καταπλέκειν usu diversiore, nec hunc tamen sermonis genius adspernatur. WESS.

CAP. CXXIX. 2. γίνεται ἄμπωτις) *H. Stephanus* [post Ἀρταβ. δὲ *comma* interserens, quod et *Gronov.* tenuit] male separavit iungenda: Ἀρταβάζῳ δὲ ἐπειδὴ πολιορκέοντι *etc.* Ad *Longinum Iac. Tollio* p. 70. hic ἄμπωτις dici videtur, quam mox πλημμυρίδα vocat *Herodotus*: ubi paulo post nostris in exemplaribus mentio fit τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος, forte disputari posset idem-ne voces illic denotent an diversa; sed hoc dubium esse nequit, quin et hic opposita sint, ut apud alios, ἄμπωτις et πλημμυρίς. ἄμπωτις *maris* est *recessus*, ἀναποθέντος τοῦ ὕδατος, *quum aqua* velut *resorbetur*: πλημμυρίς, *aestus*, vel aestuantis aquae *accessus*. *Homeri* Charybdis τρὶς τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ, Od. M'. 105. *Demosthenes Thrax* in sua Paraphrasi posuerat, *Eustathio* teste: ἡ ὀνομαζομένη μὲν Χάρυβδις, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἄμπωτις τοῦ πελάγους βιαιοτάτη, καὶ αὖθις πλημμύρα. Quae aliis πλημμύρα, πλημμυρίς, vel πλήμη, Ionibus et *Herodoto* dicta fuit ῥηχίη. Errantem *Suidam* in voc. Ῥαχίαι recte corrigit *Küster.*; sed aptiora dare potuerat eam in rem istis paulo post hoc capite lectis; quae sola dedit et in Indice suo *Portus*: conf. *I. Waste* ad *Thucyd.* p. 244, 10. et *H. Steph.* Thes. Ling. Gr. III. p. 671. D. *Herodotus* lib. VII. cap. 198. *in Maliaco*, inquit, *sinu* ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχίη ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται, *quotidie maris sunt recessus et accessus.* De sinu Arabico Noster II. c. 11., ῥηχίη ἐν αὐτῷ καὶ ἄμπωτις ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται: sed huius sinus accolae barbari, iuxta

Diodor. Sicul. III. c. 40., memoriam servabant μεγάλης τινὸς γενομένης ἀμπώτεως, qua sic mare refugerat, ut fieret τοῦ κόλπου ξηρὸς πᾶς ὁ τόπος: postea tamen aiebant πάλιν ἐπελθοῦσαν ἐξαίσιον πλήμμην (ῥηχίην *Herodoto*) ἀποκαταστῆσαι τὸν πόρον εἰς τὴν προϋπάρξασαν τάξιν. In istis solito longe maior *aquarum recessus accessusque* μεγάλη τις ἄμπωτις et ἐξαίσιος πλήμμη dicuntur: nostro quoque loco *Herodoti* res narratur illic inexspectata et ad eum modum invisitata: ut adeo poena videretur a Neptuno Persis immissa: nam fuisse dicitur ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, et ἐπελθεῖν πλημμυρὶς μεγάλη, ὅση οὐδαμά κω. Iam rationem exputare nequeo, cur voces idem significantes, quibus facile quis in errorem induceretur, iungi voluisset *Herodotus*: suspicor adeo, quam primum πλημμυρίδα dixerat, hic iterum suo more ῥηχίην dixisse, atque ista καὶ τῆς πλημμυρίδος ab alia manu invecta, ut Noster [*lin.* 11 *seq.*] tantum dederit: αἴτιον δὲ λέγουσι Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε: *hanc vero causam fuisse tradunt Potidaeatae maris in tantam altitudinem exaestuantis istiusque Persarum cladis.* VALCK.

12. τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος) Merito *L. Küsterus* miratur *Suidam* in 'Ραχίαν scribere, Ionibus 'Ρηχίην eandem esse ac τὴν ἄμπωτιν καὶ τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης, h. e. *maris recessum; siquidem aestus* illis est maris, sive eius *accessus:* certe *Herodoto* ἄμπωτις καὶ ῥηχίη semper de *recessu* et *aestu*, lib. II. 11. VII. 198. et ῥηχίη eodem libro cap. 37. Quare et hic, nisi cui de *glossa* suspicio veniat, ῥηχίη καὶ πλημμυρὶς rem eandem συνωνύμως ex *Porti* opinione indicant. Docte *Nonnus*, prudentior *Suida*, de utriusque vocabuli notione ad *Gregor. Naz.* Stelit. II. p. 163. WESS.

19. οὕτω ἔπρηξαν) Usitatissimam in pessimo successu formulam [qua carere h. l. posse *Gron.* censuerat] hinc amoliri non sustineo. Supra lib. III. 25. ὁ μὲν ἐπ' Αἰθίοπας στόλος οὕτω ἔπρηξε. IV. 77. οὗτος μέν νυν οὕτω δὴ ἔπρηξε. VI. 44. ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς οὕτω ἔπρηξε. WESS.

CAP. CXXX. 1. 'Ο δὲ ναυτικὸς ὁ Ξέρξεω) Satis olim commodum 'Ο δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω *Gronovius* immutavit, quem vide. WESS. — Ut saepe ὁ πεζὸς, sic et nude ὁ ναυτικὸς (scil. στρατὸς) dici potuisse monuit *Gronov.* quemadmodum c. 131, 4. et VI. 96, 16. Sic vero et VII. 203, 7. *S.*

4. ἔαρος δὲ ἐπιλάμψαντος) Codices etiam praebent I. cap. 190. ἔαρ ὑπέλαμπε: hic si darent ἔαρος δὲ ὑπολάμψαντος, praeferrem ut usitatius. Hoc ubi habet *Chariton* III. p. 51, 9. dedit Herodotea Clar. *D'Orvillius*, ex ἐπιλάμψαντος hoc in loco maius incrementum colligens; sed confutat illud vox adiecta πρώϊος: paulo etiam post memoratur τὸ ἔαρ γενόμενον, opposite ad ἔαρ ὑπολάμπον, vel ὑποφαῖνον. Nusquam apud *Xenophontem* invenietur, ut puto, ἔαρ ἐπέφαινε: sed ἔαρ ὑπέφαινε p. 292, 27. 300, 17. et alibi. Sic *Livius* orditur librum XXII. *Iam ver appetebat, et Hannibal ex hibernis movit*: ista Codicum lectio ceteris videtur anteponenda. [Vulgatum ἐπιλαμψ. constanter tenent libri omnes.] Hic *Herodoto* scribi quoque potuerat, ut alibi solet, ἅμα τε ἔαρ ὑπέλαμπε, καὶ ὁ ναυτικὸς συνελέγετο ἐς Σάμον: eleganter nunc ponitur, πρώϊος συνελέγετο, *maturus*, pro πρωΐ. Pro ὀψὲ, *sero*, ut Latinis *serus*, non usurpatur (quod sciam) ὄψιμος, sed ὀψίζων: pro σκότους ὄντος, σκοτιαῖος adhibetur, ut *vespertinus*. VALCK.

10. ὁ Ἀμίτρης) Fuerat Ἰθαμίτρης, sicuti lib. IX. 102. cuius priore obsolescente littera, mutataque altera, id prodiit, quod cernitur: nam eundem describi, dubio vacat. Fuerit-ne Ἀρτύντης Ἰθαμάτρεω lib. VII. 67. huius frater, et patris hinc corrigendum nomen, non adfirmavero. Verius προήϊσαν ex Codicum discorde scriptura, et τὸ πρὸς ἑσπέρης, quod c. 132. WESS.

CAP. CXXXI. 6 *seqq.* Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος *etc.*) *Leotychidae pater et avus* memorantur etiam supra lib. VI. c. 65. Proavus, abavus, ceterique maiores, ad Theopompum usque, aliunde ferme sunt ignoti, quippe qui Spartae non regnaverint. Sed, si septem isti, qui post Leotychidem primi memorantur, non fuere Reges, scribi non potuit hoc capite [*lin.* 13.] οὗτοι πάντες πλὴν τῶν δυῶν: corrigendum videtur, οὗτοι πάντες, πλὴν τῶν ἑπτὰ τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, οἱ ἄλλοι βασιλῆες ἐγένοντο Σπάρτης. Levissima correctio, quae *Iac. Palmerio* debetur, fit unius literae mutatione; reliqua *Palmerii* molimina probari nequeunt. Reges Proclidas enumerans *Herod.* forsan in generis auctore Procle substitit, aut in primo potius iuxta Lacedaemonios Rege Aristodemo; atque hunc etiam ultimum posuerat recensens Eurysthenidas lib. VII. c. 204.

Ab aliis dissentientes Lacedaemonii (lib. VI. cap. 52.) λέγουσι αὐτὸν Ἀριστόδημον τὸν Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, βασιλεύοντα ἀγαγεῖν σφεας. Quantillum iam fuit exemplaria Herodotea corrigentibus illinc repetitos Aristomachum, Cleodaeum, Herculem, ad utramque seriem adiicere, aut in margine memoratos in contextum recipere. Septem istis omissis, hic (si vera suspicor) decem Reges memorarentur Leotychidae progenitores ex Heraclidis sati, *Aristodemus*, *Procles*, *Sous* (hunc recte, opinor, *Io. Meurs.* interserit reliquis, Euryphontis patrem, de R. Lacon. cap. 15.) *Euryphon*, *Prytanis*, *Eunomus*, *Polydectes*, *Charillus*, *Nicander*, *Theopompus*: hic *Herodoto* decimus, aliàs Regum dicitur ex ista familia nonus, quia non *Aristodemus*, sed primus Rex statuitur *Procles*. In his nostris, Ionice scriptis, mirari licet [*lin.* 10.] formam nominis Εὐρυφῶντος, illam quidem instar aliorum ex άων contractorum legitimam, sed in hoc nomine inauditam; in quo scribendo nota non nostrorum tantum exemplarium sed et veterum est inconstantia; quam exposuit *F. Sylburg.* ad *Pausan.* [lib. III. c. 2.] pag. 208. Hinc incerti fluctuant recentiores *P. Faber* Agon. III. 18. *Iac. Palmer.* Exerc. pag. 381. *Nic. Cragius*, *Io. Meursius*, *Ez. Spanhem.* ad *Iulian.* pag. 129. Εὐρυφῶν, hoc loco positum, commendat, quam genuinam puto, scriptionem Εὐρυπῶν, *Pausaniae*, me iudice, tribuendam et *Plutarcho*, in cuius T. I. p. 662. E. pro Εὐρυτίωντι δὲ, scribendum Εὐρυπωντίδαι. Rarissimam formam patronymicam nobis servavit *Etymol.* p. 397, 12. Εὐρυπώδης, quae non sane censeri debet ex Εὐρυποντίδης κατὰ συγκοπὴν nata, sed potius ex ώδης contracta, sicut Μινφώδης et similia. VALCK.

6 *seqq.* τοῦ Ἡγησίλεω *etc.*) Ex Eurysthenidarum familia Ἡγησίλεως lib. VII. 204. leniore est spiritu: idem lib. VI. 65. Ἄγις, non sine lite. [Vide ibi notata.] Reliqua Proclidarum series, ubi scriptores priscos in consilium miseris, multis premetur difficultatibus. *Omnes*, ait, *reges fuisse*, *exceptis duobus primis post Leutychiden depositis.* Ubi vero *Anaxandridae* regis, filii Theopompi, nepotisque eiusdem *Archidami*, pronepotis Anaxilai et abnepotis Leutychidae, inter Spartanos reges mentio? *Pausanias* III, 7. Proclidarum successionem multo digessit aliter;

habetque sibi suffragatores magnae in talibus auctoritatis. Ista ad incommoda cum Nobil. *Palmerius* animum attenderet, nossetque, *Aristodemum*, *Aristomachum*, *Cleodaeum*, *Hyllum*, in Spartanorum regibus haud censeri; scriptum [*lin.* 13.] fuisse decrevit. πλὴν τῶν δ' ὑστάτων καὶ τῶν ζ' μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, *exceptis quatuor ultimis, et iis septem, qui post Leutychiden recensiti sunt*, Exercit. in Gr. Auctor. pag. 39. Quae optimi viri medicina modum excedit, nec pravis sanitatem reddit. Prava reliquit [*lin.* 8 *seq.*] quae sic fingi debebant, Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Εὐνόμου: nam *Charillus Polydectis* fuit *filius*, *Eunomi nepos*, sicuti *Io. Meursius* Regn. Lacedaem. cap. 16. et *Ed. Simsonius* Chr. An. M. 3107. docuerunt. Perperam praeterea abest *Sous*, Euryphontis pater, Proclis filius, eodem *Meursio* c. 15. monstrante. Omnes hae turbae et errores iniuriae temporum et librariorum debentur; expeditu, silentibus Codicibus, inextricabiles. Amplexus Χαρίλλου sum nomen, obtemperans *Pausaniae* pluribusque aliis; inde Χαριλάου apud *Plutarch.* in Lycurg. frequentatur titulus. WESS.

, *CAP. CXXXII.* 13 *seqq.* τὸ γὰρ προσωτέρω πᾶν *etc.*) Formido urgebat ex Persarum maximo potentatu, tum etiam, quod Graecorum multi accurata ulteriorum locorum notitia deficerentur. De multis loquor: nam Atheniensibus ora Asiae et Thraciae ad Hellespontum navigationibus in Sigeum, Ephesum, Chersonesumque exploratissima erat; neque Spartanis ignotus Sami viciniaeque situs lib. III. 46. Haud districte ergo haec sumenda, nec de omnibus omnino Graecis, sicuti accepisse videtur *Libanius* Or. XIX. p. 480. ubi ὑπερπεπχθῆναι Δῆλον φοβερὸν fuisse olim τοῖς Ἕλλησι adseverat. Quam quidem Sophistae aberrationem Cl. *D'Orvillius* Miscell. Obs. Vol. VII. p. 11. redarguit. WESS. — Est in his sane hyperbolica quaedam descriptio metus atque terroris, qui Graecos, quamvis Salaminiâ pugnâ victores, tamen deinde etiamnum percussos tenebat, aut denuo subinde (ut fere fieri solet) eisdem obrepebat, magnitudinem cogitantibus periculi e quo praeter spem opinionemque emerserant; quum praesertim etiam tunc et Mardonius cum immani exercitu in Graeciae visceribus haereret, et in Ioniae ora, si classem eo mitterent, Xerxes

et classis suae haud poenitendas reliquias et alias ex Asia contractas formidabiles copias opponere illis posset. *S.*

16. συνέπιπτε δὲ τοιούτῳ) Concinnius *Arch.* τοιοῦτον sive τοιοῦτο, quae et *Pavii* coniectura, belle observantis, planiorem futuram descriptionem, si [*lin.* 17. *et* 19 *seq.*] τὸ πρὸς ἑσπέρης κατωτέρω Σάμου et τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἀνωτέρω Δήλου Scriptor maluisset. Sic manifestior Persarum ex orientis plaga progressus infra Samum, et Graecorum ab occidente ultra Delum. Verum Noster maluit vulgatum, habita utriusque itineris diversa ratione et respectu. WESS. — Et ego olim in eam incideram cogitationem, temere fortasse inter se permutatas esse sedes vocum ἀνωτέρω et κατωτέρω: sed in vulgatam scripturam consentiunt libri, et haud multo ante (cap. 130, 10 seq.) de Persis similiter dixerat Noster, οὐ προήϊσαν ἀνωτέρω τὸ πρὸς ἑσπέρης. Quod si hic item de Graecis diceret τὸ πρὸς τὴν ἠῶ ἀνωτέρω, posset hoc vocab. pro synonymo haberi τοῦ πεζῶτέρω, quemadmodum I. 190, 12. At hoc loco manifeste ἀνωτέρω et κατωτέρω invicem opponuntur. Quod ita intelligendum videtur, ut cogitemus, *Samum* insulam Ionicae orae fuisse vicinam, *Delum* vero in medio Aegaeo mari, pari fere intervallo a Graeciae continente et a Ioniae ora distantem. Igitur, quemadmodum in re nautica ἀνάγεσθαι dicitur qui ab ora *versus apertum mare navigat*, κατάγεσθαι vero qui *oram petit*; sic facile patet, quo pacto *Persae* dicantur *non ἀνωτέρω Σάμου occidentem versus ausos esse navigare.* Iam, quum *Delus* in medio mari Aegaeo sit sita, qui e Graecia Delum versus navigat, is quidem perinde ἀνάγεται sed qui, postquam e Graecia Delum pervenit, deinde Delo proficiscens Ioniae oram petit, is κατάγεται: et hactenus dicit Herodotus, *Graecos* κατωτέρω Δήλου *non ausos esse orientem versus navigare. S.*

20. οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσε) Haec scriptura ab ipsa re et schedarum auctoritate commendatur. Conf. lib. IX. 89. WESS.

CAP. CXXXIII. 3. ἄνδρα Εὐρωπέα γένος) Ex Cariae *Europo* apud *Steph. Byz.* fuisse *Myn* istum, credibile fit. Habent in Syria, Euphrati proxima, aliam *Europum* plures, adscripti ad *Hieroclis* Synecdem. pag. 713.; quae, Macedonicae post Alexandrum originis, nihil ad haec tempora.

Tzetzes Myn, Samium domo, offert ad *Lycophron.* p. 141., Atheniensibus regis Persae litteras interpretantem, haud scio unde acceptum. Mox χρηστόμενον ἐλθεῖν qui voluerint, Codices meque adstipulatores nanciscentur. WESS.

3. ἄνδρα Εὐρωπέα γένος) Carem hunc bis c. 135. vocat Εὐρωπέα: iuxta *Palmerium*, *ab Europo Idriade dicta.* Notae sunt aliunde Macedoniae Syriaeque urbes dictae Εὐρωπός: huius nominis urbem fuisse Cariae unus scribit *Steph. Byz.* illinc tamen gentile deducens Εὐρώπιος: ab Εὔρωμος eidem flectitur Εὐρωμεύς: et solius Cariae fuit Εὔρωμος, variis memorata in Nota *Berkelii* ad *Steph.*; saepius etiam, ut *Polybio*, sic *Livio* XXXIII. c. 30. cui incolae sunt *Euromenses* XXXII. c. 33. *Myn* tamen *Europensem*, ἄνδρα Εὐρωπέα Μῦν, ex his *Herodoti* habet in Phocicis *Pausan.* p. 755. Hominem e Caria, cur Persa miserit Mardonius ad oracula Graecorum, illi non erit obscurum, qui Cares fuisse noverit minimum διγλώσσους: Graece intelligentes non tantum, sed etiam Persis Graeca interpretantes. Apud *Thucydid.* VIII. 85. Spartano Mindaro Tissaphernes ξυνέπεμψε πρεσβευτὴν τῶν παρ' ἑαυτοῦ, Γαυλείτην ὄνομα, Κᾶρα δίγλωσσον. Cum Graecis ducibus agens Cyrus minor Caribus utitur interpretibus in *Xenophontis* Κύρου Ἀναβάσει: quumque ventitabant in aulam Persicam Graeci, tales et illic habuerunt interpretes. In *Aeliani* Var. I. 21. legendum arbitror, ἔλεγε δὲ ταῦτα, φράζων δι' ἑρμηνέως, pro παίζων: ubi Vir clar. aliena comminiscitur: illud aptum isthoc loco vel hoc declarat *Xenophontis* Ἀναβ. II. p. 168, 10. φράζουσιν ἃ λέγει. In proximis *Herodoti* [*lin.* 5.] minus accommodum σφι, scribique mallet *Koenius* τῶν εἴα τε ἦν οἱ ἀποπειρήσασθαι. VALCK.

CAP. CXXXIV. 3. *Trophonium* adgressus Europensis Car *Lebadiae* dicitur καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον: quod rarius altero καταβαίνειν εἰς Τροφωνίου iudicat vir summus ad *Lucian.* p. 339. [Dial. Mort. III. 2.] VALCK.

7. κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι) Corrigens errorem *Vallae Portus* in hunc ista sensum reddidit: *ut enim Olympiae, sic etiam illic* sacris (ante factis, et immolatis victimis) *oraculum consulere licet.* Ad huius mentem ἱερείοισι scribit vir doctus. [*Reisk.* in Miscell. Lips.] Isthoc modo si essent capienda, hic forte locus fuisset χρη-

στηρίοις, quae velut ex *Herodoto* memorantur *Ammonio* in ἱερεῖον. Sed, quae leguntur illic, alterius esse suspicor; hoc autem *Herodoti* loco quid requiri peculiare, quod locum habuerit in *oraculo Iovis Olympiae, et Apollinis Ismenii Thebis*; nam neque Delphis Deum adhibere licebat, nisi ante victimis immolatis, quibus esurientium fames sublevabatur: Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχει, δίψει δ' ἀπόλωλε, *Diogenian.* Cent. IV. Pr. 26. vid. *Lucian.* T. II. p. 204. [Phalar. II. c. 8.] Literas aliquot a vicinis absorptas suspicor, et pro κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι etc. restitui commode posse, κατάπερ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἐμπύροισι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι, *ignem victimarum vaticinum illic* (in Ismenii Apollinis Thebis) *consulere licet, ut Olympiae.* De multis pauca sufficient: *Pindar.* Ol. VIII. 3., Ὀλυμπία Δέσποιν' ἀλαθείας, ἵνα μάντιες ἄνδρες Ἐμπύροις τεκμαιρόμενοι παραπει- Ρῶνται Διὸς ἀργικεραύνου. *Schol.* in Ol. VI. 112. Μαντεῖον ἦν ἐν Ὀλυμπίᾳ, οὗ ἀρχηγὸς γέγονεν Ἴαμος τῇ διὰ τῶν ἐμπύρων μαντείᾳ, ᾗ καὶ μέχρι τοῦ νῦν οἱ Ἰαμίδαι χρῶνται. De *oraculo Apollinis Ismenii* Thebis, *Schol.* ad *Soph.* Oed. Tyr. vs. 21. Ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ) Ἀντὶ τοῦ βωμῷ, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὥς φησὶ Φιλόχορος. VALCK. — *Vallae* Latina *in templis* dudum *Portus* proscripsit. Χρηστηριάζονται αἰξὶ μάλιστα, *capris mactatis responsa petunt* Delphis, in *Diodor.* lib. XVI. 26., ὑπὸ μαντεύεσθαι apud *Pausan.* VI. 2, de quibus aliàs, dicendi genus patefaciunt. Quid *Olympiae* fieret, est in *Pausan.* lib. VI. c. 15. [?] et Criticis ad *Pindari* Olymp. VI. 112. WESS. — Ἐμπύροισι utique cum *Valck.* malles: at, quum in vulgatum consentiant libri, non obtrudendum istud *Herodoto* erat. ἱροῖσι χρηστηριάζεσθαι est *oracula ex victimis petere.* conf. ad II. 57, 11. notata. Aliorum Oraculorum responsa alio modo edebantur: *Thebis*, ait *Herodotus*, *quemadmodum Olympiae, per victimas.* Nec vero hic *extispicium* solum aut maxime intelligi par est, quippe quo quilibet vates ubique utebantur. Sed *Olympiae ex flamma ardentium victimarum* (ἐμπύροις, id est, *Hesychio* interprete, καιομένοις ἱεροῖς) capta fuisse dei responsa, docent Veterum testimonia a viris doctis citata: quod quoniam *Herodoti* aetate in vulgus notum esse debuit, consentaneum videtur, ut, quae is h. l. ἱρὰ dicit, illa καιόμενα ἱερὰ vel ἔμπυρα intelligantur. *S.*

8. ξεῖνόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον) Ille ξεῖνος, qui pecunià victus in Amphiarai templo indormiit, genere Lydus, *Plutarcho* Arist. p. 330. c. teste, erat. Ergo vitiose in eiusdem T. II. pag. 412. A. ὁ δὲ πεμφθεὶς εἰς Ἀμφιάρεω δοῦλος ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους. Quale peccatum frequens, neque abs doctis hominibus, *Rutgersio*, *Pavio*, *Bergleroque*, sine virgula praeteritum. WESS.

8 *seq.* κατεκοίμισε ἐς Ἀμφιαρ.) Scribi malim κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιάρεω, sive casus censeatur secundus atque usitatior in talibus, seu potius quartus et rarior, quia legebatur ante εἰς Ἀμφιάρεων: *cubitum ivit in aedem Amphiarai.* [Teneamus, puto, genitivum casum.] *Triclin.* ad *Soph.* Oed. Tyr. 114. ἀπῆλθεν - - εἰς Ἀπόλλω. *Apollod.* III. p. 203. εἰς Πυθίαν ἦλθε. *Lucaneum* in Act. Ap. XVI, 40., εἰσῆλθον εἰς τὴν Λυδίαν, est et illud ad Atticam normam, *Aristoph.* Plut. 237. *Demosth.* p. 733, 79. *Lysiae* p. 339, 7. In fine capitis [*lin.* 15.] non reiicerem si plures darent Codd. lectionem marg. *Steph.* ἐγκατακοιμηθῆναι. In Amphiarai templo ἐγκοιμησόμενοι qua solerent abstinentia praeparari ad somnium fatidicum accipiendum, tradit *Philostr.* de Vit. Apoll. II. 37. Propria erant de his verba ἐγκοιμᾶσθαι, ἐγκαθεύδειν, *incubare*: vid. Clar. *Wess.* ad *Diodor.* I. [cap. 53.] p. 63. et *Davis.* ad *Ciceron.* de Div. I. c. 43. ubi vulgatum *excubabant* forte tuebitur *Xenophontis* ἐξεκάθευδεν, p. 278, 37. In Aesculapii fanis, suo quisque ordine ἐγκοιμησόμενοι, interim circa templa excubabant aegroti: tales intelligendi sunt περὶ τὸν θεὸν θεραπευταὶ apud *Aristiden* T. I. p. 531. vid. T. *Hemsterh.* ad *Schol.* in *Arist.* Plut. p. 450. tales etiam latent in voce perverse scripta apud *Pausan.* II. pag. 136. περιοικοῦσι μὲν δὴ καὶ ἄλλοι, καὶ τὸ πολὺ οἰκεῖται (lege ἱκέται) τοῦ θεοῦ. Caeterum a Mardonio missus εἰς Ἀμφιάρεω δοῦλος [conf. *Wess.* ad *l.* 8.] quid in somnio videretur expertus, *Plutarchus* nobis narrat de Orac. Def. p. 412. A. VALCK. — Quod *lin.* 8. praeeunte nostro cod. *F.* κατεκοίμησε dedi, ut *Valck.* maluerat, id in suo quoque codice *Valla* reperisse videtur, cuius haec sunt latina: *tum, quodam - - pecunià corrupto, in delubro Amphiarai* (*constat*) *obdormisse.* Si κατεκοίμισε probes, transitive fuerit accipiendum, *curavit ut ille homo sui caussa in Amphiarai delubro pernoctaret.* Sed probabilior prior ratio. *S.*

15. *αὐτόθι ἐγκατακοιμηθῆναι*) *Amphiaraus* τῆς δι' ὀνειράτων μαντικῆς censebatur auctor, *Pausan.* I. 34. Cuius in fano propterea sciscitaturi pellibus incumbebant stratis, somnosque petebant. Illud autem ἐγκοιμᾶσθαι dicere quum soleant, remque ipsam ἐγκοίμησιν ἐν τοῖς ἱεροῖς *Diodor.* I. 53., cur pro reiiculo ἐγκατακοιμηθῆναι praestantium schedarum censebimus? Superius μαντεύεσθαι [*lin.* 9.] recte *P. Leopardus* Emend. VIII. 1. explicuit. WESS.

CAP. CXXXV. 4. ἐς τοῦ Πτώου 'Απόλλ.) Hunc etiam *Apollinem* Πτῷον (sive Πτῷον, *Etymol.* p. 413, 28.) ante pugnam Leuctricam adhibuisse dicuntur *Pausaniae* Thebani IV. [cap. 32.] p. 360., in Asii veterrimi poëtae carminibus iam laudatum, secundum eumdem IX. [c. 23.] pag. 755. ubi ex *Herod.* nobis enarrat quid evenerit *Myi*; hunc interrogasse Deum τῇ φωνῇ τῇ σφετέρᾳ· καί οἱ χρῆσαι τὸν θεὸν, οὐχ ἑλληνίσαντα οὐδὲ αὐτὸν, διαλέκτῳ τῇ βαρβαρικῇ. Iuxta *Herod.* aderant Cari ἀπογραψόμενοι τὰ θεσπιεῖν ἔμελλε Deus: tales ταχυγραφοῦντες καὶ τὰ μαντικὰ ἔπη μεταλαμβάνοντες *Eustathio* memorantur ad Od. ς'. p. 323, 35. Hi boni Thebani, solam intelligentes, ut istis temporibus plerique omnes, linguam patriam, mirabantur procul dubio linguâ Caricâ respondentem: neque enim verisimile, Deorum in oraculis administros diversis linguis respondisse, prout quaeque consulentibus esset patria; et figmentum arbitror Grammaticorum, quod nobis narratur in *Schol.* ad *Soph.* Trach. 1184. Hic narrata respexisse *Plutarchus* videtur, de Orac. Def. p. 412. A. loco lacunoso; in Gryllo p. 990. E. narrans quid ἐν τῷ θόλῳ τοῦ Πτώου 'Απόλλωνος suo etiam aevo inscriptum manserit. VALCK.

5. *καλέεται μὲν Πτῷον*) Reponunt Πτώου, scriptis non addicentibus. Fabulabantur veteres, Latonam conspecto apro ἀναπτοηθῆναι, *perterritam*; inde filio Πτώου cognomen, monti quoque, ad quem hoc fanum, Πτώου venisse titulum, in *Plut.* Pelopid. pag. 286. c., cuius in Commentario de Orac. Defect. pag. 414. A. περὶ τὸ Πτῷον tam templum quam montem signare potest. Excidit autem ibid. p. 412. A. oraculi Πτώου mentio: quae enim isthic, Amphiarai et Ptoi responsa, huc unice pertinentia, manifesto requirunt. Uleus loci *Aug. Bryanus* ad *Plut.* Pelopid. pag. 216. prudenter tractavit; neque medicam illi manum, operae

Bryani ignarus, *Io. Iac. Reiskius* negavit; sed vel sic metuo, ut sanata sint cuncta. Ceterum in aedis collisque situ *Strabo* lib. IX. p. 633. [pag. 413. ed. Cas.] cum *Casauboni* observatione consentit. WESS.

10. τὴν πρόμαντιν) Proba haec si sunt, habuit Ptous Apollo aeque ac Delphicus suam πρόμαντιν, suum προφήτην, nullaque necessitas ὑπὸ τῆς προφήτιδος in vicinis [*lin.* 16.] ex *Reiskii* voluntate fingendi; quae quidem, inproba ista si fuerint, nulla tamen aderit. Ostentant scripta exemplaria τὸν πρόμαντιν. *Strabo* solum προφήτην τοῦ μαντείου *Ptoi* lib. IX. pag. 633. novit, itidem *Plutarch.* T. II. p. 412. A., atque erronee aut corrupte φωνῇ Αἰολίδι respondentem, loco Καρικῇ, quam in Vit. Aristid., lapsus nonnihil, illi tribuit, h. e. βαρβαρικῇ διαλέκτῳ, qualis *Carum*, non Acolensium, lib. I. 171., *Pausaniae*, haec excerpentis IX. 23., iusto iudicio. Hinc manare videtur, τὸν πρόμαντιν Ptoi Apollinis et προφήτην, quorsum insequentia vergunt, unum eumdemque fuisse. Talis Amphicaeae πρόμαντις δὲ ὁ ἱερεύς ἐστι· χρᾷ δὲ ἐκ τοῦ θεοῦ κάτοχος, *Pausan.* X. [c. 33.] p. 884. WESS.

CAP. CXXXVI. 4. ὅτι οἱ προσκηδέες οἱ Πέρσαι) Spretum male *Pollucis* interpretamentum est, cui προσκηδέες huius loci *adfinitate coniuncti*: quales ob nuptias *Gygaeae* et *Bubaris* Persae [coll. V. 21.] Macedonum regum familiae atque Alexandro fuerunt, optimo monitore *P. Leopardo*, Emend. VIII. 1. Ipse Alexander πρόξεινος καὶ εὐεργέτης Atheniensium; adeoque utraque de caussa aptissimus ad legationis officium Mardonio ad Athenienses obeundum. Regi certe Athenienses c. 143. *Nolumus*, aiunt, *te quidpiam ingrati* παθέειν, ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον. De *Alabandis*, Amyntae a Persiae rege donatis, [*lin.* 8.] lis perseverabit. *Stephanum Byz.* Ἀλάβαστρα hic invenisse, negari non potest. Cariae *Alabanda* nemo ignorat, Phrygiae vero, quis tandem novit? At ubi *Alabastra* eiusdem Phrygiae? Quis praeter *Stephanum Alabastra* πόλιν μεγάλην Phrygiae attigit? Bene memini virorum egregiorum *L. Holstenii*, *Salmasii*, *Gronovii*, *Pavii*, coniectationes; incertos, nisi *Stephano* schedae sese fideliores, quod optem, iunxerint, relinquentes. WESS. — In vulgatam scripturam consentiunt libri. *S.*

CAP. CXXXVII. 1. τούτου ἕβδομος γενέτωρ Περδίκκης)

Seriem successionis, generisque priscam nobilitatem, haec et cap. 139. ac *Thucydides* lib. II. 99. egregie illuminant. Sumserunt sua hinc *Marshamus*, Canon. Chronol. p. 447., et *Spanhemius* de Usu et Pr. Numism. Diss. VII. p. 372. Urbs Λεβαίη, [*lin.* 6.] in quam Perdiccas cum fratribus devenit, non alia fortasse ac *Hesychii* Λίβα, πόλις ὑπὸ Θρακῶν. Equidem aliam non novi. WESS. — Generis successionem si spectes, quae mox cap. 139. inde a *primo Perdicca* usque ad *Alexandrum* hunc singulatim exponitur; ex nostro loquendi more non *septimum*, sed *sextum* diceres *Alexandri progenitorem Perdiccam fuisse*. Sed de ratione, qua in computando progenitorum numero et in similibus aliis computis uti consuevere Graeci, vide ad lib. I. c. 91, 5. notata. *S.*

9. τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων) *Oves, caprasque; Pausaniae* τὰ λεπτότερα τῶν προβάτων, lib. IX. 3. p. 714. Connexa [*lin.* 9-12.] *de antiquissimorum regum ac tyrannorum tenui conditione* observatio veritate nititur. *Intra suam cuique patriam regna finiebantur*, scribit *Iustinus*. Reges regumque filii armenta pascere haud dedignabantur. Hectoris Andromaches querela super fratribus, dum armentis ovibusque pascentibus attenderent, trucidatis, ex *Iliad.* Z'. 422. in luce versatur; notissima quoque regum Palaestinae vetustissimorum in sacris Pandectis tenuitas. WESS.

9 *seq.* ἔσαν γὰρ καὶ αἱ τυραννίδες) Moris Herodotei non recordabatur *H. Steph.* ista scribens; [in ora suae Edit.] *Hoc Herodotus subiungit, ne cui mirum videatur, quod rex ipse illos pascendis suis armentis et gregibus praefecerit.* Imo contra sequentium praebent rationem: *ipsa Regis uxor mercenariis panes coquebat*, pro veteris aevi simplicitate; sive, ut Herod. *quod ipsi olim Reges* (οἱ τύραννοι hic dicuntur τυραννίδες, ut legati, *legationes* etc.) ἔσαν ἀσθενέες χρήμασι. Ne narrationis simplicitate langueret oratio, structuris verborum elegantissimis lectorem excitat *Herodotus*, quaeque in sermone quotidiano subiicienda erat, causam ceteris praeponit: exempla dabit Ed. *Gron.* p. 109, 33. p. 35, 7. 47, 47. 63, 21. etc. [II. 53, 1. I. 85, 11. I. 114, 11. 155, 17 seq.] p. 328, 29. 349, 30. [V. 111, 3. VI. 58, 12.] Paulo hinc diversa sunt et velut per parenthesin interiecta, cum vocula καὶ vel ἀλλὰ praemittitur, ut p. 360, 24. p. 246, 2.

p. 249, 15. [VI. 57, 5. IV. 96, 7. 83, 7.] Hyperbata vocat *Longinus*, qualis ipse praebet exemplum [sect. 22.] in ed. *Toll.* p. 172. Vid. *Dounaeus* in *Demosth.* p. 91. et seqq. Saepius in talibus fuit erratum. VALCK. — Conf. quae ad I. 24, 17. notavimus. *S.*

11 seq. *αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπισσε*) *Ipsa cibos illis coquebat*, sive *panem*; nam sequitur, *ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς τοῦ Περδίκκεω*: in quibus primum miror tot superflua cur accumulet: satis erat dixisse *ὁ ἄρτος τοῦ Περδίκκεω*: hic fratrum natu maiorum respectu *παῖς* etiam dicitur infra: sed magis etiam miror cur *ὀπτῴη* posuerit *Gronov.* pro *ὀπτῷτο*, sincero instar *ἀνιῷτο*, *κοιμῷτο*, similiumque apud *Herodot.* "Ὅκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος, *dum coqueretur* [immo, *quando* (vel *quoties*) *coquebatur*] *panis*. *ἄρτους ὀπτωμένους* dixit *Alexis Athenaei* III. p. 114. D. In *M. Antonin.* III. 2. *ἄρτου ὀπτωμένου*, Latine dicendum *panis cum coquitur* docuit erudite *Thom. Gataker*. Est autem *ὀπτᾷν* eximie *torrere; coquere*, vulgo *πέπτειν*, Aeolico more dicitur et Ionibus *πέσσειν*: hoc saepius attigerunt ut Aeolicum Grammatici: *ἡμιάρτια πέσσει* Sophronis est apud *Athen.* III. p. 110. C. *πέσσειν ἄρτους* frequentius occurrit. VALCK.

13. *διπλήσιος ἐγίνετο*) *Panis in furno duplo maior factus Perdiccae regnum Macedoniae attulit: I. F. Gronovius* ad *Livii* XXI. c. 62. In proximis [*lin.* 15.] vulgatà, *ὡς δὲ ἤκουσε, ἐπῆλθέ οἱ αὐτίκα*, non est sane deterior lectio *Arch.* et marg. *Steph.* *τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε αὐτίκα*, vid. not. in p. 531, 64. [ad VII. 46, 8.] Hic adeo quid praeferendum sit, Codices decernent: sed servandum quod vulgatur [*lin.* 16.] *ὡς εἴη τέρας καὶ φέροι ἐς μέγα τι.* Quam paulo post [*lin.* 26.] memorat ex *Med. Gronov.* vocula *ὧδε*, si legeretur his praefixa, *ὧδε περιγράψει τῇ μαχαίρῃ*, significaret *tum;* sed iungi, me iudice, nequit istis, *Δεκόμεθα, ὦ βασιλεῦ, τὰ διδοῖς.* VALCK. — Vide *Var. Lect. S.*

15. *τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε*) Quo moti vim his librarii fecerint, non assequor. Corruptelam sustuli imperio excellentium codicum, eoque cupidius, ut sua Scriptori venustas rediret. De loquendi genere, abunde lib. VII. 46. stabilito, taceo. WESS.

29. *καὶ οἱ μετ' ἐκείνου*) Summae in his Msstorum consensioni non derogo. WESS.

CAP. CXXXVIII. 2. ἀπήϊσαν Ioniae mos, quo ἤϊε, ἀπήϊε, ἐπήϊσαν, et similia, tuebitur. WESS.

3. καὶ ὡς σὺν νόῳ κείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ διδόμενα) Isti, ὡς σὺν νόῳ ἐκείνων, vir doctus ad marginem *Aldinae* [cuius exemplo usus est *Wess.*] τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν γνώμην ἐκείνων explicandi caussa alleverat; nec praeter rem. Commodum foret, ab *H. Stephano* desideratum, *Arriani* Exp. Alex. III. 18. οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρον, modo eadem utrobique sententia dicti, neque loco lis moveretur. Vide Cel. *Iac. Gronov.* ibi, et superius c. 86. WESS. — Scribi malim ὡς ἐν νόῳ (vel ὡς νόῳ) ἐκείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ διδόμενα: id esset, ni fallor, ὡς αὐτῶν ὁ νεώτατος ἐνθύμιον ποιοῖτο τὸ ῥηθὲν, sive τὸν διδόμενον ἥλιον, *eorum natu minimum quae Rex dederat in animum demisisse*, velut vocem divinitus missam, quae laetum omen portenderet. Rem *animo diligenter considerare*, *Herodoto* dicitur ἐν φρενὶ et ἐν νόῳ λαβεῖν, aut omissa praepositione νόῳ λαβεῖν: IX. 10. III. 41. et 51. Nostro loco νόῳ λαβεῖν significat quod saepius dicitur ἐνθύμιον ποιεῖσθαι, nonnunquam ἐνθυμεῖσθαι, et θεῖον ἡγεῖσθαι: hoc dabit *Xenoph.* p. 287, 38. Εἰσῆλθέ μοί τι θεῖον, *Eurip.* Cycl. vs. 410. quod ille dixit ἐντεθύμημαι δ' ἔγωγε καὶ τοῦτο, in Κυρ. Παιδ. III. p. 177, 14. Conf. *Soph.* Oed. Tyr. vs. 748. et *Thucyd.* p. 478, 4. VALCK. — Mireris vero Duumviros longe doctissimos in loco plano atque facili adhaerentes, nodumque in scirpo quaerentes. Verba ista quum *Valla* (iuncta intelligens σὺν νόῳ ἐκείνων) sic esset interpretatus, *et quod data cum illorum assensu accipiebat minimus natu*; dein *H. Stephanus* in ora suae Editionis ista sic refingenda monuerat: „*et, quod ille, quum omnium natu minimus esset,* „*quae sibi data erant accepisset, id certo consilio factum* „*esse.*" *Nam* (haec ibidem adiecerat *Stephanus*) σὺν νόῳ, (*rarissimum alioqui loquendi genus*) *hoc videtur significare: quasi dicas Gallice* „*Et qu'il ne faisoit cela sans y avoir bien* „*pensé.*" Perspecte ille quidem; nisi quod *rarissimum loquendi genus*, ait, σὺν νόῳ: quod tamen non solum apud *Arrianum* loco a *Wess.* citato occurrit, sed et apud eumdem Nostrum, cap. 86, 5. huius libri, quem locum *Schulzius* etiam adnotavit; ubi de Persis, οὐδὲ σὺν νόῳ ποιεύντων οὐδὲν, cui opponitur σὺν κόσμῳ. Puto vero et alibi iri repertum, et in *Platonis* Crit. c. 9. legere memini οὐδενὶ ξὺν νόῳ, *te-*

mere, *imprudenter*, *nullâ recta ratione;* cui apud eumdem alibi ἄνευ νοῦ opponitur. Omninoque consentaneum est, ut σὺν νόῳ idem valere intelligamus, ac νουνεχῶς, *prudenter;* quae notio perapta huic loco erat. Quo minus caussae fuit, cur ὡς ἐν νόῳ vel ὡς νόῳ scriptum *Valckenarius* maluerit: multoque minus *Wesselingius*, adsentiens *Vallae*, iungere σὺν νόῳ κείνων, eiusdemque *Laurentii* Latina debuerat repetere; nam, ut *Gronovius*, sic etiam *Wesseling.* in *Vallae* versione h. l. nihil mutavit, nisi quod uterque *acceperit*, pro illius *accipiebat* scripsit, et vocem *data*, quae Graecum δεδομένα vel διδόμενα reddebat, temere praetermisit. Caeterum de scriptura διδόμενα, quam ex librorum praescripto praetulimus alteri, et de κείνων, loco olim vulgati ἐκείνων, vide *Var. Lect. S.*

6 *seq.* τῷ θύοντι οἱ τουτέων --- ἀπόγονοι Σωτῆρι) Certum vocabulorum delectum habere saepe difficile: τῷ θύοντι -- σωτήρια videtur adpositum. Alexander M. ubi a vulnere convaluerat, θύσας θεοῖς σωτήρια, μεγάλας ἑστιάσεις τῶν φίλων ἐποιεῖτο, *Diodor.* XVII. 100. Crebro alii, beneficiorum et salutis inpetratae memores; convocati a *Des. Heraldo* Advers. I. 5. Peius-ne vero τῷ θύοντι -- Σωτῆρι, *tanquam deo Sospitatori?* Negabunt, quibus notus vocabuli est usus, ab ill. *Spanhemio* Diss. VII. de Praest. Num. p. 416. clara in luce positus; eoque magis quod ΣΩΤΗΡΟΣ titulus latissime porrigitur, et fluvii deorum olim in numero, sua sibi templa, aras atque imagines habentes, *Pausan.* VIII. 24. p. 647. Offert praeterea τῷ θύοντι -- Σωτῆρι, de Temenidarum posteris, amplius quid et signatius. Huc itaque inclino. WESS. — Accedit codicum tantum non omnium auctoritas. *S.*

11. Μίδεω, τοῦ Γορδίεω) *Midae* huius, inter superstitionis auctores cum Orpheo et Eumolpo principis, fata, mores artesque in *G. Io. Vossii* lib. I. de Idolol. c. 24. et *Bouherii* Diss. Herodot. c. 8. Fixerat sedes, ante Brigum coloniam in Asiam deductam, ad Thraciae Macedoniaeque *montem Bermium*, *Conone* Narrat. I. consentiente. Propter eum montem horti, notabiles *sexagenum foliorum rosis*, quae *Tertulliano* de Coron. c. 14. *centenariae rosae de horto Midae lectae*, sed confundenti, si tamen primam vocem *Beat. Rhenanus* et *Rigaltius* recte formarint, *centifolias*, ῥόδα ἑξη-

τοντάφυλλα Pangaei Thraciae montis in *Theophrasti* Hist. Plant. VI. 6. Illis autem in hortis ἥλω, [*lin.* 14.] *captus*, non *exceptus*, uti *Valla*, Silenus, et coactus ad ea fuit explicanda, quae *Theopompi* fide, ista in fabula, indicibus *Dionysio* Halic. T. II. p. 132. et *Theone* Progymn. c. 2., cui suum reddidit *Valckenarius* supra lib. IV. 168., mire luxuriantis, *Virgilius*, *Ovidius*, *Aelianus*, nobis prodidere. WESS.

12. ῥόδα, ἓν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα) *Sexagenum foliorum rosas* in campis Emathiis nasci canit *Nicander* in Georgicis apud *Athen.* XV. p. 683. B. (ῥόδα vocans ἃ) κλήροισιν ἀντερίζετ' Ἠμαθίοισιν, Αἰὲν ἐν ἑξήκοντα πέριξ κομόωντα πετήλοις: vicinis abstineo, quibus non sum corrigendis. Adde notata in Diss. *Herod.* Clar. *Wess.* p. 130. De *Sileno in his Midae hortis capto* vid. *Davis.* in *Max. Tyr.* XI. 1. et Ampl. *Bouhier Diss. sur l'Histoire d'Herod.* c. 8., de hoc *Mida* aliisque agens cognominibus. Hortis istis Midae mons imminebat, οὖρος, Βέρμιον οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος: [*lin.* 16.] ubi ὑπὸ χιόνος legendum suspicabatur Doctiss. *Koenius.* VALCK.

CAP. CXXXIX. 2. Ἀμύντεω παῖς ἦν Ἀλέξανδρος) Recte *Harpocr.* Ἀλέξανδρος - - ὁ ἐπικαλούμενος Φιλέλλην, υἱὸς μὲν Ἀμύντου, πατὴρ δὲ Περδίκκου, ἐστρατεύετο ὑπὸ Μαρδονίῳ. In *Herod.* πατὴρ, quod est in marg. *Steph.* pro παῖς, sine ulla controversia reiiciendum; dubium forsan esse poterit, sit-ne natum ex errore librarii ad vicina aberrantis; an ex erudituli nota, qui in ora libri ad παῖς posuerit καὶ πατὴρ, memor Alexandro filium quoque dari, praeter Perdiccam successorem, Amyntam, qui privata sorte contentus filium reliquerit Aridaeum: vid. quae tanquam ex *Eusebii* Chron. vulgavit *Scaliger.* p. 57, 26. [Cognato codici *Ask.* qui πατὴρ hic habet, non adsentitur noster *F.* in παῖς cum aliis consentiens.] Sed Amyntas Alexandri fuit nepos ex filio Philippo: docente Clar. *Wess.* ad *Diod.* XII. c. 50. n. 9. quem Philippum velut fratrem Perdiccae, τοῦ Ἀλεξάνδρου, aliquoties *Thucyd.* commemorat I. 57. 59. II. c. 95. etc. conf. *Scholia* quae *Duker.* edidit ex Cod. *Cass.* p. 637. quaeque praefationi subiecit ex ed. *Bas.* p. 161, 76. Unus autem inter veteres *Thucydides* in hac Macedoniae Regum serie *Herodoto* consentit; nam Perdiccae filio Ar-

chelao octo Reges priores statuit lib. II. c. 100. Perdiccae [secundi] patri *Alexandro primus Perdiccas*, et primus itidem Regum Macedoniae ex Heraclidis genitorum, iuxta *Herodoti* seriem hoc c. 139. et cap. 137., fuit ἕβδομος γενέτωρ. Hunc in re controversa consensum historiae principum agnoverunt *Marsham*. Can. Chron. p. 447., quique pro doctrinae copia hanc materiem pertractavit illustr. *Ez. Spanhem*. de Usu et Praest. Num. T. I. p. 371. et seqq. Ex *Iustino* Macedoniae Reges enumeranti septimus etiam occurret hic *Herodoti* Alexander; sed primus tamen, qui toti Macedoniae imperaverit, ut aliis, illi statuitur Caranus; omittitur illic in *Herodoti* serie quintus, Alcetas, et aliis memoratus et *Satyro* apud *Theophil. Antioch*. II. p. 98. apud quem non fit mentio *Argaei*, cui nomen legitimum hic ex *Herodoti* Codd. restituit Clar. *Wess. Caranum* prorsus ignorat *Herodot*. ceterosque qui huic subiungi solent; Caranum tamen etiam apud Nostrum quaesivit ill. *Spanhem*. p. 374. coniecturam proponens, quae nemini facile probabitur. VALCK.

4. Ἀργαῖος) Damnatur in Temenidarum successione Ἀραῖος. *Argaeus*, Ἀργαῖος, *Iustino* VII. 2. atque *Eusebio* in Chron. est. Alius eadem ex gente Ἀργαῖος *Diodori* XVI. 2. Si *Goltzii* tamen numus ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ingenuus, qualis magno visus *Scaligero* ad *Euseb*. An. MDCXXIV. p. 122., Ἀργεῖος, *Argeus*, scribendus et adpellandus erit. WESS.

CAP. CXL. [1. Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας) Igitur tunc quidem in urbem se rursus contulerant Athenienses: sed paulo post, quum versus urbem duceret Mardonius, denuo eam deseruere. conf. lib. IX. cap. 5. et 6. *S*.]

6. τὴν γῆν σφι ἀπόδος) Regem scribit in Aristide *Plutarch*. p. 324. c. τήν τε πόλιν αὐτοῖς ἀναστήσειν ἐπαγγελλόμενον, καὶ χρήματα πολλὰ δώσειν, καὶ τῶν Ἑλλήνων κυρίους καταστήσειν. Quae Noster, eadem pollicitum narrat *Diodor*. XI. c. 28. Atheniensium constantiam merito laudant Oratores et sophistae, repellentium Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα: prae ceteris *Demosth*. Phil. II. p. 45. VALCK.

11. ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον) Hic lector attentus exspectabat κωλύσῃ, *impedimento fuerit*; vel simile quid: neque enim bene cohaerent, *mihi necessitas incumbit istis vos beneficiis ornare*, ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον αἴτιον γένηται: una lineola adiecta

scribamus ἀντίον γίνηται, id est ἀντιωθῇ. Herodotea sunt ἀντίος et ἀντιοῦσθαι. Eleganter τὸ ὑμέτερον, *vestrum*, dixit, pro ὑμεῖς. Sic τὸ ἐμὸν, τὸ σὸν, [scil. μέρος,] et similia frequentantur *Platoni* praesertim; cuius sunt ista, τό γ' ἐμὸν ἕτοιμον, ἐὰν οὗτος ἐθέλῃ, T. I. p. 128. B. τό γ' ἐμὸν οὐδὲν κωλύει ἐπᾴδεσθαι ὑπὸ σοῦ ὅσαι ἡμέραι, *me quidem quod attinet nihil impedit quominus* etc. p. 176. B. τὰ μὲν ὑμέτερα ἀκούειν, ὡς ἔοικεν, ἕτοιμ' ἂν εἴη T. II. p. 633. A. etc. Plura dabit *H. Steph*. App. de Dial. Att. p. 115 seq. VALCK. — Monere in *Var. Lect.* debueram, ἀντίον ex *Valck.* emendatione merito a *Schaef.* receptum esse, pro αἴτιον quod erat in Edd. et Msstis. *S.*

16. τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν) Hoc, fide Codicum egregie munitum, cur ierint mutatum, caussam non adsequor, nisi rariore fuerit in structura. Solet plerumque παρά casui tertio adiungi ἐπὶ ἐμψύχου, h. e. quoties de re animata sermo. [Itaque παρ' ἐμοὶ ἐοῦσαν h. l. cod. *Pa.* ex scholio.] *Homerus*, *Thucydides*, *Plato*, *Lucianus*, quartum, et Poëtae exemplo Noster, adstruxerunt. Vide *Thom. M.* in Παρά. Mox εἴπερ εὖ φρονέετε repudiare non debui. Supra c. 60, 2. εἴπερ εὖ φρονέῃς, alibique. WESS.

Ibid. τὴν νῦν παρεοῦσαν μοι) Duo tresve Codices dudum innotuerant, in quibus haec Herodoteo more distracta leguntur, τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν. Paulo quoque rarius illud παρ' ἐμέ: supra VI. c. 86. ex Codd. recte receptum θέσθαι παρά σε, quae lectio altera παρὰ σοὶ non debuerat dici deterior. Lexicon *Coislin.* p. 485., Παρ' ἡμᾶς οἰκεῖ, ἀντὶ τοῦ παρ' ἡμῖν· Ἄλεξις Φιλαθηναίῳ. *Soph.* Elect. vs. 184. ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων: ubi vere *Schol.* καὶ ἐν τῷ πεζῷ λόγῳ ἐν χρήσει αὕτη ἡ σύνταξις τῆς παρὰ προθέσεως. *Isaeus* p. 70, 25. καθήμενοι παρ' αὐτόν. *Thucyd.* III. c. 3. τριήρεις - - βοηθοὶ παρὰ σφᾶς παρεοῦσαι: ubi vid. Clar. *Abresch.* Quo apud *Thucyd.* significatu, *Herodoto* paulo post [*lin.* 21.] usurpatur καταλύεσθαι: ubi mihi quoque placet ἀλλὰ καταλύσασθε, ut ἀλλὰ πείθεσθε: in quibus suam habet ἀλλὰ vim obsecrandi, qua saepius usurpatur in talibus δὴ et ἀξιῶ. VALCK. — Pro καταλλάσσεσθε, quod olim vulgatum erat, *Gronovius* καταλύεσθε tamquam e cod. *Med.* edidit; sed in Notis monuit, καταλύσασθε in codice scribi. Et in hoc haud dubie nobis cum *Wess.* fuit adquiescendum. *S.*

19. παριστεύμενοι βασιλέϊ) *Herodoti* haec manus. Supra lib. IV. 166. παριστεύμενος Δαρείῳ διεφθάρη. Mox [*lin.* 21.] pessime *Medic.* ἀλλὰ καταλύσεσθε. Melius *Hutchinsonius* ad *Xenophont.* Ἀναβ. Κύρ. lib. I. p. 6. WESS. — Vide proxime ante notata. *S.*

30. ἐνάρωσι τοῦτο ἐν ὑμῖν) Potuisset τοῦτο ἐὸν ἐν ὑμῖν, uti c. 60, 2. καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι. Noluisse membranae docent. Χεὶρ ὑπερμήκης regis [*lin.* 32.] ab *Ovidio* expressa est, *An nescis longas regibus esse manus?* Heroid. XVII. 166. ubi *Ciofanus.* WESS.

35. ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων) Tales, quod *Porto* observatum, *Dionysio Halic.* Ant. lib. VI. p. 368. et XI. p. 730. ἐν τρίβῳ τοῦ πολέμου κείμενοι. Qualium quidem *in belli via*, mediorumque inter inimicas gentes, regio ancipiti plerumque periculo premitur, uti tunc Attica. Sequens ἐξαίρετον μεταίχμιόν τε Codices egregii scriptum desiderant, fortasse haud inprobe. Certe si ἐξαίρετόν τε μεταίχμιον praebuissent, quis sperneret? Quid autem proprie μεταίχμιον, indicavit lib. VII. 77. et *Euripid.* Phoeniss. vs. 1370. et Heraclid. vs. 802. WESS. — Ferri certe Codicum ἐξαίρετον μεταίχμιόν τε nullo pacto potest: et lubens equidem cum *Arch.* et *Brit.* τε perinde atque τε omitterem. Sed, undecumque posteriorem hanc voculam *Aldinus* editor acceperit, commodissima profecto ista scriptura est ἐξαίρετόν τε μεταίχμιον, in quam vellem Codex saltem *Med.* consentiret; quod ex *Gronovii* silentio colligi posset, nisi frequentibus documentis intellexissemus, in postremis praesertim Musis multas ab illo lectiones, quas idem codex haud dubie offerebat, neglectas fuisse, quum ad finem properaret. *S.*

CAP. CXLII. 10. περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆς ὁ ἀγὼν ἐγένετο) Haec Spartani, qui Graeciae ἡγεμονίην et principatum sibi vindicabant, ad Athenienses? Arbitror reliquisse Scriptorem, περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχῆθεν ὁ ἀγὼν ἐγένετο, *de vestra regione primum decertatum fuit*; tum sequetur opportune νῦν δὲ φέρει κ. τ. λ. Simile Themistoclis c. 22. ὅτι ἀρχῆθεν ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν βάρβαρον ἀπ' ὑμέων ἡμῖν γέγονε: et cap. 2. περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο. Sed esto coniectura. [Vide *Var. Lect.* Vocabulo ἀρχὴν, ea notione quae huius erat loci, frequenter utitur Noster.] In vicinis ἄλλως τε,

τουτέων ἁπάντων, [lin. 12.] labat sententia, ad quam instaurandam variantur suspicionum tumultus. *D'Orvillius*, ut schedae eius testantur, ἐκτός τι τουτέων ἁπάντων, *praeter ea omnia Athenienses* etc. *Reiskius* consimiliter, ἄλλως τε, ἄνευ τουτέων ἁπάντων. Ambo ad dictionis principium, cui molestiam non crearem, adhaeserunt. *H. Stephanus* [in ora suae Editionis secundae] eiusdem dictionis medio manum inplicuit, ἡγεῖσθαι δουλοσύνης, *primos ex Graecis iugum servitutis subire*, reparans; quod vereor, ut Graece doctis doctissimus ipse probaverit; ἡγεῖται ἡδονῶν, *illis imperans*, non earum auctor: pariliter ἡγεῖται δουλοσύνης, illi imperium inhibens. Vide IX. 1. Idem animadvertit *Io. Corn. de Pauw;* cuius de opinione τουτέων ἁπάντων αἰτίους, αἰτίους γενέσθαι δουλοσ. aut additâ copulâ γενέσθαι καὶ δουλοσύνης, oratio melius procedet. Et procederet profecto, si priori ex Msstis auxilium nasceretur. Simillimam certe iteratae vocis omissionem lib. IX. 54. dabit. Sed desino, ne aestus augescant. WESS.

12. τουτέων ἁπάντων) In his vocula videtur deesse. *Koenius* legebat τουτέων ἁπάντων ἐκτὸς, αἰτίους γενέσθαι. *Reiskio* καὶ post γενέσθαι videbatur inserendum: dare quoque potuissent, duabus tantum literis repetitis, ἄλλως τε τουτέων ἁπάντων, αἰτίους τε γενέσθαι δουλοσύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους οὐδαμῶς ἀνασχετόν. VALCK. — Vide in *Var. Lect.* notata. *S.*

14 *seq.* Quod mox Lacedaemonium Noster facit dicentem, erat Atheniensibus, quibus semper favet, ἥδιστον, ut arbitror, ἀκρόαμα: οἵτινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε (vel ἐφαίνεσθε supra VIII. c. 73., νῦν τε καὶ τὸ πάλαι οἶκεον) πολλοὺς ἐλευθερώσαντες ἀνθρώπων. Eam in rem exempla quoque vetera, *Herodoto* nota, atque illo recentiora collegerunt in Panathenaicis suis *Isocrates* et *Aristides;* quorum ille mores suorum popularium moribus opponens Lacedaemoniorum a p. 240., tandem concludit p. 283. B. *Athenienses veteres fuisse* εἰρηνικοὺς, καὶ φιλέλληνας, καὶ τῆς ἰσότητος τῆς ἐν ταῖς πολιτείαις ἡγεμόνας· Σπαρτιάτας δὲ ὑπερόπτικους, καὶ πολεμικοὺς, καὶ πλεονεκτικούς. Paulo post, [lin. 16.] καρπῶν ἐστερήθητε ex Med. nescio cur melius censeri debeat quam ἐστέρησθε, cui respondet vicinum οἰκοφθόρησθε. VALCK.

15. πιεζευμένοισι) Formae est Ionicae. Πιεζεύμενοι δὲ οἱ ἐπίκουροι lib. III. 146., πιεζεύμενοι ὑπὸ Θηβαίων VI. 108. Porro

οἰκοφθόρηθι, *domos dirutas*, ipsum in primis *rei familiaris interitum*, (οἰκοφθορίαν *Platonis* Phaedon. p. 82. c.) latiore ambitu conprehendit. Adi ad lib. V. 29. et Uraniae finem. WESS.

19. τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα) *Vallae* emendata Latina obscuritate fuscantur. *Bello inutiles*, impuberes, puellae, senes servique describuntur; ἄχρηστα οἰκετέων ἐχόμενα Nostri more οἱ ἄχρηστοι οἰκέται, *domestici*. Explicat *Aristides* T. II. p. 217. ὑπισχνουμένων *Spartanorum*, παῖδας καὶ γυναῖκας αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἔξω τῆς ἡλικίας θρέψειν, ἕως ἂν ὁ πόλεμος ᾖ. Vide lib. I. 120. adposita. WESS.

CAP. CXLIII. 1. πρὸς μὲν Ἀλέξανδρον ὑπεκρίναντο) Hoc Aristide iusto dignum auctore huiusque aetatis Atheniensibus responsum merito miratur *Aristides Soph.* in Panathen. p. 251. Ταύτην, inquit, ἐγὼ τὴν ἀπόκρισιν τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας καὶ τῶν τροπαίων οὐχ ἧττον ἀξίαν ἡγοῦμαι θαυμάσαι. Responsi dignitatem oratione nimis protracta nonnihil imminuit *Plutarch.* Aristid. p. 324. D. In his ἐλευθερίην σκεπτόμενοι, [*lin.* 5.] *libertatis considerantes commoda*, vel *praerogativas*, sincerum videtur. Quod praebent duo minimum Codices, ἐλευθερίης (sive τῆς ἐλευθερίης) γλιχόμενοι, non interpretamentum adeo, sed nota videtur marginalis a studioso lectore repetita ex lib. II. 102., ubi sic ille scriptum invenit in suo Cod. δεινῶς γλιχομένοισι τῆς ἐλευθερίης, quod mihi nunc ob hanc lectionem Mstorum illic probandum videtur. VALCK.

5. ἐλευθερίην σκεπτόμενοι) Si morbus his absit, quid aliud, quam *libertatis considerationem*, ostendent? Interpretis Latina ex σκεπτόμενοι fluxerunt. Fallor autem, aut γλιχόμενοι ἐλευθερίης, *desiderio libertatis accensi*, praestant. Fundus est in bonae notae exemplaribus et *Herodoto* lib. II. 102. Mox *Aldus*, [*lin.* 7.] uti oportebat, πειρῶ: inconsulte πειρῷ deinceps per editiones vulgatum. Bene πεισόμεθα *persuadebimur* Laurentius; cui *tolerabimus* substitui non fuerat necesse. WESS.

8 *seq.* ἔστ' ἂν ὁ ἥλιος *etc.*) In concionem introductis, quos Mardonius miserat, Aristides ex plebiscito τὸν ἥλιον δείξας, ἄχρις ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις ὑπὲρ τῆς δεδῃωμένης χώρας καὶ τῶν ἠσεβημένων καὶ κατακεκαυμένων ἱερῶν, apud *Plutarch.* I. p. 324. E. quorum

priora vim habent maiorem Herodoteis; sed rectius Noster dixisse scribit μήκοτε ὁμολογήσειν Ξέρξῃ, quam semper πολεμήσειν. Interposità mox [*lin.* 11.] literà scribi poterit in his: *Diis adiutoribus* πίσυνοί μιν ἐπέξιμεν ἀμυνεόμενοι, καὶ τοῖσι ἥρωσι, τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίην ὄπιν ἔχων ἐνέπρησε τούς τε οἴκους etc. Hinc οἴκους et ex proximis Deorum οἰκήματα *D. Herald.* attigit Advers. II. c. 9. VALCK. — Teneri debuit ἀμυνόμενοι, constans librorum scriptura: praesens notione futuri. *S.*

9. τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇπερ *etc.*) Animosae responsionis auctor Aristides, τὸν ἥλιον δεῖξας, Ἄχρις ἂν οὗτος, ἔφη, ταύτην πορεύηται τὴν πορείαν, Ἀθηναῖοι πολεμήσουσι Πέρσαις, sic *Plutarchus* p. 324. E. Similes in foederum sanctionibus formulae frequentantur; cuiusmodi Romanos inter et Latinos, μέχρις ἂν οὐρανός τε καὶ γῆ τὴν αὐτὴν στάσιν ἔχωσι, in *Dionysii Halic.* lib. VI. p. 415. Negligo plures. WESS.

15. ἀθέμιστα ἔρδειν) *Th. Galei* ἀθέμιτα membranae *Arch.* non agnoscunt. Supra lib. VII. 33. ἀθέμιστα ἔρδεσκε, ubi plura. Alexandrum διὰ τὸ σχῆμα τῆς πρεξενίας sine noxa dimissum Sophista *Aristides* T. II. p. 217. fatetur; *Lycurgus* vero in Leocrat. p. 156., parum afuisse, quin lapidibus cooperiretur, μικροῦ δεῖν κατέλευσαν, nimis oratorie. WESS.

CAP. CXLIV. 5. ἀτὰρ αἰσχρῶς γε οἴκατε *etc.*) Haesitationem *H. Stephani*, αἰσχρῶς et ἐξεπιστάμενοι nectere cupientis, emendatior versio removebit. Dicta legatis sunt, quos timere, cognito Atheniensium animo, dedecebat. Poterant more humani ingenii absentes Lacedaemonii vereri, legatione vero fungentibus et praesentibus indecorum illud. Hinc et εἰ μὴ πρότερον ἐτυγχάνετε ἐπιστάμενοι, observante docto viro, eosdem tangit. WESS.

6. οὔτε χρυσός ἐστι) Pauca satis superbe Lacedaemoniis, tanquam memores iniuriae, sed ista Persis respondisse feruntur apud *Diodorum* XI. 28., ὡς οὔτε χώρα τοῖς Πέρσαις ἐστὶ τοιαύτη, οὔτε χρυσὸς τοσοῦτος, δν Ἀθηναῖοι δεξάμενοι τοὺς Ἕλληνας ἐγκαταλείψουσι. Iratos Lacedaemoniis, tanquam qui Atheniensibus indigna metuerent, faciunt *Plutarch.* in Arist. p. 324. D. et *Aristid.* T. III. p. 357. Eleganter *Herod.* αἰσχρῶς γε οἴκατε, ἐξεπιστάμενοι τὸ Ἀθηναίων φρόνημα, ἀῤῥωδῆσαι: *cum Atheniensium animi magnitudinem habeatis exploratam, turpiter sane vereri videmini.* VALCK.

22. τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν) Nolui, quod suum Scriptor agnoscit, adspernari: agnoscere autem, adnotata lib. V. 81. conmonstrabunt. Proximi καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χάρις ἐκπεπλήρωται [lin. 24.] venustas deminuetur, si ἡμῖν ex ora *Arch.* valeat: cessaret enim solita Atheniensium et Spartanorum contra sese positio. Aiunt, *quantum ad Lacedaemonios attinet, plenissime illos benivolentiae officio defunctos.* WESS.

22. τὴν πρὸς ἡμέας ἐοῦσαν) Reiectis interpretamentis restituetur ex Codicibus Herodotea phrasis, τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν: vid. notata p. 412, 72. [ad V. 81.] Illud paulo inferius [*lin.* 26 *seq.*] scriptum, ὡς οὕτω ἐχόντων, *Sophocli* fuit inprimis frequentatum. Sophoclea colligentes viri docti abstinuerunt Ai. vs. 915., Ὡς ὧδε τοῦτ' ἔχοντος, αἰάζειν πάρα: turpis inde menda tolletur una litera mutata: Ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος: nihil interest, utrum ὡς ὧδ' ἐχόντων τῶνδ', an dicatur ὡς ὧδ' ἐχόντων: sed τοῦτο ferri nequit in talibus. Satis exemplorum dederunt *H. Steph.* in App. de Dial. Att. p. 166. *B. Stolberg.* in Ai. *Soph.* p. 151, 205. et Clar. *F. L. Abresch.* Anim. in *Aesch.* lib. I. c. 25. VALCK.

32. προσβωθῆσαι) Hoc, aut προβωθῆσαι, Ionum sermo, de quo VIII. 1., desiderat. Athenienses lib. IX. 6. ἀντιώσεσθαι ἐς τὴν Βοιωτίην explicant ipsi, ratumque habent ex Msstis derivatum, et veterum conprobatum usu. Vide *Diodori* T. I. p. 242., deque *Pass.* et *Med.* clausula Melpomenes finem. WESS. — Pro ἡμέας *Wesselingius*, ὑμέας se malle, in *Var. Lect.* professus est; quod et sibi placere *Valckenarius* in Adnot. ad IX. 7, 26. significavit, qui et προβονθ. alteri praetulit scripturae. Haud dubie vero praestare videtur constans librorum omnium scriptura ἡμέας, *nos*, nempe *Athenienses cum Lacedaemoniis.* Conf. IX. 6, 2-4. et cap. 7, 30 seqq. *S.*

ADNOTATIONES
AD
HERODOTI LIBRUM NONUM.

CAP. I. 7. Θώρηξ ὁ Λαρισσαῖος) Gentis Aleuadarum fuit quae Larissae dominatum exercuit. *Larissaeus Aleuas* propterea *Ovidio* in Ibin vs. 325. Bene *Aristoteles* Polit. V. 6. ὥσπερ συνέβη ἐν Λαρίσσῃ ἐπὶ τῆς τῶν Ἀλευαδῶν ἀρχῆς καὶ τῶν περὶ Σάμον. Sic enim reliquisse videtur. Non nescio Conrigianum, *quid vetat eosdem* Aleuadas *et alibi eminuisse?* Vetant profecto vetusti Scriptores, de Aleuadarum in Samios imperio tacentes: vetat Philosophus, tyrannidem Polycratis, Maeandrii, Sylosontis signans. Ceterum *Thorax* una cum fratribus Eurypylo et Thrasydaeo Xerxi et Mardonio vehementer studuit, c. 57. huius libri. Illud autem παρεῖχε Μαρδόνιον [*lin.* 8.] pro Herodoteo more rectius παρῆκε. Ita lib. III. 77. ἀπείλεον, ὅτι σφέας παρῆκαν: *quod illis transitum concessissent*; et IV. 146. etc. WESS.

CAP. II. 2. οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον) Mallem in Latinis *cohibuerunt*, pergendique in Atticam *inpetum represserunt*; uti III. 36. ἀλλ' ἴσχε καὶ καταλάμβανε σεωυτόν: et ibid. c. 52. Περίανδρος μὲν τούτοισι αὐτὸν κατελάμβανε. Porro, οὐκ ἔων ἰέναι ἑκαστέρω [*lin.* 5] idem saepius esse, ac *dissuadebant ulterius progredi*, recte *Abreschius* admonuit, et ad lib. II. c. 30. *Valckenarius*. In proximis [*lin.* 7 *seq.*] κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας - - - χαλεπὰ εἶναι περιγίνεσθαι, ordo verborum insolentior. Succurrebat *Reiskii* sollertia Ἑλλήνων ὁμοφρονεόντων - - - περιγίνεσθαι, cui scripta exemplaria pugnant valide. Potius erit, Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, (siquidem vis abesse debet) accusativos arbitrari consequentiae, quales *Gronov.* tuetur lib. II. 66.; videlicet, quantum ad Graecos attinet, concordes si maneant, qua illi et ante sententia fuerant, subigi vix posse. Par

opinio *Abreschii*. WESS. — Libro II. c. 66. aliisque locis ibi a *Gronov*. citatis nominativi sunt absoluti. Hoc loco est accusativus absolute positus, qualis infra cap. 42, 18. quem ad locum *Schulzius* provocavit, tum III. 99, 6. V. 103, 11. et II. 141, 20. ubi vide notata. Similes cum ex Nostro, tum ex aliis auctoribus, locos collegit eidem *Schulzio* laudatus *Fischer*, Animadv. ad *Welleri* Gramm. Specim. III. Part. 1. pag. 387 seq. qui quidem quod in eumdem censum *Herod*. V. 86, 12. retulerit, non video quid spectarit. *S.*

5. οὐδὲ ἐὼν εἶναι) Si vel Codices praeberent ὤν, quod hic ponendum censebat *Reiskius*, ego tamen vulgatum, οὐδὲ ἐών, omnino retinuerim. In proximis ἀλλ' αὐτοῦ etc. more satis usitato ἐκέλευον, vel simile quid, relinquitur lectori supplendum: plene *Sosicrates* in *Schol*. ad *Aristoph*. Av. vs. 521., λέγεται αὐτὸν πρῶτον οὐδένα ἐᾶν ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι κελεῦσαι χῆνα, καὶ κύνα etc. Sicut hoc in loco, supra *Herodot*. VII. cap. 104., οὐκ ἐῶν φεύγειν, --- ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξι ἐπικρατέειν, ἢ ἀπόλλυσθαι: ubi huius generis alia quaedam leguntur adscripta. Paulo post [*lin*. 9.] non displicet lectio marg. *Steph*. εἰ δὲ ποιήσεις τὰ ἡμεῖς παραινέομεν. VALCK.

CAP. III. 1. ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο) A Mardonio missus itaque non est famosissimus apud Oratores Atticos, *Demosthenem*, *Aeschinem*, *Dinarchum*, Arthmius Zelites ad pecuniam Peloponnesiis, quo a popularium societate avellerentur, dividundam. Vide *Demosth*. Philipp. III. p. 70. Quae sequentibus vocula [τις] in Codicibus, *Vallae* lecta, adest, haud ea inconcinna. *Oppianus* Cyneget. III. 314. καὶ βαλίων δὲ πόδεσ τις ἐνέστακται φρεσὶ θηρῶν. Omittitur a *Sophocle* Trachin. vs. 480. WESS.

CAP. IV. 5. προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ φιλίας γνώμας) Horum sententiam *Valla* liberius expressit. Προέχων, usu rariore, non aliud, ac πρότερον ἔχων, *cum iam antea haberet*, nossetque adeo, *Atheniensium consulta*. *haud sane amica*. Φιλίους λόγους ad eum modum VII. 163. et VIII. 106. Confer *Abreschii* Animadv. in *Aesch*. lib. II. c. 32. WESS.

CAP. V. 9. Λυκίδεα κατέλευσαν) Idem si fatum ante decem menses subierat Cyrsilus, mirum est huius exemplo non fuisse *Lycidam* deterritum. Ignotum *Herodoto*,

plures Cyrsilum commemorant; cum Themistoclis suasu statuerent Athenienses, *ut urbe relicta - - naves conscenderent, - - - Cyrsilum quemdam, suadentem ut in urbe manerent, Xerxenque reciperent, lapidibus obruerunt*: sic scribit *Cicero* de Off. III. c. XI. secutus *Demosthenem* de Cor. p. 174.; ex quo Cyrsilus innotuit *Harpocrationi*, *Hermogeni* pag. 448., aliis. Caute *Aristides* neque Cyrsilum nominat nec Lycidam, duo tamen diversos, ut puto, designans, qui non simillimo mortis genere perierint: de illo, qui *Demostheni* dicitur Cyrsilus, in Panathen. T. I. pag. 243., ἐπειδή τις ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὡς χρὴ συγχωρεῖν, αὐτοὶ μὲν αὐτόν, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα ἐπελθοῦσαι διέφθειραν ἐκ χειρός: illic in *Schol.* Msto Cyrsilus vocatur. De Atheniensis agens *Aristides* secunda vice captis, missoque ad Athenienses in Salamina nuncio T. III. p. 356. ἐπειδή τις εἶπεν ἐν τῇ βουλῇ δέχεσθαι, συλλεγέντες πάντες, κατέλευσαν αὐτοὶ μὲν αὐτόν, αἱ δὲ γυναῖκες τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. Hoc ibi *Scholion* praebet Cod. MS. ad Ἐπειδή τις εἶπε) Κυρσίλος κατὰ Δημοσθένην· ὁ γὰρ Ἡρόδοτος Λυκίδην αὐτὸν καλεῖ. *Demosthenes* quidem et *Herod.* de diversis loquuntur temporum articulis; non tanta tamen apud me auctoritas est *Aristidae*, ut *Demosthenem* in re tum notissima erroris ausim arguere, quod fecit *G. Canter.* Nov. Lect. VII. 4. VALCK.

15. ἥεσαν αὐτοκελέες) Exscriptum ex *Ask.* ἦσαν ad ἥεσαν sive ἤϊσαν Ionum ducit, quomodo ex membranis semel iterumque lib. III. 77. Αὐτοκελέες. *Sophocli* Trachin. vs. 395. αὐτόκλητοι. Adprime autem αὐτομολέες Fragm. *Paris.* notabiles. Nostro αὐτόμολοι, *transfugae*, aliis subinde omnes, *qui sua sponte adveniunt*; *Oppianus* κλητοί τ', αὐτόμολοί τε, Halieut. III. 560. At schedis istis, contentus novae in Graecia vocis indicio, non obtempero. *Aristides* atrox hoc marium et matronarum Atticarum facinus neglectui non habuit T. II. p. 217. WESS.

CAP. VI. 5. ἐν τῇ Βοιωτίῃ) Vetus ἐς τὴν Βοιωτίην concedere-ne recepto ex *Florent.* debeat, in dubio haeret. Exstat acervus, ex Musis a *Porto* congestus, exemplorum in hanc partem. Verum valeat. [conf. Adnot. ad I. 21, 4.] Mox [*lin.* 8.] μεμνωμένους, quae *Reiskii* suspicio, volentibus exemplaribus scriptis, suum in locum collocavi. WESS.

12. προεῖπαί τι) *Aldus* et *Camerarius* optime; post quorum curas operae, inscite προεῖπε corrigentes, aberrarunt turpiter. Geminum germanum earundem delictum in εἶπε ex legitimo εἶπαι lib. VIII. 68. Utique Aldinum exemplar, ut hinc et aliàs frequenter adparuit, ab insecutis contemtius habitum fuit. WESS. — Lectionem Mediceam in προεῖπαν mutandam suspicabatur *Koenius: praeterea denuntiarunt, ni venirent Atheniensibus auxilio, hos sibi ipsos tutamen quoddam paraturos:* sic redderem Herodotea, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσονται, id est ἀποστροφὴν ἑρμηνεύσοντας, vel ἐκπορίσοντας. Hoc significatu *sibi parandi*, vel *adipiscendi*, veteribus frequentatum εὑρέσθαι adhibuit aliquoties *Herod.* infra bis c. 26. et c. 28. Ἄδειαν εὑρέσθαι, vel εἰρήνην, vel ἀγαθόν τι, locutiones sunt usitatissimae: εὑρέσθαι παρὰ τῶν θεῶν τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήν, dixit *Isocrat.* in Evag. p. 191. E. vid. *R. Dawes* in Misc. Crit. pag. 258. VALCK.

CAP. VII. 2. καί σφι ἦν Ὑακίνθια) *Hyacinthiorum* apud Spartanos festivum tempus operose, oblitus tamen *Euripidis* Helen. vs. 1485., *Io. Meursius* ultimo Feriatae Graec. libro exposuit. WESS.

— 2 *seq.* περὶ πλείστου δ' ἦγον) Laudabiliter supra Lacedaemonii V. 63. τὰ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν: sed hac tempestate *Hyacinthia* domi *celebrantes* iure displicebant Atheniensibus. Sic VII. 206. Κάρνεά σφι ἦν ἐμποδών. Attigit *Plut.* T. II. p. 873. E. VALCK.

— 13. Δία τε Ἑλλήνιον) Iovis Πανελληνίου apud Aeginetas et Athenienses cultus in *Pausania* fin. libri primi: Ἑλλάνιον novit *Pindarus* et Syracusanorum numi, de quibus Cl. *Havercampus* ad *Parutae* Sicil. Numism. p. 343. In vicinis [*lin.* 15.] ἀλλὰ ἀπειπάμεθα gravius et elegantius legenti accidit, suadentque membranae. Hoc amplius, καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω [*lin.* 19.] a *Gronovio* ac *Pavio* summo iure laudatur, idem quidem ac τὸ μὲν ἡμέτερον, sed suavius atque ex interiore sermonis usu. Quod autem post ἀκίβδηλον aderat participium ἐόν, saepe Scriptori in deliciis, abesse Codicum iussu potest; neque hic criminationem, in *Th. Galeum* [a *Gronov.*] intentatam, metuo, quippe temerariam valde. Ceterum νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας [*lin.* 20.] *in Graecos inpenditur* sive *distribuitur*, bene *Portus.* WESS.

13. Δία τε Ἑλλήνιον) *Iovem Graecis communem reveriti.* Ἑλλήνιος Ζεὺς ubi memoratur *Aristophani* in Eq. vs. 1250., et *Pindaro* Nem. V. 19., adpellationis originem ab Aeaco recte repetunt *Scholiastae.* Aeaci precibus malorum levamen adepti, quibus tota Graecia premebatur, ἱερὸν ἐν Αἰγίνῃ κατεστήσαντο κοινὸν τῶν Ἑλλήνων, οὗπερ ἐκεῖνος ἐποιήσατο τὴν εὐχήν, *Isocrat.* p. 191. E., Iovis scilicet Ἑλλανίου, vel Πανελληνίου. Huic Aeacus sacra fecisse dicitur *Pausaniae* I. p. 108. et II. p. 179., τῷ Πανελληνίῳ Διὶ θύσας καὶ εὐξάμενος, τὴν Ἑλλάδα γῆν ἐποίησεν ὕεσθαι. A templo Iovis Πανελληνίου mons, in quo statutum erat, Πανελλήνιον ὄρος dicebatur, eodem teste pag. 181. Fortasse scripserat *Clemens Alex.* VI. p. 753, 14. Αἰακὸς, ἀνελθὼν ἐπ' ὄρος, - - - τὸν τοῦ Ἑλληνικοῦ κοινὸν ἐπικαλέσας θεὸν ηὔξατο. VALCK.

15. ἀλλὰ πάντα τε ἀπεπτάμεθα) Latina *Vallae, nos tamen - - annuere nolle, sed recusare,* monstrant lectionem in marg. *Steph.* notatam. [ubi, omissis duabus vocibus πάντα τε] οὐ κατανεύσαμεν, ἀλλ' ἀπεπτάμεθα: *non adprobavimus, sed repudiavimus;* illa nimirum *omnia*, quae paulo ante sibi dixerant a Rege Persarum oblata. Placet et mihi *Med.* lectio ab *Arch.* firmata, [*lin.* 19.] καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω ἀκίβδηλον ἐὸν νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας: editum ἡμέτερον videtur interpretamentum. VALCK.

24. τεῖχος - - - ἐν τέλεϊ ἐστι) Litem non moveo membranis, quarum ἐν τέλει ἐστὶ haud aliud ac πρὸς τέλει c. 8. et *Dionis Chryst.* Or. LXI. p. 583. D., *Platonis* ἐπὶ τέλει Menex. pr., aequatque adeo vulgatum. [De munitione illa vide VIII. 71.] Mox [*lin.* 26.] τῷ Πέρσῃ ἀντιώσεσθαι tritius, aut πρὸς τὸν Πέρσην, uti non male *Reiskius* voluit. Habet tamen illud, [τὸν Πέρσην ἀντιωσ.], quod aliâs significatum, suum in Musis locum. WESS. — Verbum ἀντιοῦσθαι nusquam quidem alibi in *Musis*, quod meminerim aut adnotaverim, cum quarto casu, sed constanter cum tertio construitur: sed, sicut illud h. l. communi consensu veteres libri omnes cum quarto iungunt, sic cognatum verbum ἀντιάζειν, non solum cum dativo casu, sed saepius etiam cum accusativo iunctum reperitur, ut II. 141, 14. IV. 80, 8. 118, 10. 121, 2. Et hoc loco ratio suberat, cur ἀντιοῦσθαι eodem modo construeretur, scil. ne duo diversi dativi, ἡμῖν, et τῷ Πέρσῃ, in eadem phrasi concurrerent. *S.*

24. ἐντελές ἐστι) Herodoteum videtur ἐν τέλεϊ ἐστι, quod est in marg. *Steph.* ut paulo legitur inferius ἦν πρὸς τέλεϊ, *prope finem.* Tum vicina [*lin.* 26.] scripserim partim cum *Reiskio*: συνθέμενοί τε ἡμῖν τῷ Πέρσῃ ἀντιώσεσθαι ἐς τὴν Βοιωτίην. Saepius in Musis obvium ἀντιοῦσθαι sollicitari non debet. In fine lib. VIII. pro ἡμέας legerem, ὑμέας καιρός ἐστι προβοηθῆσαι ἐς τὴν Βοιωτίην. VALCK.

33. ἐπιτηδεώτατόν ἐστι μαχέσασθαι) In fine huius capitis Dissertatio *Herodotea* p. 131. novas nobis obtulit ex Codicibus lectiones: τῆς γε ἡμετέρης ἐπιτηδέστατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριάσιον πεδίον: quarum lectionum altera procul dubio est genuina. Proximum accedit apud *Suidam* in Εὐήλατον: πεδίον - - ἐπιτήδειον ἵππῳ ἐμμάχεσθαι. *Thucydid.* II. 20. χῶρος ἐπιτήδειος ἐφαίνετο ἐνστρατοπεδεῦσαι: *Herod.* IX. 25., χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι. VALCK.

Ibid. ἐπιτηδεώτατόν ἐστι) Etsi ἐπιτηδέστατον *Arch.* et *Vind.* optime ex ἐπιτηδὴς manet, et ἐπιτηδειέστατον *Democriti* apud *Homeri* Interpretem p. 1441, 16. [*Eustath.* in Od. p. 89, 46.] fere sit geminum, eo non utar. Mire vero adblanditur ἐμμαχέσασθαι, rarioris quidem formae, sed legitimae, qua ἐνστρατοπεδεύεσθαι, *castra in loco metari*, supra c. 2. et χῶρος ἐπιτήδειος ἐνδιατάξαι τε καὶ ἐναριθμῆσαι, uti Mssti, τὸν στρατὸν, *aptus locus ad exercitum in eo ordinandum et numerandum*, lib. VII. 59. Tale πεδίον ἐναγωνίσασθαι καλὸν *Appiani* Bell. Civil. IV. [c. 106.] p. 1041., riariusque *Philonis Iud.* lib. II. Vit. Mosis p. 659. B. ἐπιτηδειότατον εἶναι τὸν τόπον ἐνησυχάσαι καὶ ἐνημερῆσαι: et de Numer. Septen. p. 1187. A. πεδία ἐπιτηδειότατα ἐμβόσκεσθαι. Negligo alia. Constat verbo iusta compositio, et probanti ratio. WESS.

CAP. IX. 3. Χίλεος, ἀνὴρ Τεγεήτης) Hoc satis. *Plutarcho* Χείλεως, Malign. p. 871. fin. et Themist. p. 114. F., fide Codicis *Bodleiani*: *Polyaeno* Χίλιος lib. V. 30. Par discordia in nominibus Χίλων et Χείλων atque aliis. Post pauca [*lin.* 4 *seq.*] τῶν ἐφόρων ἐπύθετο postulant schedae. WESS.

3. Χίλεος οὐνόματι, ἀνὴρ Τεγεήτης) In *Plutarchi* Them. p. 114. F. legere etiam licet Χίλεον τὸν Ἀρκάδα: sed rectius nomen apud eumdem scribitur T. II. pag. 871. F. Χείλεως, et pag. 872. A. ubi acerbe, εἰ δέ τι, ait, κατέσχεν οἰκεῖον ἐν Τεγέᾳ πρᾶγμα τὸν Χείλεων ἐκεῖνον, οὐκ ἂν ἡ Ἑλλὰς περιεγένετο. Χίλεος est

in *Polyaen.* V. 30. Herodoti Tegeata τῶν ἐφόρων ἐπύθετο πάντα λόγον: [*lin.* 5.] sic mihi quoque scripsisse videtur omissà voce ἵνα, quae ut a *Med.* sic aliis etiam aberit Codicibus. Arcadis sententiam paucis expressit *Plutarch.* τοῦ διατειχίσματος οὐδὲν ὄφελός ἐστι Πελοποννήσῳ, ἂν Ἀθηναῖοι Μαρδονίῳ προσγένωνται. Illud *Polyaeni*, πολλὰς διαβάσεις ἕξουσιν εἰς τὴν Πελοπόννησον οἱ βάρβαροι, propius accedit Herodotea, μεγάλαι κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρσῃ. VALCK.

10. μεγάλαι κλισιάδες) *Polyaeni* πολλαὶ διαβάσεις εἰς τὴν Πελοπόννησον cultu et elegantia multo sunt inferiores. Nostri ad praescriptum *Plutarch.* T. II. p. 360. A. μεγάλας μὲν τῷ αἰθέρι λεῷ κλισιάδας ἀνοίγοντες: quae Philosophi et conplura alia *Io. Iac. Wetstenium* in Epist. *S. Pauli* prior. ad Cor. cap. XVI, 9. occupasse conperio. WESS.

CAP. X. 5. καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τάξαντες τῶν εἱλώτων) Vereor una cum Cl. *de Pauw*, ut haec *Herodotus* scripserit. *Valla* tresque scripti libri omittunt, habentque cap. 28. sedem magis opportunam. Et cui bono τάξαντες post ἐκπέμπουσι? Non nego, quod *Galeus* ursit, esse in *Plutarchi* ea, Malign. pag. 871.; sed, hinc derivata, unde constat? Tolle omnia, et orationi ad culturam nihil deerit, modo ἐπιτρέψαντες probetur. Id sane cum exercitus imperium traditur, multo conmodius et lenius. Vide III. 155. VII. 52. etc. WESS. — Vide *Var. Lect.* et in Exemplo nostro, pro εἱλώτων, corrige εἱλώτων, ut est in Edd. ante *Schaef.* et in Msstis. Caeterum nolim dissimulare, haud satis commode videri h. l. procedere orationis structuram: certe, ut *Schulzius*, sic et ego ἐπίτρεψαν requirebam, ubi alii ἐπιτρέψαντες, alii vero libri magis etiam vitiose ἐπιτάξαντες exhibent. *S.*

Ibid. ἑπτὰ περὶ ἕκαστον *etc.*) Eosdem memorat *Plutarch.* in Aristide p. 325. A. et Tom. II. p. 871. E. ubi ἐξῆλθον ἐς Πλαταιὰς πεντακισχίλιοι Σπαρτιᾶται περὶ αὑτὸν ἔχων ἀνὴρ ἕκαστος ἑπτὰ εἵλωτας: atque adeo legit hoc in loco, quae nonnullis in Codicibus perperam omittuntur. Tot numero Εἵλωτας ad Plataeas cum Spartiatis stetisse certum est ex cap. 28. et bello Peloponnesiaco saepe cum Lacedaemoniis militasse τοὺς Εἵλωτας novimus ex *Thucydid.* IV. 80. V. 57. et 64. VII. 19. VALCK.

14. θυομένῳ οἱ ἐπὶ τῷ Πέρσῃ) Alibi θυομένῳ ἐπὶ Κρότωνα

lib. V. 44. De *Cleombroto*, exercitus ad Isthmum imperatore, superius lib. VIII. 71.; de Solis vero eclipsi, qua rex territus copias domum reduxit, praeclare *Dionys. Petavius*, Doctr. Temp. lib. X. c. 25. WESS. — De illo *solis defectu* videsis quae *Petavio* apud *Larcherum* Parisiensis olim Academicus *Pingré* opposuit. Caeterum *territum* fuisse illo phaenomeno *Cleombrotum*, non profitetur *Herodotus:* ac videndum, ne significare potius voluerit, fausto accepto omine illum copias ab Isthmo abduxisse. Eodem enim tempore, quo ad Salamina pugnatum est, cum exercitu ad Isthmum *Cleombrotus* erat, munitionem Isthmi urgens: videturque, accepto iam de felici pugnae exitu nuncio, *sacra*, quae hic memorantur, *adversus Persas* fecisse; scilicet experturus, an a pedestri Xerxis exercitu, qui Peloponnesum versus progrediebatur, (VIII. 71.) revera timenda esset invasio Peloponnesi. Iam ex defectu solis debuit ille, puto, faustum Peloponneso capere omen, quippe exercitui Regis portendente exitium. Itaque tanto fidentior *Cleombrotus*, quoniam paucis post pugnam diebus, Thessaliam versus se recepit Barbarorum exercitus, reduxit suos ab Isthmo, utpote nullo amplius periculo imminente Peloponnesiis. Atque ita ad finem non perducta est Isthmi munitio, et intermissum opus; donec, adlato nuncio redire Mardonium cum exercitu, denuo Isthmum repetierunt Lacedaemonii cum aliis Peloponnesiis, et summo studio manus perficiendo operi admoverunt, IX. 8, 4 seqq. *S.*

CAP. XI. 14. ἐν Ὀρεστείῳ) Memorat *Pausanias* Orestae tumulum, τάφον, Lacedaemone lib. III. c. 11. p. 234., qualem illi publice datum Argis et Mycenis *Lucianus* infitiatur, Toxar. c. 5. Nec eum tamen hic innui statuo; sed τὸ Ὀρέστειον Μαιναλίας *Thucyd.* V. 64., vicinum Tegeatum finibus, quo de ibi viri doctissimi *Wasse* et *Dukerus*. Ad sequentia [*lin.* 15.] *Hesychii* glossa, Ξεῖνοι, οἱ πολέμιοι, οἱ δὲ τοὺς Πέρσας, recte refertur. Bene *Servius* ad Aeneid. IV. 424. *Herodotus Persas, qui erant Graecorum hostes*, ξείνους *a Lacedaemoniis appellatos refert.* Similia ex *Idomeneo* in Aristid. pag. 325. *a. Plutarchus.* Priscis ita Latinis *hostem* peregrinum indicasse, *leges XII. Tab.*, *Plautus*, *Varro*; *Cicero* testificantur. Vide ill. *Scaligerum* ad *Festum* in *Hostis.* WESS.

14. εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ) Arcadiae sic regio quaedam ab Oreste fertur denominata. Apud *Steph. Byz.* in Ὀρέσται: Orestes θνήσκει εἰς χωρίον τῆς Ἀρκαδίας τὸ λεγόμενον Ὀρέστειον. Ὀρέστειον τῆς Μαιναλίας dixit *Thucyd.* V. 64. Ab *Euripide* scribi non potuit, quod *Salmasium* sequuti *Berkel.* et *Holstenius* velut Euripideum excitant ex huius Oreste vs. 1684. Tragicum scripsisse suspicor: Κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον, Ἀζᾶσιν Ἀρκάσιν τ' Ὀρέστειον πέδον. In eiusdem Electra Castores ad Oresten vs. 1273., Σὺ δ' Ἀρκάδων χρὴ πόλιν ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς Οἰκεῖν, Λυκαίου πλησίον σηκώματος. Ἐπώνυμος δὲ σου πόλις κεκλήσεται. VALCK.

18. τῶν περιοίκων Λακεδαιμ.) Quum in rebus Laconicis frequentissima fiat mentio τῶν περιοίκων, incertos fluctuare miror viros eruditissimos, quinam per illos sint intelligendi. Clar. *Duker.* ad *Thucyd.* p. 510. in Addendis, *Heinsius*, inquit, *scribit* (in Notis ad *Max. Tyr.* p. 65.) *eosdem esse περιοίκους Lacedaemoniorum et Εἵλωτας: sed nondum mihi persuadet.* Prorsus diversi generis fuisse vel ex hoc liquet *Herodoti* loco, ubi quinque millia τῶν περιοίκων distinguuntur a quinque millibus Σπαρτιητέων, qui circa se singuli haberent septem τῶν εἱλώτων. Infra c. 28. in acie stetisse dicuntur Λακεδαιμονίων μύριοι: quorum dimidiam partem, ἐόντας Σπαρτιήτας, ἐφύλασσον ista quinque et triginta millia τῶν εἱλώτων, ut levis armaturae milites. Erant itaque Lacedaemonii οἱ περίοικοι, non εἵλωτες: hi servitutem serviebant; liberi erant οἱ περίοικοι. Εἵλωτες, si bello heris operam suam adprobassent, libertate donati Νεοδαμώδεις dicebantur: ab his vero etiam distinguuntur οἱ περίοικοι. *Xenoph.* Ἑλλ. I. pag. 256, 15., σὺν αὐτῷ τῶν περιοίκων τινὲς, καὶ τῶν νεοδαμωδῶν οὐ πολλοί. Ubicunque in historia Graeca περίοικοι vel iunguntur vel opponuntur Spartiatis, Lacedaemonii sunt intelligendi, cuiuscunque fuerint urbis Laconicae cives, excepta Sparta, Spartiatarum imperio parentes. *Scholiastae Aristidae MS.* οἱ περίοικοι esse dicuntur οἱ περιοικοῦντες Σπάρτην τὴν μητρόπολιν. Τοὺς ἐκ τῶν περιοικίδων πόλεων dixit *Xenoph.* Ἑλλ. III. p. 294, 43. τὰ ἐν κύκλῳ τῆς Σπάρτης πολίσματα *Pausan.* VII. p. 555. Hae civitates, ut olim erant Spartiatarum ὑπήκοοι, sic aevo quoque fuerunt recentiori εἰς Σπάρτην συντελοῦσαι, nisi quod ex istis decem et octo Augustus iusserit esse αὐτονόμους, *Pausan.*

III. p. 265. Qui περίοικοι, iidem dicebantur et Λακεδαιμόνιοι et Λακωνικοί. *Thucyd.* IV. 8. οἱ Σπαρτιᾶται αὐτοὶ μὲν καὶ οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων εὐθὺς ἐβοήθουν ἐπὶ τὴν Πύλον· τῶν δὲ ἄλλων Λακεδαιμονίων βραδυτέρα ἐγίγνετο ἡ ἔφοδος: quo loco οἱ ἐγγύτατα τῶν περιοίκων sunt utique Lacedaemonii. Cecidisse scribit in pugna Leuctrica *Xenophon* Ἑλλ. VI. p. 349, 7. τῶν συμπάντων Λακεδαιμονίων ἐγγὺς χιλίους, - - - αὐτῶν Σπαρτιατῶν περὶ τετρακοσίους; ubi αὐτοὶ Σπαρτιᾶται *genuini* sunt *Spartiatae*, τὸ καθαρῶς Σπαρτιατικὸν *Maximo Tyrio* p. 347. *Thucydidi* Lacedaemoniorum duces memorantur, lib. VIII. c. 22., Εὐάλας Σπαρτιάτης et Δεινιάδας περίοικος: id est Λακεδαιμόνιος, ut eidem, praeter alios, Theramenes dicitur Λακεδαιμόνιος, Dercyllas autem ἀνὴρ Σπαρτιάτης. Qui saepe dicitur Ἀσιναῖος *Xenophonti* in Κύρου Ἀναβάσει, Neon est Λακωνικὸς, VII. p. 235, 31. conf. V. p. 204, 9. VALCK. — De *Perioecis* Lacedaemoniorum nonnihil dictum ad VI. 58, 14. *S.*

CAP. XII. 9. αὐτὴν ἴσχειν.) Sequor Codices, ipsumque Scriptorem, qui lib. III. 77. ἴσχον τε βουλομένους - - ἐς τὸ πρόσω παριέναι: et mox c. 13. ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους ἴσχειν. Hic vero Argis missus ad Mardonium nuncius adfirmat lib. VII. 150. commemorata. WESS.

CAP. XIII. 5. διὰ παντὸς τοῦ χρόνου.) *Omni illo tempore*, quo in Attica armatus consederat. Necessum enim non puto, διὰ παντὸς cum *Reiskio* in διάγοντος aut προϊόντος converti. Immo, si *Arch.* consentaneos nancisceretur, διὰ παντὸς sufficeret. *Aeschylus* Prometh. vs. 283. τοὺς σοὺς δὲ πόνους χρῄζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι, quod in scholiis δι' ὅλου, sed idem ac *omni modo*. WESS.

CAP. XIV. 2. ἀγγελίη πρόδρομος ἄλλην etc.) Calculum corrigenti πρόδρομος ἄλλη, στρατιὴν etc. non adpono. Ἄλλην scribit, utpote *diversas* a superioribus Spartanorum copiis. WESS. — Utique sollicitari ἄλλην non debuerat: sed vide ne πρόδρομον ἄλλην στρατιὴν scriptum oportuerit; quod mihi quidem perquam probabile, ac paene certum videtur. Conf. IV. 121, 2. c. 122, 1. et praesertim VII. 203, 4. *S.*

3. ἐβουλεύετο, θέλων, εἴ κως τούτους πρῶτον ἕλοι.) θέλων, damnatum a *Brit.* et docto viro, geminum habere videtur *S. Paulli* Epist. ad *Coloss.* c. 2, 18. μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω θέλων, i. e. *cupide*. Θέλων sane *cupiditatem* et *lubentiam*

quandam in *Aeschyli* fabulis ostentat saepe numero. Θέλων δὲ τῶνδε πεύσεται λόγων, *cupide libenterque audiet*, Choëph. vs. 791. Plura apud Cl. *Abreschium* Anim. in Tragicum illum lib. II. 14. Quare ἐβουλεύετο θέλων, *cupide consultabat*. WESS. — „Θέλων suspectum: dixerat REISKIUS: Ego quidem quid sibi velit non intelligo." Et SCHULZIUS, *Wesselingii* Notam respiciens: „Quid vero est, inquit, ἐβουλεύετο θέλων? Num potest μὴ θέλων quisquam βουλεύεσθαι? Nemo unquam, opinor, ita dixit." Itaque ille, ut nos, *Schaefero* calculum adponens, verbum illud, quod uno codice excepto alii omnes constanti consensu exhibent, eiecit. Quod ego, denuo hunc locum expendens, factum nollem: et θέλων omnino restitutum auctori velim. Scilicet, non iuncta debebant intelligi ἐβουλεύετο θέλων: quod perspecte videns *H. Stephanus*, verbo θέλων commatibus utrimque intercepto, sic ediderat: ἐβουλεύετο, θέλων, εἴ κως etc. quam distinctionem orationis ipse etiam *Wesselingius* cum aliis post *Stephanum* Editoribus tenuit. Et nonnihil quidem impeditum videri poterat hoc dicendi genus, nec tamen incongruum *Herodoti* stylo: valetque idem ac si dixisset, θέλων τούτους πρῶτον ἑλεῖν, ἐβουλεύετο εἴ κως etc. *cupiens hos primum capere, deliberavit quo pacto id efficeret*. S.

5. ἡ δὲ ἵππος προελθοῦσα) Non ignoro Celeb. viri [*Gronovii*, προσελθοῦσα defendentis,] in *Portum Vallam*que stricturas, haud profecto ad consensum extorquendum acres. Quisque videt, *Vindob.* rectum tenuisse. WESS. — *Praemisso equitatu* erat in *Vallae* Latinis: et προελθ. corrigendum videri monuerat *Portus* in Lexic. ion. voce Κατιππάζεσθαι. S.

CAP. XV. 2. ἦλθε ἀγγελίη) ἧκε patrocinium inpetrat ex lib. VIII. 140. ἐμοὶ ἀγγελίη ἥκει παρὰ βασιλῆος, et ex observatis *D'Orvillii* ad *Chariton.* lib. I. p. 37. At *Aldo* congruit lib. I. 83. ἦλθε ἄλλη ἀγγελίη: et proxime, ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος. *Euripides* Androm. vs. 79. ἦλθεν φάτις. Iunge *Raphelium* in Epist. ad *Galat.* c. 3, 23. WESS. — At non ἦλθε h. l. dederat *Aldus*, sed ἧκε, quemadmodum in *Var. Lect.* recte *Wess.* monuit. S.

3. διὰ Δεκελέης) Sic Iones; reliqui Δεκελείης: [puto voluisse, reliqui Graeci Δεκελείας:] unde illorum [scil. Ionum] flexione Δεκελέης ἀπίκεσθαι c. 73. [vide IX. 73 extr.] Cur [lin. 6. et 8.] Τανάγρην et ἐς Σκῶλον dederim, ne-

mo mirabitur: mirum vero maxime, turpe illud ἐς Κῶλον, praesertim *Valla* viam ad verum monstrante, hoc tolerari loco quitum fuisse. Τὴν κατὰ Σκῶλον πάροδον in Boeotiam *Polyaen.* Strategem. II. 1, 11. ostendet; cui accedere *Strabo* poterit lib. IX. p. 628. [p. 408. c. ed. Cas.] cum *Casauboni* nota. WESS.

6. ἐς Σφενδαλέας) Huius pagi, quem [monente *Stephano Byz.*] tribus fuisse novimus Hippothoontidis, nusquam alibi fit apud historicos veteres aut oratores mentio. In proximis [*lin.* 8.] nomen urbis Boeotiae non tam diu haerere debuerat perverse scriptum: *Scolon* recte dederat *Valla*, cuius ductu pro ἐς Κῶλον scribendum ἐς Σκῶλον. Urbis aliunde notissimae ubi meminit *Polyaenus* lib. II. c. 1, 11. ista primum dederat *Casaub.* Ἀγησίλαος δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσας τὴν κατὰ Σκῶλον πάροδον -- διῆλθε: absurdam nobis lectionem ex Msstis vulgavit *Maasvicius*: δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀνύσας ἡμέραις δύο: tribus duntaxat literis repetitis prior lectio hunc in modum fuerat adiuvanda: δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἐν α. (id est ἐν μιᾷ) ἀνύσας: certam praestat emendationem in eadem historia *Xenoph.* Ἑλλ. V. p. 336, 13. δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν ἐν μιᾷ κατανύσας -- ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸ κατὰ Σκῶλον σταύρωμα. Paulo post apud *Herod.* [*lin.* 9.] scribendum suspicor, τῶν Θηβαίων - - - ἔκειρε τοὺς χώρους, οὔκὶ κατὰ ἔχθος αὐτέων. Tum [*lin.* 14.] flexus Ionicus omnino requiritur ἀπὸ Ἐρυθρέων. VALCK. — Neutiquam sollicitari vulgatum consentientibus libris οὔ τι [*lin.* 9.] debuit, quod idem ac οὐ vel οὐχὶ aut οὐκὶ valet. Sic II. 46, 7. III. 36, 19. IV. 148, 10. et saepius alibi. *S.*

14. ἀπὸ Ἐρυθρέων) *Ab Erythris.* τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς c. 19. Peccarunt, uti creberrime in Ἀθηναίων vice Ἀθηνέων. Porro [*lin.* 15.] παρὰ τὸν Ἀσωπὸν oportuit. pro quo ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ dicto loco et cap. 16. *Plutarchus* Aristid. p. 325. B. τῶν βαρβάρων τῆς στρατοπεδείας παρὰ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν παρατεταμένης. Adparet inde, castris iuxta flumen porrectis, probabiliter *Reiskium* divinasse τεταμένον *Herodotum*, [*lin.* 16.] non τεταγμένον, reliquisse. Illud autem τεῖχος τετράγωνον, cuius *singula latera denum erant stadiorum*, [*lin.* 17.] inpedimentis rebusque pretiosioribus servandis munivisse Mardonium, *Plutarchus* adseverat. WESS. — Bene habet τεταγμένον. [*lin.* 16.] idque eo minus necesse est

in τεταμένον mutare, quod eadem notio, quam hoc verbo τεταμένον efferri voluerunt docti Viri, iam satis duobus verbis παρῆκε et κατέτεινε (*pertinebat*, et *extendebatur*) expressa est. *S.*

19. Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος) Constituunt Graeci libertatis vindices infra c. 86., a Thebanis exposcere τοὺς μηδίσαντας, in primis Τιμηγενίδην καὶ Ἀτταγῖνον: qui duo hinc in catalogo proditorum Graeciae locum invenerunt apud *Pausan.* VII. [c. 10.] p. 546. ubi merito *Sylburgius* vulgato nomini Ἀτταγῖλος rectius iudicat Ἀτταγῖνος: quod similis formae nomina satis tuebuntur, Ἀνθρωπῖνος· Ἀγαθῖνος· Φιλῖνος· Ἀρχῖνος· Εὐπαλῖνος· Χαρωπῖνος: duo postrema praebet *Herod.* III. 60. V. 99. *Attagini* nomen *Casaubonus Athenaeo* restituit huc spectanti IV. p. 148. F. Μαρδόνιον εἱστίασε μετὰ τῶν ἄλλων πεντήκοντα Περσῶν Ἀτταγῖνος ὁ Φρύνωνος, ὅν φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ ἐνάτῃ μεγάλως πλούτῳ παρεσκευάσθαι: in quibus *Athenaeum* memoria lapsum putat Vir magnus, cum Nostro dicatur Attaginus παρεσκευασμένος μεγάλως, *se magnifice rebus instruxisse necessariis*, ut Persas posset δέξασθαι μεγαλωστί. VALCK.

20. παρασκευασάμενος μεγάλως) Errorem *Athenaei* in his adferendis magnus Animadversor silentio non pressit. Graeciae Boeotiaeque proditor *Attaginus* redibit cap. 85., [cap. 86.] Male *Athenaeo* Αὔταμνος, in Msstis Αἴταμνος, et *Pausaniae* VII. 10. Ἀτταγῖλος. Neutrum praetervíderunt *Casaubonus* et *Sylburgius*. WESS.

CAP. XVI. 5. καί σφεων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλῖναι) Non prorsus damnabile [καί σφεας] ex Fragm. *Paris.* excerptum: damnabile autem, κλιθῆναι sive κλινθῆναι citra necessitudinem [a *Reiskio*, contra librorum consensum,] obtrusum. Vulgatum eodem vergit, et rectum in *Vallae* Latinis. In proximis [*lin.* 7.] διαπινόντων, *cum sese poculis invitarent*, scripti omnes. Vide sis Cl. *Valckenarium* ad lib. V. 18. WESS. — Κλίναι *lin.* 6. penacute pingitur in ed. *Wess.* et superioribus, rectius κλῖναι ed. *Schaef.* ut noster codex F. puto et alii. Accepit autem *Valla* hoc verbum notione intransitiva, *discubuisse*: mihi visum erat transitive accipienda, ut *Attaginus* dicatur κλῖναι *suos hospites.* *S.*

23. ἀμήχανον ἀποτρέψαι) Repetit ex oratione Cambysis lib. III. 65. ἐν γὰρ τῇ ἀνθρωπηΐῃ φύσει οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον

γίνεσθαι ἀποτρέπειν. In quam sententiam *Ioseph.* Bell. Iud. VI. 5, 4. Ἀλλὰ οὐ δυνατὸν ἀνθρώποις τὸ χρεὼν διαφυγεῖν, οὐδὲ προορωμένοις. *Aeschylus* Suppl. vs. 1055., *Euripides*, *Sophocles*que abs *Rittershusio* laudantur ob similia dicta ad *Phaedri* Fabul. lib. II. finem. WESS.

Ibid. ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ) Hinc ista *Stobaeus* retulit in Tit. CV. p. 567. Homericam Persae tribuit *Herodotus* sententiam, cuius auctor fertur Apollo Pythius *Aeliano* περὶ Προνοίας apud *Eustath.* in Ἰλ. ζ. pag. 522, 53. Hanc suo quisque more saepius expresserunt poëtae. Velut vulgare dictum mulieribus ubi tribuit *M. Antonin.* VII. 46., ὅτι τὴν εἱμαρμένην οὐδεὶς ἂν ἐκφύγοι: multa notat *Gataker.* VALCK.

29. ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι) Quod coniectando praeceperant *Abreschius* et *Reiskius*, sermonis series et Codices ratum habent. WESS.

Ibid. Miror quod legitur de *Thersandro*, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους: cur enim obsecro πρὸς ἀνθρώπους? Frequens et hic suspicor haerere vitium, corrigendumque πρὸς ἄλλους, ut *aliis ista narrasse* dicatur ante Thersander, quam apud Plataeas decertaretur. Inter voces ἄλλους et ἀνοὺς, sive ἀνθρώπους, perexigua fuit olim scribendi differentia: videtur *Valla* illud ipsum in suo quoque Cod. reperisse; vertit enim: *ipsum haec statim aliis enarrasse.* Quod in ed. Clar. *Gronov.* his fuit substitutum, *per homines sparsisse*, nunquam, ut equidem puto, dici potuit λέγειν πρὸς ἀνθρώπους. Hinc valde discrepant locutiones ἐκφέρειν εἰς τοὺς πολλοὺς, vel εἰπεῖν, vel λέγειν εἰς πάντας, similesque. Rarius illud *Sophoclis* apud *Stob.* pag. 579, 1. Μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα, pro εἰς πολλούς: ut ibidem vs. 11. legitur consueto more, Ἐκμαρτυρεῖν γὰρ ἄνδρα τὰς αὐτοῦ τύχας Εἰς πάντας ἀμαθές. VALCK. — Quidni vero πρὸς ἀνθρώπους feramus, quod communi consensu libri praeferunt omnes? *S.*

CAP. XVII. 4 seq. ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι οὐκ ἑκόντες) Revocarem quod ante *Gronov.* vulgabatur μεγάλως, pro σφόδρα frequenter usurpatum *Herodoto*, et in hac ipsa phrasi infra, c. 39., ubi Thebani, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον τὸν πόλεμον. VALCK. — Ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα dedi schedis ut maneret, paene persuasus,

σφόδρα glossatori redonandum. Pristinum certe *Herodoteum* est: sic c. 59. οἱ γὰρ Θηβαῖοι, ὥστε μηδίζοντας μεγάλως. *Portus* plura conduxit. WESS. — Consentiunt tamen in σφόδρα et *Wesselingii* et *Stephani* codices, itemque nostri omnes: ut merito mireris, unde nam *Aldus* μεγάλως arripuerit. Sed, utrum istorum verborum praeferas, parum refert. Equidem in re ipsa et in totius pericopae sententia adhaesi. Nec enim video quo pacto haec cohaereant, μοῦνοι δὲ Φωκέες οὐ συνεσέβαλλον, ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα (sive μεγάλως) καὶ οὗτοι, praesertim si post οὗτοι intercidatur oratio. Saltem ἐμήδιζον μὲν γὰρ exspectasses, et dein οὐκ ἑκόντες δὲ, quod in *Vallae* latinis est, *non tamen voluntarii*. Denique et illud omnino mirum accidit, quo pacto, quos ait Scriptor *castra Mardonii, unos ex omnibus, non esse secutos, et invitos cum eo fecisse*, eosdem tamen dicat σφόδρα aut μεγάλως *Medis studuisse*: quod si abesset adverbium, nulla admodum difficultas superesset. *S.*

8. Rectius *Hermocydes* dicitur ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος, quam δυνατώτατος in *Med.* ex quo vir Clar. [*lin.* 10.] optime restituit ἐκέλευσέ σφεας ἐπ' ἑωϋτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἵζεσθαι, *seorsim sedere*. VALCK.

'Υπ' ἑπ' ἑωϋτῶν) Verissime *Gronovius*. At cur nulla *Aldi* mentio? *Pavius* animadvertit foedam operarum aberrationem et correxit. [Vide *Var. Lect.*] Nostri Amazones lib. IV. 114. οἰκέωμεν ἐπ' ἡμέων αὐτέων, *habitemus seorsum*; et IX. 37. εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἑωϋτῶν μάντιν. WESS.

19. ἄνδρα πάντα τινὰ) Iustior ordo; qualis c. 88. ἐπιθήσεσθαι γὰρ οἱ πάντα τινὰ οἴετο, et multifariam. Ἥπερ παρέχοντας [*lin.* 21.] *Suidas*, cunctis in Codd. obvium, invenit; cui tacitum pronomen ubi aptaveris, quae novandi necessitas? Et *Reiskius* tamen ἢ περιπτεύοντας, *inprudenter absurdeque agentes*, sed inprudenter. Περιπτεύεσθαι Graeciae est recentioris et Cilicum dialecti, nisi *Salmasius* fallit, veterum vestigia premens, Funere Ling. Hellenist. p. 152. Qui quidem falsus si fuerit, arguente *Io. Alb. Fabricio* ad *Sextum Empiric.* lib. I. Adv. Grammat. c. 2. p. 227., obtrudi *Herodoto*, quod ignorabat, haud oportuit. WESS.

CAP. XVIII. 1. Ὁ μὲν ὦν) Hanc voculam ex marg. *Steph.* auctori restituerem. VALCK. — Et recepit *Wess.* neglectam a *Gron.* et superioribus. Quod autem repertam

in *Med.* ait *Wess.* in *Var. Lect.*, id *Gronov.* in Notis non diserte quidem professus erat, sed videtur significare voluisse. *S.*

4. ἀντίοι ἔστασαν) Ferre possum, non pugnaturus, si cui ἀντίοι ἔστησαν blandientur. *Euripides* Orest. vs. 1460. Ὡς κάπροι δ' ὀρέστεροι Γυναικὸς ἀντίοι σταθέντες. Ferre autem minime queo, πάντη συστρέψαντες mutari. *Conglobarunt se* Phocenses, inpetum irruentium excepturi. Tales fere συστραφέντες εἰς ἱκανὸν πλῆθος *Diodor.* lib. III. 36., et infra c. 61. συστρεφόμενοι. Vide Cl. *Valcken.* ad lib. I. cap. 101. WESS. — Intactum relinqui debuerat συστρέψαντες ἑωυτούς: *quum se in unum conglobassent*, *Livio* VIII. 11. VALCK.

12. εἴ τι ἀλκῆς μετέχουσι) Scribi quidem potuit εἰ ἀλκῆς μετέχουσι: sed scripsisse Nostrum opinor, ut est in marg. *Steph.*, εἴ τι ἀλκῆς ἔχουσι. VALCK. — At, cur hoc praeferamus contra meliorum quorumque codicum consensum, non video. Certe etiam sic genitivus ἀλκῆς a verbo μετέχουσι pendebit, et τι valebit κατά τι: nec iuncta intelligi τὶ ἀλκῆς debebunt. *S.*

CAP. XIX. 5. καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν) Frustra τῶν ἱρέων corrigitur. Latinis *victima caesa litat*, ut *Martiali* lib. X. Ep. 73. *Victima diti patri caesa litavit*, recte *Graevius* in *Suetonii* Oth. c. 8. Vide *Franc. Oudendorpium* ad *Lucan.* VI. 524. Graecis itidem, quoties fausta exta ostentat, καλλιερεῖ. Noster c. 37. ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε - - - οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, videlicet τὰ ἱρά: et c. 95. τοῖς δὲ Ἕλλησι ὡς οὐκ ἐκαλλιέρησε. Docte super verbo Scholiastes in *Gregor. Nazianz.* Stelit. II. p. 87. Sequens ἱρὰ ποιήσαντες [*lin.* 7.] consimile habet ἣν θυσίην τις δημοτελῆ ποιέηται lib. VI. 57. et lib. IV. 60. θυσίη ἱρδομένη. Alia hoc de genere *Is. Casaubon.* Animadv. in *Athen.* lib. XIV. 23. [ad p. 660. a.] WESS. — Vide ad VII. 134, 7. notata. *S.*

10. ὡς - - - ἀπίκοντο - - ἐς Ἐρυθράς) Huc antequam cum ceteris Graecis venirent Athenienses, in Isthmo iusiurandum iurasse perhibentur libertatis defensores, cuius formulam exhibet *Diodor. Sicul.* lib. XI. cap. 29. Sed, ab Atheniensibus illam fuisse confictam, non immerito credidisse videtur *Theopompus*: vid. Clar. *Wessel.* ad *Diodor.* quaeque ad *Herod.* notata sunt p. 429. [ad V. 102, 3.] VALCK.

CAP. XX. 3. Quem hic vocat Μασίστιον, illum inquit *Herod.* Ἕλληνες Μακίστιον καλέουσι: ibi dabunt forsan et alii Codices Μακίστιον, ut est in *Arch.* teste *Galeo*, et in marg. *Steph.* VALCK. [Vide *Var. Lect.*] — Si Μακίστιον adpellarint, quomodo meliores schedae, spectarunt fortasse suum μάκιστος, ad viri magnitudinem indicandam: verum arduum hoc definitu. Memorant hominem *Pausanias*, *Plutarchus*, alii, Μασίστιον adpellantes, *Tzetzes* quoque Chiliad. I. 993., turpiter tamen eundem ac Xerxis fratrem *Masistam*, quo de c. 110., arbitratus. WESS.

CAP. XXI. 8. δέκεσθαι μοῦνοι, ἔχοντες *etc.*) Haec ita nexuit *Aldus* et *Valla*, conmodius, me iudice, vulgatà interpunctione post δέκεσθαι. *Soli Megarenses equitum inpressionem sustinere haud valebant*, hinc nuncios ad Pausaniam. Atque hoc *Diodorus* lib. XI. 30. et *Plut.* Aristid. p. 326. E. clarissime. Falsum praeterea, solos tum Megarenses stationem, sibi principio contributam, tutatos. In vicinis [*lin.* 11.] cur πέμψητε et πιεζεύμενοι iussu scriptorum exemplarium admiserim, nemini mirum eveniet; pro altero sermonis series, dialectus pro altero propugnat. WESS. — At in πέμψετε recte consentiunt pleraque scripta exemplaria. Vide *Var. Lect.* *S.*

CAP. XXII. 6. προέχων τῶν ἄλλων) *Prae aliis eminens* in Latinis: melius, quae et *Pavii* observatio, *prae aliis longius provectus*: sequentia suadent; nam si in media suorum turma Masistius cecidisset, illud ignorare ipsius equites non potuissent: et ignorarunt tamen. Talem, ceteros praeeuntem, equum Poëta *Iliad.* Ψ'. vs. 453. ἵππον ἀριπρεπέα προὔχοντα dixit. Inspice *Eustathium*, προελαύνοντα explicantem, p. 1303, 37. [p. 1417, 32. ed. Bas.] WESS.

8. ἵσταται ὀρθὸς καὶ ἀποσείεται) Ut lib. VII. c. 88. *equus* στὰς ὀρθὸς ἀπεσείσατο τὸν Φαρνούχεα. Proprium hac in re verbum adhibuerunt *Xenoph.* et *Clemens Alex.* loco quem eleganter *H. Steph.* emendavit Schediasm. V. 19. Talis equus *Platoni* obversabatur in Gorgia p. 484. A., cui φύσιν ἱκανὴν ἔχων ἀνὴρ dicitur πάντα ταῦτα ἀποσεισάμενος καὶ διαῤῥήξας, etc. respicit enim in istis *Homerica* ex Ἰλ. ζ'. 507. Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος - - - Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων: ubi legebatur olim Δεσμὰ διαῤῥήξας, ut liquet ex *Etymol.* p. 51, 12. VALCK.

15. *Lorica tectum Masistium*, primum invulnerabilem, tandem *aliquis* παίει ἐς τὸν ὀφθαλμόν: quod ex *Arch.* Cod. fuit enotatum, ὀμφαλὸν, genuinum putat *Galeus*; idque *pretiosissimum* εὕρημα iudicat *Gronovius*. Vulgatum tamen ὀφθαλμὸν plerisque satis tueri videbuntur haec *Plutarchi* in Arist. p. 327. c. Τοῦτον ᾗ τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ὀφθαλμὸν ἀκοντίου στύρακι παίων τις ἀνεῖλεν. Non mirarer si in aliis hic etiam Codicibus altera lectio reperiretur, quum voces ὀμφαλὸς et ὀφθαλμὸς frequentissime fuerint a librariis inter se permutatae. VALCK. — Pretiosissimum εὕρημα viri Celeb., meri carbones pro thesauro. Ὀμφαλὸν non novit *Arch.*, a reliquis hic non dissidens. Falsus enim est *Galeus*, fefellitque alios. Immo vero, si ὀμφαλὸν iste codex dederat, nequidquam advocaretur. Armatura, quae Masistium undique amiciebat, ut omnes ictus eludebat, ita pube tenus porrigebatur, umbilicum egregie protegens. Id Nostri *Plutarchi*que pictura et *Heliodori* inprimis Aethiop. lib. IX. p. 431. commonstrat. Quid multa? *Plutarchum* audiamus, cui auscultare noluerunt, in Aristid. p. 327. B. τοῦτον μὲν ᾗ τὸ κράνος ὑπέφαινε τὸν ὀφθαλμὸν ἀκοντίου στύρακι παίων τις ἀνεῖλεν: *hunc quidem* Masistium, *qua oculum galea ostendebat, hastili iaculi percutiens aliquis interemit.* Ecquid liquidius? WESS.

20. αὐτίκα ἐπόθεσαν) Hanc verbi scripturam cuncti offerunt Codices. Sermonis genius postulabat ἐπόθησαν: a quo deflecti posse, sicuti in similibus subinde, *Porti* doctrina fert. Macula si sese nulla adspersit, *absentis desiderio tacti* fuerunt. De Cambyse lib. III. 36. ἐπόθησέ τε δὴ τὸν Κροῖσον οὐ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ. Estque istud sanequam praestantius invento Gronoviano ἐπύθεσαν, quod valde metuo ut Graecae habeatur monetae, et unquam *intra mare Ionium et Thessaliam*, uti alia in re notatum memini, *auditum sit.* WESS.

CAP. XXIII. 2. ἀλλ' ἅμα πάντας) Additam ex scriptis exemplaribus vocem sententia desiderabat. *Homerus* Iliad. Ψ'. vs. 362. Οἱ δ' ἅμα πάντες. Mox [*lin.* 6.] ἐβώθεε, uti eadem exempla, Ionicae consuetudinis est, reique satis facit. Redi ad lib. VIII. 1. WESS.

2. ἀλλὰ πάντας) Elisam a vicina ἀλλὰ voculam ἅμα plures forte Codices hic dabunt, ἀλλὰ ἅμα πάντας, ut in An-

glicanis invenit *Ios. Wasse*: vid. ad *Thucyd.* [III. 24.] p. 181, 92. Eundem hic a *Valla* lectam vidit *Koenius*; requirit illum oppositum. οὐκ ἔτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας *videbant Athenienses*, ἀλλὰ ἅμα πάντας, *omnes simul irruentes*; non, ut ante, κατὰ τέλεα. Inter varios significatus vocis τέλος *Eustathius* ad Ἰλ. κ'. 56. primum ponit τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα, *turmam militarem*: τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων ex *Herod.* IX. c. 41. excitat *Thom. M.* in Τέλη. Libro VII. c. 211. Persae dicuntur καὶ κατὰ τέλεα καὶ παντοίως προσβάλλοντες. Vid. *Ios. Wasse* ad *Thucyd.* II. 81. VALCK.

7. οὐκέτι οἱ ἱππόται ὑπέμενον) Sic voluisse *Gronovius* significavit. Poëta Iliad. O'. vs. 312. Ἀργεῖοι δ' ὑπέμειναν ἀολλέες crebroque alii. WESS. — Vocem οὐκέτι, in *Aldina* editione temere praetermissam, primus auctori tacite restituit *H. Stephanus*: tenent autem illam recte libri scripti omnes, eamdemque *Valla* expresserat, *non amplius persistere equites*. *S.*

9. ἀποστήσαντες ὦν) Vir doctus [*Reiskius*] scribi iussit ἀποστάντες, aut ἀπονοστήσαντες: satis pro imperio. Adsciveris ἑωυτοὺς, idem erit ac ἀποστάντες, quae *Abreschii* quoque mens. *Diodorus* I. 56. ὁ δὲ Σεσόωσις ἀποστήσας τὰ πλήθη etc. WESS. — De peditatu fortasse non dicturus fuerat ἀποστήσαντες. Equites, ut ἐλαύνοντες et προσελαύνοντες vulgo dicuntur, subintellecto nomine τοὺς ἵππους: sic etiam ἀποστήσαντες dici potuerunt. *S.*

CAP. XXIV. 2 *seqq.* πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου *etc.*) Quem memorat *Persarum luctum ob mortem Masistii*, quo dicuntur non semet ipsi tantum, sed κείροντες καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, hinc, opinor, attigit *Plutarch.* in Arist. p. 327. c. VALCK. — Luctum barbaricum super Masistio hinc et ex *Plutarchi* Arist. p. 327. descripsit *Brisson.* Regn. Pers. lib. II. 206. et *Perizon.* ad *Aeliani* Var. VII. 8. WESS.

CAP. XXV. 5. τῶνδε εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν) Lacunae nulla supererit suspicio, neque supplementis egebimus, si, voce καὶ, quam eiecit [eiiciendam censuit in Notis] Clar. *Gronov.* reposita suo loco, sic ista legantur: τῶνδε δὲ εἵνεκα καὶ ταῦτα ἐποίευν, καὶ ἐκλείποντες τὰς τάξις, ἐφοίτεον θηησόμενοι Μασίστιον. Τῶνδε, id est μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος: ταῦτα ἐποίευν, nempe τὸν νεκρὸν παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον.

In *Homeri* Ἰλ. χ'. 369., Hectoris cadaver περιδέαμον υἷες Ἀχαιῶν, Οἳ καὶ θηήσαντο φυὴν καὶ εἶδος ἀγητὸν Ἕκτορος: ubi quae proxima succedunt, nec Graecis videntur neque *Homero* digna, lecta tamen et *Dioni Chrys.* p. 180. D. conf. p. 273. C. D. VALCK. — Ut τοῦ δὲ VIII. 85, 11. idem valet ac τούτου δὲ, sic h. l. τῶν δὲ idem ac τούτων δέ. Sententiam commode *Valla* his verbis expressit: *Quod id eo faciebant, quia cuncti relictis stationibus ad intuendum Masistium pergelant.* Nempe *caussa*, cur id fecerint, verbis illis ἐκλείποντες τὰς τάξις etc. continetur: ac potuerat, si explicatius loqui voluisset, dicere ὅτι ἐκλείποντες, quemadmodum VIII. 85, 11. τοῦ δὲ μέμνημαι τουτέων μόνων, ὅτι etc. sed omissâ, ut saepius alibi, coniunctivâ particulâ, maior quaedam vis ac vividior color accedit narrationi. *S.*

14 *seq.* παρὰ Ὑσιάς *etc.*) Ductus itineris *praeter Hysias in agrum Plataeënsem* ferebat: recte proin scripti libri. Vide lib. V. 74. VI. 108. et *Thucydid.* III. 24.; ubi *Wasseus* τῶν Νυσίων πλησίον in *Plut.* Aristid. p. 325. E. praeclare integravit, heroëm *Androcratem* eiusque fanum docte illustrans. WESS.

17. τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος) Apud *Thucyd.* III. 24. Plataeënses viam inflectunt Thebas ducentem, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ τοῦ Ἀνδροκράτευς ἡρῷον: ubi Herodotea contulit et alia Cl. *Wasseus.* Mox [CAP. XXVI. 2.] redibit ex Codd. λόγων πολλὸς ὠθισμὸς, excitatum in Diss. *Herod.* Cl. *Wess.* p. 203. VALCK.

CAP. XXVI. 2. λόγων πολλὸς ὠθισμὸς) Contra morem πολλῶν ὠθισμός. Supra VIII. 78. τῶν δὲ - - ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλὸς, *vehemens sermonis altercatio:* et in praelio armato VII. 225. Περσέων τε καὶ Λακεδαιμονίων ὠθισμὸς ἐγίνετο πολλός. Porro [*lin.* 3.] vice αὐτέων ἑκάτεροι boni codices αὐτοὶ ἑκάτεροι, sicuti αὐτὸς ἕκαστος III. 82. et αὐτὰ ἕκαστα V. 13. Belle iidem [*lin.* 6.] ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος. Namque sic Tegeatae postea [*l.* 36.] ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθην. ταύτην τὴν τάξιν ἔχειν: et Athenienses, c. 27. ἄρ' οὐ δικαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην τὴν τάξιν. Hinc in *Plutarchi Aristide* p. 326. A. Ἀθηναῖοι Τεγεάταις περὶ τάξεως ἐρίσαντες. Lis erat non adeo de loco, quem obtinerent, sed *utri cornu alterum in hostem ducerent.* WESS.

3. ἐδικαίευν γὰρ αὐτέων ἑκατ.) Nihil interest, sic legatur,

an ex Cod. *Steph.* αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας. Scripserat, opinor, *Plutarch.* T. I. p. 326. A. Ἀθηναίοις δὲ Τεγεᾶται περὶ τάξεως ἐρίσαντες ἠξίουν, ὥσπερ ἀεὶ Λακεδαιμονίων τὸ δεξιὸν ἐχόντων κέρας, αὐτοὶ τὸ εὐώνυμον ἔχειν. *Sinistrum*, ut ἀριστερὸν et εὐώνυμον, sic per εὐφημισμὸν saepius etiam ἕτερον dicebant. VALCK. — At ἕτερον κέρας utrumlibet intelligitur, sive sinistrum, sive dextrum. Vide infra, lin. 33 seq. S.

8. τὸ παλαιὸν) Anceps electio est. Scriptor τὸ πάλαι deposuit IV. 180. VII. 142. IX. 73.; τὸ παλαιὸν VII. 129. Similis discordia VII. 74. electurum frustratur. WESS. — Ubi alii codices nude πάλαι, alii τὸ πάλαι exhibent, ut VII. 74., ibi *Herodoteum* τὸ πάλαι censeri debet. Ubi vero, uti hoc loco, plures τὸ παλαιὸν, et alii τὸ πάλαι, ibi istud, utpote paulo rarius, Scriptori videtur acceptum ferendum. *S.*

9. ἐπεί τε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο) ἐπεί τε plenius, et plane Ἰωνικὸν, teste *Eustathio* ad Hom. p. 1158, 39. WESS. — Utique ionicum et *Herodoteum* est ἐπεί τε pro nudo ἐπεί: at de ea voce apud *Eustath.* loco citato (Iliad. p. 1215, 33.) non agitur, sed de ionico εἶτεν et ἔπειτεν, pro communi εἶτα vel ἔπειτα. *S.*

14 *seqq.* τότε ὦν λόγους Ὕλλον ἀγορεύσασθαι *etc.*) Quae de *Hyllo* narrantur *Heraclida*, certis sub conditionibus ad singulare certamen Peloponnesiorum praestantissimorum provocante, comparari poterunt cum *Diod. Sic.* IV. cap. 58. Sed iuxta *Diodorum*, Hyllo cadente, intra annos quinquaginta non reverterentur in Peloponnesum Heraclidae: verius hoc scripsisset cum *Herodoto*, ἐντὸς ἐτῶν ἑκατὸν, iudice viro summo ad *Diodor.* Conf. *Io. Meurs.* de Regno Laced. cap. 7. *Hyllum* occidisse dicitur apud *Herodotum* [*lin.* 26.] Tegeatarum Rex Ἔχεμος ὁ Ἠερόπου τοῦ Φηγέος: ultimo nomini Κηφέος substituendum ex *Pausania* aliisque monuit *Palmerius.* VALCK.

33. ἑκατόν τε ἐτέων) Errat aut corruptus est *Diodorus* IV. 58., convenisse adfirmans, μὴ κατιέναι τοὺς Ἡρακλείδας ἐς Πελοπόννησον ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα. In *centum annis*, uti ibi docet, aliorum congruit consensio, ipseque eventus. Ceterum *Echemus*, qui *Hyllum* ex provocatione deiecit, *Aëropi filius*, perperam Φηγέος *Phegei nepos* perhibetur. Avus erat Κηφεύς, *Cepheus*, apud *Pausan.* VIII. 4. Quod qui-

dem librariorum delictum viri doctissimi, *Palmerius*, *Th. Ryckius*, *P. Burmannus* et alii redarguerunt. WESS.

(ἡμᾶς δίκαιον ἔχειν — — ἤπερ Ἀθηναίους) Maluit δικαιότερον *Pavius*, ut ἀξιονικότεροι antea, et postea c. 28. ἀξιονικοτέρους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἤπερ Ἀρκάδας. Quae sane frequentior in talibus norma. Contingit tamen, ut absolutum comparati et vicissim sedem teneat. Sic σταθερώτερον loco σταθεροῦ in *Apollon. Rh.* III. 1056. Δικαιότερον αὐτῇ δικαιοτάτου *Diodor.* XIII. 30., ἀλλοτριώτατος *Musa*. III. 119., nec fugit magnum Animadversorem in *Athen.* XIII. 11. WESS.

Superlativum pro comparativo positum notavit *Casaub.* l. c. ad *Athen.* XIII. pag. 558. A. quo genere enallages *Noster*, quum alibi, tum mox c. 27, 7. utitur. Hic est positivus loco comparativi, nempe subintellecta ante ἤ particulam (sicut frequenter in Graeco sermone) adverbio comparativo μᾶλλον: sive, in eamdem quidem sententiam, ita intelligere malis, quasi dixissent ἡμέας δίκαιον ἔχειν, καὶ δικαιότερον ἢ Ἀθηναίους. *S.*

CAP. XXVII. 2. σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα ... ἀλλ' οὐ λόγων) Apud *Plutarch.* T. I. pag. 326. B. ἄκουε, inquit Aristides, οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάσοντες, ἀλλὰ μαχούμενοι τοῖς πολεμίοις. Hic σύνοδον aiunt μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι, ἀλλ' οὐ λόγων. Livii XXXII. 34. *Phaeneas*, *non in verbis rem verti*, ait. Cleonnis *Diodori* T. II. pag. 638, 66. πρόκειται ἀγὼν οὐ λόγων, ἀλλ' ἔργων. *Euripidis* Eteocles Phoen. vs. 591. Μὴ τῶν λόγων ἀγὼν ἐστί. Quod illic monitum, in istis loquendi formulis promiscue propemodum usurpari voces ἀγὼν, καιρὸς et ἔργον, monstrat Agesilai laudator p. 78., cui dicitur ille καρτερίᾳ μὲν πρωτεύων, ἔνθα πονεῖν καιρὸς, ἀλκῇ δὲ, ἔνθα ἀνδρείας ἀγὼν, γνώμῃ δὲ, ὅπου βουλῆς ἔργον: quae sophistam multo magis decent quam *Xenophontem*, in cuius scriptis nihil invenietur simile. VALCK.

ἔφη, προσθήσειν παλαιά καὶ καινὰ λέγειν τὰ ἑκατέροισι κατεργασμένα) Quod ait προσθῆκε λέγειν etc., id nec *Vallae latina referre coepit*, nec nostra, *in medium protulit*, adcurate reddunt. Namque Tegeatarum dux non quae ab utrisque [illegible] gesta sunt referre instituit, aut in medium protulit; sed Tegeatarum solum facta memoravit. Graeca ista in hunc modum reddenda erant: *Quoniam Tegeatarum dux in medium proposuit, ut commemoremus utrique nostra maiorumque praeclare facta.* *S.*]

5 seqq. ἀναγκαίως ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι etc.) Laudabilia, quae multis hic enarrant Athenienses, maiorum suorum facinora; hinc paucis commemorat *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 872. A.; illos scribens Ἡρακλειδῶν τε μεμνῆσθαι, καὶ τὰ πρὸς Ἀμαζόνας πραχθέντα προφέρειν, ταφάς τε Πελοποννησίων τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων. Eadem illa magna cum laude celebrantur ab oratoribus; ab *Isocrate* in Panegyr. p. 61. et seqq., in *Aristidae* Panathen. pag. 201. etc. in Ἐπιταφίοις etiam λόγοις, quibus nomina praefiguntur *Demosthenis* et *Lysiae*. VALCK.

9 seqq. ἐξελαυνομένους ὑπὸ πάντων etc.) Attici oratores in his maiorum suorum facinoribus sese iactant, *Lysias*, *Isocrates*; *Demosthenes*, cuius Λόγου Ἐπιταφ. p. 746 ... τῶν ... ὑπεδέξατο τὰ ἐκείνων ἔργα τῆς αὐτῶν μουσικῆς ..., haec *Musae Herodoteae* spectare, non iniusti suspicio est. WESS.

17. ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν) Latina [quae intacta *Wess.* h. l. reliquerat] aberrant. Hoc volunt, *suos maiores sustulisse ad sepeliendum Argivos, qui insepulti ad Thebas iacebant, et contumulasse sua Eleusinia in terra.* Id ἀνελέσθαι τοὺς τετελευτηκότας sive τοὺς νεκροὺς saepe hac ipsa in re *Isocrati* Panegyr. p. 52. A., Plataic. pag. 306. D.; haec νεκρῶν ἀναίρεσις Panath. p. 269. A. Praeclare *Lysias* in Ἐπιταφ. p. 33. τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν *Athenienses* ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι, ubi Cl. *Taylor.* WESS.

18. τῆς ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι) Auctor Orationis inter *Lysiacas* secundae p. 83., τοὺς Ἀργείων, inquit, νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὑτῶν Ἐλευσῖνι: et hic et apud *Herodot.* non templum designatur Eleusiniae Cereris, sed *ipsa Eleusis* est intelligenda, pagus Attices nobilissimus; in locis etiam reliquis, quae Cl. Io. *Taylor* in alium putat sensum accipienda ad *Lys.* p. 105. *Lysiam* illic, vocibus aliter collocatis, scripsisse suspicor partim cum *Palmerio*: *sacra faciet Rex*, τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, τὰ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι (καὶ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται) μυστηρίοις. Lex fuit Solonis, teste *Andocide* de Myst. p. 16. τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, apud *Petitum* in Legib. Att. p. 37. *Meurs.* Eleusin. cap. 18. Utrobique templum intelligitur, quod Athenis erat, in hoc nutrino saepe designatum, de quo *Meurs.* egit in Ceram. Gem. cap. 26. In proximis [lin. 9.] haec tandem

Editio repraesentabit *Herodoti* manum, ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος, eiectis auctoritate Codicum vocibus interiectis τὰς ἀποθήκας, quae variorum nobis pepererant coniecturas. VALCK.

... 9. ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ.) Edebatur *Aldi* exemplo, τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀποθήκας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος; quorum ad τὰς ἀποθήκας multi merito offenderunt. Quid illa enim ad Amazonas? *Cornel. de Pauw* τὰς αὐθεκάστας, *rigidas et severas* formavit: *Gronovius* τὰς ἀποθέτας, *tanquam furias et minime desiderabiles feminas.* De sententia *Io. Taylor* Lect. Lysiac. c. 4. fuerat, τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμωδόντος καὶ τῆς ἐπὶ Θερμώδοντι. Aliud sectatus *Abreschius*, Dilucid. Thucyd. p. 655., verborum seriem ordinabat, τὸ δὲ καὶ ἴσασι ὑμῶν (κατὰ) τὰς ἀποθήκας (ἡμῶν τὸ) ἔργον (τὸ) ἐς τὰς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμ. *Quin et in thesauris factorum nostrorum illustrium habemus illud, quod adversus Amazonas gessimus*: addidit coniecturam aliam, quam ibi legi malim. Atque haec clarissime doctissimorum virorum fluctuationes, ex pravissimis τὰς ἀποθήκας auctae, ostendunt. Quorum equidem divinationes malui proponere, quam ad examen revocare. Sentio enim cum *Galeo* τὰς ἀποθήκας in exilium agendas, quorsum ab sex bonae fidei membranis ablegantur, fortasse etiam pluribus. *Florentiae* certe vir Celeb. nihil singulare enotavit, cuius quidem bibliothecae exemplari cum passim *Ask.* et *Pass.* consentiant, opinari et illud τὰς ἀποθήκας non habuisse, licet. [Vide *Var. Lect.*] De *Parisiensibus*, quorum accurata non usurpavi excerpta, tacere debeo. [Ex nullo quatuor Codicum Parisiensium, quorum lectionibus satis diligenter excerptis uti nobis licuit, enotata ista importuna verba sunt.] Abunde mihi videtur, corruptissimas voces ab optimis libris abesse, natas scribentis, uti opinor, incuria, ex continuo sequentibus τὰς ἀπὸ Θερμ. vocibus. WESS.

... 21. ἐν τοῖσι Τρωϊκοῖσι πόνοισι) Τρωϊκοῖσι non sollicito, tametsi *Cicero* Nat. Deor. III. 21. *Heroicis temporibus*, et ἐν τοῖς Ἡρωϊκοῖς χρόνοις *Diodorus* lib. XVI. 79. Tu vide VII. 20. WESS.

... seq. Ista, οὐ γάρ τι προέχει (οὐκ ἔστιν ἐπιμεμνῆσθαι) explanavit *A. Dounaeus* in *Demosth.* p. 29. VALCK. — Respondet fere Latinorum *nihil promovet*. Οὔ τι προέχει, pro-

prie *non praestat*, *non melius est*, i. e. *nil iuvat*, *inutile est.* Similiter comparativo utuntur, οὐ γὰρ ἄμεινον, pro οὐκ ἀγαθόν et πλέον τι ποιεῖν, *utile quidpiam facere*, *proficere.* Item οὐδὲν προὔργου (et προὐργιαίτερον) ἐστι. *S.*

26. ὥσπερ ἐστί) Corrigit *Abreschius* ὥσπερ ἐστι, leni; sed parum necessaria, medicina. Mox [*lin.* 28.] Μαραθῶνι sine praepositione (ad *Aristophanis* Acharn. vs. 697. ἄνδρ' ἀγαθὸν ὄντα Μαραθῶνι et εἶτα Μαραθῶνι μὲν ὅτ' ἦμεν, exemplum) unae schedae, quas iubeo valere. WESS.

27 *seq.* ἀπὸ τοῦ ἐν Μαραθῶνι ἔργου) Campus *Marathonius* praecipua semper fuit Atheniensibus gloriandi materies, quia hanc de Persis victoriam soli reportaverant. Ea de re loquenti *Lycurgo* c. Leocr. p. 162, 13. dicuntur οὐκ ἐπὶ τῇ δόξῃ μέγα φρονοῦντες, ἀλλ' ἐπὶ τῷ ταύτης ἄξια πράττειν. *Aristoph.* Equit. 1331. Τῆς γὰρ πόλεως ἄξια πράττεις, καὶ τοῦ 'ν Μαραθῶνι τροπαίου. De *Aeschylo* morti vicino vid. *Pausan.* I. pag. 35. Apud *Thucydidem* I. 73. Athenienses, φαμὲν Μαραθῶνι μόνοι προκινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ: ubi notat *Wasseus.* Hoc titulo *Critiae* designatur urbs Athenarum apud *Athen.* I. p. 28. c. Ἡ τὸ καλὸν Μαραθῶνι καταστήσασα τρόπαιον. Nomen itaque Μαραθωνομάχων Atticis erat auribus iucundissimum; sed depravatis suae aetatis moribus saepius istius temporis Μαραθωνομάχους opposuit *Aristophanes*, et in Nub. vs. 982. Acerbe *Athen.* VI, p. 253. F. ταῦτ', inquit, ᾖδον οἱ Μαραθωνομάχοι. VALCK.

31. ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἕξ τε καὶ τεσσεράκοντα) Satis gloriose. Annumerantur nobis nationes, Dario vectigales, lib. III. 90 seqq., isto numero plures. Illae-ne vero Marathonium in campum contra Athenienses, et navibus quidem sexcentis, (lib. VI. 95.) venerunt? Iustius adiungitur, non profecto decere τάξιος εἵνεκα στασιάζειν: adesse enim, οὐ τοῖς συμμάχοις στασιάσοντας, ἀλλὰ μαχουμένους τοῖς πολεμίοις, uti *Plutarch.* Aristid. p. 326. B. WESS.

35. ἵνα δοκέῃ) Scribendum arbitror ἵν' ἂν δοκέῃ: vel ἵνα δοκέει: iungitur enim ἵνα, significans *ubi*, ut apud alios, sic apud *Herodotum*, indicativo modo. [Vide *Var. Lect.*] In eamdem sententiam Aristides loquitur *Plutarchi* T. I. pag. 326. B. Τὴν ἀρετὴν οὐκ ἀφαιρεῖται τόπος, οὐδὲ δίδωσιν· ἣν δ' ἂν ὑμεῖς ἡμῖν τάξιν ἀποδῶτε, πειρασόμεθα κοσμοῦντες καὶ φυλάττοντες μὴ καταισχύνειν τοὺς προηγωνισμένους ἀγῶνας. Apud

eundemque T. III. pag. 208. v. Agesilaus, δείξω, inquit, ὅτι τεῖχος οὐ κάπους τοὺς ἀνδρας ἐντίμους, ἀλλ' οἱ ἄνδρες τοὺς τόπους ἐπιφανεστάτους. VALCK.

CAP. XXVIII. 9. Οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων) H. Stephanus ob Vallae Latina mutavit in Aldo vitiosa, mutantique scripti codices resque ipsa addicunt. In sequentis Helotis, [lin. 9 seq.] singulos Spartiatas stipantibus Plutarch. Dialign. p. 871. E. et Aristid. p. 325. A. nihil discordat. Vide supra c. 10. WESS.

[15. seq. παρὰ δὲ σφι εὕροντο ... ἱστάναι Ποτιδαιητέων etc.) Corinthii a Pausania impetrarunt, ut iuxta ipsos starent Potidaeenses. Nempe Corinthiorum colonia Potidaea erat. Vide Thucyd. I. 56. S.]

21. 28. Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης) Iustissime. Laurentii Pallenses in Cephallenia nulli. Quarta urbium insulae Πάλη, cives Thucydidi Παλῆς Attica dialecto lib. I. 27., aliis Παλεῖς, Ionibus Παλέες. Lege Nob. Palmerii Graec. Ant. lib. IV. p. 528. Pausanias catalogo Graecorum, contra Mardonium ad Plataeas consistentium, Palenses non inseruit, sed alios, hic neglectos, lib. V. c. 23. WESS.

CAP. XXIX. 3 seqq. σύμπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς τε μυριάδες etc.) In hoc numero gravis armaturae militum 38700. nihil inesse vitii liquet e sequentibus; primum enim praeter illos ψιλοὶ memorantur cum Spartiatis missi Helotes 35000, tum ceterorum Graecorum ψιλοὶ 34500. hi universi conficiunt 108200. quibus adiuncti tandem 1800 Thespienses summam implebant 110000. Herodotus infra [cap. 30, 4.] σὺν Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληρεῦντο ἕνδεκα μυριάδες. De his Graeciae libertatis statoribus intelligo Diodor. Sic. lib. XI. c. 30. ἦν δὲ ὁ σύμπας ἀριθμὸς τῶν Ἑλλήνων εἰς δέκα μυριάδας; qui forsan etiam scripserat εἰς ἕνδεκα: sed, quod addit, τῶν δὲ βαρβάρων εἰς πεντήκοντα, longius etiam ab Herodoto recedit; iuxta quem [cap. 32.] illic βαρβάρων ἐοῦσαι τριήκοντα μυριάδες, praeter Graecos Persarum partes sequutos, quorum ad Plataeas fuisse Noster suspicatur πέντε μυριάδας. Nostro loco memoratos ὁπλίτας 38700 ego quidem in capite superiori memoratis non reperio, verum duntaxat 39700. Utrum in Aeginetarum numero, an et alibi vitium haereat, an Codices vulgatis congruunt, non facile definiri poterit. Ad ista Herodoti

Pausaniae catalogum lib. V. [cap. 23.] p. 437. comparanti occurrent inter illos, qui Πλαταιάσι ἐμαχέσαντο ἐναντία Μαρδονίου τε καὶ Μήδων, quorum nulla fit in hac *Herodoti* recensione mentio, Κεῖοι, καὶ Μήλιοι, - - Τήνιοι, - - καὶ Κύθνιοι. VALCK. — Quod in superiori capite se nonnisi 29700. ὁπλίτας memoratos reperisse Vir doctissimus ait, si recte subduxisset calculos, eamdem summam 38700, quam praeferunt *Herodotei* libri omnes, reperturus fuerat. *S.*

[10. seq. ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα, πεντακόσιοι etc.) *Unus fere circa quemque virum, fuere* 34500. Si absoluto et sine exceptione dixisset, *unus circa quemque virum*, numerus istorum leviter armatorum nonnisi 33700 fuisset. Nunc intelligi par est, (quod etiam alioquin credibile erat) nonnullis ex numero ὁπλιτῶν, de quibus hic agitur, duo aut plures leviter armatos, aliis vero nullum forsasse, praesto fuisse. *S.*]

13. καὶ ἐνέα χιλιάδες) Utrum scribarum socordia, an alia culpâ, haec in codicibus paucis non adpareant, quaerere nolo. Absunt male, si τῶν ψιλῶν praescriptus numerus labe caret. Potest disputari, cum Spartani (erant autem ad quinque millia) septenos, et Graeci reliqui singulos iuxta se ψιλοὺς viderint, amplior-ne levis armaturae militum catalogus poni debuerit? Nihil tamen membranae isthic innovant. WESS. — Vide proxime ante a nobis notata. *S.*

CAP. XXX. 7. ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον) *Qui nec ipsi arma habebant* Interpres; cui quidem *arma* si *clypei* fuerint, uti nonnunquam Latinis, monente *Salmasio* ad *Fl. Vopisci* Aurel. c. 7., insons erit. Revera hi Thespienses in *levi* erant *armatura*, οὐκ ἐν ὅπλοις, quales in *Heliodori* Aeth. IX. p. 428. *Pausanias* illos ὅσον τῶν ὅπλων τῇ σκευῇ κοῦφοι lib. IV. 29., hos *Polybius* crebro τὰ βαρέα τῶν ὅπλων lib. I. 76. adpellat. Conf. ad *Diodor.* XIV. 23. WESS.

CAP. XXXI. 1. ὡς ἀπεκήδευσαν Μασίστιον) *Cum Masistii mortem lugere desierant.* Publicum Persarum luctum supra narravit c. 24. Verbum Ἀπεκήδευσαν, *Porto* non intellectum, omissum in *H. Stephan.* Thes. recte vir Clar. vertit *eluxerunt.* Istam multis verbis vim indit praepositio ἀπό. In *Thucydid.* II. 6. ἀπαλγήσαντας recte τραυσαμένους

ἀλγεῖν e Scholiis interpretatur Suidas; qui conferri poterit in 'Αποπιπόνηκας' 'Αποκεκραιπαλισμένος' 'Απεμνίσας' et in 'Αποσκυθίζειν: horum primum 'Αποπιπόνηκας ex Aristoph. est Thesmoph. vs. 252. Luciani Lexiphanes §. 4. ἀπηρυθριάσαι ποιήσει τοὺς ὀφθαλμούς. Menander, 'Απερυθριᾷ πᾶς, ἐρυθριᾷ δ' οὐδεὶς ἔτι, apud Stobaeum p. 212, 50., in cuius p. 585. sic scribendi videntur Alexidis senarii: Πολλή γ' ἀνάγκη καὶ τὸν ἄνδρ' ἀποξέσαι Πρώτιστον, ἀφυβρίσαι τ' [·] ἀπανθήσαντα δὲ Σκληρὸν γενέσθαι, καὶ καταστῆναι πάλιν. VALCK. — De Alexidis versiculis conf. Athen. lib. II. p. 36, e. S.

18. ὅ, τι μὲν ἦν αὐτοῦ δυνατώτατον) Sermo de Persis; quorum quod robustissimum contra Lacedaemonios Mardonius opposuit; quod infirmius vero contra Tegeatas. Nonne ergo ὅ, τι μὲν ἦν αὐτῶν etc. quae elegans Cl. de Pauw coniectio? Alioqui τὸ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ lib. VIII. 54. WESS. — Vulgatum αὐτοῦ tenent scripti libri omnes. S.

20. 'Αμπρακιῆται) Recte hic et c. 28. ex Ionum ore, quo et Μαιῆται, Μαιῆτις, aliorum Μαιῶται ac Μαιῶτις, lib. IV. 123. Scio Stephani Byz. decretum in 'Αμβρακία probari ab Arch. et Vind., quod in Ionia invalidum iustius sprevissent. WESS.

25. ἀλλὰ τινὲς κυρίων) Cum his utique proxima iungenda sunt, ἀλλά τινες αὐτίων καὶ τὰ 'Ελλήνων ᾔξεν. [Nempe in ed. Gron. et superioribus post κυρίων interposito puncto distinguebatur oratio, quod etiam in ed. Wess. propagatum.] Sed miror quomodo hi Phocenses dici possint [lin. 26.] περὶ τὸν Παρνησὸν κατειλημμένοι: qui supra VIII. 32. ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησοῦ ἀνέβησαν, quique hoc velut receptaculum habentes illinc ὁρμεώμενοι ἔφερόν τε καὶ ἦγον τὴν Μαρδονίου στρατιήν. Praestiterit et hoc loco una litera minus scripsisse κατειληκότες. Huc spectant ista Plutarchi, de Herod. Malign. p. 868. F. αὐτὸς ὁ 'Ηρόδοτος ὥσπερ ἐκβιασθεὶς ἐν τοῖς Πλαταιϊκοῖς ὁμολογεῖ καὶ Φωκέας παραγενέσθαι τοῖς 'Ελλησιν. VALCK.

26. περὶ τὸν Παρνησὸν κατειλημμένοι) Solet montis nomen ita scribere; participium, postulante sermonis indole, itidem. Vertebant, apud Parnassum deprehensi: a quibus tandem? Κατειλημμένοι, conclusi compulsique erant. Supra VIII. 27. ἐπεί τε γὰρ κατειλήθησαν Phocenses ἐς τὸν Παρνησόν, et cap. 32. Error est librariorum, ἀπειλημμένος, κα-

πιλημμένους; et ἀπειλημμένους, κατειλημμένους, confundentium. Vide lib. II. 141. IX. 69. etc. WESS.

CAP. XXXII. 7. εἴ τε Ἑρμοτύβιες *etc.*) De his lib. II. 164. οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριες τε καὶ Ἑρμοτύβιες. Profecto non illi μαχαιροφόροι, quod vetus interpunctio volebat, nuncupabantur, sed armaturâ erant tali. Rem vidit *G. Cuperus* Epist. ad *N. Heinsium*, Syllog. Epist. *Burmanni* T. II. p. 690. WESS. — Perperam olim post Καλασίριες incisa erat oratio, iunctis verbis καλασιρ. μαχαιροφ. *S.*

15. ὡς δὲ ἐπεικάσαι) Dubitabam in *Diss. Herodot.*, hoccine, an pristinum ἀπεικάσαι, amplecterer? Causså ampliatâ, *Gronovii* in partes ivi. Inconcinnum huic certe loco ἀπεικάσαι, in assimilando et conparando solens: opportunius omnino videtur, ex melioribus advocatum membranis. *Aeschyl.* Choëph. 976. φίλοι τε καὶ νῦν, ὡς ἐπεικάσαι πάθη: et Supplic. vs. 252. καὶ τἄλλα πολλ᾽ ἐπεικάσαι δίκαιον ἦν. *Sophocles* Oed. Colon. vs. 17. χῶρος δ᾽ ὅδ᾽ ἱερὸς, ὡς ἐπεικάσαι, βρύων δάφνης: namque sic Mssti, *H. Stephano* notante. Eadem in fabula vs. 147. δυσχίων, μακραίων τ᾽ ἔθ᾽, ὡς ἐπεικάσαι. In *Trachin.* tamen vs. 144. Πεπυσμένη μὲν, ὡς ἀπεικάσαι, πάρει, nec citra Codicum discordiam, qualis et in aliis. Illa vero Sophoclea absentiam τοῦ ἐστὶ ab *Arch.* legitimam declarant. Numerum autem exercitus Persici auctum qui cupit, *Diodorum* XI, 30. adeat. WESS.

CAP. XXXIII. 5. καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυτιάδην) *F. Ursinus*, vir doctissimus, ad *Ciceron.* Divin. lib. I. 41. τῶν Ἰαμιδῶν καὶ Κλυτιαδῶν citat, haud scio unde. *Cicero* ex *P. Victorii*, *Ursini*, *P. Leopardi* excellente auxilio: *Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alteram Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes.* Iam si Tisamenus fuerit *Clytiades* et τῶν Ἰαμιδῶν, quemadmodum apud *Pausan.* lib. III. c. 11. p. 232., oportet, adfinitate nexae fuerint familiae, paterque eius ex Clytiadis. Vide sis *Pet. Victorium* Var. Lect. XIII. 15. et *P. Leopardum* Emend. IV. 18.; neque λιωφέστερον [*lin.* 6.] praetervide, h. e. πολλῷ ἀφέστερον, uti deinceps. [*lin.* 19.] Vir doctus [*Reisk.*] disiuncta voce, λεῷ ἀφέστερον, alii conponunt *Hesychii* πανώλεθρος ἢ λεωπόρητος, παντελῶς ἐξωλεθρευμένος, quae, modo λίως Ionibus et *Hippocrati* de *Galeni* et

Erotiani opinione fuerit παντελῶς, aliorsum pertinebunt. WESS.

Ibid. γένεος τοῦ Ἰαμιδέων etc.) Quum *Elis in Peloponneso familias duas certas* habuerit, *Iamidarum unam*, *alteram Clytidarum*, *haruspicinae nobilitate praestantes*, ut scribit *Cicero* de Divin. I. 41., Tisamenum ἐόντα Ἠλεῖον, καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων, meo quidem arbitratu dicere non potuit *Herodotus* Κλυτιάδην: ut mirer, de Clytidis et Iamidis agenti *Leopardo* Em. lib. IV. c. 18. hunc *Herodoti* locum mendae non fuisse suspectum. Ad ista, γένεος Ἰαμιδέων, adscribi potuit a lectore, οὐ Κλυτιάδην, sive ἢ Κλυτιάδην. Sed *Iamidam* fuisse *Tisamenum* liquet ex *Pausan.* III. p. 232. qui, *Herodotum* in his sequutus, Τισαμενῷ, ait, ὄντι Ἠλείῳ τῶν Ἰαμιδῶν λόγιον ἐγένετο: memorans item IV. p. 317. Εὔμαντιν ἔστιν Ἠλεῖον τῶν Ἰαμιδῶν: VI. p. 454. Thrasybulum ex eadem familia, et p. 495. vatem Eperastum τοῦ Κλυτιδῶν γένους. Infra *Herodoto*, c. 37., Graecum vatem secum habuisse dicitur Mardonius Hegesistratum, ἄνδρα Ἠλεῖον τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόντα. Triplex hoc genus, οἱ Ἰαμίδαι, καὶ οἱ Τελλιάδαι, καὶ οἱ Κλυτιάδαι ubi memorantur *Philostrato* de Vit. Apoll. lib. V. c. 25. infelix prostat *Olearii* coniectura, nescientis verum lectionem iam demonstrasse *Kühnium* ad *Pausan.* p. 800. VALCK.

[Ibid.] μαντευομένῳ περὶ γόνου) Suspectum videri poterat vocab. γόνου: mirum certe, quod *de prole* consulenti *Tisameno* nihil, quod ad prolem proxime pertineat, responderit oraculum. At, si ita vel Pythiae vel personato placuit Apollini, nostrum, puto, non est rationem facti ab illis reposcere. S.

... παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε etc.) Luctà victus abiit, ceteroqui quinquertio superaturus Hieronymum Andrium, *Pausania* testificante lib. III. 11. *Vallae* in his lapsum indicavit *Pavius*, correxit *Gronovius*. παρὰ in talibus *excludere*, ex G. *Budaei* praecepto, *Casaubonus* ad *Strabon.* X. p. 700. [p. 465.] docuit; quod *Palmerium*, nimium hic anxium, videtur (Exercit. ad Graec. Auctor. p. 46.) latuisse. Ecce tibi *Demosth.* in Aristocrat. pag. 331. Ed. *Tayl.* Κίμωνα παρὰ τρεῖς μὲν ἀφεῖσαν ψήφους, τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι: tribus exceptis calculis, ne capite lueret, Cimonem dimiserunt. Accommodatissime, neque fugit doctissimum *Bergleram*, Dio

Chrysost. Or. IX. p. 141. D. ὥστε, ἔφη, παρ' ἓν μόνον ἦλθεν εὐδαίμων γίγνεσθαι: *uno gradu, quominus beatus censeare, vinceris.* WESS. — Rariori hoc usu praepositionem παρὰ adhibuerunt *Isaeus* et *Demosthenes*: ille pag. 41, 36. παρὰ τέτταρας ψήφους μετέσχε τῆς πόλεως, hic c. Aristocr. p. 436. Κίμωνα - - παρὰ τρεῖς μὲν ἀφῆκαν ψήφους τὸ μὴ θανάτῳ ζημιῶσαι: hoc ante dixerat p. 430. τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διέσωσαν τὸ μὴ θανάτου τιμῆσαι. *Herodoti* Tisamenus *Olympiacam quinquertii palmam* reportasset, nisi luctâ fuisset ab *Andrio Hieronymo* superatus: παρ' ἓν πάλαισμα, *unâ luctâ exceptâ* Herodotea *Pausanias* explanavit p. 258., cuius verba huc commode retulit *Palmerius*, frustra dubitans de loci integritate, quem non male *Portus* tractavit. VALCK. — Eadem fere praepositionis παρὰ vis et ratio est in pervulgata formula παρ' ὀλίγον, *propemodum*, nempe *excepto minuto momento*. S.

16. ἡγεμόνα τῶν πολεμίων) In *Vallae* correctis Latinis, *dux bellicorum certaminum*, adscito ex praegressis ἀγώνων vocabulo: id si nolueris, ἡγεμόνα τῶν πολέμων, priorihus non posterius, scripta suppeditabunt exempla. Atque hoc *Reiskius* praeoptavit. WESS.

18. ἐνετίμα) Verbum de mercatoribus eximie adhibitum *qui annonam incendebant*, *Vallae* minus intellectum, recte iam ceperat *Portus*: ab *Herodoto* transsumsit *Dion Cass.* apud *Suidam* in Ἀντιμῶν. *Dionis* enim esse locum monuit nuper Clar. *Toupius* Em. in *Suid.* pag. 132. Apud eumdem *Dionem* XXXVIII. 5. Pompeius dicitur ἀντιμῶν τι καὶ ἀποσεμνύνων ἑαυτόν. Idem illud frequentius dicebatur ἐπιτιμᾶν. vid. Clar. *Ruhnken.* ad *Timaei* Lex. p. 84. VALCK.

21. ἐπιμυθέοντες) Hoc multo tritius. Vid. c. 52. et 93. WESS. — At vidimus tamen etiam III. 84, 23. κλαιόντων καὶ ὀλοφυρομένων, et VII. 11, 5. πολλοῦ δεινότερα ἐποιέε. Quare videndum ne et h. l. ἐποίεε potuerit ferri, et hoc ipso, quod minus tritum est, debuerit etiam. S.

22. μετέσχε τῆς χρησμοσύνης) Χρησμοσύνην interpretantur *oraculum*, quo iure, nescio. Spartani profecto Delphico vati longe erant addictiores, quam eius ut responsa flocci facerent. Potius arbitror, usuram Tisameni, auxiliique eius insuper habuisse, cum nimia sibi expeteret. Scita Heracliteae philosophiae quid κόρος καὶ χρησμοσύνη, ratius et in-

digentia, fuerit, obiter *Philo Iud.* explicat lib. II. Allegor. p. 62. .., ubi doctissimus *Mangeius*. WESS. — Suffragatur *Wesselingio* doctissimus *Schneider* in Lex. crit., citans etiam *Plutarchi* libellum de EI delphico c. 9. (T. IX. ed. *Hutten* p. 229.) monensque *desiderium* etiam intelligi posse. Equidem hic χρησμοσύνην, ut apud Poëtam μαντοσύνην, intelligendam putavi *vaticinandi artem*. Alteri tamen interpretationi patrocinari videtur quod ineunte cap. 35. legitur, Σπαρτιῆται, ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ. *S.*

24. καταίνεον μετιόντες) μετιέντες, *de sua pertinacia remittentes*, ex opinione *Porti*. Malui. Codicibus monstrantibus, μετιόντες, *illum arcessentes*, sicuti lib. III. 15., nec discrepat clar. *Abreschii* coniectura. WESS.

25. οὐδ' οὕτω, ἔφη, ἔτι ἀρκέεσθαι) Hunc locum supra attigi ad lib. VII. c. 160. VALCK.

26. τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην) Memorat Ἁγίαν, sive Ἁγίαν, μαντευσάμενον Λυσάνδρῳ in praelio ad Aegos flumen, nepotem Tisameni, *Pausan.* III. 11., unde usitatum familiae id cognomen: hinccine vero Ἁγίαν τὸν ἡγούμενόν τινες Timaeus Lexico suo p. 8. addiderit, in ambiguo Cl. *Ruhnkenius* iure reliquit. WESS.

CAP. XXXIV. 1-3. Ταῦτα δὲ λέγων οὗτος ἐμιμέετο Μελάμποδα, ὡς εἰκάσαι, βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην αἰτεόμενος) *Melampoda Tisamenus* Herodoto dici non potuit *imitatus* βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην αἰτεόμενος, sed αἰτεόμενον, quod *Reiskio* venit in mentem et *Koenio*, qui tamen scripsisse potius Nostrum suspicabatur, βασιληΐην δὲ ἀντὶ πολιτηΐης αἰτεόμενον. VALCK. — Αἰτεόμενος cupidissime docti Viri *Reiskius* et *Pavius* αἰτεόμενον reformant, quippe Tisamenum spectans, Lacedaemoniorum ius civitatis, non regnum, sibi postulantem. Diceres plausibilem videri suspicionem. Quid si vero interpungatur, ὡς εἰκάσαι βασιληΐην τε καὶ πολιτηΐην αἰτεόμενος, *ut regnum et ius civitatis conparem*, rogans, quae *Abreschii* observatio, opusne emendatione? *Tisamenus ius Spartanae civitatis quaerebat, Melampus partem regni Argivorum*: pares ambo cupiditate habendi, valde dispares in re desiderata. WESS. — Mireris a Viro doctissimo, quum verum praeclare vidisset, tamen et in graeco exemplo pravam verborum distinctionem, et in latina versione absurdum illud, *regnum pariter et civitatem poscendo*, tenuisse.

Ἐμιμέετο Μελάμποδα αἰτεόμενος, *postulato isto imitatus est Melampodem. Schaeferum* prudentissimum virum, non dubito, si splendidam *Herodoti* editionem, quam imperfectam adhuc reliquit, adiectâ nonâ Musâ absolvere ei placuerit, eamdem nobiscum in constituendo interpretandoque hoc loco rationem esse probaturum. *S.*

12. τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης) Largiti sunt Melampodi, gratiam rependentes, Argivi τὰ δύο μέρη τῆς βασιληΐης, Melampus vero cum fratre Biante portionem suam communicavit: haec *Diodorus* lib. IV. 68. Clarius Critici ad *Pindari* Nemeon Od. IX. 30. purgasse Melampodem Proetidas ceterasque furore agitatas μισθῷ τῶν δυεῖν μερῶν τῆς βασιλείας. Sibi servasse τὸ ἥμισυ, alterum dimidiatum Bianti ultro concessisse, ὥστε γενέσθαι τὴν ὅλην βασιλείαν τριμερῆ, *Melampodidas, Biantidas, Proetidas.* Tot illic deinceps regiae familiae, sed legitimae. Vid. *Pausan.* II. 18. WESS. — Praeter *dimidium regni*, quod sibi *Melampus* postulaverat, insuper fratri suo postulavit *tertiam regni partem*, nempe tertiam partem dimidiati regni quod Argivis superesset, adeoque sextam partem totius. Igitur, quandoquidem conditioni subscripserunt Argivi, accepit Melampus cum fratre quatuor sextas partes, id est duas de tribus partibus totius regni, ut *Diodorus Sic.* ait et *Pindari Scholiastes. S.*

CAP. XXXV. 6 seq. μοῦνοι δὲ δὴ πάντων etc.) Neminem habuit *Cragius*, quem iure opponeret *Herodoto*, ut egregie *Io. Meurs.* ostendit Misc. Lac. IV, c. x. Tisamenus et frater eius Hegias sic in Laconicam fuere civitatem recepti, ut eodem uterentur iure, iisdemque gauderent privilegiis, quibus prae reliquis Lacedaemoniis fruebantur Spartiatae. *Quibus Lacedaemonii victoriam reportarunt, quinque praelia* [*lin.* 7 *seqq.*] hinc eodem ordine recensuit *Pausanias* III. p. 233. In ceteris nihil est difficultatis; quarto loco memoratum [*lin.* 11.] exercuit *Ioach. Kühnium* et *Iac. Palmerium*; huius mihi in *Herodoto* verisimilis videtur coniectura, corrigentis Μεσσηνίων ὁ πρὸς τῇ Ἰθώμῃ: sed in *Pausania* neutrius placet tentamen. VALCK.

11. ὁ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ) Bellum Spartanis Messenii una cum Helotis, occupatâ *Ithome*, conflarant: isthic res gesta in decem annos, longissime ab *Isthmo*. *Thucydides* lib. I. 101. et *Diodorus* lib. XI. 64. testes sunt. Ergo ὁ πρὸς τῷ

'Ιθώμη, ad *Ithomen*, veritati, *Palmerio Pavioque* observantibus, congrueret. *Pausanias*, haec Herodotea apertissime aemulatus, nonnihil inpedit. Laconic. c. 11. τέταρτον δὲ ἠγωνίσατο Tisamenus πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσθμοῦ Ἰθώμην ἀποστήσαντας ἀπὸ τῶν εἱλώτων. *Isthmum* enim *Ithomen*que paene coniungit, nec sine suspicione reperti in *Herodoto* Ἰσθμοῦ, *Isthmi*. Sic maculae origo *Pausaniam* anteverteret; namque, mendam esse, nullus dubito. Illa vero *Pausaniae* an extra labis culpam? *Palmerius* Exercit. ad Gr. Auct. p. 41. negat, scribendum opinatus, ἐξ Αἰθέου Ἰθώμην ἀπέστησε. quoniam inter rebellantes, qui Ithomen occuparunt, apud *Thucydidem* Αἰθεεῖς, sive, uti *Steph. Byz.* citavit, Αἰθαιεῖς. At illorum Αἴθαια, *Aethaea*, oppidum, Ethnicographo auctore, non Αἰθεός. *Pavius*, cui *Pausanias* itidem vitio notabilis, fingebat πρὸς τοὺς ἐς Ἰσθμοῦ Ἰθώμην ἀποστήσαντας τῶν εἱλώτων. *Ithomen Isthmi*, quippe in Peloponneso atque intra Isthmum positam, discretamque tali notatione ab Ithome Thessaliae. Bene ego memini, *Ithomen* montium (ὀρῶν ὁπόσα ἐντὸς ἐστιν Ἰσθμοῦ) nulli magnitudine concedere, ex Messeniac. c. 9.; *Ithomen Isthmi* non reminiscor. Si *Pausaniae* voces ἐξ Ἰσθμοῦ, ex corruptis Herodoteis fortasse additae, abessent, in *Pavii* correctionem studio inclinarem. Alia doctissimus *Kühnius*. Quomodo autem cunque de *Pausania* statuetur, hic πρὸς τῇ Ἰθώμῃ, *ad Ithomen*, oportuerat. WESS. — Vide *Var. Lect.* Quum articulum ignorent probati libri, paullo erat proclivior aberratio a πρὸς Ἰθώμη in πρὸς Ἰσθμῷ, quam a πρὸς τῇ Ἰθώμῃ in πρὸς τῷ Ἰσθμῷ. Quod si aliunde constaret, non solum Ἰθώμην, sed et Ἴθωμον nomen fuisse oppido, de quo agitur, aut saltem monti, cui illud adstructum erat; in promtu foret ut suspicaremur, ἐν Ἰθώμῳ scripsisse *Herodotum*: quo posito, multo etiam proclivior futurus fuisset librariorum lapsus. *S.*

CAP. XXXVI. 2. ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων) Ineptus interpres in *Spartiatarum tunc ductor.* [Quo magis mireris, tales ineptias in Latina versione Graecis adiecta intactas reliquisse Virum praestantissimum.] Pausanias imperator erat; *Tisamenus* vates, ab illo et Spartanis *hoc in bellum* ad Plataeas *ductus.* WESS.

CAP. XXXVII. 3. ἐχρέετο perperam mutabatur. Ἐχρέετο numero multitudinis est, sicuti ἐκείατο VIII. 113.

κατηγορήσατο V. 104, bonis, uti arbitror, avibus instaurata. WESS.

4. Ἡγησίστρατον, ἄνδρα Ἠλεῖον) Mirum valde, *Hegesistratum* Ἀρκαδικὸν μάντιν *Plutarcho* dici T. II. p. 479. B., quem Elide ortum et *Telliae* vaticini (lib. VIII. 27.) filium, aut nepotem certe, novimus. WESS.

9. πεισόμενος πολλά) Pristinum πησόμενος non abiiciebam in Diss. *Herodot.* ob *Aeschyli* versum, πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ πήσας μογῇς, Agamemn. 1633. et πήσαντες *Etymologi* p. 624, 50. Dicta non urgeo, quoniam πησόμενος ex πεισόμενος scribarum saepe peccato progignitur. Exempla in *Heliodoro* monstravi, nec repeto, hic meliores Codd. secutus. WESS. — De verbi formatione πήσομαι passim in probatis codicibus pro pervulgata πείσομαι reperiunda, neque praecise damnanda, consuli possunt quae in *Var. Lect.* et in Lexico *Polyb.* voce Πάσχω notavi. Certe a prisco verbo πήθω, unde est Aor. 2. ἔπαθον, et nomen πῆμα, legitime πήσομαι formatur. Conf. Etymol. M. p. 662, 15 *seq.* *S.*

10. ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ) Ξύλον σιδηρόδετον, cui vatis inserti innexique pedes, illustrat *S. Petitus* ad Leg. Attic. lib. IV. 9. p. 461. et ad *Act. Apostol.* XVI, 24. *Wetstenius* aliique. WESS. — Quâ formâ, quâve structurâ fuerit illud compedis genus, quod hic *Herodotus* dicit, non liquet, mihi quidem. Si idem intelligatur genus, quod χοῖνιξ vulgo nominabatur, colligi ex *Aristoph.* Plut. 276 seq. videtur, fuisse *lignum* hoc *crari* hominis circumdatum: sic vero haud adparet, quo pacto, praeciso ταρσῷ, id est, anteriore pede, manente talo, extricare homo reliquum pedem e compede potuerit. Superest ut intelligamus, *ipsum pedem*, quocumque tandem modo, fuisse *compede constrictum*. Quo spectat *lignea* illa *solea*, qua constrictum fuisse parricidam quemdam apud *Ciceronem* legimus, de Invent. II. 50. et ad Herenn. I. 13. Quam in partem *Valla* Scriptoris nostri verba his latinis expressit, *ut erat ligneis atque ferratis soleis vinctus*: erudite sane et percommode, nisi quod rectius *ligneâ soleâ* singulari numero dicturus fuisset. Imperite vero et absurde *Gronov.* (cuius interpretatio a *Wessel.* repeti non debuerat) *ut erat constrictus nervis ferro vinctis.* Caeterum haud immerito mireris, quid sit quod eodem ferro, quo et dimidiatum sibi pedem hic

homo praecidit, et murum carceris perfodit, non ipsam discindere dissolvereque compedem potuerit. *S.*

24 *seq.* *προσποιησάμενος ξύλινον πόδα*) *Quum ligneum sibi pedem adscivisset. Plutarch.* de Frat. Amore p. 479. B. ὁ Ἀρκαδικὸς μάντις ἀναγκαίως πόδα ξύλινον προσεποιήσατο καθ' Ἡρόδοτον, τοῦ οἰκείου στερηθείς: sed Eleus fuit Hegesistratus vates, non Arcas. Hinc vero verbi medii potestas clarissime liquet: *alteri quid attribuere*, vel *acquirere*, *Pausaniae* frequenter dicitur aliisque προσποιεῖν. VALCK.

27. *συγκεκυρημένον*) Vir doctus, [*Reisk.*] cui in opinionem inciderat συγκεχρημένον, aut, eodem sensu, συγκεχρημένον, prudenter sententiam mutavit. Dudum *Portus* ἔχθος συγκεκυρημένον idem esse, ac *odium casu fortuito susceptum*, patefecit. WESS. — At nil opus est ut *fortuitum casum* urgeamus; quae notio nec per se verbo huic inest. nec huic loco admodum congruit: satis fuerit intelligi *odium quod illi acciderat*, id est, *quod ille conceperat.* Possit tamen fortasse, nec incommode, cum *Reiskio* fere intelligi *odium quocumque demum casu ipsum inter et Lacedaemonios conflatum. S.*

32. *κατά τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων*) Est idem ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους, de quo paulo ante: quo modo alia in re *Diodorus Sic.* τὴν εὐεργεσίαν τῆς γυναικὸς, *benivolentiam erga mulierem*, lib. XVII. c. 24. ubi observata vide. WESS. — Similiter apud Nostrum III. 136. 8. ἐκ ῥηστώνης τῆς Δημοκήδεος, *indulgentiâ adversus Democedem.* Conf. *Valck.* ad VIII. 30, 4. *S.*

CAP. XXXVIII. 5. Τιμηγενίδης ὁ Ἕρπυος) Eo nomine patriae flagitiosus proditor omnium librorum consensione c. 85. *Pausaniae* Τιμηγενίδας idem lib. VII. 10. Optimus dux itaque *Arch.* codex. WESS.

CAP. XXXIX. 5. αἱ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι) Aditum ex Cithaerone Plataeas versus *Pausanias* IX. 2. p. 715. patefecit: Δρυὸς κεφαλὰς, *Capita quercus*, et fabulosam tituli originem *Philostratus* Icon. lib. II. 19. fin. post *Thucydid.* III. 24. Τρεῖς κεφαλὰς non memini. Plura Boeotiae loca sunt, raro apud alios obvia. *Livii* lib. XXXV. 50. *Hermaeum*, modo tamen bene habeat, ubi reperitur? Nam Ἕρμαιον ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας τόπος *Eustratii*, aut *Anonymi* potius in Ethic. *Aristotelis* III. p. 46. a Liviano remotior. Ibidem ex *Cephissodori* lib. XII. περὶ τοῦ Ἱεροῦ πολέμου et

Anaximenis IV. Rerum Philippi, *Ephori*que lib. XXX. dicuntur Coronenses cum Boeotiis ἐκ τοῦ μετὰ τεῖχος in Phocenses pugnasse. Quale vero id oppidum? Μετάτειχεν nemo novit. Sit Μετάχοιον: quis illi testis, praeter *Steph. Byz.* ex eodem *Ephori* lib. XXX.? Insunt illi narrationi, historiam sacri belli et *Onomarchum*, qui semel ibi atque iterum mendosissime ὁ μόναρχος ὁ Φωκεὺς, spectanti, memorabilia conplura, sed aliena et nunc negligenda. WESS.

10. καὶ ἀνθρώπους) *Servos* qui intelligunt, fruantur arbitrio. Quem *Galenus* Praecognit. p. 458. suum dixerat οἰκέτην, de eodem μηδὲ ὁρῶντες τὸν ἐμὸν ἄνθρωπον ἐν Ῥώμῃ. Consimiliter alii, a doctis ad *S. Lucae* Evang. c. XII, 36. advocati. Hic nec excluduntur, neque soli in periculum veniunt. WESS.

12. ὡς δὲ ἄδην εἶχον) Excitat ista *Suidas* in Ἄδην, verbis subiecta *Platonis* e Charmide p. 153. c. ἐπειδὴ δὲ τῶν τοιούτων ἄδην εἴχομεν: cuius haec sunt in fine lib. VII. de Rep. ἄδην ἤδη ἔχουσιν ἡμῖν οἱ λόγοι περί τε τῆς πόλεως ταύτης καὶ τοῦ ὁμοίου ταύτῃ ἀνδρός. Frequenter obvia phrasis propria legitur potestate apud *Athen.* IV. p. 128. E. ὡς ἄδην εἴχομεν βρώσεως. Utitur Herodoteis Clar. *Ti. Hemsterhusius* ad *Lucian.* [Nigrin. c. 13.] p. 52. VALCK.

CAP. XLI. 1. οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν) Recte, ni fallor, corrigit in litteris ad me datis *Koenius*, οὐδὲν ἔτι πλεῦν ἐγίνετο τουτέων: quae eadem infra leguntur c. 107; et c. 121.; nisi quod πλέον ibi sit pro πλεῦν. VALCK. — At vide V. 120, 6. et VI. 42, 1. ibique notata. *S.*

2. ὡς δὲ ἑνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντικατημένοισι ἀλλήλοισι) Duo forte postrema aliis etiam aberunt Codicibus, *Vallae* non lecta: iam ante dixerat c. 38., ἡμέραι δέ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ. Paulo post Mardonius περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ, [*lin.* 4 *seq.*] *moram istam ferebat impatienter*; ut milites apud *Thucyd.* dicuntur ἀχθόμενοι τῇ ἕδρῃ, lib. V. c. 7. ubi notat *Wasseus.* VALCK.

9. Ἀναζεύξαντας - - - τὸν στρατὸν) Unicum talis structurae exemplum in *H. Stephani* Thes. T. I. 1395. ex Musae VIII. c. 60, 1. μηδὲ - - - ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς νῆας. Adstrui hoc potuerat, et cap. 57. ἀναζεύξαντας τὸ στρατόπεδον ἰέναι ἐς τὸ etc. Quem post paucissima videbimus [*lin.* 11.] χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοις, eundem parili forma τοῖς ἵπποις χόρτον

Diodorus XVI. 41. χιλὸν κτήνεσι *Philo Iud.* Quod omnis Probi Liber, p. 870. A. et *Heliodorus* Aeth. VIII. p. 398. scripserunt. WESS.

19. καὶ Θηβαίων γνώμη) Adi ad cap. 2. Calliopes. Putes ex praecedente consultatione, et Artabazi (laudatissimi viri lib. VIII. 121.) sententia, uberem iam tum proditorum in Graeciae urbibus pullulasse proventum: qui quidem succrevit laetissime Philippi Macedonis aevo, quando *Demosthenes* Or. pro Coron. p. 145. παρὰ γὰρ τοῖς Ἕλλησιν, οὐ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσιν ὁμοίως, φορὰν προδοτῶν, καὶ δωροδόκων, καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ἀνθρώπων, συνέβη γενέσθαι etc.; ubi Orator non diffitetur, superiore memoria haud paucos fuisse. Quin *Herodoto* horum aliquid suboluerit, haud negaverim. WESS.

24. ἔτι πλεῦνας τῶν συλλελεγμένων) Nolo tot Codicibus, γίνεσθαι exturbantibus, obluctari: par *Gronovii* consilium. Auctius autem participium ad orationem, meo arbitrio aptius, in *Reiskii* quoque coniectura. [Nempe praeteritum συλλελεγμένων, quod *Reiskius* etiam ex coniect. commendaverat, vulgato olim συλλεγομένων praetulit Vir doctiss.] Quod ille autem ex μηδὲ βιάζεσθαι [*lin.* 25 *seq.*] fingit μηδὲ ἰάζεσθαι, *neque Graecorum mores imitari* in extispiciis et victimis, laudare nequeo. Quis enim ita? Mardonii, *nolentis* τὰ σφάγια βιάζεσθαι, *ut invita litarent*, mentem intellexit Interpres, *Abreschio* plausore. Alia in re *Plutarchus* Virt. Mulier. p. 244. C. εἰ δὲ μή, χαίρειν ἐᾶν, καὶ μὴ προσβιάζεσθαι. WESS. — Commode *V a l l a*; *nec eis* (scil. *auspiciis*) *vim inferre*: atque hoc repositum malim pro eo quod a nobis positum, *nec instituta violanda Persarum.* Sc.

25 *seq.* ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι) Postremum, frustra forte tentatum, vir quidam doctus in φράζεσθαι censet mutandum. Sententiae, fateor, satisfaceret, vulgatas literis prope accedens, μηδὲ φράζεσθαι: *neque considerare*, sive *neque ad illa animum advertere*; sic usitato παραλληλισμῷ duo propemodum ἰσοδυναμοῦντα hic quoque coniunxisset: τὰ σφάγια — ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ φράζεσθαι. Ut extispicinam Mardonius, sic *Euripidis* Theseus, in Hippol. vs. 1058. τοὺς ὑπὲρ κάρα φοιτῶντας ὄρνις πόλλ' ἐγὼ χαίρειν λέγω. Incertus Poeta in Stobaei Supplem. (Misc. Obs. VII. p. 190.) τὰς θυτῶν δ' ἐγὼ χαίρειν κελεύω θεῶν ἄτερ προμαντείας· sic enim legendum vid. Ipsum illud *Herodoti* χαίρειν ἐᾶν, legitur eodem sensu in

Critone *Platonis* p. 45. A. *Isocratis* Trapez. p. 364. C. *Xenoph.* Ἀναβ. VII. p. 257, 40. et frequenter apud alios, *Lucian.* T. I. p. 727., τὸ μακρὰν χαίρειν φράσαι τὸ μηκέτι φροντίζειν δηλοῖ. VALCK.

CAP. XLII. 6. ὡς διαφθαρέοντας) Oblatum ex scriptis διαφθερεῦντας formâ commendatur Ionicâ, at locus illi in Musis nullus: quem enim occuparat lib. I. 88. et VII. 10 extremo, inde Codicum imperio decidit. *Stephano* praeterea vix credibile fit, διαφθερέειν *Herodoti* seculo in usu fuisse, Prolegom. p. 737. fortasse nullo iure. Amplexus tamen sum, quod lib. VIII. 108. integrabatur. WESS. — Vide *Var. Lect.* Caeterum, si quis cum *Wess.* διαφθαρέοντας praeoptaverit, neutiquam ei equidem obluctabor. Conf. *Var. Lect.* in lib. V. 51, 13. *S.*

18. ὡς περιεσομένους ἡμέας Ἑλλήνων) Quaerit vir doctus, unde regantur hi accusandi casus? An participium vicem περιέσεσθαι fungatur? quo, citra caussam spreto, ὡς περιεσόμενοι ἡμεῖς Ἑλλήνων pro certo putat. Quas equidem fluctuationes demiror: sive enim quod ille aspernabatur, eligas, sive absolutam malis structuram, qua de supra c. 2. et Clar. *Gronovius* ad lib. II. 66., quae haesitandi ratio? Proximum εὐκρινέα ποιέεσθαι [*lin.* 20.] *Eustathius* ad Iliad. p. 961. 6. [p. 942. 49. ed. Bas.] illuminat. WESS.

CAP. XLIII. 12. καὶ Γλίσαντος) *Homerus* Catal. vs. 11. Γλίσαντα, itidemque *Steph. Byz. Eustath.* et *Plinius* scribunt. Ad *Nostri* scripturam *Pausanias* sese accommodavit lib. IX. 19. et *Papin. Statius* Theb. VII. 306. *hi deseruisse feruntur Exilem Glisanta, Coroniamque, feracem Messe Coroniam, Baccho Glisanta colentes.* Variatur et in vocabuli tono; quem *Sylburgius* ad *Pausan.* p. 732. et *L. Holstenius* in *Steph. Byz.* non negligunt. WESS. — Nempe acute Γλισάς aut Γλισσάς, Γλισάντος aut Γλισσάντος scribunt alii. *S.*

CAP. XLIV. 3. ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο) Arrisit προεληλάτο Cod. *Arch.* eruditissimo *Pavio*, vertenti, *ut prima pars noctis adventarat*; esse enim πρόσω aut τὸ πρόσω *primam partem* hoc loco. At istud lib. II. 121, 4. considera, ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός; et III. 56. ἐς τὸ πρόσω τε οὐδὲν προεκόπτετο: neutrubi *primam partem* indicabit. Notae etiam admodum formulae: ἡ νὺξ προέκοψεν *S. Paul.* Epist. ad Rom. c. 13, 12. *Heliodori* Aeth. I. p. 26. τῆς τε

γὰρ πολὺ τῆς νυκτὸς προέβη: Sallustii Iugurth. c. 21. *ubi plerumque noctis processit*, etc. WESS. — Sincerum est προελήλατο: vitiosa scriptio Cod. *Arch.* Supra II. 121, 4. ὡς πρόσω ἦν τῆς νυκτός. Idem illud aliis dicitur πολλῆς νυκτὸς, et περὶ μέσας νύκτας, vel μεσούσης νυκτός: postremum in eadem hac habet historia pro Herodoteis *Plutarch.* T. I. p. 327. D. *Plato* T. III. p. 217. D. διελεγόμην πόῤῥω τῶν νυκτῶν. *Xenophon.* Ἑλλ. VII. p. 367, 15. ἐκάθευδον μέχρι πόῤῥω τῆς ἡμέρας. Deinceps narratum *Macedonis Alexandri*, *Graecis faventis*, *beneficium* respicit auctor Epist. 28. inter *Socrat.* p. 60., memorans τὴν ἐν Πλαταιαῖς ἐπὶ Μαρδονίου γεγενημένην εὐεργεσίαν. Similia quaedam Herodoteis Aristidi dicentem facit Alexandrum *Plutarchus* in Arist. p. 327. E. VALCK.

10. ὡς ἄνθρωπος ἥκοι) Bene scripta exemplaria. Iustum quoque ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων: cuiusmodi lib. VIII. 75. πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα. Nam τῶν Μήδων unde in postremam inmigraverit editionem, dicere non habeo. WESS.

CAP. XLV. 4. ἀπόῤῥητα ποιεύμενος) Redibit c. 93. οἱ δὲ Ἀπολλωνιῆται ἀπόῤῥητα ποιησάμενοι, videlicet τὰ χρηστήρια, occulta habentes oracula. Vult Alexander, sua ἔπεα, *dicta*, *occuli*, ne propalam divulgentur. Fufetius ad Albanos apud *Dionysium* Ant. Rom. lib. III. p. 161. ἱκετεύω δὲ ὑμᾶς ἀπόῤῥητα ποιήσασθαι, rogo vos, *ut ea tacita habeatis*; quod priori propius. Aliis ἐν ἀποῤῥήτῳ aut ἐν ἀποῤῥήτοις ἐπισκῆψαι et γράψαι parili in negotio, uti *Appiani* Iberic. p. 433. WESS.

9. οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν) Codicis lectio ἕλοιμι, quam non malam iudicat *Galeus*, in censum venire nequit: ἑλοίμην si scriberetur in aliis, hoc vulgato non esset deterius, ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλωμένην οὐκ ἂν ἑλοίμην ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα: sic τὸ χεῖρον ἀντὶ τοῦ βελτίονος αἱρεῖσθαι, et similia reperiuntur plurima. VALCK. — In nostra *Var. Lect.* temere praetermissa est Notula, quae huiusmodi esse debuerat: 9. ἐθέλοιμι) ἕλοιμι *Arch.* S.

11. πάλαι γὰρ ἂν ἐμάχεσθε) Vir eruditus, quem *Canterum* ferunt, margini *Aldinae* alleverat, *mendam videtur*, *forte ἐμάχετο*, *pugnasset*; quod libris invitis non obtrudendum. Pugnasset utique Mardonius, si sacra addixissent, nec minus ipsi Graeci, ad quos Alexandri oratio. WESS.

14. Recte dedit Cl. *Gronov.* καταῤῥώδηκε γὰρ μὴ πλεῦνες

συλλεχθῆτε: hoc enim moris est Herodotei, non συλλεγῆντι: neque hic locum invenit Galeo probatum καταῤῥωδήκατε. VALCK. — Καταῤῥωδήκατε, cui Th. Galeus primas dedit, praeter formam Ionicam cur potius censeatur, nihil habet. Taceo, id verbi tempus, ut grammatici loquuntur, rei disconvenire. WESS.

20. Ad ista, ὅς Ἑλλήνων εἵνεκα οὕτω ἔργον παράβολον ἔργασμαι, quae mihi quoque sic scripta placent, haec respondent Plutarchi T. I. p. 327. E. ἥκω ἐκ κινδύνων τὸν μέγιστον εὐνοίᾳ τῇ πρὸς ὑμᾶς αἱρούμενος. VALCK.

CAP. XLVI. 5 seqq. ὑμέας μὲν -- τοὺς Ἀθηναίους etc.) Priora si certa fide nituntur, sequentibus tamen insunt nimis Atheniensibus honorifica, quaeque cum Spartanorum superbia minime conveniant. Herodoti fide referens ista Plutarchus in Aristid. p. 328. A. quid de his sentiat aperit in lib. de Herod. Malign. p. 872. B., tanquam rem ridiculam traducens praeter cetera, αὐτοὺς Παυσανίαν καὶ Σπαρτιάτας τῆς ἡγεμονίας ὑφίεσθαι, --- ὡς ἀηθείᾳ τὴν πρὸς τοὺς βαρβάρους μάχην ἀπολογουμένους: quorum postremum in ἀπωθουμένους forsan erit mutandum. VALCK.

9 seq. ἡμεῖς δὲ ἄπειροι etc.) Mira Pausaniae mora et tergiversatio. Ad Thermopylas Spartanorum plures non inulti occubuerant; patriae decus, quod Xerxi Demaratus lib. VII. 102. ostentarat, nullo modo dedecorantes. Adeo-ne, quod eorum evaserint nulli, Medi terribiles? Haud praeter veritatem Isocrates Panathen. p. 272. E. de bello adversus Xerxem, ἐν ᾧ πλέον διήνεγκαν Athenienses Λακεδαιμονίων ἐν ἅπασι τοῖς κινδύνοις, ἢ κεῖνοι τῶν ἄλλων. Magna certe Atheniensium gloria, cum Medorum nomen Graecis omnibus auditu esset formidolosum, eorum inpetum et arma repressisse, lib. VI. 112. Adde Plutarch. Aristid. p. 328. C. WESS.

20. καὶ ἡδομένοισι ἡμῖν οἱ λόγοι γεγόνασι) Adstipulor Pavio, ex Vallae Latinis, pronomen mutanti. Favent schedae, et orationis, ut cuivis adparet, tractus. WESS.

CAP. XLVII. 9. ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου) Ut cum Arch. faciamus, [ἐπὶ τὸ εὐώνυμον scribente] caussa non urget. Et illi nimis suspiciosi, qui ob praecedens ἦγε τοὺς Σπαρτιήτας, melius et ornatius ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου τοὺς Πέρσας futurum praescribunt. Quis obtuso ita ingenio, ut Persas Mardonium illam in partem ducturum non advertat? WESS.

— Ἐπὶ τὸ εὐώνυμον significat *in laevum cornu*; ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου, *versus laevum cornu.* Priusquam *in locum*, quo quis dicitur, perveniat, *versus* illum *locum* ducendus est. *S.*

CAP. LXVIII. 4. ἐκπαγλεομένων) Ratio doctissimum *Th. Galeum* fugit, ἐκπλαγεομένων praeferentem. Caussa ad lib. VII. 182. adscripta fuit. In vicinis [*lin.* 9.] καὶ τάξιν ἐκλείποντας ὑμέας potius, quam στάσιν, censui. Τάξιν enim tali in re praecipue probare Scriptorem, admonitione non eget; ad hoc commutantur hae voces c. 211 WESS. — Equidem cur alterum h. l. praetulerim nomen, in *Var. Lect.* declaravi. *S.*

15. μοῦνοισι Πέρσῃσι) Aptius mihi videtur ante vulgatum, βουλόμενοι μοῦνοι Πέρσῃσι μάχεσθαι: utrumque hic ab *Herodoto* positum *Koenius* suspicabatur, βουλόμενοι μοῦνοι μούνοισι Π. μ. excitans inscriptionem Iliadis *Hom.* H. Ἡ δ' Αἴας πολέμιζε μόνῳ μόνος Ἕκτορι δίῳ. *Euripides* Heraclid. vs. 808. ἐμοὶ μόνος μόνῳ Μάχην συνάψας, ἢ κτανὼν ἄγου λαβὼν Τοὺς Ἡρακλέους παῖδας, ἢ θανὼν ἐμοὶ Τιμὰς πατρῴους καὶ δόμους ἔχειν ἄφες. VALCK.

18 seq. ἀρτίοι ἐόντες ποιέειν ταῦτα, οὐδὲν etc.) *Aldina* haec interpunctio commodissima. Omnia Persas respiciunt, qui cum *parati* essent ad ea facienda, quae de Spartanis sibi spoponderant; nihil horum animadvertebant. Sententiam nuncii Persici praeter *Pavium* adsecutus et *Reiskius* est. Vulgo post ταῦτα amplior locabatur distinctionis nota. WESS.

20. μαχεσάμεθα) Laurentius *dimicemus*, id, quod rediit, vertens. Non sane Persae pro barbaris ἴσοι πρὸς ἴσους Spartiatarum pugnaverant, sed hanc illis conditionem ferunt. Hinc brevi ἡμεῖς δὲ διαμαχεσώμεθα et praeclare *Arch.* codex. WESS. — Vidit *Koenius* legendum μαχεσώμεθα, quod in *Arch.* cod. repertum docet Diss. Herod. p. 156. VALCK. — At hoc, ab uno illo codice oblatum, vereor ne uni ae librarii arbitrio debeatur. Viros doctissimos, quod istud unice probarunt, turbasse videtur parum commoda ratio qua in hac regione distincta olim in editis fuerant verba erant. Quum enim l. 18. post ἄρχομεν nonnisi leviter incisa esset oratio, ista verba ἀλλ' ἡμεῖς ἔρχομεν, quibus continetur apodosis respondens protasi ἐπεὶ ὦν ὑμέας ἔγνωμεν, illi acceperant quasi superioribus connexa essent, idemque

valerent ac si dixisset ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμεῖς ἄρχομεν, *sed quoniam nos incipimus*: quo posito, utique commodius debuit videri, ut dein μαχεσόμεθα consequeretur, quam ἐμαχεσάμεθα, quod equidem revocandum censeo ita interpretandum ut in *Var. Lect.* significavi. Caeterum ad sententiae summam parum utique interest. *S.*

Ibid. καὶ ἢν μὲν δοκέοι) Pristina, ni fallor, revocabitur scriptura, καὶ ἢν μὲν δοκῇ: quibus recte succedunt [lin. 23.] εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέει. VALCK. — *Mediceum* non laudo, Viro celeberr. [*Gronovio*] ἢν μὲν δοκέοι contra sermonis genium obtrudentem. WESS.

CAP. XLIX. [4. ψυχρῇ νίκῃ, *frigidâ* (i. e. *vanâ*) *victoriâ*. Vide VI. 108, 10. et ibi notata. *S.*]

8. προσφέρεσθαι ἄποροι) Ad nexum προσφέρεσθαι, εὔποροι [quod *Aldus* dederat,] *ad pugnandum expediti*, adcommodatius, utpote ex equis pugnantes, ἱπποτοξόται, atque ad hostes lacessendos maxime habiles. Quam tamen sententiam Codd. nolunt, προσφέρεσθαι ἄποροι praebentes, quod de *conflictu*, *quo cominus Graecos urgere commode haud poterant*, accipitur. In equis erant, unde iaculis sagittisque incessebant, ὡς ἱπποτοξόται, pariter ac Παρθυαίων et Μήδων ἱπποτοξόται *Appiani* Bell. Civil. IV. p. 1001. et 1004. mox cessim euntes apud *Plutarch.* in Crass. p. 558. B. WESS. — Ἄποροι, *Vallae* lectum et in *Arch.*, recte restituit *Gronovius*. Lib. IV. c. 46. Scythae dicuntur ἄμαχοί τε καὶ ἄποροι προσμίσγειν. VALCK.

18 — 19. τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην — συνετάραξαν καὶ συνέχωσαν) Respicit haec *Pausan.* lib. IX. [c. 4.] p. 718. ubi, τὴν κρήνην, ait, τὴν Γαργαφίαν Μαρδόνιος καὶ ἡ ἵππος συνέχωσεν ἡ Περσῶν. Apud eundem etiam alibi legitur συγχέαι κρήνην, X. p. 840. quod συγχῶσαι dicitur *Herodoto* IV. 120. τὰ φρέατα καὶ τὰς κρήνας συγχοῦν, *aggesta terra puteos et fontes obstruere*, ut hostes aqua destituantur. VALCK.

CAP. L. 5 *seq.* ἀλλὰ γὰρ ταυτέων, etc.) Aderit, quod quaerebat Vir doctissimus, [scil. dein τάδε μᾶλλον requisiverat *Reiskius*,] si, retracto tantum in primam accentu scribatur ἀλλὰ γὰρ ταυτέων τοιούτων ἐόντων, μᾶλλον σφεας ἠνίασε; *alia enim* —, *magis ipsos angebant*: reddit enim nunc rationem paulo ante de Graecis ducibus dictorum, qui, exercitu aquâ privato, et ab equitatu hostium infestato, nec

λέχθησαν περὶ αὐτέων τε τουτέων καὶ ἄλλων. VALCK. — Placet *Abreschii* et *Valckenarii* ἄλλα γὰρ, τουτέων τοιούτων ἐόντων, μᾶλλον etc., *alia enim, his ita se habentibus, magis eos angebant.* Praecessit συνελέχθησαν περὶ αὐτέων τε τουτέων καὶ ἄλλων, eo ducens. Habent autem ὀπίωνες [*lin.* 7.] quidpiam sibi singulare, a *Porto* ex dialecto derivatum, cui simile nihil. *H. Stephano* propterea Thes. T. II. p. 1360. ὀπάονες probantur. ad quem modum ὀπάων lib. V. c. 111. et in *Homero*, *Aeschylo*, *Euripide* atque aliis. Consentiet, modo leviter adiutetur, *Arch.* liber, me nihil dissentiente. WESS. — Iterum vero cap. 51, 21. in eamdem vocabuli formam libri omnes consentiunt: neque profecto caussa idonea subest, cur *Herodotum*, qui (ut hoc uno utar) pro Homerico Ποσειδάων et Ποσειδάωνος, Ποσειδέων et Ποσειδέωνος dicit, non item, pro communi ὀπάων, suo idiomate ὀπέων, ὀπέωνος, dicere potuisse credamus, quamvis idem alibi communem formam ὀπάων tenuerit. *S.*

CAP. LI. 3. οἱ Πέρσαι συμβολὴν ποιεύμενοι) *Negativam* ex *Arch. Valla*, et *Vind.* valde laudat doctissimus *Th. Galeus*, mihi nec plane necessariam nec inconcinnam. Supra Scriptor c. 44. ἢν ἄρα ὑπερβάληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται, ubi si voluisset, ἢν ἄρα ὑπερβάληται τὴν συμβολὴν Μαρδ. μὴ ποιεύμενος, quis culpasset? WESS. — Recte mihi adscita a *Schaefero* negativa particula visa est, quam in tali oratione adiectam amat graeci sermonis genius. *S.*

10. οὔνομα δέ οἱ Ὠερόη) In duodecim filiabus Asopi nulla *Oeroë* apud *Diodor.* IV. 72.; candem *Apollodorus*, qui viginti Asopo dat lib. III. 11, 5., nominatim negligit. *Pausanias* vero, θυγατέρα δὲ εἶναι τὴν Περόην τοῦ Ἀσωποῦ λέγουσι, lib. IX. 4., quod ego nomen hinc corrigendum arbitror. WESS.

CAP. LII. 11 seq. ἔθεντο πρὸ τοῦ ἱροῦ τὰ ὅπλα) *Castra metati* fuerunt, sive, ut sequitur, ἐστρατοπεδεύοντο. Tale lib. I. 62. καὶ ἀντία ἔθεντο ὅπλα, *et castra ex adverso posuerunt.* Tale *Dionysii* Antiq. lib. III. p. 193. ἀγχοῦ Φιδήνης τίθενται τὰ ὅπλα, pluraque alia. Non repeto de usu dictionis vario adposita *Diodoro* lib. XII. 66.; quibus optima *Fr. Vigeri* adnotatio ad *Eusebii* Praep. Evang. lib. XIII. 68. accedere poterit. WESS. — Ἔθεντο τὰ ὅπλα, id est

ἐστρατοπεδεύσαντο. Hoc sensu phrasin θέσθαι τὰ ὅπλα frequentat inprimis *Xenophon*: Ἑλλ. V. p. 329, 40. ἔθεντο πρὸς τῇ πόλει τῶν Ὀλυνθίων τὰ ὅπλα. VI. p. 349, 2. ἔθεντο τὰ ὅπλα κατὰ χώραν ἔνθεν ὡρμηντο. De vario huius locutionis significatu egerunt *P. Leopard.* et *H. Vales.* vid. Clar. *Wess.* ad *Diodor.* T. I. p. 524. et T. II. pag. 428. Est in his τὸ ἱρὸν, Iunonis Cithaeroniae, Ἡραῖον saepe dictum in sequentibus. Apud *Plutarch.* in Arist. p. 329. E. Pausanias vultu ad τὸ Ἡραῖον converso εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ καὶ θεοῖς ἄλλοις, οἳ Πλαταιίδα γῆν ἔχουσιν. VALCK.

CAP. LIII. 1. περὶ τὸ Ἡραῖον) περὶ τὸ ἱρὸν *Vallae* et *Arch.* mera est παραδιόρθωσις. WESS. — Nisi mera librariorum aberratio. *S.*

8. Ἀμομφάρετος) In Aristide *Plutarchi* p. 323. E. *Amompharetus*, ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ φιλοκίνδυνος, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶν, οὐκ ἔφη λείψειν τὴν τάξιν, ἀλλ' αὐτόθι μένων μετὰ τῶν ἑαυτοῦ λοχιτῶν ὑποστήσεσθαι Μαρδόνιον. VALCK.

Ibid. λοχηγέων τοῦ Πιταvητέων λόχου) Adstipulor *Gronovio*, et *Herodoto* λοχηγέων c. 21. usurpanti. Nec decerno tamen λοχηγετέων, ut *Aldus* et pauci, Graeciae finibus expellendum. Λοχηγέτην (qui vitiose in *Onati* fragmento apud *Stob.* Eclog. Phys. p. 4. λοχαρχίτας) usus non spernit, nedum *Sophoclis* ἀρχηγετεῖν, *Strabonis* pluriumque κυνηγετεῖν, *Philonis Iud.* ποδηγετεῖν: quibus adprime λοχηγετεῖν convenire, quid diffitemur? Vellem subsidium λόχῳ Πιταvητέων in promtu adesset. De illo *Hesychius*, ὁ Πιταvάτης λόχος αὐτοσχεδιάζεται, οὐκ ὢν ταῖς ἀληθείαις, legens vestigia *Thucydidis* lib. I. 20., diserte *cohortem Pitanaten* in Spartanorum militia unquam fuisse negantis. Quid Nostrum in errorem coniecerit, an *tribus* Φυλὴ Πιτάνη, qua de *Hesychius*, an aliud, prorsus ignoro. Rem *Io. Meursius* docte tractavit Lect. Att. lib. I. cap. 15. WESS. — Dictus-ne *Amompharetus* fuerit *Herodoto* λοχηγέων τοῦ Πιταvητέων λόχου, an τοῦ Πιταvήτεω λόχου, si variant Codices, vix decerni poterit: Πιταvήτεω *Koenio* placebat, quia paulo post scribit τὸν λόχον τὸν Πιταvήτην: atque ita *Thucydides*, Herodotea respiciens. τὸν Πιταvάτην λόχον fuisse negat Lacedaemoniis lib. I. c. 20. Hac de re notatis in Att. Lect. I. 16., quaedam *Meursius* adiecit in Miscell. Lacon. p. 100. Μόρας et Λόχους non distinguentis *Meursii* errorem corrigit *H. Va-*

les., cui suffragatur *Ti. Hemsterh.* ad *Lucian.* [Tim. c. 50.] p. 164. Ex *Thucydid.* V. 68. in *Schol.* ad *Aristoph.* Lys. vs. 454. pro Νικηριτῶν scribi poterit nomen Σκιριτῶν: quod favet vulgatae apud *Herodot.* lectioni Πιταvητέων. VALCK. — Πιτάνη, Laconiae oppidum satis notum: quod cur silentio praeterierit *Stephanus Byz.* nescio; sed de eo consuli possunt quae memoravit *Holstenius* ad *Stephanum*, et *Cellarius* Geogr. Antiq. T. I. p. m. 1207. Hoc ex oppido, cuius incolas Πιτανήτας (sive dorico idiomate Πιτανάτας) dictos fuisse ex hoc *Herodoti* loco intelligi videtur, credibile est fuisse in Lacedaemoniorum exercitu *manipulum*, quem perinde et Πιτανητέων λόχον et Πιτανήτην λόχον *Herodotus* dixit, cui manipulo *Amompharetus* fuerit praefectus. Iam, quod *Thucydides* diserte negat fuisse unquam apud Lacedaemonios Πιτανάτην λόχον, non continuo inde conficitur errasse *Herodotum*. Potuerat etiam *Thucydides* aliquatenus in errorem induci: potuerat ille ex Spartano quodam quaerere, sit-ne in exercitu Lacedaemoniorum λόχος aliquis, qui Πιτανάτης proprio nomine adpelletur; cui respondere potuerat Spartanus, nec sua aetate esse talem, nec, quoad ipsi compertum, unquam fuisse. Quod quidem non evincit, falsum *Herodotum*, quum scriberet *Amompharetum ductorem* fuisse *manipuli Pitanatarum*; quod ille sive e literarum monumento quodam, sive ex hominum illius aetatis fide haud indignorum testimonio potuerat accipere. *S.*

14. κείνου ταῦτα νενωμένου) Excellenter schedae *Arch.*, atque ex vetere dialecto. *Hesychius*: Νένωται, ἐν νῷ ἔχει, ex *Sophocle*, cui *Etymologus* in Νένωται adscribit; ubi et hoc *Anacreontis*, ὁ δ' ὑψηλὰ νενωμένος, *sublimia animo agitans*. Cognita et Nostri sunt ἐλπίσας δὴ τούτους, - - - ἐνένωτο, τὸν χειμῶνα παρείς etc. lib. I. 77. et ὁ δὲ ἐννώσας τὰ λεγόμενα ibid. c. 68. Sint-ne vero ex ἐννοήσας et ἐνενόητο contracta, an ex vetere νόω, unde νῶται ex Nostro *Eustath.* ad Poët. p. 1424, 31. [Odyss. p. 66, 1. ed. Bas. ubi Nostri locum II. 68, 15. respexisse videtur:] anceps in Grammaticorum dissidio controversia. Contra insurgit doctissimus *Rich. Dawes* Miscell. Critic. p. 102. Negat sibi posse persuaderi, *Herodotum* verborum illorum formam talem in modum commutasse, cum ne Attici quidem in illis crasin adhi-

buerint. Quid ergo τῷ βώσας, ἀμβώσας, βωθήσας, προσβωθήσας, similibusque fiet? Νωσάμινος *Callimachi* est in *Suida*. Νώσασθαι redire reddique debet *Periotionae* apud *Stob.* Serm. LXXXIII. p. 487. τὴν ἁρμονίην ΓΥΝΑΙΚΑΝΩΣΑΣΘΑΙ δεῖ φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης πλέην. Sunt enim, ut praescripta vides, incondita et sine sensu. Voluit doctissima matrona τὴν ἁρμονίην ΓΥΝΑΙΚΑ ΝΩΣΑΣΘΑΙ δεῖ κ. λ. *Harmoniam nosse oportet mulierem, prudentiâ et modestiâ plenam*; quae elegantissima Clar. *Valckenarii* loci instauratio. Haec olim in Dissert. Herodot. p. 156., quibus meritissimo Cel. *Ernesti* Excursus ad *Callimachi* Hymn. in Iov. vs. 87. aptabitur. WESS.

Ibid. ταῦτ' ἀνανεομένου) Nusquam alibi Nostro usurpatum hinc etiam iure verbum auferetur ἀναίνομαι: atque unius auctoritate Codicis optima lectio restituetur, ταῦτα νενωμένου, egregie firmata in Diss. *Herodot.* p. 156.; ubi meam quoque Vir summus coniecturam memorat in fragmento *Perictiones* Ionico corrigentis, τὴν ἁρμονίην γυναῖκα νώσασθαι δεῖ φρονήσιός τε καὶ σωφροσύνης πλέην, apud *Stobaeum* p. 487, 18. In eodem fragmento p. 488, 25. scribi poterit ἐνενωμένη: et vs. 31., ἀνδράσι μὲν γὰρ ἐπιχωρέεται ἁμαρτίη αὕτη, γυναικὶ δὲ οὐκέτι, τιμωρίη δ' ἐφίστηκε· νώσασθαι σὺν τὸν νόμον δεῖ, καὶ μὴ ζηλοτυπέειν. In his postremis, pro ἐφίστηκε· ὥσασθαι, sic legendum vidit etiam Doctiss. G. *Koenius*. Practer alia huius generis dabit *Hesychius*: Νώσασθαι, Αἰσθέσθαι, ἐνθυμηθῆναι, νοῆσαι. Rariora quaedam servavit *Etymol.* in Νένωται, pag. 601, conf. *R. Bentlei.* ad *Callim.* Hymn. in Iov. vs. 87. VALCK.

CAP. LIV. 4 seq. τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων καὶ ἄλλα λεγόντων) Redi ad lib. VI. 108. atque adiunge Euripidea de Spartanis reliqua: δόλιοι ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν, Ἑλικτά, κοὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πᾶν πέριξ φρονοῦντες, Androm. vs. 447., ubi *Barnesius* et *Io. Meursius* Miscell. Lacon. III. 2. WESS. — Athenis Lacedaemonii traducebantur ὡς ἄλλα φρονέοντες καὶ ἄλλα λέγοντες, *tanquam aliter atque animo gerebant loquentes*. Talem Achilles *Homeri* mortis instar oderat in Ἰλ. ι. 313. Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει: sive qui Νοεῖ μὲν ἕτερα, ἕτερα δὲ τῇ γλώττῃ λέγει, ut loquitur *Plato* Comicus in *Schol.* ad *Aristoph.* Av. 168. De *Spartiatis* testimonium est *Euripidis* in An-

drom. vs. 446., Σπάρτης ἔνοικοι, δόλια βουλευτήρια, Ψευδῶν ἄνακτες, μηχανοῤῥάφοι κακῶν, Ἑλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ Φρονοῦντες: in quibus, praeter βουλευτήρια, postrema quoque sic exhibet *MS. Florent.* prout illa legit *Plutarch.* T. II. p. 1073. c. et p. 1102. c. Sed *Euripidis* sequentia Herodoteis plane conveniunt: λέγοντες ἄλλα μὲν Γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἐφευρίσκεσθ' κτλ. Fraudes et perfidiam Lacedaemoniis saepius obiicit *Aristophanes*, velut in Pace vs. 1065. Συνθήκας πεποίησθ' ἄνδρες χαροποῖσι πιθήκοις - - - ἀλωπεκίδεσσι πέπεισθε, Ὧν δόλιαι ψυχαὶ, δόλιαι φρένες. Omnium acerbissimum est, quod legitur in Archarn. vs. 307. Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει: quo pertinet Iphicratis de Lacedaemoniis dictum apud *Demosth.* c. Aristocr. p. 421., quod Laconi perperam tribuit *Dion Chrys.* pag. 639. c. VALCK.

CAP. LV. 9 seqq. λαμβάνει πέτρον etc.) Iuxta *Plutarch.* in Aristide p. 328. F. ἀράμενος ταῖν χεροῖν πέτρον μέγαν ὁ Ἀμομφάρετος, καὶ καταβαλὼν πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ Παυσανίου, ταύτην, ἔφη, ψῆφον αὐτὸς περὶ τῆς μάχης τίθεσθαι: hic apud *Herod.* ταύτῃ τῇ ψήφῳ ψηφίζεσθαι ἔφη, μὴ φεύγειν τοὺς ξείνους: his proxima subiecerat, ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους: vocem hanc ξείνους repetitam [*lin.* 12.] ex cod. *Arch.* recuperabit Noster: vid. Diss. *Herod.* p. 136. Non literae tantum et syllabae, sed integrae voces, quae repeti debuerant, saepe sunt a librariis, ut notum, semel tantum positae: novum praebebit omissionis exemplum, qui ad manum est, *Dion Chrys.* in cuius Or. LVI. p. 565. c. scribendum Ἕλλην Ἑλλήνων: sed gravius eiusdem locus est affectus in Or. LXXIV. p. 642. A. τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ πρὸς ἀνθρώπους πεπόνθασιν οἱ πολλοί· τῷ μὲν ἐκ γυναικὸς etc. Voces οἱ πολλοί· τῷ absorpserunt nomen Ἱππολύτῳ: corrigendum sine controversia, οἱ πολλοί· Ἱππολύτῳ μὲν ἐκ γυναικὸς etc. nam quae subiicit *Dion*, *Euripidei* sunt Hippolyti verba vs. 616. VALCK.

12. ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους) Repetitam vocem ex schedis revocavi. Supra cap. 11. καὶ δὴ δοκέειν εἶναι - - - στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους· ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. Suntque similium passim iterationes, III. 12. VI. 109. Amomphareti, ἀνδρὸς θυμοειδοῦς καὶ φιλοκινδύνου, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶντος, audax facinus *Plutarchus* Aristid. pag. 328. F. haud contemsit. WESS.

CAP. LVII. 5. ἰθείῃ τέχνῃ ἀπολιπεῖν αὐτὸν) In nuperis docti viri, [*Reiskii*,] haec intelligere negantis, coniecturis, εὐηθίῃ ἢ τέχνῃ ἀπολιπεῖν, *se deseri prae stultitia, aut callida fraudis dissimulatione*. Quale equidem consilium Amompharetum, tametsi animosissimum, de suo imperatore mente agitasse, non dixero. Potius erit, ἰθείην τέχνην *industriam rectamque disciplinae artem* accipere, sicuti ἰθεῖαν δίκην in *Suida* et *Etymologo*. Non nego, pellexisse olim voluntatem *Arch.* θείῃ τέχνῃ, h. e. *excellente* et *divina*. Namque Spartani, ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον, sive suo sermone, σεῖον, testibus *Platone* et *Aeschine* Dial. I. 13. praedicabant. Lege magnum Animadversorem ad *Athen.* VIII. 16. Neque his tamen blandimentis abripior. WESS. — Commodius *Hoogeveen* ad *Viger.* II. IX, 2. *rectà arte*, id est, *non dissimulanter, et palam*, interpretatur: *ratus se palam ab illis deseri*. Iamque olim *Portus* in Lexic. Ion. „Ἰθείην τέχνην, inquit, Herodotus hîc videtur appellare, si verba „spectes, *rectam artem, apertam, et qua quis sine ambagibus* „*utitur*.“ Est autem hoc loco plena locutio, pro qua aliàs ἐκ τῆς ἰθείης vel ἰθέης, subintellecto vocab. τέχνης, utitur Scriptor, quum significare vult *non subdola arte* et *dissimulanter* factum esse quidpiam, sed *rectà, aperte, manifesto, ex professo*. Vide supra, cap. 37, 25. et III. 127, 4. Parique ratione II. 161 extr. quod ait ἀπέστησαν ἐκ τῆς ἰθείης, pro eo quod nostra Latina habent, *e vestigio*, repositum Gronovianum velim, *palam desciverunt*: nec vero inscitum videri debuit, quod ibi *Valla* posuerat, *ingenue desciverunt*. *S.*

8. περὶ ποταμὸν Μολόεντα) Alibi hunc torrentem invenisse non recordor. Conparaverat *Abr. Ortelius* vir Cl., τὸ Μέλου ῥεῖθρον *Plutarchi* Vit. Sullae p. 464., quod dubiae sanitatis, quippe τὸ ῥεῦμα τοῦ Μωρίου ibid. pag. 463. agrum radebat Chaeronensem, hinc haud paullo seductiorem. Adverte vero *decem* ista *stadia*, [*lin.* 7.] quae culpâ librariorum ubi vacarint, Lacedaemonii oportet viarum conpendia, montium et clivorum anfractus ingressi, neglexerint: ad insulam enim Oeroen, quorsum iter destinabatur, decem duntaxat stadia c. 50. WESS.

CAP. LXVIII. 4. Θρασυδήϊον) Scriba Cod. *Arch.* Θρασυδαῖον, quo nomine Theronis F., Himerae inpositus,

in *Diodori* XI. 49., et Philippi Macedonis legatus apud *Plutarch.* in Demosth. p. 854. B., in mente videtur habuisse. Facio cum Cel. *Gronovio*, opinorque hunc fratresque eiusdem, ac nominatim Thoracem, a *Pindaro* Pyth. Od. X. fin. laudibus ferri. WESS.

12. ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες) *Sophocli* aliisque usitato more scribi potuisset, ὅτι οὐδὲν ἄρα ἐόντες. Plurali numero quidem οὐδένες reperitur apud scriptores optimos, *Euripidem*, *Xenophontem*, *Isaeum*, *Demosthenem*; sed nusquam apud illos, quantum memini, *homines nullius pretii* dicuntur οὐδένες. Semel *Sophocles* dixit in Ai. vs. 1153., οὐ γὰρ ἠξίου τοὺς μηδένας, id est, τοὺς μηδὲν ὄντας, sive τοὺς οὐδαμινούς, ut interpretatur *Schol.* VALCK.

15. συνηδίεαται) Ad Aleuadas Mardonius, *Vos*, inquit, *excuso*, *quod laudatis Lacedaemonios*, τοῖσί τι καὶ συνηδίεαται. Postremum frustra, ni fallor, versavit *Portus*, in συνηδίεατε leviter mutandum; *quibus quid inesse virtutis bellicae noveratis*: idem paene *Reiskio* placuit. Thessalis, quos excusationis venia dignatur, opponit Artabazum, sine ulla ratione metuentem Lacedaemonios. VALCK. — Non pugnabo, si συνηδίεαται ex libro *Paris. B.* in συνηδίεατε abeat. Editi patrocinium tamen *Portus* est professus, verbum suo more illustrans, taciteque συνοίδατε et συνηδέετε, quod utrumque in *Reiskii* suspicionibus, taxans. WESS. — Alia ratio est verbi προηδέατο, I. 61, 16. a προαιδεῖσθαι derivati. *S.*

16. τὸ καὶ καταῤῥωδῆσαι) τὸν καὶ καταῤῥ. alius [nescio quis] elegit; cui cur tandem auscultemus? WESS.

CAP. LIX. 9. ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχεν) Iniuria dictionem amanuenses perversum ierunt. Vide lib. I. 169. II. 53. Quod deinceps autem [*lin.* 10.] βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ, pro eo frequentius βοῇ τε καὶ πατάγῳ χρεώμενοι III. 79. Sentio hic *inconditum clamorem et turbam* Homereo more exprimi. Κεκλόμενοι καθ' ὅμιλον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἔβησαν Troiani, inordinati atque inconpositi, in Ulyssem ruentes, *Iliad.* Λ'. 460. WESS.

10. βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ) Hoc si sincerum est, positum videtur ὁμίλῳ pro ὁμιλαδόν. ὁμιλαδὸν ἐστιχόωντο est apud *Apollon. Rhod.* IV. 81. ex *Hom.* Ἰλ. Β'. 93., ἐστιχόωντο ἰλαδόν. Sed, me iudice, βοῇ τε καὶ κόμπῳ, aptius hac in sede convenirent; et videri posset aliam hic vocem legisse *Plu-*

tarchus in Arist. p. 329. A. ubi Mardonius *ἐπιφέρετο τοῖς Λακεδαιμονίοις βοῇ πολλῇ καὶ πατάγῳ τῶν Βαρβάρων, ὡς οὐ μάχης ἐσομένης, ἀλλὰ φεύγοντας ἀναρπασομένων τοὺς Ἕλληνας*: quae certe sunt ex his expressa *Herodoti*; cui supra VIII. cap. 28. Thessali dicuntur, *ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι*. Urbs uno velut impetu capta frequenter dicitur *ἀναρπασθῆναι*. VALCK.

CAP. LX. [7. *δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ ποιητέον ἡμῖν.*) Videri poterat recte posterius *τὸ* codici *Arch.* abesse. Sed fallit illa species. *τὸ ἐνθεῦτεν Herodoto* idem ac nudum *ἐνθεῦτεν* valet: quare deinde iterum vocula *τὸ* requiritur, sive naturalem verborum seriem hanc intelligas, *τὸ ποιητέον δέδοκται ἡμῖν*, sive (quod Scriptoris stylo convenientius) *δέδοκται τὸ* (ionice pro *ὃ*) *ποιητέον* (*ἐστὶ*) *ἡμῖν τὸ ἐνθεῦτεν*. *S.*]

12. *δίκαιοί ἐστε — — ἰέναι*) De *H. Stephani* sententia, quamquam male citantis Thes. T. I. p. 1014., probe interpres. *Strabo* lib. VI. p. 407. A. [pag. 265. c. ed. Cas.] *δίκαιοι ἐσμὲν φυλάξαι τὴν αὐτὴν τάξιν*: *par est eundem nos ordinem servare.* Saepe *Plato*: cuius in Criton. p. 45. A. *ἡμεῖς γάρ που δίκαιοί ἐσμεν, σώσαντές σε, κινδυνεύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον.* *Euripides* etiam Suppl. vs. 186., ubi Barnesiana sane quam ieiuna. WESS. — Satis nota formula; qua iam supra usus est Noster VIII. 137, 18. *τὸν μισθὸν, ἔφασαν, δίκαιοι εἶναι λαβόντες οὕτω ἐξιέναι*, *dicebant, iustum esse ut ita abeant, si mercedem accepissent*, i. e. *par esse ut mercedem accipiant, priusquam abeant.* *S.*

CAP. LXI. 5. *τὸ γὰρ προσκείμενόν σφεας ἐλύπεε*) Mentio *ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου* in proxime superioribus ansam hoc mutandi praebuit. *Τὸ προσκείμενον*, Persarum equestres copiae, *αἳ προσεκέατό σφι*, a quibus *continuo incessentibus* damno Graeci angebantur. Res extra dubii aleam ex c. 56. Sic item 59., *ἡ μέντοι ἵππος — — αἰεὶ προσεκέατό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας.* WESS.

[6 seq. *Λακεδαιμόνιοι — — ἐόντες σὺν ψιλοῖσι ἀριθμὸν — — πεντακισμύριοι*) *Lacedaemonii, cum leviter armatis, numero quinquagies mille.* Huic numero ita ratio constat, coll. c. 29 seq.

Spartani	5000
Hilotae	35000
Reliqui Lacedaemonii	5000
Levis armatura his adtributa	5000
	50000 *S.*]

13. φράξαντες τὰ γέῤῥα) Persarum aliorumque γέῤῥα, *clypeos ex viminibus*, multa luce *Barn. Brissonius* Regn. Pers. III. 13. et *Io. Taylor* ad *Demosth.* Or. in Neaer. pag. 596. adsperserunt. Hic *scutorum* illa *congeriem*, et σκηπάσματα, Graecis ingruentibus obiecta, requirunt. Quorsum enim, *pugnatur* πρὸς τὰ γέῤῥα· ὡς δὲ ταῦτα ἐπεπτώκεε capitis sequentis, [cap. 62, 7.] nisi huc? et *Plut.* Aristid. pag. 329. F. καὶ προθέμενοι πολλὰ τῶν γέῤῥων Persae, et statim, καὶ προσπεσόντες *Graeci* ἐξεώθουν τὰ γέῤῥα. Addo, *Harpocrationem* in Γέῤῥα Herodotea indicasse, et *Suidam* in Γέῤῥον posteriorem etiam excerpsisse. Sic enim, καὶ αὖθις Ἡρόδοτος· Κῦρος περιελὼν τὰ πολλὰ etc.; quae quidem *Xenophontis* sunt Κύρ. Παιδ. lib. II. p. 42. c., *Küstero* non animadversa, et inde corrigenda. *Herodoti* verba desunt, exscriptorum stupiditate praetervisa. WESS. — De illo Persarum more *vallum e clypeis congerendi* conf. omnino cap. 99 extr. et cap. 102, 7-13. *S.*

15. τῶν σφαγίων οὐ γινομένων) Persuasit doctissimo *Pavio* χρηστῶν vocem his ex libro *Arch.* iungere Cl. *Th. Galeus*, falsus vehementer: namque illo in Codice (quem *inportunissimum* Cel. *Taylor* adpellavit ob iniustum additamentum, ad *Lysiae* Serm. Ἐπιτάφ. p. 33.) vocabulum illud frustra quaeritur. *Plutarchi* verba Aristid. p. 329. E. ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ auxit ex falso prodita huius loci accessione *Dacerius* ἐφάνη τὰ ἱερὰ χρηστά. Sic vara, uti dici solet, vibiam secuta est. *Plutarchum* bene tutatur *Bryanus*, Nostrum *Taylorius*. Χρηστὰ in dictione intelligi adsolent. Conf. lib. VII. 134. WESS. — A sciolo ex vicinis repetitum, χρηστῶν, quod praebet *Arch.*, [si *Galeo* fides] recte reiecit Clar. *Io. Taylor* ad *Lys.* p. 33. Quando litabant, τὰ ἱερὰ vel τὰ σφάγια γενέσθαι simpliciter etiam dicebantur. Sic paullo post [cap. 62, 4 seq.] istis, ἐγένετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά, haec proxima subiiciuntur, ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγένετο, *quum vero tandem aliquando laeta essent exta.* VALCK. — Fortasse in ora codicis *Arch.* scholii loco adscriptum *Galeus* vocab. χρηστῶν viderat, ex lin. 11. et ex cap. 62, 4. adscitum. *S.*

CAP. LXII. 5. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγένετο) Χρόνῳ, nonnemini suspectum, *tandem* notat: vid. ad *Euripid.* Phoeniss. 313. In *Dionys. Halicarn.* T. II. p. 33, 25., scri-

bendum: τὸ χωρίον αἰρεῖ χρόνῳ· Φερόμενος δ' ὑπ' ὀργῆς etc. Ut *Herod.* precantem Pausaniam sistit [c. 61 extr.], sic *Plutarchus* T. I. p. 329. E. ubi ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντιες ἐμήνυον. VALCK.

[6. καὶ οἱ Πέρσαι ἀντίοι, τὰ τόξα μετέντες, *et Persae illis obviam ivere omissis arcubus.* Hoc illi fecisse videntur, postquam (ut mox subiicitur) eversum a Graecis erat vallum e clypeis factum, quo tecti Persae sagittas ex arcubus in hostem emiserant: scilicet deinde in hostem perrexerunt, hastis gladiisque rem gesturi. Quod (lin. 7.) Ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέῤῥα μάχη, commodius forsan Ἐγίνετο legeretur, *Primum facta erat pugna:* sed nil mutant libri: at ante μάχη articulum, quem exhibent libri fere omnes, utique restitutum malim ἡ μάχη. S.]

[9 seq. ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν· τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων οἱ βάρβαροι) *Vallae* latina *Gron.* et *Wess.* tenuere: *donec ad propulsionem ventum est: siquidem barbari prehensantes lanceas confringebant.* Mirum vero. Utri enim, quaeso, *propulsi* sunt? *Graeci*, an *Persae?* De neutris nunc hoc intelligi potest. Non de Persis, quos magna vi et audacia in hostes irruisse ait: non de Graecis, a quibus eodem tempore pessime accepti Persae magnum suorum numerum amiserunt. Nihil promovet, sed magis etiam (si qua fieri potest) turbat *Larcheri* interpretatio: *L'action dura longtems près du temple même de Céres, jusqu'à ce qu'on fut venu à les en chasser; car les Barbares saisissoient les lances des Grecs, et les brisoient entre leurs mains.* Verum si quaerimus, vocab. ὠθισμὸς nec hic, nec alibi, *propulsionem hostium* et *fugam* denotat, sed *conflictum.* Sic λόγων ὠθισμὸς Nostro dicitur *verborum conflictus* et *altercatio*, VIII. 78, 1. IX. 26, 2. Sic et ὠθίζεσθαι *altercari* dicit idem III. 76, 11. Proprie vero ὠθίζεσθαι vel ὠθεῖσθαι dicuntur homines qui in *turba inter se collidunt, seque mutuo premunt. Appian.* Reb. Hisp. c. 51 extr. et Reb. Samnit. c. 3. Unde ὠθισμὸς, *pressio in turba hominum*, cum apud alios, tum apud *Polyb.* IV. 58, 9. ubi ἐν τῷ περὶ τὰς πύλας ὠθισμῷ καὶ πνιγμῷ. Similiter in pugna ὠθισμὸς apud Nostrum VII. 225, 3. est *conflictus cominus pugnantium*, et veluti in conferta turba mutuo sese prementium et repellentium. Neque aliter accipiendum hoc loco vocabulum; ubi in Latinis, pro eo

quod pluribus verbis declaravi, *donec eo ventum est ut velut in turba vir virum premeret*, brevius dicere potueram, *donec iam in manus et ad gladios pugna venit*: coll. *Liv.* II. 46. et ibi virorum doctorum observatis. Cum qua interpretatione perapte cohaeret, quod continuo adiicitur, *etenim Persae hastas Graecorum* (quae nempe suis longiores erant) *manibus prehensas fregerunt*, sive *fregerant*. *S.*]

[12. Quod de *Persis* scribitur *ἄνοπλοι δὲ ἐόντες*, *inermes* reddiderat *Valla*, nec aliter *Gronov.* et *Wess.* Equidem, *leviter erant armati*. Commodius puto redderetur, *clypeis erant nudati*. conf. cap. 63, 10. Ὅπλον enim sigillatim *clypeum* intelligi notum est: et, everso a Graecis vallo e clypeis congesto, otium Persis non suppetierat, quo clypeum quisque suum repeteret. Et erant quidem Persae etiam loricâ squammatâ, (VII. 61, 3 seq. et ibi Adnot.) quae eos tutabatur, induti. Sed ea lorica utique non vulgo omnibus eiusdem generis intelligi debet fuisse, cuius fuerat illa Masistii ducis, supra c. 22. descripta, aut qualis cataphractorum equitum thorax apud *Heliodor.* lib. IX. pag. 431. verum ita debuit esse comparata, ut Lacedaemonii, pro sua gladium tractandi *dexteritate*, (quae illorum σοφίη paulo post *lin.* 13. laudatur,) haud aegre in opportunis corporis partibus ferire adversarios potuerint. Atque dubitare etiam licet, revera-ne Scriptor noster VII. 61. *ferream loricam* dixerit. *S.*]

CAP. LXIII. 6. *κατέβαλλον πολλούς*) Etsi me minime fugiat, pristinum patrocinio, si rixari libeat, non defici, consuetum nolui et schedarum praeiudicio protectum abiicere. Satis erit hoc *Plut.* Aristid. pag. 329. *F.* τοῖς δόρασι, συντυχόντες προβάτα καὶ στέρνα τῶν Περσῶν, πολλοὺς κατέβαλλον. WESS. — *Polybii* loca in hanc sententiam plurima congesta reperies in Lexic. Polyb. p. 325. col. *b.* *S.*

9–11. *πλεῖστον γὰρ σφεας ἐδηλέετο etc.*) Qui criminari gestiunt, plerumque excedunt modum. Carpit *Plutarchus*, alioqui optime gnarus, γυμνοὺς καὶ ἀνόπλους, quos ipse habet T. II. p. 787. *F.*, omnes perhiberi, gravi armatura defectos. Tales Persae, quorum *gerra* dudum perierant, Graecorum clypeis, si salva fuissent, nunquam comparanda. Hoc amplius, tunicae talares, quo minus expeditius pugnarent Persae, inpedimento erant. Verum his aegrius inmoror. WESS.

CAP. LXIV. [2. κατὰ τὸ χρηστήριον) Vide lib. VIII. c. 114. *S.*]

[6. τῶν δὲ κατύπερθε *etc.*) Redi ad lib. VII. c. 204. *S.*]

8. ὑπὸ Ἀειμνήστου) Iustum nobilis viri nomen non extra certamen. Ἀριμνήστου titulum dant illi *Valla* et *Arch.*, inque primis *Plutarch.* Aristid. p. 330. c., ceteris autem Codd. receptum in laude versatur. His equidem conspirantibus accederem, eoque promtius, quoniam ex *Plutarchi* scripto exemplari ΔΙΑΜΝΗΣΤΟΝ *H. Steph.* enotavit, ab Ἀειμνήστῳ leviter diversum: idem porro *Plut.* Malign. p. 873. D., sive insulsi potius scribae, ΔΕΙΠΝΙΣΤΟΝ pinxerunt, ΑΕΙΜΝΗΣΤΟΝ utique adpellandum. Iam quae in Ἀειμνήστου et Ἀριμνήστου scriptura librariorum hic et c. 71. discordia, vitiosior alibi in monumentis sepulchralibus. *M. Ant. Boldettus* Observ. ad Coemeter. p. 411. titulum exscripsit hunc, ΞΑΝΘΙΠΠΗ ΑΕΙΜΝΗΣΤΕ ΓΡΗΓΟΡΕΙ. et p. 416. ΠΤΟΛΑΜΑΙC. Α. Ι. ΜΝΗΓΑΙ ΕΝ ΘΕΩ ΠΑΡΘΕΝΟΣ, et Latine *Ptolmais A. I. hymnos personabat virgo.* Legisset ΑΕΙΜΝΗΣΤΗ, *perpetuae memoriae*, Latina utique adposuisset meliora. At in talibus crebri eius lapsus. WESS.

Ibid. Ἀειμνήστου) In hoc forte nomine placebit scriptio *Arch.* Ἀριμνήστου: quia firmat illam *Plutarchus* T. I. pag. 330. c. τὸν Μαρδόνιον ἀνὴρ Σπαρτιάτης ὄνομα Ἀρίμνηστος ἀποκτίννυσι, λίθῳ τὴν κεφαλὴν πατάξας. Spartiata, quantum recordor, *Arimnestus* nusquam *Pausaniae* memoratur; sed Plataeënsium hoc etiam praelio Imperator sic illi dicitur lib. IX. p. 718. et *Plutarcho* in Arist. p. 325. c. quae commendant lectionem *Med.* apud *Herodot.* infra c. 71. [cap. 72, 8.] Ἀρίμνηστον ἄνδρα Πλαταιέα, ubi Ἀείμνηστον dabant Editi. Plataeënsem Λάχωνα τὸν Ἀειμνήστου memorat *Thucyd.* III. c. 52. VALCK.

CAP. LXV. [3. ἐς τὸ τεῖχος τὸ ξύλινον) Conf. c. 15, 11 seqq. et c. 70. *S.*]

10. τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον) Templum *primarium* et *praecipuum* doctissimo *de Pauw*, ad cuius formam Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν supra c. 56. Notum mihi adprime τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν *Cereris* et *Proserpinae* apud *Athen.* lib. V. p. 213. D. [conf. IV. p. 168. F.] verum τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλ. ἀνάκτορον insolentius. *Hesychii* Ἀνακτόριον,

ἱερὸν, congruebat Codicum quorundam voluntati; ac sollemnem vocabuli glossam, *Herodoto* fortasse inculcatam, indicabat. Vide ibi Clar. *Alberti*, et *Olearium* ad Philostr. Vit. Sophist. lib. II. p. 600. WESS. — *Herodotus* aliique saepe dixerunt ἱρὸν vel ἱερὸν ἅγιον: et, monente Celeberr. *Hemsterhusio* ad *Lucian.* [Timon. c. 23.] p. 136., proprie Cereris Eleusiniae templum dicebatur τὸ σεμνὸν ἀνάκτορον τοῖν θεοῖν: sed causam non exputo cur Nostro scriberetur τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον. Mihi potius Cereris templum, quod fuit Eleusine, dixisse videtur τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνάκτορον: ut ad Ἀνάκτορον quis interpretamenti loco primum adiecerit τὸ ἱρόν. De quorumvis Deorum Dearumve templis vocem ἀνάκτορον prae aliis *Euripides* frequentavit in Androm. vs. 43. et 1157. Iph. in Taur. 41. et 66. Troad. 15. Ione 55. Sed sacrarium illud a Persis igne violatum ignorasse videtur *Aristides*, cuius vid. Tom. I. pag. 451. VALCK. — Adde quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

CAP. LXVI. [1. Ἀρτάβαζος δὲ *etc.*) Vide supra, cap. 41. *S.*]

9. ἤϊε κατηρτισμένος) Inspice *Gronovium*, quicum non dissentio. Scripsi κατὰ τὠυτό, scriptis exemplaribus iubentibus. WESS. — Prae altero (ἦγε) mihi quoque ἤϊε placet: τούτους [*lin.* 8.] pertinet ad sequentia, παραγγείλας κατ' αὐτὸ ἰέναι πάντας. VALCK. — Non negans *Gronovius*, ad praecedens τούτους commodissime verbum ἦγε referri, ἤϊε tamen hac una de caussa, quod cod. *Med.* id exhibuisset, praetulit, monens debere τούτους inferius aliquid quaerere quo referatur. Equidem, si accusativus τούτους ad remotius illud ἰέναι πάντας debet referri, non aliam rationem, cur praeferatur ἤϊε, nisi hanc, exputare valeo, quod, quum et usitatum Nostro sit verbum, et h. l. ferri utcumque possit, difficiliorem quemdam, quam aliorum codicum ἦγε, habeat explicatum; quo scilicet fit, ut facilius intelligatur, cur ἤϊε a nonnullis in ἦγε fuerit mutatum, quam cur ab aliis ἦγε in ἤϊε. At mihi istud τούτους haud dubie a verbo κατηρτισμένος pendere videtur, ut, quemadmodum plurima alia graeca verba, sic et hoc, in praet. passivo significationem verbi activi vel medii obtineat. Similiter simplici verbo in imperfecto tempore usus est *Theocr.* XIII. 43. νύμφαι χορὸν ἠρτίζοντο. *S.*

11. ὅκως ἂν αὐτὸν ὁρέωσι σπουδῆς ἔχοντα) *Pavius*, de coniectura, ὅκως -- ὁρέωσι σπουδὴν ἔχοντα, *simul ac viderint ipsum magno studio properantem:* neque enim vulgatum ullo Graecorum in sermonis esse conmercio. Quid tum vero Aeschyleo fiet Suppl. vs. 844. Σοῦσθε -- ὅπως ποδῶν. Quid ὡς ποδῶν εἶχον Nostri lib. VI. 116. ὡς τάχεος εἶχε VIII. 107. et *Dionysii* Ant. Rom. XI. p. 626. ὡς εἶχον ὀργῆς τε καὶ τάχους: *Heliodori* Aeth. I. p. 23. ὡς εἶχε δεσμῶν, *ut vinctus erat*, et ibid. p. 56. ἐλθὼν ὡς εἶχε δρόμου. Quorum quidem uberrima passim messis. WESS.

12. In his, ὡς ἐς μάχην ἦγε δῆθεν τὸν στρατὸν, *exercitum ducebat tanquam ad pugnam scilicet:* δῆθεν ponitur ut lib. VI. cap. 1. ὡς οὐδὲν δῆθεν τῶν παρεόντων πρηγμάτων ἐπιστάμενος, et alibi saepius. VALCK.

13. προτιρέων) Hoc elegi, quod c. 56. WESS. — Προτερέων *Koenius* vulgato (προτερεύων) praeferendum censebat, ut Ἰωνικώτερον et Herodoteum. VALCK.

CAP. LXVII. [3. οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων) Scilicet maior quidem et potentior pars Thebanorum cum Medis sentiebant faciebantque, nec vero omnes. Conf. c. 86, 3. et *Wess.* Adn. ad c. 87, 8. *S.*]

CAP. LXVIII. [1. Δηλοῖ τι ἐμοὶ, intransitive et impersonaliter: *adparet, manifestum fit mihi.* Conf. II. 117, 2. et ad eum locum notata, p. 342. *S.*]

2. ἤρτητο ἐκ Περσέων) Redi ad lib. I. 125. In proximis [*lin.* 4.] maluit Scriptor ὅτι καὶ τοὺς Πέρσας, etsi praemiserat εἰ καὶ τότε οὗτοι, ex arbitrio et varianda oratione. Venit praeterea *Abreschio* in mentem, [*lin.* 7.] πρὸς τῶν πολεμίων ἄγχιστα ἰοῦσα, [pro vulgato ἰοῦσα,] cui coniectanti schedae addicere renuunt. WESS.

CAP. LXIX. 2. ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ) Fuit, cum legerem ἐν δὲ τούτῳ -- πόνῳ: arbitrarerque simillimum ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ lib. VI. 114. et VII. 224. Quod quidem utrobique optimum, nec tamen edito probius. Saepe nos blandimentis huiusmodi auferimur; quae, etsi hoc in se naturale habeant, ut placeant etiam reiecta, haud raro futilia evadunt. Multis abhinc annis *Ciceronem* Tuscul. Disp. III. 27. scripsisse divinabam, *Postquam Cyprum venissent, tum adflictari lamentarique coepisse*, non vero *postquam Tyrum*. Auctorem quippe *Livium* esse, Corneliam, Pompeii

uxorem, et filium Sextum, post Magni necem, *Cyprum* refugisse, Epit. CXII.; pariterque *Lucanum*, Phars. IX. 117. *Prima ratem Cyprum spumantibus accipit undis.* Atque hoc paene probavi Cl. *Davisio*. Verum haec *Dionis* vide *Cassii* lib. XLII. p. 234. D. de Caesare Iulio, τά τε ἀναθήματα τοῦ ἐν τῇ Τύρῳ Ἡρακλέους πάντα ἀνείλετο, ὅτι τὴν τε γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα τοῦ Πομπηίου ὑπεδέξαντο, ὅτε ἔφυγε. Hinc inanem ipse suspicionem, ne et aliis fraudi sit, proscribo. Sed ad institutum. WESS.

[7. *et* 9. Quemadmodum οἱ περὶ vel ἀμφὶ αὐτὸν interdum non alii intelliguntur nisi *ipse*, αὐτός: sic h. l. οἱ ἀμφὶ Κορινθίους, et οἱ ἀμφὶ Μεγαρέας καὶ Φλιασίους non alii sunt, nisi *ipsi* Κορίνθιοι, Μεγαρέες, et Φλιάσιοι. conf. lin. 11. *S.*]

16. κατήῤῥαξαν - - ἐς τὸν Κιθαιρῶνα) Perparum arbitror interesse, κατήραξαν scribatur an κατέῤῥαξαν. Variabunt hic etiam forte Codices, ut apud *Thucyd.* VII. c. 6., τὸ ἄλλο στράτευμα, νικηθὲν ὑπὸ τῶν Συρακουσίων, κατηράχθη ἐς τὰ τειχίσματα: ubi scribitur in aliis Codicibus κατεῤῥάχθη. Ex *Herodoto* sumsit *Appian.* in Pun. p. 15. [cap. 15 extr.] τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς τὰς πέτρας κατήραξαν. *Demosth.* c. Aristocr. p. 430., κατέῤῥαξε δ' εἰς τὴν θάλατταν ἅπαντας, *omnes in mare dedit praecipites*: illic ex Cod. scripto κατήραξε prostat enotatum: una litera ablata κατήραξε potius scribendum. VALCK. — Conf. *Var. Lect.* et ad VIII. 90, 11. notata. *S.*

CAP. LXX. 8. Λακεδαιμονίων - - οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχέειν) Consimilia *Plut.* Arist. p. 330. D.; alibi T. II. pag. 228. D. Lycurgum τὸ πυργομαχεῖν civibus prodens prohibuisse. Vicino τῇ δὴ ἐπεχέοντο [*lin.* 12.] *Abreschius* contulit *Aristidis* T. I. p. 241. *Ed. Cant.* οἱ μὲν ὥσπερ πύλας τεῖχος ὑπεξαντες εἰσεχέοντο: et T. III. 315. εἰσχεομένων ἀμφοτέρωθεν ἤδη τῶν βαρβάρων. Iungatur *Suidae* Εἰσεχέοντο. VALCK. — Mireris vero, *ligneo muro* non fuisse immissum ab hostibus ignem. *S.*

[17. νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης) Vide ad I. 66, 22. notata. *S.*]

21 *seq.* οἷα ἐν ὀλίγῳ χώρῳ *etc.*) Suum χώρῳ, adnotatum in Diss. *Herod.* p. 205., recipiet ex Codicibus Noster; qui, Poëtas imitatus ὀλίγον posuit ἐπὶ μεγάλου. In hoc *angusto loco* πολλαὶ μυριάδες dicuntur κατειλημμέναι ἀνθρώπων: ubi Herodoteum dant [*dabunt*, puto, scripserat aut scribere *Valck.* voluerat; nam hic quidem non *dant*] Codices κατειλημένας. Qui sic *tenentur ut elabi nequeant*, saepe κα-

men dicuntur ἀπειλημμένοι, et ἀπολαμφθέντες. Sic V. 101. ὅσοι - - - ἐνῆσαν ἐν τῇ πόλι ἀπολαμφθέντες πάντοθεν: IX. 50. ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἀπολελαμμένοι. ἀπειλημμένοι Thucydidi II. p. 100, 89. et V. p. 353, 40. Ulysses ἀπειλημμένος dicitur ὑπὸ Καλυψοῦς *Demostheni Thraci* apud *Eustath.* in Od. Α'. p. 19, 27. *Harpocrationi* Ἀποτετειχισμένος redditur ἀπειλημμένος καὶ ἀποκεκλεισμένος τῷ τείχει. Vid. ὁ πάνυ *Ti. Hemsterh.* in *Aristoph.* Πλ. vs. 935. VALCK.

Ibid. ἐν ὀλίγῳ χώρῳ) Non erit opinor, qui Codicum auctoritatem aversetur. Quod ex illis venit, vulgato praestabilius. *Angusto exiguoque in loco exterriti ac conpulsi* Persae degebant, atque animum, explicare ordines cum non possent, despondebant. Vellem maximopere iisdem in schedis κατειλημέναι reperiri, quod, me iudice, verius, ut c. 30. [cap. 31, 26. ubi vide not.] De Cl. *Reiskio* quid dicam? Auget is coniectando sequentia [*lin.* 24.] κατακοσιῶν χιλιάδων τεσσέρων, τὰς ἔχων *etc.* Ergo-ne *quatuor* duntaxat *millia* Artabazus fugae socia abduxit? Quod quidem *Herodotus* ita c. 65. infitiatur, ut districtius non valeret. Sentio festinantis hallucinationem. WESS.

26 *seqq.* Λακεδαιμονίων δὲ *etc.*) Aegre fert *Plutarch.* de *Herod.* Malign. p. 872. c. solos Nostro memorari Lacedaemonios, Tegeatas, et Athenienses; quorum hi cum Thebanis pugnaverint, illi cum barbaris: atque ita ceteras omnes civitates hoc honore privari. Idem miratus in Aristide p. 330. F. opponit *Herodoto* numerum in praelio interfectorum et monumenta publica; atque in universum cecidisse docet Graecos libertatis defensores mille trecentos et sexaginta, e quibus unus et nonaginta fuerint Lacedaemonii; sexdecem Tegeatae; Athenienses duo et quinquaginta; hi quidem omnes, iuxta *Clidemum*, ἐκ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς ἀγωνισαμένης ἄριστα. VALCK.

CAP. LXXI. [12. ὅς γένοιτο αὐτέων ἄριστος) ὅς pro τίς, ut VI. 124, 7. et τὸ (quod ionice aliàs ὅ valet) pro τί, VI. 37, 10. *S.*]

18. καὶ φθόνῳ ἂν εἴποιεν) Demiror εἴποιεν tantopere probatum, siquidem non de se, (et foret ea professio Historiarum patri turpis,) sed de Spartanorum sermone et iudicio, *quis virorum illorum laudabilior*, haec *Herodotus*. Aristodemi culpam lib. VII. 231. vidimus. WESS. —

Suum εἴπειμεν Gronovius latine sic reddidit: *verum id quidem etiam livore dixerimus*: quod quidem nisi plane absurdum esse velis, intelligi debebit *ab illis iudicatum* (*vel dictum*) *dixerimus*. *S.*

[19. οὗτοι δὲ τοὺς κατέλεξα πάντας) Accusativus πάντας ad proximum τοὺς relatus, quum proprie οὗτοι - - πάντες debuisset dicere: enallage poëtis maxime frequentata. *S.*]

20. τῶν ἀποθανόντων) Censebat G. *Koenius*, verba τῶν ἀποθ. ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ, hac in sede minus accommodata, in suam facile posse restitui, si hunc in modum paulo collocarentur inferius: Οὗτοι μὲν τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἐν Πλαταιῇσι ὀνομαστότατοι ἐγένοντο. Paulo ante miror quomodo locum invenire lectio potuerit *Med.* εἴποιμεν. VALCK.

CAP. LXXII. 6. κατήμενος ἐν τῇ τάξι) Bona omnia sunt. Callicrates, sacris dum operabatur Pausanias, *ad arma suo in ordine considebat*, more priscà militià non insueto. *Euripides* Suppl. vs. 357. παρ' ὅπλοις θ' ἥμενος πέμψω λόγους Κρέοντι, et vs. 664. et 674. Conmodum *Plutarch.* Aristid. p. 329. B., ὡς δὲ θυόμενος (*Pausanias*) οὐκ ἐκαλλίρει, προσέταξε τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰς ἀσπίδας πρὸ ποδῶν θεμένους, ἀτρέμα καθέζεσθαι, continuo subdens, *Callicratem, dum ita ad arma sederetur, sagitta fuisse percussum.* Ceterum κάλλιστος, *formosior*, uti *Stephanus* voluit, in Latinis praestiterat. Poëta *Iliad.* B'. vs. 673. Νιρεύς, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθε. WESS. — *Praestantior* h. l. in versione posuerat *Valla*, quod nec a *Gron.* nec a *Wess.* mutatum est. *S.*

Ibid. κατήμενος ἐν τῇ τάξι) Viro docto [*Reiskio*] suspectum egregie tuitus est et explicuit Cl. *Wesseling.* in Diss. *Herod.* p. 126. Quod nullum edidisset isthoc tempore dignum sua virtute facinus, Callicrates ἰδυσθανάτεε [*lin.* 8.] *aegre moriebatur.* ἰδυσθανάτει hinc adnotavit ut Herodoteum *Pollux* III. 106. Utrumque fuit in usu δυσθανατεῖν et δυσθανατᾶν. *Moeris Att.* Σφαδάζειν, Ἀττικῶς· Δυσθανατᾶν, Ἑλληνικῶς: ubi notat Clar. *Pierson.* Syllabà repetità scripsisse videtur *Athenagoras*, de Mort. Resurr. §. 4. πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις καὶ ποταμοῖς δυσθανατησάντων ἰχθύσι γίνεσθαι τροφήν. VALCK.

8. πρὸς Ἀρίμνηστον) Schedis, viri nomen ad eum modum repraesentantibus, robur *Pausanias* lib. IX. 4. addit, ubi, ὁ οἱ Ἀρίμνηστος ἦν τε τῇ πρὸς Μαρδόνιον μάχῃ -- Πλαταιεῦσιν ἡγή-

ϕαντο. *Plut.* quoque Aristid. p. 325. F. Quibus autem πρὸς Ἀείμνηστον placet, *Thucydides*, cui Plataeënsis *Lacon* Ἀειμνήστου lib. III. 52., fortasse huius filius, aderit. Adeo iterum anceps viri titulus. Conf. c. 63. [c. 64, 8.] WESS.

CAP. LXXIII. 2. Σωφάνης) In *Plut.* Malign. p. 873. D. et Cimon. p. 483. B. Σωχάρης ὁ Δεκελεὺς, haud sine lapsu. Proxime a veritate Σωφόνης Δεκελεὺς *Pausaniae* I. 29. (ubi *Sylburgius* bene) abiit. Insequens ἐκ δήμου Δεκελεῆθεν *Th. Pinedo* ad *Steph. Byz.* Δεκελειῆθεν pingebat. At urbs Ionibus Δεκελέη c. 15. et ipso hoc Capite, unde Δεκελειῆθεν (praesertim si oppidi et nominis auctor Δεκέλεος) fide Codicum *Arch.* et *Vallae* [conf. *l.* 8.] optime procedet. WESS. — Duorum nomina, qui hoc praelio rem optime gesserunt, mendose scripta leguntur apud *Plutarch.* de *Herod.* Malig. p. 873. D. Σωχάρης καὶ Δείπνιστος: quorum loco reponenda sunt nomina Σωφάνης καὶ Ἀείμνηστος. Sed hoc praecepit ὁ πάνυ in Diss. *Herod.* p. 61. Ubi *Decelensis* Sophanes dicitur ἐκ δήμου Δεκελῆθεν, primitus forte scriptum Δεκελεῆθεν, ab Ionico Δεκελέη. *Steph. Byz.* in Δεκέλεια: τὸ τοπικὸν Δεκελειᾶθεν· παρὰ δὲ Καλλιμάχῳ Δεκελειόθεν. Hinc apud *Etymologum* male distracta concinnavit *R. Bentlei.* in *Callim.* Fragm. 234. VALCK.

18. Δεκελέης ἀπέχεσθαι) Referri solet ad annum Olymp. XCI. 3. quo Agis, Archidami F., Deceleam occupavit et in maximum Atheniensium detrimentum muniit, apud *Thucydid.* VII. 19. non sine quadam inprudentia. Aliud profecto, ἀπέχεσθαι Δεκελέης, *ab ea abstinere*; aliud, occupatam munimentis et praesidio instruere, belloque sedem legere. Contigisse res videtur, quae et Ampl. *Bouherii* opinio, belli Peloponnesiaci, quando Archidamus Atticam incursionibus infestam habuit, principio: *Thucydid.* II. 10. WESS.

CAP. LXXIV. 6. ἐκπίπτοντες) Inprobatur, censeturque *Pavio Reiskio*que ἐπιπίπτοντες, ἐσπίπτοντες, ἐμπίπτοντες, ad rem opportunius. Eadem illis voluntas Scriptoris si sedisset, abiisset eas in partes: suum maluit, utique, etsi diversiore intuitu, accommodatum. WESS. — Turbaverat viros doctos importuna *Gronovii* interpunctio, post ἐκπίπτοντες incidentis orationem; quem et ego eum *Wess.* aliisque inprudens secutus sum. Commodius olim, inde

ab *Aldo*, distincta verba erant: οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος, μετακινῆσαι μὴ δυναίατο: ubi ad μετακινῆσαι iterum quidem ἐκ τῆς τάξιος subintelligi poterat; sed cohaerebant ista, ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος, idem valentia ac προεξαίσσοντες c. 62, 13. Est autem h. l. praegnans (ut aiunt Grammatici) verbum ἐκπίπτοντες, idem valens ac si adiectum esset καὶ ἐς αὐτὸν ἐσπίπτοντες, quod diserte adiectum c. 62, 15.; aut intelligi h. l. debet ἐκπίπτοντες ἐπὶ αὐτὸν, *adversus ipsum*. *S.*

12. laudo *Arch.* *Vallam*que, verissimum ἐφόρει ἐπίσημον ἄγκυραν indicans. Convenit adprime narrationi et Graeciae consuetudini, qua Laco ἐπὶ τῆς ἀσπίδος μυῖαν ἔχων ἐπίσημον in *Plutarchi* T. II. p. 234. c. Neque obtrudo tamen, ne interpretamentum, si cui tale absque caussa videatur, inculcasse perhibear. WESS. — Quid sit vero, quod *clypeum*, qui pro insigni *ancoram*, stabilitatis symbolum, habuit, *perpetuo in gyrum egisse* dicatur hic homo, equidem non exputo *S.*

CAP. LXXV. 3. Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον) Εὐρυβιάδην mendose *Arch.*; verior hominis titulus lib. VI. 92. et in Pausania I. 29. WESS. — Qui dedit *Eurybiadem*, *Valla* reperit in suo codice quod *Galeus* obtulit ex *Arch.* Εὐρυβιάδην. Hic vulgatum nomen Εὐρυβάτην ipse satis tuebitur *Herodot.* lib. VI. c. 92., ubi Argivus Εὐρυβάτης, ter victor certamine singulari, ὑπὸ τοῦ τετάρτου Σωφάνεος τοῦ Δεκελέος ἀποθνήσκει. *Herodoto* concinit *Pausan.* I. p. 71. Sequentia respexisse *Stephanum Byz.* in Δάτον primus vidit monuitque *Io. Meursius*, Att. Lect. VI. c. 31. *Leagri* [*lin.* 6.] filius, Γλαύκων ὁ Λεάγρου, memoratur *Thucydidi* I. 51. VALCK.

6. ἅμα Λεάγρῳ) Filius *Glaucon* Λεάγρου notus ex *Thucydidis* lib. I. c. 51.; pater etiam ex *Pausania* I. 29., hanc eius et *Sophanis cladem* non reticente. Interiit Sophanes Olymp. LXXXI. exeunte, Archonte Athenis Lysicrate, quando altera vice Athenienses colonos occupatum Eionem infelicissime amandarunt. Huc verba Scholiastae in *Aeschinis* Or. περὶ Παραπρ. adplicant *Dodwellus* et *Corsinus*, Viri Cl., δεύτεροι οἱ μετὰ Λεωγόρου κληροῦχοι ἐπὶ Λυσικράτους, in Leogora *Leagrum* invenientes; haud illi, nisi si *Leogoras* Andocidis pater fuerit, absurdi. WESS.

CAP. LXXVI. 2 *seqq.* Γυνὴ αὐτόμολος etc.) *Mulier transfuga* ad Graecos victores venisse dicitur [*lin.* 5 *seq.*] καὶ

μνησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι· articulum in his male omissum restituerunt *Reiskius* et *Koenius*. Persas illa dicebat [*lin.* 15.] οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας, *nec daemonum neque Deorum maiestatem*, sive *vindictam*, *reveritos*; ut supra lib. VIII. 143. Mardonius *Deorum heroumque* οὐδεμίην ὄπιν ἔχων, ἐνέπρησε τούς τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. vid. *Salmas.* ad Inscript. *Herodis Att.* p. 20. et *Io. G. Graevius* in *Hesiodi* 'E. καὶ 'H. 107. Tandem [*lin.* 17.] Coa, *Hegetoridae filia*, βίῃ δέ με, inquit, λαβὼν ἐν Κῷ ἔχε ὁ Πέρσης, vel ἔσχε, *habuit me uxoris* [*sive pellicis*] *loco*: verba ἔγημε et ἔσχε permutat *Herod.* III. 31., estque is usus verbi ἔχειν, ut Latini *habere*, notissimus. Herodotea de hac muliere paucioribus enarrans *Pausanias* lib. III. [c. 3.] p. 214. Παυσανίου, ait, τὸ ἔργον τὸ ἐς τὴν Κῴαν γυναῖκα ἐν ἐπαίνῳ τίθεμαι μάλιστα· ἥν τινα, ἀνδρὸς οὐκ ἀδόξου παρὰ Κῴοις θυγατέρα οὖσαν Ἡγητορίδου τοῦ Ἀνταγόρου, Φαρανδάτης ὁ Τεάσπιδος ἀνὴρ Πέρσης παλλακὴν εἶχεν ἄκουσαν, κ. τ. λ. VALCK.

4. Φαρανδάτεος) Pravi sunt, qui mutant. Vide lib. VII. 79. et *Pausan.* III. 4., ubi Φαρανδάτης ὁ Τεάσπιδος, littera sibilante detracta. Deinceps καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι *Reiskio* adsentior scribi potius fore. WESS.

12. Ὦ βασιλεῦ Σπάρτης) Condonandum matronae animo prae laetitia perturbato. *Rex* Pausanias *Spartanorum* non fuit, regis Plistarchi tantum tutor; cap. 10. et *Thucydid.* I. 132. Quod illa autem Pausaniae, λῦσαί με --- δουλοσύνης, pro eo Codd. pauci, quibus ferme obtempero, ῥῦσαί με. Eum in modum lib. V. 49. πρὸς θεῶν τῶν Ἑλληνίων ῥύσασθε Ἴωνας ἐκ τῆς δουλοσύνης: et IX. 89. προέτρεπε αὐτοὺς ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης: tum in Epigramm. ap. *Aristidem* T. III. p. 648. Ἑλλάδα πᾶσαν - - - ῥυσάμενοι δουλοσύνας. Quae quidem ad verbi usum abunde; ad vulgatum autem; in simili negotio usitatum, praeiudicio damnandum minime. WESS.

21. οἰκημένων) Saepe contaminarunt librarii hoc vocabuli. Respice III. 96. IX. 51. Illud autem plenum benivolentiae et humanitatis erga Coam mulierem officium merito Pausaniae in laudibus *Pausanias* lib. III. 4. deposuit. WESS.

CAP. LXXVII. 3. ἐπ' ἐξεργασμένοισι, *re iam confecta.* Sic supra VIII. 95. post pugnam Salaminiam Adimantum

et Corinthios venisse scribit ἐπ' ἐξεργασμένοισι. Attigit formulam clar. *Io. Taylor* ad *Lysiam* pag. 489. explicat illam Noster in proximis, μαθόντες ὅτι ὕστεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς. Sic, post pugnam qui venere Marathoniam Lacedaemonii, VI. 120. ὕστεροι dicuntur ἀπικόμενοι τῆς συμβολῆς. VALCK.

4 *seq.* ἀξιοί τι ἔφασαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι) Expressisse haec *Livium* lib. XXX. 30. elegans *I. Fr. Gronovii* observatio est. Hinc *Vallae* Latina, ut errori ansa praecideretur, probante etiam *Valckenario* restituta. WESS. — Non male ceperat *Valla*, vertens, *sed idoneos se esse ad sumendas de se poenas dixere*: his qui substituit, *ad sumendas de ipsis poenas*, alios in errorem induxit, quem corrigit Eruditus scriptor *des Essais de Critique* p. 256. Herodoteis ista respondent, quae dicentem facit Annibalem *Livius* XXX. c. 30., *forsitan non indigni simus, qui nobismet ipsi mulctam irrogemus*, quae hinc sumta monuit *I. Fr. Gronovius*. VALCK. — Mihi Herodotus, si voluisset dicere *digni qui sibimet ipsi poenas irrogarent*, videbatur dicturus fuisse ἑωυτοὺς ζημιῶσαι. Nunc illud ζημιῶσαί σφεας ita accipiendum ac si ζημιωθῆναι dixisset, nempe ἄξιος (τινὰ, sive Πausaνίην, sive τοὺς Ἕλληνας) ζημιῶσαί σφεας, quemadmodum v. gr. Graece dicitur ἄξιός ἐστι θαυμάσαι, pro θαυμασθῆναι, nempe intelligendo ἄξιός ἐστι ἐστι τοῦ τοὺς ἀνθρώπους θαυμάσαι αὐτόν. Neque me admodum turbavit laudatus *Livii* locus: primum enim addubitare licebit, voluerit-ne ibi Romanus scriptor haec ipsa Herodotea verba suum in sermonem transferre: deinde, *Livio* non minus, quam nobis hac aetate, accidere potuit, ut graecorum Scriptorum mentem, quos ob oculos habuit, non satis recte perceperit; quod quidem subinde illi usu venisse memini me olim observare, quum *Livii* latina cum *Polybii* graecis, e quibus illa translata sunt, de professo exigerem. *S.*

6 *seq.* τούτους ἐδίωκον μέχρι Θεσσαλίης) Inter eos, qui *Artabazum fugientem insecuti* fuerunt, praecipui in *Diodori* lib. XI. 32. *Corinthii*, *Sicyonii*, *Phliasii*. WESS. — Diserte vero adiicit *Diodorus* καί τινες ἕτεροι: quorum in numero *Mantinenses* esse potuerunt. *Larcherus* tamen, et qui eum sequitur *Schulzius*, (puto ob ea quae continuo subiicit *Herodotus*, Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἔων φεύγοντας διώκειν) verbum ἐδίωκον ita accipiunt, ut non ipsa actio significetur, sed

consilium et conatus agendi, *persequi cupiebant*: coll. I. 68, 26. ibique notatis. De dictione οὐκ ἐᾷν vide dicta ad IX, 2, 5. *S.*

CAP. LXXVIII. 2. Αἰγινητέων τὰ πρῶτα) Saltem dictionis corruptores τὰ πρῶτα φερόμενος, ut postulat mos, elegissent. *Dio Cassius* lib. XL. p. 136. de *Suella* Britanno sive Cassivelano, τὸν τῶν τὰ πρῶτα ἐν τῇ νήσῳ δυναστῶν φερόμενον. *Aelianus* Anim. XIII. 17. αὐλωπίας (ex thynnorum genere) ῥώμην τε καὶ ἀλκὴν τὰ πρῶτα φέροιτο ἄν. Resecui inportunum, et ab schedis *Gronovio*que proscriptum, φέρων. Conf. lib. VI. c. 100. et praeter ceteros Ti. *Hemsterhusium* in *Luciani* Timon. c. 55. et *Xenophont. Ephesium* in Miscell. Observ. Vol. V. p. 30. Quod succedit continuo ἵκετο πρὸς Παυσανίην in scriptis quibusdam libris, valide sese commendat. WESS. — Equidem solicitatum ἵετο nolim. *S.*

Ibid. Αἰγινητέων τὰ πρῶτα φέρων) Si Codicibus etiam aliis abest φέρων, non repertum in *Mediceo*, *vir inter Aeginetas Princeps* hic dictus videbitur Αἰγινητέων τὰ πρῶτα: quam sermonis elegantiam, his etiam usus *Herodoti*, pertractavit Vir summus ad *Lucian.* [Tim. c. 35.] T. I. p. 147. Pro φέρων si qui Codices darent φερόμενος, Lampon censeri posset dictus Αἰγινητέων τὰ πρῶτα φερόμενος, ut Hermotimum scribit φερόμενον οὐ τὰ δεύτερα τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλέϊ, lib. VIII. c. 104., quod commodum excitat Clar. *Gronov.* Dicitur quis τὰ πρῶτα et τὰ δεύτερα φέρεσθαι, non φέρειν. *Lucian.* [Var. Hist. II. 18.] T. II. p. 115., Οἱ ἀμφ' Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο. Dedisse videtur *Eunapius* in *Iambl.* p. 21. Ἀνατολίῳ τῷ μετὰ Πορφύριον τὰ δεύτερα φερομένῳ. *Moschus* Eid. III. vs. 57. μὴ δεύτερα σεῖο φέρηται. *Callimachus* Hymn. in Del. vs. 4. Δῆλος δ' ἐθέλει τὰ πρῶτα φέρεσθαι Ἐκ Μουσέων. VALCK.

10. μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτάσθαλα ποιέων) Vidi ad marginem Aldinae docti viri manu, μὴ ὑπάρχων - - ποιέειν, quorum ultimum in *Ask.*; sed eius opera supervacua. Noster lib. VII. 8, 2. οἵ γε ἐμέ καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν ὑπῆρξαν ἄδικα ποιεῦντες: quibus conparia Cl. *Valckenarius* ad *Euripid.* Phoeniss. p. 533. conduxit plurima. Aeginetae Lamponis consilium Pausanias iure sprevit, laudatus propterea a *Pausania* III. 4. WESS. — In *Vers. lat.* pro nudo verbo *susci-*

piat, scriptum *ultro suscipiat* volueram, quo vocabulo *ultro* vis graeci verbi ὑπαδέχειν exprimeretur. *Vallae* latina haec erant; *caveat nefanda facinora perpetrare in Graecos.* Loco verbi *perpetrare* Gronovius *inchoare* posuit. S.

CAP. LXXIX. 10. ὅσια μὲν ποιέειν) Dictum laudabiliter. At *quantum mutatus ab illo Hectore* in *Thucydidis* lib. I. v32. Redi tamen ad *Nostri* lib. V. 32. Proximum ex msstis ψυχῇσί τε τῇσι τῶνδε [*lin.* 13.] aliorum arbitrio relinquitur. WESS. — At haud cunctanter recipi τῇσι debuerat. *S.*

15 *seq.* σὺ μέντοι ἔτι ἔχων λόγον τοιόνδε μήτε προσέλθῃς ἔμοιγε) Ore Ionico pronunciata, atque in speciem lenissima, gravem tamen continent comminationem; illis simillima, quae Alexandro Macedoni dixisse feruntur Athenienses VIII. 143. σύ τε τοῦ λοιποῦ λόγους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι, μηδὲ δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε. Iuxta *Lycurgum* c. Leocr. p. 156, 42. Alexandrum Athenienses μικροῦ δεῖν κατέλευσαν: secundum *Aristidem* T. I. p. 250. illi dixerunt qualia Medeae Creon *Euripidis* vs. 352. *si te secundo lumine hic offendero, Moriere.* Lamponis istius consilium repellentis Spartani Regis responsum respicit *Pausanias* III. [c. 4.] p. 214. VALCK.

CAP. LXXX. 4. κλίνας τε ἐπιχρύσους) Non fuerunt ὁλόχρυσοι καὶ ὁλάργυροι, quales in *Philon. Iud.* de Somn. p. 1115. E., sed *inaurati* et *inargentati.* Ex solido auro et argento memorabuntur c. 80. In talibus et alibi peccatur. Vide I. 50. WESS.

15. ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν) *Quasi vero aes foret.* Rudi simplicitate Helotarum, aurum atque aes vix internoscentium, abusi Aeginetae sunt. Quid victo ad Gransonium Carolo Audace, Burgundiae duce, vasia eius argenteis, stannum arbitrati, fecerint, quoque modo gemmas, multo rarissimas et pretii ingentis, tanquam vilissima scruta abiecerint Helvetii, durum ab stirpe genus, elegantissime *Ph. Comineus* Memor. lib. V. 2. exposuit. WESS.

CAP. LXXXI. 3. ἐπὶ τοῦ τρικαρήνου ὄφιος) Durabat in tempora *Pausaniae*, aureo tripode dudum a Phocensibus interverso et conflato, lib. X. 13. Quam vero Cel. Gronovius ex *Whelero* adposuit *tricipitis colubri* figuram, eam huius videri, ab Ampl. *Cupero* veritati respondere negatur,

Epistol. lib. II. p. 177. Litem meam non facio. Si tamen verum amamus, *unus* hic *draco* et *triceps* describitur, δράκων χαλκοῦς *Pausaniae;* monumentum autem Constantinopolitanum tres exhibet serpentes, scitissime contortiplicatos: dubium praeterea, Delphis-ne Byzantium venerit; sed, fieri hoc potuisse, nolo infitiari. Porro *Iovis Olympii ex aere statuam* copiosius *Pausanias* expingit lib. V. c. 23. WESS.

CAP. LXXXII. 2 seqq. ὡς Ξέρξης φεύγων etc.) Quae hoc capite continentur, ubi pleraque descripta prostant apud *Athen.* IV. p. 138. alia deteriora, pauca quaedam vulgatis leguntur meliora. Pro ἀρτοκόπους, [*lin.* 6.] ἀρτοποιοὺς praebet *Athen.*, quae duo saepe permutantur in Codd. Ut apud *Herod.*, alibi quoque iunguntur ἀρτοκόποι et ὀψοποιοί: multa notantur ad *Thom. Mag.* in Ἀρτοπόπος: dubium quid scripserit *Plutarch.* T. II. p. 401. E. Vulgatorum loco [*lin.* 17 *seq.*] forte cui non displicebit *Athenaei* lectio, ἐς ἑκατέρου τῶν δείπνων τὴν παρασκευήν. Firmant Herodotei Codices, ut patet ex Diss. *Herod.* p. 89., quam habet *Athenaeus* τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν ἀφροσύνην: absque Codicibus nemini suspecta mentio fuisset τοῦ Μήδων βασιλῆος, quum supra tradiderit, ὡς Ξέρξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν καταλίποι τὴν ἑωυτοῦ: quin *Xerxi* potius congruere, quam *Mardonio* videntur ista, ὅς, τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω οἰζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος: in quibus ὡς ἡμέας legisse suspicor Sophistam, [*Athenaeum*,] qui voci Ionicae οἰζυρὴν vulgarem substituit ταλαίπωρον. VALCK. — Quod pro κατασκευὴν *lin.* 4 *seq.* σκηνὴν scriptum oportuisse suspicatus sim, pauci lectores, puto, futuri sunt qui improbent. Quis enim feret τὴν κατασκευὴν χρυσῷ τι καὶ ἀργύρῳ κατασκευασμένην? Quo magis mirari subit, quod in vulgatum communi consensu coniurarint librarii omnes, neque multum ab his dissentiant *Athenaei* codices, hoc loco, ut paullo ante, παρασκευὴν exhibentes. *S.*

†. 15. ἦν πολλὸν τὸ μέσον) *Amplum discrimen.* Supra lib. I. 126. οἱ δὲ ἔφασαν, πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον, in simili negotio. *Euripides* Alcest. vs. 914. οἴμοι πολὺ γὰρ τὸ μέσον. *Io. Chrysostomus* Or. de Evangelii Profectu, T. III. p. 302. c. πολὺ δὲ τὸ μέσον τούτων κἀκείνου. Alii, uti *Heliodorus* Aeth.

VIII. p. 318. οὐ γὰρ μικρῷ τῷ μέσῳ. Adde *Abreschii Lection. Aristaenet.* p. 249. WESS.

2. τοῦ Μήδων ἡγεμόνος) Placeret τοῦ Μήδου ἡγεμόνος ex *Arch.*, modo plures iuberent libri. Alterum dubio caret. *Mardonii* delicias et superfluum adparatum Pausanias, non absentis Persarum *regis*, perstringit et taxat. Additum σῦφοι εὐφορὴν ἔχοντας δίαιταν, irruenti, ut ferocientis inpetum sisterent, Carolo Audaci testati de se suaeque regionis habitu Helvetii fuerunt, eodem *Comineo* lib. V. c. 1. Memor. perhibente. WESS.

CAP. LXXXIII. [3. θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου) Θήκην, *thecam*, III. 130, 20. *repositorium* sive *pateram* intellexeram, et in Adnot. dixeram, eodem modo vocab. istud hoc etiam loco intelligi posse. Mutavi, ad hunc locum quod spectat, sententiam. Possent quidem θῆκαι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου *paterae aureae et argenteae* intelligi; sed adiecta h. l. verba καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, i. e. *et aliarum rerum pretiosarum*, satis declarant, θήκας hic *loculos*, ut erat in *Vallae* latinis, aut *arculas* dici. *S.*]

6 *seq.* κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίην) *Pollucis* aut alius exemplo respexisse haec *Theophilum Protospatharium* (de Fabrica Corpor. Hum. lib. IV. 4. in *Fabricii* Bibl. Gr. T. XII. p. 858.) puto, κεφαλὰς ἀρράφους, *sine omni sutura*, inter ossa praeliis deiectorum et conputrescentium ab scriptoribus reperta adfirmantem memorari. Ὀδόντας μουνοφυέας [*lin.* 9.] Pyrrho, Epirotarum regi, et Prusiae, Bithyni regis filio cognomini, tribuit *Valerius Maxim.* lib. I. 8. Exter. 12. et *Festus* in *Monodos*. Illud autem paullo inpeditius et salebrosius, [*lin.* 4.] ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τουτέων τῶν νεκρῶν. Si esset ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τουτέων, τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας: tum, *postea demum*, *nudatis carne cadaveribus*, *adparuisse* τόδε, nempe id, quod de *cranio sine sutura* et de *maxilla* proditur, sententia declararet. Et sic doctissimus *Abreschius*. VALCK. — Commode *post* τόδε *minori puncto* distingueretur oratio, verbaque ista συνεφόρεον - - - χῶρον *parentheseos* notis interciperentur: quo significaretur, cohaerere illa τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας, εὑρέθη κεφαλὴ etc. *S.*

CAP. LXXXIV. 8. Διονυσοφάνης) Ita et *Pausanias* lib. IX. 2. Similis variatio in Διονυσιοδώρου Historici titulo.

Unde vero *Pausanias*, Artonten multa huic Ephesio elargitum ob patrem contumulatum acceperit, nescio. WESS. — At hoc ipsum *Herodotus* noster haud obscure eodem hoc loco significavit. *S.*

CAP. LXXXV. 4. ἔνθα μὲν τοὺς ἱρέας ἔθαψαν) Acquiesco in elegantissima Cl. *Valckenarii*, ἰρένας sive εἰρένας corrigentis, coniectura; eoque promtius, quod Λέξεων Ἡροδότου collector vocem hic invenisse videatur. Eadem mens eruditissimo *de Pauw*, sic commentanti: *Locus est depravatus, et sacerdotem requirit, qui thure et offa piationem faciat; quo certe officio ego nunc fungar hic, qui inter Divae Criticae sacerdotes fortasse locum aliquem mereri possum. Scribe, et scribe emendatione certissima*, ἔνθα μὲν τοὺς εἰρένας ἔθαψαν, *et similiter statim post*, ἐν μὲν - - - ἔσαν οἱ εἰρένες. *Plutarchus audiendus est in Vita Lycurgi* (p. 50 D.) *quo nemo melius* εἰρένας *nobis depinxit.* Εἰρένας δὲ καλοῦσι, [inquit,] τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας, - - - οὗτος οὖν ὁ εἰρὴν, εἴκοσι ἔτη γεγονὼς, ἄρχει τῶν ὑποτεταγμένων ἐν ταῖς μάχαις. *Quid censes? quidquam-ne certius aut accommodatius?* Εἰρένες *erant ordinum ductores; hos in uno tumulo tumularunt una cum quatuor illis praestantissimis heroibus.* Quae, quantumvis pluscula, placuit describere, ut confidentiae et dictionis genus viri iuvenis, nam admodum adolescentis sunt, in obscuro ne maneret. WESS.

Ibid. τοὺς ἱρέας) Suum etiam in expeditionibus habebant μάντιν, qui per extispicinam Deorum mentem scrutaretur; sed nusquam alibi, opinor, in historia Graeca Spartiatae memorantur ἱρέες, *sacerdotes*, qui praeliis interfuerint. Visus mihi semper est *Herod.* aliam hic primitus vocem posuisse; sed, quaenam illa fuerit, mihi quidem non liquet. Memoratur in *Glossis Herod.* Εἰρήν. Quibus alibi nusquam locus est in Musis, hic Grammaticum legisse suspicabar in suo Codice ἰρένας et paulo post ἰρένες. Coniecturam memorare dignatus est Celeberr. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 206. et removit difficultatem, quae opponi posset. Neutrum fortasse, nec ἰρένας, neque ἱρέας, sed scripsisse potius alicui videbitur *Herod.* τοὺς ἱππέας, et οἱ ἱππέες: quia distinguuntur a ceteris Spartiatis; Nostro autem memorantur VIII. 124. τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, - - - οἵπερ ἱππέες καλέονται. VALCK.

[4. Ποσειδώνιος etc.) De his conf. c. 71, 10 seq. et de *Amompharetο* sigillatim, c. 53 seq. *S.*]

13. ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) Ablegatum hinc longissime cupiunt voculam ὡς, sicuti et lib. II. 8.; nullo iure, uti admonitum ibi. Recipi autem [a *Gronovio*] non debuerat ἀπαισχυνόμενοι, sanequam intolerabile, atque *Plutarcho* multisque aliis damnatum. Attigit, non absque censura, *Abreschius* Dilucidat. Thucidid. p. 6. Multo quoque χώματα χῶσαι κεινά [*lin.* 14.] plausibilius et veritati adfinius. Aliorum sepulchra caesorum cadavera habebant recondita, erantque adeo τάφοι πλήρεις. Contra ea, κενά, *vacua* et *inania*, quae deinceps fuerunt aggesta, meraque adeo *cenotaphia*. Atque, haec Scriptorem voluisse, res clamat, agnita a viris Cl. *Th. Galeo* et *D'Orvillio* ad Charit. p. 147. Et quis in tanto Codicum scriptorum consensu haesitaret? WESS.

13. ἀπαισχυνομένους) Non alibi repertum hinc etiam eiicietur, restituto Herodoteo ἐπαισχυνομένους. Pro τῇ ἀπεστοῖ fortasse suo more scribendi posuerat τῇ ἀπεστοῖ: vid. supra notata p. 42. [Adn. ad l. 85, 3.] Paulo post [*lin.* 14.] ex Codicibus et *Plutarcho* χώματα restituentur κεινά, quod patet ex Diss. *Herod.* p. 63. VALCK.

18. χῶσαι Κλεάδην) Eos non audio, qui Ἀλεάδην obtrudunt, vicinia litterarum A. et K. lapsos. Praeter alios contra venit *Plutarch.* Malign. p. 873. A. ubi Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς. Χῶσαι in tumulis *terrâ congestis*, tritum. *Euripides* Iphigen. Taur. vs. 703. Τύμβον τε χῶσον et Aulid. vs. 1443. ἐπεὶ μοὶ τύμβος οὐ χωσθήσεται etc. WESS.

CAP. LXXXVI. 3. ἐξαιτέειν αὐτέων τοὺς μηδίσαντας) Quia mox sequitur, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτέων, vere mihi *Koenius* correxisse videtur, ἐξαιτέειν ἀστέων τοὺς μηδ. Ἀστέων Ionico flexu legitur infra c. 93. Idem vitium a viris doctis saepe sublatum, velut a *Leopardo* Em. I. cap. 16. *Is. Vossio* ad *Melam* II. c. 3. *Io. Piersono* Verisim. p. 38. hic illic veterum scriptis etiam nunc inhaeret. In fragm. Orat. *Isaei* apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 176, 28. scribendum: ὅτι ἡ μήτηρ ἀστή τε ἐστί, καὶ ὁ πατήρ: et vs. 39. ἣν οὗτοι ὁμολογοῦσιν ἀστὴν εἶναι, pro vulgatis αὐτή et αὐτήν. In *Epicharmi* loco apud *Diogenem Laërt.* III. 16. procul omni dubio corrigendum: *nihil mirum*, ἀνδάνειν ἀστοῖσιν ἀστούς. Reliquit men-

dam ill. *Grotius* in versu *Moschionis*, Excerpt. ex *Stobaei* Eclog. p. 147. Αὕτη δ' ἐπυργώσαντο: *urbes* postulare sententiam Poëtae, unicuique patebit attendenti, atque adeo etiam reponendum, "Αστη δ' ἐπυργώσαντο, καὶ περισκεπεῖς Ἔστυξαν οἴκους. VALCK. — Hoc quidem loco nil magnopere obstabat quin vulgatum teneretur. conf. c. 67, 3. Potest autem genitivus αὐτῶν duplici modo accipi, sive ut intelligas τοὺς μεθέξοντας αὐτίαν, sive ut ἐξαιτέειν αὐτῶν idem valeat ac ἐξαιτέειν ἐξ αὐτῶν vel παρ' αὐτῶν. Ad sententiam quidem nil interest. S.

CAP. LXXXVII. 4 seq. μὴ πρότερον ἀπαναστῆναι, πολιορκέοντας ἢ ἐξέλωσι) Tale superius [c. 86, 6.] μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι: et cap. 16. πρότερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην. Aliter, et prius vulgato congruenter, lib. VI. cap. 45. οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἀπανίστη — πρὶν ἢ σφέας ὑποχειρίους ἐποιήσατο. Iunge *Gronovio* observata lib. V. 118. cuius in vicinia μὴ ἀναπλήσῃ [lin. 7.] laudabilis opera. WESS. — Πλέω μὴ ἀναπλήσῃ (lin. 7.) intellige πλέω κακά, et conf. V. 4, 6. et VI. 12, 11. S.

8. χρήματα σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ) Aequissima postulatio, si professio veritate fulciretur. Qui citra fraudem et dolum reipublicae consulunt, inpune illis esse debet, quando res secius cadit. Nam consilii datores ob eventum, quem praestare non possunt, plectere, quamquam tristes istiusmodi poenae in annalibus plures, a consilio dando ne aliud adponam, merito omnes deterrebit. Egregiae ad hanc rem Ampl. *Bynkershoekii* Quaest. Iur. Publ. lib. II. 2. disquisitiones sunt. Sed horum oratio infucata, et caussa dispar est. Civitatem Thebanam paucorum oppresserant dominatu, invitamque in factionem conpulerant. Haec fide *Pausaniae*: τῆς δὲ αἰτίης ταύτης ἀμοιρία σφίσιν οὐ μέτεστι, ὅτι ἐν ταῖς Θήβαις ὀλιγαρχία, καὶ οὐχὶ ἡ πάτριος πολιτεία, τηνικαῦτα ἴσχυεν, lib. IX. 6. WESS.

CAP. LXXXVIII. [5 seq. τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἰδόκεον) Si οἱ μὲν intelliguntur iidem qui traditi sunt a Thebanis, fuerit ἀνακολουθία quaedam sermonis, facile quidem ferenda: sed poterunt etiam οἱ μὲν intelligi *Thebani*. S.]

7. χρήμασι ἐκπεσεῖσθαι) Divinationem *Aem. Porti*, audacter abs *Genevensi* Editore insertam contextui, veram schedae praestant. Itaque de *Aldino* et nupero ἐκπείσειν,

alibi invisitato, commentabor nihil. [Vide *Var. Lect.*] *Pausaniae* potius humanissimam et aequissimam declarationem, qua *Attagini liberos insontes dimisit*, praedicabo. Φὰς, optime omnium, τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. *Cicero* verissime: *Ferret-ne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?* Nat. Deor. lib. III. 38. Multa P. *Faber* Semest. III. 8. WESS.

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Ἀρτάβαζος - - - Φεύγων etc.) Sua hinc sumsisse videtur *Polyaenus* VII. c. 33, 3. Ἀρτάβαζος Φαρνάκου φεύγων ἐκ Πλαταιέων προῆλθεν εἰς Θετταλίαν, quaeque sequuntur. Ibidem Thessalis dixisse fertur Artabazus: Μαρδόνιος δὲ νενικηκὼς ἕπεται, καὶ τὰ ἔργα τῆς νίκης αὐτὸς ἀπαγγελεῖ: prout scribendum vidit doctiss. *Koenius*, qui *Herodotum* infra dedisse suspicabatur: αὐτὸς δὲ ὑμῖν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ ἰθὺς [*lin.* 15. ubi οὗτος edd. et mssti] κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι. VALCK.

12. ἐλῶν ἐς Θρηΐκην) Laudatore *Gronovio* recte hoc gloriatur. Ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον lib. III. 63. Artem, qua Artabazus suae exercitusque saluti apud Thessalos consuluit, *Polyaenus* hinc derivavit lib. VII. 33, 3. Paene autem illud *Ask.* [*lin.* 7.] ὠϋτός τε κινδυνεύσει sine dicto praeterierat. Ionum, vice αὐτός, adfirmant esse *Corinthus* et *Phavorinus*: ὠϋτὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἴωνές φασι. Et tale iudicant, συμφέρεται ὠϋτὸς εἶναι lib. II. 79., cuius loco ὠϋτὸς alibi. Nonnihil addubito. WESS. — Equidem haud dubie errasse et Grammaticos istos, et librarios, si qui illorum rationi favent, censeo. Ἑωυτοῦ, ἑωυτῷ etc. ionicae sunt formae, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ: item ὡὐτός, pro ὁ αὐτός: non ὠυτὸς aut ὠϋτός, pro simplici αὐτός. *S.*

23 *seq.* λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ) Persimiles Persici exercitus aerumnae lib. VIII. 115.; quales, neglecto adparatu, nulla congesta annona, frequentissimae. Consequens διέβη πλοίοισι germanum agnoscit χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν lib. I. 186. Auctor vitae Homeri c. 19. ἐχρήιζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον διαβαίη. Nolo plura, uti nec Latina, de quibus Cl. *P. Burmannus* in Declam. VI. 21. *Quinctiliani.* WESS. — Λιμῷ συστάντας vulgo *fame effectos* interpretantur: nos, ex propria vi

verbi, *fame conflictatos*. Vide ad VII. 170, 9. notata. *S.*

CAP. XC. [3 *seqq.* Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ *etc.*) Vide lib. VIII. cap. 130-132. *S.*]

9. Θεομήστορος) In suo Cod. *Valla* reperit Θεομηήστορος: in *Med. Gronovius*, Θεομήτορος. Sed, ut hic, sic supra VIII. 85. idem ille dicitur Θεομήστωρ, ubi narratur quam ob causam Sami fuerit a Persis tyrannus constitutus. Paulo post [*lin.* 12.] scribendum puto, ὡς, ἢν μοῦνον ἴδωνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων: sequitur enim eodem tempore, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομενέουσι. VALCK.

12. ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων) Ecce iterum negligentiae specimen. [Vide *Var. Lect.*] Veritatem, quam sollertissimi viri *Aldus* et *Camerarius* tenuerunt, insecuti neglexerunt omnes. Tantum-ne molestiae eos inspicere? Praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. WESS.

CAP. XCI. 7. Δέκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησιστράτου) Vide lib. VIII. 114., ubi Aristophaneum Δέχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ, stabilire τὸν Ἡγησίστρατον *Arch.* videtur. In hominis nomine, *exercitus ductore*, bonum *omen* erat; quale Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutyches homini, bestiae Nicon erat nomen*, inquit *Sueton.* in August. c. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem adgressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina*; uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in *Taciti* Histor. IV. 53. cum *Lipsii* Nota. WESS.

Ibid. δέκομαι τὸν οἰωνὸν) Non, quod vulgatur τὸν Ἡγησιστράτου, sed τὸν Ἡγησίστρατον *Galeus* exhibet ex *Arch.*, neque aliter legit *Valla*. Hoc si *Herodotus* adiecit, scripsisset potius me iudice, δέκομαι οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, *velut omen accipio nomen Hegesistrati*: ut paulo post dicitur, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. In *Plauti* Pseud. II. IV. 22. Χαρίεντ' οἰωνὸν ποιῶ. *Euripid.* Phoen. vs. 865. Οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα σὰ στέφη. Sed e vicinis notissimum forsan ab alia manu nomen fuit adiectum *Hegesistrati*, ab *Herodoto* autem scriptum Δέκομαι τὸν οἰωνὸν, ὦ ξεῖνε Σάμιε. Romanorum illud, *accipio omen*, sic solet Graecis simpliciter dici: δέχομαι τὸν οἰωνὸν, sive τὸν ὄρνιν· τὴν κληδόνα· τὸ μάντευμα· τὸ χρησθέν. VALCK.

CAP. XCII. 1 *seq.* Ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ ἔργον προσῆγε) Est loquendi forma frequens Euripidi. Dederat

forsan ad hanc normam Noster supra VIII. c. 5., ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου: ut c. 97. ταῦτά τε ἅμα - - ἐποίεε καὶ ἔπεμπε. VALCK. — Pro eo quo lin. 2. scribitur καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, suspicatus eram προσῆιε oportuisse, verbo neutraliter sumto, et procedebat opus: sed communi consensu vulgatum tenent libri, in quo adquiescendum; intelligendumque, et sermoni rem ipsam adiecit, i. e. et rem ipsam praestitit. S.

9. Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) Ita Pausanias cum alibi, tum VI. 14. Meneptolemus ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ. De Orico, [CAP. XCIII. 5.] ad eundem Ionium sinum, Steph. Byz., πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adiunge Cononis Narrat. xxx., cui Euenius est Πειθήνιος. Montem, unde amnis (fortasse Aous) labebatur, Strabo Λάκμον adpellat lib. VII. p. 486. [p. 316. ed. Cas.] Λάκμωνα tamen Steph. Byz. ex Hecataeo. Lege Casaubono observata. WESS.

CAP. XCIII. 1. κατέλαβε Εὐήνιον) Euenium hunc Apolloniatam aliquoties in Cononis Narrat. xxx. Πειθήνιον dici vidit Koenius. Istius erat is Apolloniae civis, quae Nostro ἡ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur: τὰν ἐπὶ πόντῳ Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας, apud Pausan. V. [c. 22.] p. 435. Situs urbis in Excerptis e Conone definitur, et ποταμὸς Ἀῶος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων dicitur ἐκβάλλειν εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Iuxta Herodotum [lin. 4 seq.] flumen ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς θάλασσαν, παρ' Ὤρικον λιμένα. Portum Oricum hinc attigit Eustathius in Dionys. vs. 398. conf. Strabo VII. p. 486. B. VALCK.

7. Φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστοι) Custodiunt per annum singuli, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e Conone legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πειθήνιος, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐκ διαδοχῆς τῶν ἱερῶν εἶχον προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν. VALCK.

11. Qui somno sopitus ovium neglexerat custodiam, eleganter dicitur κατακοιμίσας τὴν φυλακήν: nam pro κατακοιμήσαντος recte mihi rescripsisse Reiskius videtur καί κοτε αὐτοῦ κατακοιμίσαντος τὴν φυλακήν, et deinceps, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμίσαντα. Idem illud, vel hinc sumtum, vel ex ipso Hecataeo, praebet Aelianus de Nat. Anim. XIII. c. 22. λέγει μὲν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος Ἀμφιάζων τὸν Οἰ-

κλέως κατακοιμῆσαι τὴν φυλακήν. Legitur apud *Cononem*: ἀμελήσαντος τούτου, αὐτῶν (τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου προβάτων) ἐξήκοντα λύκοι διεσπάραξαν: ut apud Nostrum, λύκοι — διαφθείρουσι τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. VALCK.

Ibid. κατακοιμήσαντος τὴν φυλακήν) Consentiunt scripta exemplaria, atque iterum proxime. Rectius tamen cum *Reiskio* κατακοιμήσαντες τὴν φυλακήν: id enim, ubi *vigiliae dormiendo tramittuntur*, suum sibi locum expetisti *Aelian.* de Animal. III. 13. *Grues* ὑπὲρ τοῦ μὴ κατακοιμίσαι τὴν φυλακὴν, ἑστᾶσι μὲν ἀσκωλιάζουσαι, *ne vigiliae tempus edormiant, alternis pedibus nituntur*; et lib. I. 15. πρότιμότερον τροφῆς καὶ πρεσβύτερον τὸ μὴ κατακοιμίσαι τὴν φυλακήν: quod alibi τὴν φρουρὰν οὐ καταυστάξειν scribit. WESS. — Similiter *Xenoph.* Mem. Socr. II. 1, 30. τῆς ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσι. Nec vero ex his exemplis tuto colligitur, non potuisse *Herodotum* eandem in sententiam alterâ verbi formâ uti; quum praesertim alioquin etiam idem valeat κατακοιμᾶν atque κατακοιμίζειν. S.

— 16. ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον) Herodotei moris est. Alii aliter, de quibus clar. *Ruhnkenius* ad *Timaei* Lexic. p. 188. [p. 263 seq. ed. sec.] WESS. — Aliis passim dicitur ὑπάγειν εἰς δίκην et εἰς δικαστήριον, ut hic olim legebatur ἐς τὸ δικαστήριον: optimo tamen consilio Cl. *Gronov.* ex Med. Cod. reposuit ὑπὸ δικαστήριον, quippe Herodoteum. ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθεὶς extat lib. VI. c. 72., et ὑπὸ reperitur in eadem locutione VI. 82. 105. et 136., ubi Xanthippus Miltiadem θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον ἐδίωκε. Pro ἀπῆγον scribendum ὑπῆγον θανάτου in *Xenophontis* Ἑλλην. lib. V. p. 333, 27. VALCK. — Similiter latine dicimus, *sub iudice lis est*. S.

20 seq. πρόβατα δέ σφι λύκοι ἐγένετο) *Pecora* verterat *Valla*, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat. Consimile in *Arch.* et *Vind.*; errorem docti homines *Paul. Leopardus* Emend. VIII. 1. et *Palmerius* indicarunt. Ego vero dubito, an ἱρὰ ἡλίου πρόβατα *oves* fuerint an *boves*? Scio in *Cononis* Narrat. pro *ovibus* ab interprete haberi, sed et laxiorem vocis esse potestatem. Malui in re dubia *pecora*. Confer Schol. ad *Iliad.* Ξ. 124. et *Eustachium* in *Erotian.* p. 92. [p. 302 seq. ed. Franz.] Mox [*lin.* 22.] ἐπεί τε ἐπειρώτων, *posteaquam consuluerant*, correctio *Reiskii*

postulat. WESS. — Conf. *Var. Lect. Vallae* Latina G novius sic refinxit: *Erant autem illis praedicta et in Dod et in Delphis. Interrogati mox prophetae de causa mali pr sentis, responderunt* etc. quae *Wesselingius* etiam tenu quamvis impedita. Nam πρόφαντα, quae dicit Scripti nix alia intelligi possunt, nisi *responsa* illa prophetarui quae mox adponuntur. conf. c. 94, 1. Neque necessai προφαντον *praedictum* significat, verum etiam quodlibet *oi culi responsum, effatum*, λόγιον, θεσπρόπιον, ut ait *Hesychii* Sic sane apud ipsum *Herodot.* V. 63, 6. πρόφαντον non *pra dictum* aliquod est, sed tale *effatum* quo nil aliud nisi *iu sum* et *praeceptum* quoddam continebatur. *S.*

[25. αὐτοὶ γὰρ ἐποίμησαν τοὺς λύκους) Loquuntur pr phetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est. αὐ τοὶ igitur intelliguntur Jupiter Dodonaeus et Apollo De phicus. *S.*]

CAP. XCIV. [4. ἐν θώκῳ) Lib. VI. 63, 5. ἐν θώκ eum doctis Interpretibus *in consessu* reddidimus: hic sati fuit *in sella, in sedili.* conf. l. 181, 14. *S.*]

6. ταύτῃ δὲ ὑπάγοντες) Intellige *simulatum dolorem*, qu Euenium callide illexerunt et fefellerunt, sive, uti *Co non*, τέχνῃ ἠπατήμενοι. Notus in talibus verbi usus ex *Euri pid.* Androm. vs. 428. ὦ σ᾽ ὑπήγαγον, h. e. ἐδελέασα καὶ ἐξη πάτησα καὶ περιετρεψάμην, ex Scholiastae doctrina. *Appia nus* Civil. III. [c. 37.] p. 894. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *qua re maxime deliniti.* Errorem *Vallae* intactum *Abreschius* Diluc. Thucydid. p. 526. noluit. WESS. — *Plutarch.* Solon. p. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie de cepti Megarenses.* Confer Nostrum infra *l.* 19. *S.*

21. ἔμφυτον μαντικὴν εἶχεν) *Divinitus insitam*, ut ille *Homeri* gloriator, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυ σεν, Odyss. χ. 348. Alia Demosthenis ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία, *penitissime animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta *Dinarchi* criminationem, Orat. in Demosth. p. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento *Duridis* apud *Athen.* lib. XII. p. 542. c. WESS.

CAP. XCV. 1. Δηίφονος) Δηίφοβος eligebatur ex Poëta, qui *Herodoto* nihil praescribit. WESS. — Quis Δηί φοβος h. l. maluerit, incompertum mihi. Libri quidem omnes in vulgatum consentiunt. *S.*

3. *ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα*) De usu isto verbi ἐπιβατεύειν dictum est lib. III. 63. Loci iustam sententiam nec *Valla*, nec *Portus*, assecutus est. Nulla Deiphono in Graecia *molestia* ex invaso Euenii nomine; *operas vaticinandi contra Graeciam conduxerat*: hoc verba volunt, neque aut *Reiskium* aut *Abreschium* Diluc. Thucyd. lib. III. p. 315. latuit. Prior insuper *ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα*, *Graeciam obiens*, ex suspicione plausibili, si scripti Codd. adstipularentur. Decepit *Vallam* rarior verbi potestas, qua *Plutarch.* T. II. pag. 396. E. ἐκλαβὼν γὰρ ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *cum pingere equum semet volutantem conduxisset*: et in Pelopida p. 291. B. ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἑτέρας. WESS. — Nempe, ut ἐκδιδόναι dicunt Graeci, *opus faciendum elocare*, sic ἐκλαμβάνειν ἔργον dicitur *qui opus faciendum conducit*: sive, quod eodem redit, ἐκδιδοῖ is, qui *alterius operam conducit*; ἐκλαμβάνει, qui *suam operam alteri elocat.* Alienam ab auctoris mente *Vallae* versionem, Deiphono negotium in *Graecia fuisse exhibitum*, tenuerat *Gronovius*, eamdemque in contextu intactam *Wesselingius* reliquit, in subiecta Nota corrigere satis habens. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. XCVI. 3. πρὸς Καλάμοισι) Hoc, sive πρὸς Λαμίοισι *Arch.*, alii eruent. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

4. *παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην*) Exterminavi ὡς, alioqui haud intolerabile, addi quippe et omitti solitum c. 97., Codicum conspirante imperio: non item ἀπέπλεον [*lin.* 16.] ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se incommodi ferret, ex cap. seq. [ex cap. 98, 5.] ἐπέπλεον lenissimâ tingi medicinâ. Geminum lib. VIII. 74. ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν. WESS.

Ibid. ὡς ἐς ναυμαχίην) Omissam in *Med.* voculam ὡς si praebent alii Codices, sede non moverem, qua aptissime haeret: παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην: ut *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 267, 33. πάντα παρασκευασάμενος ὡς ἐς ναυμαχίαν: p. 269, 4. ὡς ἐς πολιορκίαν παρασκευάζειν τὴν πόλιν. *Thucyd.* VI. c. 67., παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην: idem saepe dicitur, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. VALCK.

CAP. XCVII. [3. ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα] Γαίσων fluvius, ex *Ephoro* notus apud *Athen.* VI. p. 311, e.

VIII. p. 528. οὐ γὰρ μικρῷ τῷ μέσῳ. Adde Abreschii Lection. Aristaenet. p. 249. WESS.

20. τοῦ Μήδων ἡγεμόνος) Placeret τοῦ Μήδου ἡγεμόνος ex Arch., modo plures iuberent libri. Alterum dubio caret. Mardonii delicias et superfluum adparatum Pausanias, non absentis Persarum regis, perstringit et taxat. Additum αὔτως σκῦφην ἔχοντας δίαιταν, irruenti, ut ferocientis impetum sisterent, Carolo Audaci testati de se suaeque regionis habitu Helvetii fuerunt, eodem Comineo lib. V. c. 1. Memor. perhibente. WESS.

CAP. LXXXIII. [3. Θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου) Θήκην, thecam, III. 130, 20. repositorium sive pateram intellexeram, et in Adnot. dixeram, eodem modo vocab. istud hoc etiam loco intelligi posse. Mutavi, ad hunc locum quod spectat, sententiam. Possent quidem Θῆκαι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου paterae aureae et argenteae intelligi; sed adiecta h. l. verba καὶ τῶν ἄλλων χρημάτων, i. e. et aliarum rerum pretiosarum, satis declarant, Θήκας hic loculos, ut erat in Vallae latinis, aut arculas dici. S.]

6 seq. κεφαλὴ οὐκ ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίαν) Pollucis aut alius exemplo respexisse haec Theophilum Protospatharium (de Fabrica Corpor. Hum. lib. IV. 4. in Fabricii Bibl. Gr. T. XII. p. 858.) puto, κεφαλὰς ἀῤῥάφους, sine omni sutura, inter ossa praeliis deiectorum et conputrescentium ab scriptoribus reperta adfirmantem memorari. Ὀδόντας μονοφυέας [lin. 9.] Pyrrho, Epirotarum regi, et Prusiae, Bithyni regis filio cognomini, tribuit Valerius Maxim. lib. I. 8. Exter. 12. et Festus in Monodos. Illud autem paullo inpeditius et salebrosius, [lin. 4.] ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἐπὶ τουτίων τῶν νεκρῶν. Si esset ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τουτίων, τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας: tum, postea demum, nudatis carne cadaveribus, adparuisse τόδε, nempe id, quod de cranio sine sutura et de maxilla proditur, sententia declararet. Et sic doctissimus Abreschius. VALCK. — Commode post τόδε minori puncto distingueretur oratio, verbaque ista συνεφόρεον - - χῶρον parentheseos notis interciperentur: quo significaretur, cohaerere illa τῶν νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας, εὑρέθη κεφαλὴ etc. S.

CAP. LXXXIV. 8. Διονυσοφάνης) Ita et Pausania lib. IX. 2. Similis variatio in Διονυσιοδώρου Historici titulo

Unde vero *Pausanias*, Artonten multa huic Ephesio elargitum ob patrem contumulatum acceperit, nescio. WESS. — At hoc ipsum *Herodotus* noster haud obscure eodem hoc loco significavit. *S.*

CAP. LXXXV. 4. ἔνθα μὲν τοὺς ἱρέας ἔθαψαν) Acquiesco in elegantissima Cl. *Valckenarii*, ἰρένας sive εἰρένας corrigentis, coniectura; eoque promtius, quod Λέξεων Ἡροδότου collector vocem hic invenisse videatur. Eadem mens eruditissimo *de Pauw*, sic commentanti: *Locus est depravatus, et sacerdotem requirit, qui thure et offa piationem faciat; quo certe officio ego nunc fungar hic, qui inter Divae Criticae sacerdotes fortasse locum aliquem mereri possum. Scribe, et scribe emendatione certissima,* ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν, *et similiter statim post,* ἐν μὲν --- ἦσαν οἱ εἰρένες. *Plutarchus audiendus est in Vita Lycurgi* (p. 50 D.) *quo nemo melius* εἰρένας *nobis depinxit.* Εἰρένας δὲ καλοῦσι, [inquit,] τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας, --- οὗτος οὖν ὁ εἰρὴν, εἴκοσι ἔτη γεγονὼς, ἄρχει τῶν ὑποτεταγμένων ἐν ταῖς μάχαις. *Quid censes? quidquam-ne certius aut accommodatius?* Εἰρένες *erant ordinum ductores; hos in uno tumulo tumularunt una cum quatuor illis praestantissimis heroibus.* Quae, quantumvis pluscula, placuit describere, ut confidentiae et dictionis genus viri iuvenis, nam admodum adolescentis sunt, in obscuro ne maneret. WESS.

Ibid. τοὺς ἱρέας) Suum etiam in expeditionibus habebant μάντιν, qui per extispicinam Deorum mentem scrutaretur; sed nusquam alibi, opinor, in historia Graeca Spartiatae memorantur ἱρέες, *sacerdotes*, qui praeliis interfuerint. Visus mihi semper est *Herod.* aliam hic primitus vocem posuisse; sed, quaenam illa fuerit, mihi quidem non liquet. Memoratur in *Glossis Herod.* Εἰρήν. Quibus alibi nusquam locus est in Musis, hic Grammaticum legisse suspicabar in suo Codice ἰρένας et paulo post ἰρένες. Coniecturam memorare dignatus est Celeberr. *Wess.* in Diss. *Herod.* p. 206. et removit difficultatem, quae opponi posset. Neutrum fortasse, nec ἰρένας, neque ἱρέας, sed scripsisse potius alicui videbitur *Herod.* τοὺς ἱππέας, et οἱ ἱππέες: quia distinguuntur a ceteris Spartiatis; Nostro autem memorantur VIII. 124. τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, --- οἵπερ ἱππέες καλέονται. VALCK.

[4. Ποσειδώνιος etc.) De his conf. c. 71, 10 seq. et de *Amomphareto* sigillatim, c. 53 seq. *S.*]

13. ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι) Ablegatum hinc longissime cupiunt voculam ὡς, sicuti et lib. II. 8.; nullo iure, uti admonitum ibi. Recipi autem [a *Gronovio*] non debuerat ἀπαισχυνομένους, sanequam intolerabile, atque *Plutarcho* multisque aliis damnatum. Attigit, non absque censura, *Abreschius* Dilucidat. Thucidid. p. 6. Multo quoque χώματα χῶσαι κεινὰ [*lin.* 14.] plausibilius et veritati adfinius. Aliorum sepulchra caesorum cadavera habebant recondita, erantque adeo τάφοι πλήρεες. Contra ea, κεινὰ, *vacua* et *inania*, quae deinceps fuerunt aggesta, meraque adeo *cenotaphia*. Atque, haec Scriptorem voluisse, res clamat, agnita a viris Cl. *Th. Galeo* et *D'Orvillio* ad *Charit.* p. 147. Et quis in tanto Codicum scriptorum consensu haesitaret? WESS.

13. ἀπαισχυνομένους) Non alibi repertum hinc etiam eiicietur, restituto Herodoteo ἐπαισχυνομένους. Pro τῇ ἀπεστοῖ fortasse suo more scribendi posuerat τῇ ἀπεστύϊ: vid. supra notata p. 42. [Adn. ad I. 85, 3.] Paulo post [*lin.* 14.] ex Codicibus et *Plutarcho* χώματα restituentur κεινά, quod patet ex Diss. *Herod.* p. 63. VALCK.

18. χῶσαι Κλεάδην) Eos non audio, qui Ἀλεάδην obtrudunt, vicinia litterarum A. et K. lapsos. Praeter alios contra venit *Plutarch.* Malign. p. 873. A. ubi Κλεάδας ὁ Πλαταιεύς. Χῶσαι in tumulis *terra congestis*, tritum. *Euripides* Iphigen. Taur. vs. 703. Τύμβον τε χῶσον: et Aulid. vs. 1443. ἐπεὶ μοὶ τύμβος οὐ χωσθήσεται etc. WESS.

CAP. LXXXVI. 3. ἐξαιτέειν αὐτέων τοὺς μηδίσαντας) Quia mox sequitur, ἐν πρώτοισι δὲ αὐτέων, vere mihi *Koenius* correxisse videtur, ἐξαιτέειν ἀστέων τοὺς μηδ. Ἀστέων Ionico flexu legitur infra c. 93. Idem vitium a viris doctis saepe sublatum, velut a *Leopardo* Em. I. cap. 16. *Is. Vossio* ad *Melam* II. c. 3. *Io. Piersono* Verisim. p. 38. hic illic veterum scriptis etiam nunc inhaeret. In fragm. Orat. *Isaei* apud *Dionys. Halic.* T. II. p. 176, 28. scribendum: ὅτι ἡ μήτηρ ἀστή τε ἐστι, καὶ ὁ πατήρ: et vs. 39. ἣν οὗτοι ὁμολογοῦσιν ἀστὴν εἶναι, pro vulgatis αὐτὴ et αὐτήν. In *Epicharmi* loco apud *Diogenem Laert.* III. 16. procul omni dubio corrigendum: *nihil mirum*, ἀνδάνειν ἀστοῖσιν ἀστούς. Reliquit men-

dam ill. *Grotius* in versu *Moschionis*, Excerpt. ex *Stobaei* Eclog. p. 147. Αὐτὴ δ' ἐπυργώσαντο: *urbes* postulare sententiam Poëtae, unicuique patebit attendenti, atque adeo etiam reponendum, Ἄστη δ' ἐπυργώσαντο, καὶ περισκεπεῖς Ἔτευξαν οἴκους. VALCK. — Hoc quidem loco nil magnopere obstabat quin vulgatum teneretur. conf. c. 67, 3. Potest autem genitivus αὐτῶν duplici modo accipi, sive ut intelligas τοὺς μηδίζοντας αὐτῶν, sive ut ἐξαιτέειν αὐτῶν idem valeat ac ἐξαιτέειν ἐξ αὐτῶν vel παρ' αὐτῶν. Ad sententiam quidem nil interest. *S.*

CAP. LXXXVII. 4 seq. μὴ πρότερον ἀπανιστ. πολιορκέοντας ἢ ἐξέλωσι) Tale superius [c. 86, 6.] μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι: et cap. 16. πρότερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην. Aliter, et prius vulgato congruenter, lib. VI. cap. 45. οὐ γὰρ δὴ πρότερον ἀπανίστη - - πρὶν ἢ σφέας ὑποχειρίους ἐποιήσατο. Iunge Gronovio observata lib. V. 118. cuius in vicinis μὴ ἀναπλήσῃ [*lin.* 7.] laudabilis opera. WESS. — Πλέω μὴ ἀναπλήσῃ (*lin.* 7.) intellige πλέω κακὰ, et conf. V. 4, 6. et VI. 12, 11. *S.*

8. χρήματά σφι δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ) Aequissima postulatio, si professio veritate fulciretur. Qui citra fraudem et dolum reipublicae consulunt, inpune illis esse debet, quando res secius cadit. Nam consilii datores ob eventum, quem praestare non possunt, plectere, quamquam tristes istiusmodi poenae in annalibus plures, a consilio dando ne aliud adponam, merito omnes deterrebit. Egregiae ad hanc rem Ampl. *Bynkershoekii* Quaest. Iur. Publ. lib. II. 2. disquisitiones sunt. Sed horum oratio infucata, et caussa dispar est. Civitatem Thebanam paucorum oppresserant dominatu, invitamque in factionem conpulerant. Haec fide *Pausaniae*: τῆς δὲ αἰτίας τ ῆς ὕστερον δημοσίᾳ σφίσιν οὐ μετεῖναι, ὅτι ἐν ταῖς Θήβαις ὀλιγαρχία, καὶ οὐχὶ ἡ πάτριος πολιτεία, τηνικαῦτα ἴσχυεν, lib. IX. 6. WESS.

CAP. LXXXVIII. [5 seq. τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θηβαῖοι, οἱ μὲν ἐδόκεον) Si οἱ μὲν intelliguntur iidem *qui traditi sunt a Thebanis*, fuerit ἀνακολουθία quaedam sermonis, facile quidem ferenda: sed poterunt etiam οἱ μὲν intelligi *Thebani*. *S.*]

7. χρήμασι ἐπεποίθεσαν) Divinationem *Aem. Porti*, audacter abs *Genevensi* Editore insertam contextui, veram schedae praestant. Itaque de *Aldino* et nupero ἐπεποίθεον,

alibi invisitato, conmentabor nihil. [Vide *Var. Lect.*] *Pausaniae* potius humanissimam et aequissimam declarationem, qua *Attagini liberos insontes dimisit*, praedicabo. Φὰς, optime omnium, τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. *Cicero* verissime: *Ferret-ne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?* Nat. Deor. lib. III. 38. Multa P. Faber Semest. III. 8. WESS.

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Ἀρτάβαζος - - - Φεύγων etc.) Sua hinc sumsisse videtur *Polyaenus* VII. c. 33, 3. Ἀρτάβαζος Φαρνάκου Φεύγων ἐκ Πλαταιέων προῆλθεν εἰς Θετταλίαν, quaeque sequuntur. Ibidem Thessalis dixisse fertur Artabazus: Μαρδόνιος δὲ νενικηκὼς ἕπεται, καὶ τὰ ἔργα τῆς νίκης αὐτὸς ἀπαγγελεῖ: prout scribendum vidit doctiss. *Koenius*, qui *Herodotum* infra dedisse suspicabatur: αὐτὸς δὲ ὑμῖν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ εὐθὺς [*lin.* 15. ubi οὗτος edd. et mssti] κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι. VALCK.

12. ἐλῶν ἐς Θρηίκην) Laudatore *Gronovio* recte hoc gloriatur. Ἐξ ὅτου βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον lib. III. 63. Artem, qua Artabazus suae exercitusque saluti apud Thessalos consuluit, *Polyaenus* hinc derivavit lib. VII. 33, 3. Paene autem illud *Ask.* [*lin.* 7.] ὠὗτός τε κινδυνεύσει sine dicto praeterierat. Ionum, vice αὐτὸς, adfirmant esse *Corinthus* et *Phavorinus*: ὠὗτὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἴωνές φασι. Et tale iudicant, συμφέρεται ὠὗτὸς εἶναι lib. II. 79., cuius loco ὠὗτὸς alibi. Nonnihil addubito. WESS. — Equidem haud dubie errasse et Grammaticos istos, et librarios, si qui illorum rationi favent, censeo. Ἑωυτοῦ, ἑωυτῷ etc. ionicae sunt formae, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ: item ὠὗτός, pro ὁ αὐτός: non ὠυτὸς aut ὠὗτὸς, pro simplici αὐτός. *S.*

23 *seq.* λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ) Persimiles Persici exercitus aerumnae lib. VIII. 115.; quales, neglecto adparatu, nulla congesta annona, frequentissimae. Consequens διέβη πλοίοισι germanum agnoscit χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν lib. I. 186. Auctor vitae Homeri c. 19. ἔχρηζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον διαβαίη. Nolo plura, uti nec Latina, de quibus Cl. *P. Burmannus* in Declam. VI. 21. *Quinctiliani*. WESS. — Λιμῷ συστάντας vulgo *fame enectos* interpretantur: nos, ex propria vi

verbi, *fame conflictatos.* Vide ad VII. 170, 9. notata. *S.*

CAP. XC. [3 *seqq.* Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ *etc.*) Vide lib. VIII. cap. 130-132. *S.*]

9. Θεομήστορος) In suo Cod. *Valla* reperit Θεομνήστορος: in *Med. Gronovius*, Θεομήτορος. Sed, ut hic, sic supra VIII, 85. idem ille dicitur Θεομήστωρ, ubi narratur quam ob causam Sami fuerit a Persis tyrannus constitutus. Paulo post [*lin.* 12.] scribendum puto, ὡς, ἢν μοῦνον ἴδωνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων: sequitur enim eodem tempore, καὶ ὡς οἱ Βάρβαροι οὐκ ὑπομενέουσι. VALCK.

12. ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων) Ecce iterum negligentiae specimen. [Vide *Var. Lect.*] Veritatem, quam sollertissimi viri *Aldus* et *Camerarius* tenuerunt, insecuti neglexerunt omnes. Tantum-ne molestiae eos inspicere? Praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. WESS.

CAP. XCI. 7. Δέκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησιστράτου) Vide lib. VIII. 114., ubi Aristophaneum Δέχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ, stabilire τὸν Ἡγησίστρατον *Arch.* videtur. In hominis nomine, *exercitus ductore*, bonum *omen* erat; quale Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutyches homini, bestiae Nicon erat nomen*, inquit *Sueton.* in August. c. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem adgressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina*; uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in *Taciti* Histor. IV. 53. cum *Lipsii* Nota. WESS.

Ibid. δέκομαι τὸν οἰωνὸν) Non, quod vulgatur τὸν Ἡγησιστράτου, sed τὸν Ἡγησίστρατον *Galeus* exhibet ex *Arch.*, neque aliter legit *Valla*. Hoc si *Herodotus* adiecit, scripsisset potius me iudice, δέκομαι οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, *velut omen accipio nomen Hegesistrati*: ut paulo post dicitur, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. In *Plauti* Pseud. II. iv. 22. Χαρῖνον οἰωνὸν ποιῶ. *Euripid.* Phoen. vs. 865. Οἰωνὸν ἐθέμην καλλίνικα σὰ στέφη. Sed e vicinis notissimum forsan ab alia manu nomen fuit adiectum *Hegesistrati*, ab *Herodoto* autem scriptum Δέκομαι τὸν οἰωνὸν, ὦ ξεῖνε Σάμιε. Romanorum illud, *accipio omen*, sic solet Graecis simpliciter dici: δέχομαι τὸν οἰωνὸν, sive τὸν ὄρνιν· τὴν κληδόνα· τὸ μάντευμα· τὸ χρησθέν. VALCK.

CAP. XCII. 1 *seq.* Ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ ἔργον προσῆγε) Est loquendi forma frequens *Euripidi*. Dederat

forsan ad hanc normam Noster supra VIII. c. 5., ταῦτά τε ἅμα ἠχόλων, καὶ ἔπεμπε ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου: ut c. 97., ταῦτά τε ἅμα — ἐποίεε καὶ ἔπεμπε. VALCK. — Pro eo quod lin. 2. scribitur καὶ τὸ ἔργον προσῆγε, suspicatus eram προσῆιε oportuisse, verbo neutraliter sumto, et procedebat opus; sed communi consensu vulgatum tenent libri, in quo adquiescendum; intelligendumque, et sermoni rem ipsam adiecit, i. e. et rem ipsam praestitit. S.

9. Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) Ita Pausanias cum alibi, tum VI. 14. Meneptolemus ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ. De Orico, [CAP. XCIII. 5.] ad eundem Ionium sinum, Steph. Byz., πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adiunge Cononis Narrat. xxx., cui Euenius est Πειθήνιος. Montem, unde amnis (fortasse Aous) labebatur, Strabo Λάκμον adpellat lib. VII. p. 486. [p. 316. ed. Cas.] Λάκμωνα tamen Steph. Byz. ex Hecataeo. Lege Casaubono observata. WESS.

CAP. XCIII. 1. κατέλαβε Εὐήνιον) Euenium hunc Apolloniatam aliquoties in Cononis Narrat. xxx. Πειθήνιον dici vidit Koenius. Istius erat is Apolloniae civis, quae Nostro ἡ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur: τὰν ἐπὶ πόντῳ Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας, apud Pausan. V. [c. 22.] p. 435. Situs urbis in Excerptis e Conone definitur, et ποταμὸς Ἀῷος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων dicitur ἐκβάλλειν εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Iuxta Herodotum [lin. 4 seq.] flumen ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς θάλασσαν, παρ' Ὤρικον λιμένα. Portum Oricum hinc attigit Eustathius in Dionys. vs. 398. conf. Strabo VII. p. 486. B. VALCK.

7. φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστοι) Custodiunt per annum singuli, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e Conone legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πειθήνιος, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐκ διαδοχῆς τῶν ἱερῶν εἶχον προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν. VALCK.

11. Qui somno sopitus ovium neglexerat custodiam, eleganter dicitur κατακοιμίσας τὴν φυλακήν: nam pro κατακοιμήσαντος recte mihi rescripsisse Reiskius videtur καί κοτε αὐτοῦ κατακοιμίσαντος τὴν φυλακὴν, et deinceps, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμίσαντα. Idem illud, vel hinc sumtum, vel ex ipso Hecataeo, praebet Aelianus de Nat. Anim. XIII. c. 22. λέγει μὲν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος Ἀμφικρέων τὸν Οἰ-

ηλίους κατακοιμίσαι τὴν φυλακήν. Legitur apud *Cononem*: ἀμελήσαντος τούτου, αὐτῶν (τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου προβάτων) ἑξήκοντα λύκοι διεσπάραξαν: ut apud Nostrum, λύκοι -- διέφθειραν τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. VALCK.

Ibid. κατακοιμήσαντος τὴν φυλακήν) Consentiunt scripta exemplaria; atque iterum proxime. Rectius tamen cum *Reiskio* κατακοιμίσαντος τὴν φυλακήν: id enim, ubi *vigiliae dormiendo tramittuntur*, suum sibi locum expetit *Aelian.* de Animal. III. 13. *Grues* ὑπὲρ τοῦ μὴ κατακοιμίσαι τὴν φυλακήν, ἱστᾶσι μὲν ἀσκωλιάζουσαι, *ne vigiliae tempus edormiant, alternis pedibus nituntur*; et lib. I. 15. πρεσβύτερον τροφῆς καὶ πρεσβύτερον τὸ μὴ κατακοιμίσαι τὴν φυλακήν: quod alibi τὴν φρουρὰν οὐ κατανυστάζειν scribit. WESS. — Similiter *Xenoph.* Mem. Socr. II. 1, 30. τῆς ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσι. Nec vero ex his exemplis tuto colligitur, non potuisse *Herodotum* eamdem in sententiam altera verbi forma uti; quum praesertim alioquin etiam idem valeat κατακοιμᾶν atque κατακοιμίζειν. S.

16. ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον) Herodotei moris est. Alii aliter, de quibus clar. *Ruhnkenius* ad *Timaei* Lexic. p. 188. [p. 263 seq. ed. sec.] WESS. — Aliis passim dicitur ὑπάγειν εἰς δίκην et εἰς δικαστήριον, ut hic olim legebatur ἐς τὸ δικαστήριον: optimo tamen consilio Cl. *Gronov.* ex Med. Cod. reposuit ὑπὸ δικαστήριον, quippe Herodoteum. ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθεὶς extat lib. VI. c. 72., et ὑπὸ reperitur in eadem locutione VI. 82. 105. et 136., ubi Xanthippus Miltiadem θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον ἐδίωκε. Pro ἀπῆγον scribendum ὑπῆγον θανάτου in *Xenophontis* Ἑλλην. lib. V. p. 333, 27. VALCK. — Similiter latine dicimus, *sub iudice lis est*. S.

20 *seq.* πρόβατα δέ σφι -- ἐγίνετο) *Pecora* vertebat *Valla*, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat. Consimile in *Arch.* et *Vind.*; errorem docti homines *Paul. Leopardus* Emend. VIII. 1. et *Palmerius* indicarunt. Ego vero dubito, an ἱρὰ ἡλίου πρόβατα *oves* fuerint an *boves*? Scio in *Cononis* Narrat. pro *ovibus* ab interprete haberi, sed et laxiorem vocis esse potestatem. Malui in re dubia *pecora*. Confer Schol. ad *Iliad.* Ξ. 124. et *Eustachium* in *Erotian.* p. 92. [p. 302 seq. ed. Franz.] Mox [*lin.* 22.] ἐπεί τε ἐπειρώτων, *posteaquam consuluerant*, correctio *Reiskii*

postulat. WESS. — Conf. *Var. Lect. Vallae* Latina *Gr novius* sic refinxit: *Erant autem illis praedicta et in Dodo et in Delphis. Interrogati mox prophetae de causa mali pra sentis, responderunt* etc. quae *Wesselingius* etiam tenui quamvis impedita. Nam *πρόφαντα*, quae dicit Scripto: vix alia intelligi possunt. nisi *responsa* illa prophetarum quae mox adponuntur. conf. c. 94, 1. Neque necessari *πρόφαντον praedictum* significat, verum etiam quodlibet *ora culi responsum, effatum*, λόγιον, θεοπρόπιον, ut ait *Hesychiu* Sic sane apud ipsum *Herodot.* V. 63, 6. πρόφαντον non *prae dictum* aliquod est, sed tale *effatum* quo nil aliud nisi *ius sum* et *praeceptum* quoddam continebatur. *S.*

[25. αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους) Loquuntur pro phetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est. αὐ τοὶ igitur intelliguntur Iupiter Dodonaeus et Apollo Del phicus. *S.*]

CAP. XCIV. [4. ἐν θώκῳ) Lib. VI. 63, 5. ἐν θώκῳ cum doctis Interpretibus *in consessu* reddidimus: hic sati fuit *in sella, in sedili.* conf. I. 181, 14. *S.*]

6. ταύτῃ δὲ ὑπάγοντες) Intellige *simulatum dolorem*, quo Euenium callide illexerunt et fefellerunt, sive, uti *Conon*, τέχνῃ ἐλαττώμενοι. Notus in talibus verbi usus ex *Euripid.* Androm. vs. 428. ᾧ σ' ὑπήγαγον, h. e. ἐδελέασα καὶ ἐξηπάτησα καὶ προσετριψάμην, ex Scholiastae doctrina. *Appianus* Civil. III. [c. 37.] p. 894. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *qua re maxime deliniti.* Errorem *Vallae* intactum *Abreschius* Diluc. Thucydid. p. 526. noluit. WESS. — *Plutarch.* Solon. p. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie decepti Megarenses.* Confer Nostrum infra *l.* 19. *S.*

21. ἔμφυτον μαντικὴν εἶχεν) *Divinitus insitam*, ut ille *Homeri* gloriator, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν, Odyss. χ' 348. Alia Demosthenis ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία, *penitissime animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta *Dinarchi* criminationem, Orat. in Demosth. p. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento *Duridis* apud *Athen.* lib. XII. p. 542. c. WESS.

CAP. XCV. 1. Δηΐφονος) Δηΐφοβος eligebatur ex Poëta, qui *Herodoto* nihil praescribit. WESS. — Quis Δηΐφοβος h. l. maluerit, incompertum mihi. Libri quidem omnes in vulgatum consentiunt. *S.*

3. ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος ἐξιλάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα) De usu isto verbi ἐπιβατεύειν dictum est lib. III. 63. Loci iustam sententiam nec *Valla*, nec *Portus*, assecutus est. Nulla Deiphono in Graecia *molestia* ex invaso Euenii nomine; *operas vaticinandi contra Graeciam conduxerat*: hoc verba volunt, neque aut *Reiskium* aut *Abreschium* Dilue. Thucyd. lib. III. p. 315. latuit. Prior insuper ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα, *Graeciam obiens*, ex suspicione plausibili, si scripti Codd. adstipularentur. Decepit *Vallam* rarior verbi potestas, qua *Plutarch*. T. II. pag. 396. E. ἐκλαβὼν γὰρ ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *cum pingere equum semet volutantem conduxisset*: et in Pelopida p. 291. B. ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἑτέρας. WESS. — Nempe, ut ἐκδιδόναι dicunt Graeci, *opus faciendum elocare*, sic ἐκλαμβάνειν ἔργον dicitur *qui opus faciendum conducit*: sive, quod eodem redit, ἐκδιδοῖ is, qui *alterius operam conducit*; ἐκλαμβάνει, qui *suam operam alteri elocat*. Alienam ab auctoris mente *Vallae* versionem, Deiphono negotium in *Graecia fuisse exhibitum*, tenuerat *Gronovius*, eamdemque in contextu intactam *Wesselingius* reliquit, in subiecta Nota corrigere satis habens. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. XCVI. 3. πρὸς Καλάμοισι) Hoc, sive πρὸς Λαμίοισι *Arch.*, alii eruent. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

4. παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην) Exterminavi ὡς, alioqui haud intolerabile, addi quippe et omitti solitum c. 97., Codicum conspirante imperio: non item ἀπέπλεον [*lin.* 10.] ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se incommodi ferret, ex cap. seq. [ex cap. 98, 5.] ἐπέπλεον lenissimâ fingi medicinâ. Geminum lib. VIII. 74. ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὸν εἴη ἀποπλώειν. WESS.

Ibid. ὡς ἐς ναυμαχίην) Omissam in *Med.* voculam ὡς si praebent alii Codices, sede non moverem, qua aptissime haeret: παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην: ut *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 267, 33. πάντα παρασκευασάμενος ὡς ἐς ναυμαχίαν: p. 269, 4. ὡς ἐς πολιορκίαν παρασκευάζειν τὴν πόλιν. *Thucyd.* VI. c. 67., παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην: idem saepe dicitur, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. VALCK.

CAP. XCVII. [3. ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα) Γαίσων fluvius, ex *Ephoro* notus apud *Athen.* VI. p. 311, e.

Gessus apud *Plin.* V. xxix, 31. *Gaesus Melae* I. 17. Σχολπόεις, aliunde non cognitus, ex hoc *Herodoti* loco colligitu amnis fuisse, in *Gaesonem* haud procul ab ostio aquas sua exonerans. *S.*]

4 *seq.* Φίλιστος - - Νείλεῳ τῷ Κόδρου ἑπισπόμενος) De migratione Ionica et *condita Mileto*, sociisque expeditionis, nulla tamen *Philisti* mentione, *Pausanias* lib. VII. c. 2. etc *Strabo* lib. XIV. p. 939. [pag. 633. ed. Cas.] quorum hui Codri filius Νηλεύς, illi Νειλεύς, sicuti *Nostro*. Ista *Strabonis* aliorumque scribendi ratio Clar. *Perizonio* unice ad *Aelian.* Var. VIII. 5. ob Marmor Arundel. probatur; absque caussa tamen, siquidem in laceris eius tabulis ΝΕ . . ΕΥΣΩΙΚΙΣ., unde Νειλεὺς ᾤκισε formatur tantum. Hoc leve, neque ab eruditissimo *H. Valesio* ad *Ammian.* lib. XXVIII, 1. contemtum. Ionicam vocem κτιστὺν, quam κτίσιν ad *Dionys.* explicuit *Eustathius*, optime docti viri illustrarunt. WESS.

6. ἐπὶ Μιλήτου κτιστὺν) Ἐπὶ τὴν Μιλήτου κτίσιν, velut Herodoteum, legitur apud *Eustath.* in *Dionys.* vs. 825., qui sinceram nobis formam κτιστὺν servavit ad *Hom.* Ἰλ. ς'. p. 1245, 40. quam illinc *Herodoto* iam restituit *Portus*: alia huius moduli supra prostant pag. 42. [Adnot. ad I. 85. 3.] Ad κτιστὺν accedit *Hesychii* Δωμητύς· κατασκευή. Eidem Φραστύς est σκέψις, ἔννοια: apud *Suidam* Ἀφραστύς sunt ἀσυνεσίαι. Ad *Hesych.* quaedam notata sunt in Ἀποδαστύς. σωφρονιστύς miror apud *Platonem* reperiri T. II. pag. 933. E. VALCK.

CAP. XCVIII. 3. ἀπορίῃ τε εἴχοντο) Praepositio [ἐν], quam schedae offerunt, locum reciperare poterit. τέλος Δαρεῖός τε ἐν ἀπορίῃσι εἴχετο, lib. IV. 131. Alibi tamen abest; vide lib. III. 129. Ἀποβάθρας, [*lin.* 7.] paratas in pugnae navalis usum, *tabulata* expresserat *Valla*, merito desertus. *Scalae* fuerunt ad descensum nauticae. *Thucydides* IV. 12. *Brasidas* ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν· καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν, ἀνεκόπη: ubi docte *Dukerus*, sicuti *Ti. Hemsterhusius* in *Luciani* Dial. Mort. X. 10. WESS. — Latinum nomen *scala* graeco adposuit *Pollux* I. 93. ἀποβάθρα καὶ διαβάθρα ἣν σκάλαν καλοῦσι: ubi commode *Lungermanus*: „Videtur autem, inquit, sic nominandus et *ponticulus* ille qui a nautis in litus vel ripam eiicitur, inserviens tam

conscendendae navi quam exscendendae." Potuerat adiicere, usos etiam esse similibus *pontibus* ad transscendendum suis e navibus in naves hostiles; quod quidem ex hoc *Herodoti* loco satis intelligitur. *S.*

12. *πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηΐ etc.*) Duas literas male repetitas legendumque suspicor, πρῶτον μὲν τῇ νηΐ παραπλέων, ἐγχρίμψας τῷ αἰγιαλῷ τὰ μάλιστα Λευτυχ. VALCK.

Ibid. ἐγχρίμψας) Nihil quidem interest, ἐγχρίμψας scribatur an ἐγχρίψας, prius tamen tanquam suavius posuisse videtur, ut II. 60. ἐγχρίμψαντες τὴν βᾶριν τῇ γῇ: ubi non variant Codices. VALCK. — Contra se, tanquam in acie, Codices consistunt scripti: partis prioris ἐγχρίψας vinceret, si vetustatis ratio duceretur, quod antea lib. II. 60. animadversum. Praeconis μεγαλοφωνοτάτου ἐν τῷ στρατοπέδῳ voce ad Ionas usum Leutychiden, auctor *Diodorus* est lib. XI. 34., nonnulla eius ex ore memorans a vero alieniora. WESS.

13. Percultum ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε, voce praeconis. Tale *Theophrasti* in *Stobaei* Serm. XLII. p. 280. εἰ μὲν ὑπὸ κήρυκος κελεύουσι πωλεῖν. *Xenophontis* Laced. Republ. pag. 286. c. ὥσπερ ὑπὸ κήρυκος. In *Aeschyli* Choëph. vs. 838. audax videtur ὑπάγγελος, vice ὑπ' ἀγγέλου. WESS.

21 *seqq.* Per praeconem Ionibus ista *Leutychides* eadem dicitur mente significasse, qua ad Artemisium *Themistocles* similia lapidibus incidi curaverat: ἢ γὰρ δὴ λαθόντα τὰ ῥήματα τοὺς βαρβάρους ἔμελλε τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἔπειτα ἀνενειχθέντα ἐς τοὺς βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι: in quibus scribi mallet *Koenius* ἐπεί τε ἀνενειχθῇ, prout supra legitur lib. VIII. c. 22. VALCK. — At, cur mutata h. l. malimus vulgata verba, ἔπειτα ἀνενειχθέντα, nullam prorsus caussam exputare equidem possum. *S.*

CAP. XCIX. 17 *seq.* τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι) Cuncta Persas cum spectent, de sermonis adsuetudine expectasses, τοὺς καὶ κατεδόκεον — — — ἐπιλαβομένους: quam etiam in sententiam *Diodorus* XI. 33. ac *Polyaenus* VII. 35. abierunt. *Valla* ad Ionas, res novas animo agitantes, adplicuit, quasi τοῖσι καὶ κατεδόκεε, *quibus videbatur*; sequacemque Cl. *Pavium* inpetravit. Equidem *Valckenario* calculum adposuerim, mancam arbitrato structuram, ope quidem ingenii, sed ob Msstorum taciturnitatem dubia, sanandam. Nol-

lem vero *νεόχμιον ἄν τι* hic eo colore et cap. 103. fingi, qu
νεοχμὸς semper in substantivis nominibus ponatur. [Ne
pe ea *Reiskii* erat sententia.] Adesse mutaturo debuerat *βα*
λεὺς χώρας Κρέων ὁ Μενοικέως νεοχμός, h. e. *νέος*, *νεωστὶ*
τεταγμένος, ut Critiei in *Sophoclis* Antig. vs. 164. WESS.
Ibid. τοῖσι καὶ κατεδόκεον etc.) Aliud quid requ
videtur, a quo pendeant isti dativi: forsan excidit vox
praecedentis similem terminationem. Dici, ni fallor,
tuit; *τοῖσι καὶ κατεδόκεον ἐνεὸν νεοχμόν ἄν τι ποιέειν δυνάμ*
ἐπιλαβομένοισι: *quibus et inesse putabant, ut facultatem ade*
nova molirentur. De Samiis et Milesiis, quos sibi suspec
iusserint Persae *τὰ τῆς Μυκάλης ἄκρα φυλάττειν*, *Polyaen*. V
c. 45. VALCK. — In Attico scriptore utique non fere
dum id esset, quod hic communi consensu libri omnes e
hibent: sed hanc veniam sibi *Herodotus* postulat. Verbu
καταδοκεῖν alibi apud Nostrum, vel absolute positum, v
cum accusativo et infinitivo, aut cum nudo accusati
constructum, non aliam fere vim, atque simplex *δοκεῖ*
habet, *existimare*. Hoc loco *κατὰ* praepositio propria
quandam vim verbo addit, ut significet *contra aliquem ex*
stimare, i. e. vel *condemnare* vel saltem *suspectum haber*
Atque hac notione videri quidem poterat cum genitiv
casu iungendum id verbum: sed, quemadmodum pro e
quod *καταγελᾷν τινός*, et *κατακρίνειν τινὸς* vulgo dicitur, *κα*
ταγελᾷν τινὶ usurpat Noster III. 37, 5. 38, 2. saepiusque alib
et *κατακρίνειν τινὶ* VII. 146, 7. (conf. Adn. ad VII. 9, 5.
Var. Lect. VII. 10, 71.) sic et *καταδοκεῖν τινὶ* usurpavit. *S*
[19 *seq. συνεφόρησαν τὰ γέῤῥα*) Conf. supra, c. 61, 13. 6
7. et infra c. 102, 7 seqq. *S*.]

CAP. C. 4. *ἐπὶ τῆς κυματώγης*) Verissime *Eust*
thius, *ἐν ἀκτῇ, ἔνθα τὰ κύματα ἄγονται*; sive *littoris crepi*
ne, quam verberat unda maris. Ex qua vocis notione egreg
Luciano in Hermotim. c. 84. Celeb. *Graevius* subvenit, i
iuria taxatus ab *Elsnero*, Schediasm. Critic. c. 1., *fluct*
uti hic *Valla*, seu *maris fluctuationes* intelligente. Quid tu
de Homero, quem Vitae Auctor c. 19. *καθήμενον ἐπὶ τῆς κυ*
ματωγῆς, et c. 34. *ἐκοιμᾶτο ἐπὶ τῆς κυματωγῆς ἀδυνά*
ἔχων describit, censebimus? Nonne mortalium in stu
dissimis, sedente, et, corpore ex valetudine adfecto,
cumbente in *fluctuatione aestus marini*? cum citra maris

sperginem in sicco liceret. Vera atque elegans Democritea est observatio apud *Sextum Empir.* lib. VII. contra Mathem. p. 395. non aves duntaxat, quales columbae et graculi, aggregari, sed et res inanimatas, καθάπερ ὁρᾶν πάρεστι ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων: ubi *fluctuationes maris* si volueris, risum debebis, neque emendabere, nisi iucundissimo placidi maris et elegantissimo congestarum concharum et calculorum in littoris crepidine adspectu. Quid multa? Redi ad lib. IV. 196., nec dubitabis. WESS. — Quid sit κυματωγή, docuit *Wess.* in Diss. Herod. p. 207. VALCK. — De accentu vocabuli vide in *Var. Lect.* notata. S.

ἡ. Φήμη διῆλθέ σφι) *Famam de victoria ad Plataeas a Graecis reportata, quam divinitus ortam censuit Herodotus, a Leutychide rei ignaro prudenter confictam verius alii statuerunt. Diodorus Sic.* XI. c. 35. οἱ περὶ τὸν Λεωτυχίδην, οὔπω μὲν πεπυσμένοι περὶ τῆς νίκης, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ πλάττοντες τὴν εὐημερίαν, ἐφάνησαν στρατηγήματος ἕνεκεν τοῦτο πεποιηκότες. vid. *Casaubon.* ad *Polyaenum*, Spartiatae strategema commemorantem lib. I. cap. 33. VALCK.

7 seq. τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτούσης τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι etc.) Inconcinna et impedita videntur. Quid quaeso ἡμέρης συμπιπτούσης, et τῆς αὐτῆς inprimis? Non equidem obliviscor libri VIII. 15. συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τάς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας: sed disconvenit, uti adparet, sicuti quod sequetur mox c. 100. [c. 101, 1.] *Portus*, has verborum difficultates animadvertens, ex arbitratu accessiones adiunxit, quae fastidium movent. Iustior eiusdem admonitio, *Vallam* συμπίπτοντος aut συμπεσόντος legisse videri: vertisse quippe, *etsi tunc eodem die contigit utraque clades, ea, quae ad Plataeas* etc. Idem ego ambabus amplecterer. Belle distincta τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπίπτοντος τοῦ τε — καὶ τοῦ ἐν Μυκ. μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος, φήμη τοῖσι etc. decurrent, atque *ad Plataeas acceptam et ad Mycalen futuram Persarum cladem, utramque eodem die*, iungent. Quo loci in medela, sive malis coniectura, suffragatores viros doctissimos *Pavium* et *Reiskium* produco. Res autem ipsa suadet, neque *Diodorus* lib. XI. 35., aut *Polyaenus* lib. I. 33. infitiantur, *Leotychidae* in sparso de parta ad Plataeas victoria rumore imperatoriam eminuisse fraudem. WESS.

alibi invisitato, commentabor nihil. [Vide *Var. Lect.*] *Pausaniae* potius humanissimam et aequissimam declarationem, qua *Attagini liberos insontes dimisit*, praedicabo. Φὰς, optime omnium, τοῦ μηδαμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους. Delicta scelerum auctores luunt; infantes consilii absolvit innocentia. *Cicero* verissime: *Ferret-ne civitas ulla latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset?* Nat. Deor. lib. III. 38. Multa *P. Faber* Semest. III. 8. WESS.

CAP. LXXXIX. 1 *seq.* Ἀρτάβαζος - - - Φεύγων *etc.*) Sua hinc sumsisse videtur *Polyaenus* VII. c. 33, 3. Ἀρτάβαζος Φαρνάκου φεύγων ἐκ Πλαταιέων προῆλθεν εἰς Θετταλίαν, quaeque sequuntur. Ibidem Thessalis dixisse fertur Artabazus: Μαρδόνιος δὲ νενικηκὼς ἕπεται, καὶ τὰ ἔργα τῆς νίκης αὐτὸς ἀπαγγελεῖ: prout scribendum vidit doctiss. *Koenius*, qui *Herodotum* infra dedisse suspicabatur: αὐτὸς δὲ ὑμῖν Μαρδόνιος καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ εὐθὺς [*lin.* 15. ubi αὐτὸς edd. et mssti] κατὰ πόδας ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι. VALCK.

12. ἐλῶν ἐς Θρηίκην) Laudatore *Gronovio* recte hoc gloriatur. Ἐξ ὅτευ βασιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον lib. III. 63. Artem, qua Artabazus suae exercitusque saluti apud Thessalos consuluit, *Polyaenus* hinc derivavit lib. VII. 33, 3. Paene autem illud *Ask.* [*lin.* 7.] ὠυτὸς τε κινδυνεύσει sine dicto praeteriefat. Ionum, vice αὐτὸς, adfirmant esse *Corinthus* et *Phavorinus*: ὠυτὸς ἀντὶ τοῦ αὐτὸς Ἴωνές φασι. Et tale iudicant, συμφέρεται ὠυτὸς εἶναι lib. II. 79., cuius loco ὠυτὸς alibi. Nonnihil addubito. WESS. — Equidem haud dubie errasse et Grammaticos istos, et librarios, si qui illorum rationi favent, censeo. Ἑωυτοῦ, ἑωυτῷ etc. ionicae sunt formae, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ: item ὠυτὸς, pro ὁ αὐτός: non ὠυτὸς aut ὠῦτος, pro simplici αὐτός. *S.*

23 *seq.* λιμῷ συστάντας καὶ καμάτῳ) Persimiles Persici exercitus aerumnae lib. VIII. 115.; quales, neglecto adparatu, nulla congesta annona, frequentissimae. Consequens διέβη πλοίοισι germanum agnoscit χρῆν πλοίῳ διαβαίνειν lib. I. 186. Auctor vitae Homeri c. 19. ἔχρηζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλοῖον, ὅπως ἂν εἰς τὴν Χίον διαβαίη. Nolo plura, uti nec Latina, de quibus Cl. *P. Burmannus* in Declam. VI. 21. *Quinctiliani.* WESS. — Λιμῷ συστάντας vulgo *fame erectos* interpretantur: nos, ex propria vi

verbi, *fame conflictatos.* Vide ad VII. 170, 9. notata. *S.*

CAP. XC. [3 *seqq.* Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ *etc.*) Vide lib. VIII. cap. 130-132. *S.*]

9. Θεομήστορος) In suo Cod. *Valla* reperit Θεομνήστορος: in *Med. Gronovius*, Θεομήτορος. Sed, ut hic, sic supra VIII. 85. idem ille dicitur Θεομήστωρ, ubi narratur quam ob causam Sami fuerit a Persis tyrannus constitutus. Paulo post [*lin.* 12.] scribendum puto, ὡς, ἢν μοῦνον ἴδωνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες, ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων: sequitur enim eodem tempore, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομενέουσι. VALCK.

12. ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων) Ecce iterum negligentiae specimen. [Vide *Var. Lect.*] Veritatem, quam sollertissimi viri *Aldus* et *Camerarius* tenuerunt, insecuti neglexerunt omnes. Tantum-ne molestiae eos inspicere? Praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. WESS.

CAP. XCI. 7. Δέκομαι τὸν οἰωνὸν τὸν Ἡγησιστράτου) Vide lib. VIII. 114., ubi Aristophaneum Δέχου τὸν ἄνδρα, καὶ τὸν ὄρνιν τοῦ θεοῦ, stabilire τὸν Ἡγησίστρατον *Arch.* videtur. In hominis nomine, *exercitus ductore*, bonum *omen* erat; quale Augusto ad Actium ante aciem asellus cum asinario dedit: *Eutyches homini, bestiae Nicon erat nomen*, inquit *Sueton.* in August. c. 96. Eadem ex superstitione, rem memorabilem adgressuri, eos potissimum adsciscebant, quibus *fausta nomina*; uti Vespasianus, Capitolium dedicaturus, in *Taciti* Histor. IV. 53. cum *Lipsii* Nota. WESS.

Ibid. δέκομαι τὸν οἰωνὸν) Non, quod vulgatur τὸν Ἡγησιστράτου, sed τὸν Ἡγησίστρατον *Galeus* exhibet ex *Arch.*, neque aliter legit *Valla.* Hoc si *Herodotus* adiecit, scripsisset potius me iudice, δέκομαι οἰωνὸν τὸν Ἡγησίστρατον, *velut omen accipio nomen Hegesistrati*: ut paulo post dicitur, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. In *Plauti* Pseud. II. IV. 22. Χαρίεν οἰωνὸν ποιῶ. *Euripid.* Phoen. vs. 865. Οἰωνὸν ἔθέμην καλλίνικα σὰ στέφη. Sed e vicinis potissimum forsan ab alia manu nomen fuit adiectum *Hegesistrati*, ab *Herodoto* autem scriptum Δέκομαι τὸν οἰωνόν, ὦ ξεῖνε Σάμιε. Romanorum illud, *accipio omen*, sic solet Graecis simpliciter dici: δέχομαι τὸν οἰωνόν, sive τὸν ὄρνιν· τὴν κληδόνα· τὸ μάντευμα· τὸ χρησθέν. VALCK.

CAP. XCII. 1 *seq.* Ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε καὶ τὸ ἔργον προσῆγε) Est loquendi forma frequens Euripidi. Dederat

forsan ad hanc normam. Noster supra VIII. c. 5., ταῦτά τε ἅμα ἠχόμενοι, καὶ ἔπεμπε ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου: ut c. 97., ταῦτά τε ἅμα - - ἐποίεε καὶ ἔπεμπε. VALCK. — Pro eo quod lin. 2. scribitur καὶ τὸ ἔργον προτῆγε, suspicatus eram προῆγε oportuisse, verbo neutraliter sumto, et *procedebat opus*: sed communi consensu vulgatum tenent libri, in quo adquiescendum; intelligendumque, et *sermoni rem ipsam adiecit*, i. e. et *rem ipsam praestitit*. *S.*

9. Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ) Ita *Pausanias* cum alibi, tum VI. 14. *Meneptolemus* ἐξ Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ. De *Orico*, [*CAP. XCIII.* 5.] ad eundem Ionium sinum, *Steph. Byz.*, πόλις ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ. Adiunge *Cononis* Narrat. xxx., cui *Euenius* est Πειθήνιος. *Montem*, unde amnis (fortasse *Aous*) labebatur, *Strabo* Λάκμον adpellat lib. VII. p. 486. [p. 316. ed. Cas.] Λάκμωνα tamen *Steph. Byz.* ex *Hecataeo*. Lege *Casaubono* observata. WESS.

CAP. XCIII. 1. κατέλαβε Εὐήνιον) *Euenium* hunc Apolloniatam aliquoties in *Cononis* Narrat. xxx. Πειθήνιον dici vidit *Koenius*. Istius erat is Apolloniae civis, quae Nostro ἡ ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ dicitur: τὰν ἐπὶ πόντῳ Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας, apud *Pausan.* V. [c. 22.] p. 435. Situs urbis in Excerptis e *Conone* definitur, et ποταμὸς Ἀῶος διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων dicitur ἐκβάλλειν εἰς τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Iuxta *Herodotum* [*lin. 4 seq.*] flumen ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς θάλασσαν, παρ' Ὠρικὸν λιμένα. Portum *Oricum* hinc attigit *Eustathius* in *Dionys.* vs. 398. conf. *Strabo* VII. p. 486. B. VALCK.

7. φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστοι) *Custodiunt per annum singuli*, eorum nempe, qui ad illud munus per vices obeundum essent electi, civium opibus et genere potentissimi. In Excerptis e *Conone* legitur: τῶν δ' ἐπιφανῶν ἦν ὁ Πειθήνιος, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐκ διαδοχῆς τῶν ἱερῶν εἶχον προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν. VALCK.

11. Qui *somno sopitus ovium neglexerat custodiam*, eleganter dicitur κατακοιμίσας τὴν φυλακήν: nam pro κατακοιμήσαντος recte mihi rescripsisse *Reiskius* videtur καί κοτε αὐτοῦ κατακοιμίσαντος τὴν φυλακήν, et deinceps, ὡς τὴν φυλακὴν κατακοιμίσαντα. Idem illud, vel hinc sumtum, vel ex ipso *Hecataeo*, praebet *Aelianus* de Nat. Anim. XIII. c. 32. λέγει μὲν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος Ἀμφιάρεων τὸν Οἰ-

πλίως κατακοιμίσαι τὴν Φυλακήν. Legitur apud *Cononem*: ἀμελήσαντος τούτου, αὐτῶν (τῶν ἱερῶν τοῦ ἡλίου προβάτων) ἑξήκοντα λύκοι διαπάραξαν: ut apud Nostrum, λύκοι — διέφθειραν τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. VALCK.

Ibid. κατακοιμήσαντος τὴν Φυλακήν) Consentiunt scripta exemplaria; atque iterum proxime. Rectius tamen cum *Reiskio* κατακοιμίσαντες τὴν Φυλακήν: id enim, ubi *vigiliae dormiendo tramittuntur*, suum sibi locum expetit. *Aelian.* de Animal. III. 13. *Grues* ὑπὲρ τοῦ μὴ κατακοιμίσαι τὴν Φυλακήν, ἑστᾶσι μὲν ἀτρεμίζουσαι, *ne vigiliae tempus edormiant, alternis pedibus nituntur*; et lib. I. 15. πρεσβύτερον τροφῆς καὶ πρεσβύτερον τὸ μὴ κατακοιμίσαι τὴν Φυλακήν: quod alibi τὴν Φρουρὰν οὐ καταπροΐεσθαι scribit. WESS. — Similiter *Xenoph.* Mem. Socr. II. 1, 30. τῆς ἡμέρας τὸ χρησιμώτατον κατακοιμίζουσι. Nec vero ex his exemplis tuto colligitur, non potuisse *Herodotum* eamdem in sententiam alterâ verbi formâ uti; quum praesertim alioquin etiam idem valeat κατακοιμᾶν atque κατακοιμίζειν. S.

16. ὑπαγαγόντες μιν ὑπὸ δικαστήριον) Herodotei moris est. Alii aliter, de quibus clar. *Ruhnkenius* ad *Timaei* Lexic. p. 188. [p. 263 seq. ed. sec.] WESS. — Aliis passim dicitur ὑπάγειν εἰς δίκην et εἰς δικαστήριον, ut hic olim legebatur ἐς τὸ δικαστήριον: optimo tamen consilio Cl. *Gronov.* ex Med. Cod. reposuit ὑπὸ δικαστήριον, quippe Herodoteum. ὑπὸ δικαστήριον ὑπαχθεὶς extat lib. VI. c. 72., et ὑπὸ reperitur in eadem locutione VI. 82. 105. et 136., ubi Xanthippus Miltiadem θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον ἐδίωκε. Pro ἀπάγον scribendum ὑπάγον θανάτου in *Xenophontis* Ἑλλην. lib. V. p. 333, 27. VALCK. — Similiter latine dicimus, *sub iudice lis est*. S.

20 seq. πρόβατα δὲ σφι ... ἐγίνετο) *Pecora* verterat *Valla*, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat. Consimile in *Arch.* et *Vind.*; errorem docti homines *Paul. Leopardus* Emend. VIII. 1. et *Palmerius* indicarunt. Ego vero dubito, num ἱρὰ ἡλίου πρόβατα *oves* fuerint an *boves*? Scio in *Cononis* Narrat. pro *ovibus* ab interprete haberi, sed et laxiorem vocis esse potestatem. Malui in re dubia *pecora*. Confer Schol. ad *Iliad.* Γ. 124. et *Eustachium* in *Erotian.* p. 92. [p. 502 seq. ed. Franz.] Mox [*lin.* 22.] ἐπεί τι ἐπειρώτων, *posteaquam consuluerant*, correctio *Reiskii*

postulat. WESS. — Conf. *Var. Lect. Vallae* Latina *Gronovius* sic refinxit: *Erant autem illis praedicta et in Dodon et in Delphis. Interrogati mox prophetae de causa mali praesentis, responderunt* etc. quae *Wesselingius* etiam tenuit quamvis impedita. Nam πρόφαντα, quae dicit Scriptor vix alia intelligi possunt, nisi *responsa* illa prophetarum quae mox adponuntur. conf. c. 94, 1. Neque necessario πρόφαντον *praedictum* significat, verum etiam quodlibet *oraculi responsum*, *effatum*, λόγιον, θεσπρόπιον, ut ait *Hesychius* Sic sane apud ipsum *Herodot.* V. 63, 6. πρόφαντον non *praedictum* aliquod est, sed tale *effatum* quo nil aliud nisi *iussum* et *praeceptum* quoddam continebatur. *S.*

[25. αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους) Loquuntur prophetae, sed uterque dei nomine, cuius propheta est. αὐτοὶ igitur intelliguntur Iupiter Dodonaeus et Apollo Delphicus. *S.*]

CAP. XCIV. [4. ἐν θώκῳ) Lib. VI. 63, 5. ἐν θώκῳ cum doctis Interpretibus *in consessu* reddidimus: hic satis fuit *in sella, in sedili.* conf. l. 181, 14. *S.*]

6. ταύτῃ δὲ ὑπάγοντες) Intellige *simulatum dolorem*, quo Euenium callide illexerunt et fefellerunt, sive, uti *Conon*, τέχνῃ ἐλαττάμενοι. Notus in talibus verbi usus ex *Eurip.* Androm. vs. 428. ᾧ σ' ὑπήγαγον, h. e. ἐδελέασα καὶ ἐξηπάτησα καὶ περιετρεψάμην, ex Scholiastae doctrina. *Appianus* Civil. III. [c. 37.] p. 894. ᾧ δὴ μάλιστα ὑπαχθέντες, *quare maxime deliniti.* Errorem *Vallae* intactum *Abreschius* Diluc. Thucydid. p. 526. noluit. WESS. — *Plutarch.* Solon. p. 82, 2. ὑπαχθέντες οἱ Μεγαρεῖς τῇ ὄψει, *hac specie decepti Megarenses.* Confer Nostrum infra *l.* 19. *S.*

21. ἔμφυτον μαντικὴν εἶχεν) *Divinitus insitam*, ut ille *Homeri* gloriator, Θεὸς δέ μοι ἐν φρεσὶν οἴμας Παντοίας ἐνέφυσεν, Odyss. χ' 348. Alia *Demosthenis* ἔμφυτος αἰσχροκέρδεια καὶ πονηρία, *penitissime animo* ex toto vitae genere *haerens*, iuxta *Dinarchi* criminationem, Orat. in Demosth. p. 104. Alia Demetrii Phalerei ἔμφυτος ἀκρασία in fragmento *Duridis* apud *Athen.* lib. XII. p. 542. c. WESS.

CAP. XCV. 1. Ἀνίφοντες) Δηΐφοβος eligebatur ex Poëta, qui *Herodoto* nihil praescribit. WESS. — Quis Δηΐφοβος h. l. maluerit, incompertum mihi. Libri quidem omnes in vulgatum consentiunt. *S.*

3. ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος ἐξελάμβανε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἔργα) De usu isto verbi ἐπιβατεύειν dictum est lib. III. 63. Loci instam sententiam nec *Valla*, nec *Portus*, assecutus est. Nulla Deiphono in Graecia *molestia* ex invaso Euenii nomine; *operas vaticinandi contra Graeciam conduxerat*: hoc verba volunt, neque aut *Reiskium* aut *Abreschium* Diluc. Thucyd. lib. III. p. 315. latuit. Prior insuper ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα, *Graeciam obiens*, ex suspicione plausibili, si scripti Codd. adstipularentur. Decepit *Vallam* rarior verbi potestas, qua *Plutarch*. T. II. pag. 596. E. ἐκλαβὼν γὰρ ἵππον ἀλινδούμενον γράψαι, *cum pingere equum semet volutantem conduxisset*: et in Pelopida p. 291. B. ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἑτέρας. WESS. — Nempe, ut ἐκδιδόναι dicunt Graeci, *opus faciendum elocare*, sic ἐκλαμβάνειν ἔργον dicitur *qui opus faciendum conducit*: sive, quod eodem redit, ἐκδιδοῖ is, qui *alterius operam conducit*; ἐκλαμβάνει, qui *suam operam alteri elocat*. Alienam ab auctoris mente *Vallae* versionem, Deiphono negotium in *Graecia fuisse exhibitum*, tenuerat *Gronovius*, eamdemque in contextu intactam *Wesselingius* reliquit, in subiecta Nota corrigere satis habens. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. XCVI. 3. πρὸς Καλάμοισι) Hoc, sive πρὸς Ἀχιλείοις *Arch.*, alii eruent. WESS. — Vide quae in *Var. Lect.* notavimus. *S.*

4. παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην) Exterminavi ὡς, alioqui haud intolerabile, addi quippe et omitti solitum c. 97., Codicum conspirante imperio: non item ἀπέπλεον [*lin.* id.] ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se incommodi ferret, ex cap. seq. [ex cap. 98, 5.] ἐπέπλεον lenissimâ fingi medicinâ. Geminum lib. VIII. 74. ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὼν εἴη ἀποπλώειν. WESS.

Ibid. ὡς ἐς ναυμαχίην) Omissam in *Med.* voculam ὡς si praebent alii Codices, sede non moverem, qua aptissime haeret: παρεσκευάζοντο ὡς ἐς ναυμαχίην: ut *Xenoph.* Ἑλλ. II. p. 267, 33. πάντα παρασκευασάμενος ὡς ἐς ναυμαχίαν: p. 269, 4. ὡς ἐς πολιορκίαν παρασκευάζειν τὴν πόλιν. *Thucyd.* VI. c. 67., παρεσκευάζοντο ὡς ἐς μάχην: idem saepe dicitur, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. VALCK.

CAP. XCVII. [3. ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα] Γαίσων fluvius, ex *Ephoro* notus apud *Athen.* VI. p. 311, c.

Gessus apud *Plin.* V. xxix, 31. *Gaesus Melae* I. 17. Σχολοπόεις, aliunde non cognitus, ex hoc *Herodoti* loco colligitur amnis fuisse, in *Gaesonem* haud procul ab ostio aquas suas exonerans. *S.*]

4 *seq.* Φίλιστος - - Νείλεω τῷ Κόδρου ἑπισπόμενος) De migratione Ionica et *condita Mileto*, sociisque expeditionis, nulla tamen *Philisti* mentione, *Pausanias* lib. VII. c. 2. etc. *Strabo* lib. XIV. p. 939. [pag. 633. ed. Cas.] quorum huic Codri filius Νηλεὺς, illi Νειλεὺς, sicuti *Nostro*. Ista *Strabonis* aliorumque scribendi ratio Clar. *Perizonio* unice ad *Aelian.* Var. VIII. 5. ob Marmor Arundel. probatur; absque caussa tamen, siquidem in laceris eius tabulis ΝΕ . . ΕΥΣΩΙΚΙΣ., unde Νειλεὺς ὤκισε formatur tantum. Hoc leve, neque ab eruditissimo *H. Valesio* ad *Ammian.* lib. XXVIII. 1. contemtum. Ionicam vocem κτιστὺν, quam κτίσιν ad *Dionys.* explicuit *Eustathius*, optime docti viri illustrarunt. WESS.

6. ἐπὶ Μιλήτου κτιστὺν) Ἐπὶ τὴν Μιλήτου κτίσιν, velut Herodoteum, legitur apud *Eustath.* in *Dionys.* vs. 825., qui sinceram nobis formam κτιστὺν servavit ad *Hom.* Ἰλ. ς'. p. 1245, 40. quam illinc *Herodoto* iam restituit *Portus*: alia huius moduli supra prostant pag. 42. [Adnot. ad I. 85, 3.] Ad κτιστὺν accedit *Hesychii* Δωμητύς· κατασκευή. Eidem Φραστὺς est σκέψις, ἔννοια: apud *Suidam* Ἀφραστύες sunt ἀσυνεσίαι. Ad *Hesych.* quaedam notata sunt in Ἀποδαστύς. σωφρονιστύος miror apud *Platonem* reperiri T. II. pag. 933. E. VALCK.

CAP. XCVIII. 3. ἀπορίῃ τε εἴχοντο) Praepositio [ἐν], quam schedae offerunt, locum reciperare poterit. τέλος Δαρεῖός τε ἐν ἀπορίῃσι εἴχετο, lib. IV. 131. Alibi tamen abest; vide lib. III. 129. Ἀποβάθρας, [*lin.* 7.] paratas in pugnae navalis usum, *tabulata* expresserat *Valla*, merito desertus. *Scalae* fuerunt ad descensum nauticae. *Thucydides* IV. 12. *Brasidas* ἐχώρει ἐπὶ τὴν ἀποβάθραν· καὶ πειρώμενος ἀποβαίνειν, ἀνεκόπη: ubi docte *Dukerus*, sicuti *Ti. Hemsterhusius* in *Luciani* Dial. Mort. X. 10. WESS. — Latinum nomen *scala* graeco adposuit *Pollux* I. 93. ἀποβάθρα καὶ διαβάθρα ἣν σκάλαν καλοῦσι: ubi commode *Jungermanus*: „Videtur autem, inquit, sic nominandus et *ponticulus* ille qui a nautis in litus vel ripam eiicitur, inserviens tam

conscendendae navi quam exscendendae." Potuerat adiicere, usos etiam esse similibus *pontibus* ad transscendendum suis e navibus in naves hostiles; quod quidem ex hoc *Herodoti* loco satis intelligitur. *S.*

12. πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηὶ etc.) Duas literas male repetitas legendumque suspicor, πρῶτον μὲν τῇ νηὶ παραπλέων, ἐγχρίμψας τῷ αἰγιαλῷ τὰ μάλιστα Λευτυχ. VALCK.

Ibid. ἐγχρίμψας) Nihil quidem interest, ἐγχρίμψας scribatur an ἐγχρίψας, prius tamen tanquam suavius posuisse videtur, ut II. 60. ἐγχρίμψαντες τὴν βᾶριν τῇ γῇ: ubi non variant Codices. VALCK. — Contra se, tanquam in acie, Codices consistunt scripti: partis prioris ἐγχρίψας vinceret, si vetustatis ratio duceretur, quod antea lib. II. 60. animadversum. Praeconis μεγαλοφωνοτάτου ἐν τῷ στρατοπέδῳ voce ad Ionas usum Leutychiden, auctor *Diodorus* est lib. XI. 34., nonnulla eius ex ore memorans a vero alieniora. WESS.

13. Perculsum ὑπὸ κήρυκος προηγόρευε, voce praeconis. Tale *Theophrasti* in *Stobaei* Serm. XLII. p. 280. εἰ μὲν ὑπὸ κήρυκος κελεύουσι πωλεῖν. *Xenophontis* Laced. Republ. pag. 286. c. ὥσπερ ὑπὸ κήρυκος. In *Aeschyli* Choëph. vs. 838. audax videtur ὑπάγγελος, vice ὑπ' ἀγγέλου. WESS.

21 *seqq.* Per praeconem Ionibus ista *Leutychides* eadem dicitur mente significasse, qua ad Artemisium *Themistocles* similia lapidibus incidi curaverat: ἢ γὰρ δὴ λαθόντα τὰ ῥήματα τοὺς Βαρβάρους ἔμελλε τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἔπειτα ἀνενειχθέντα ἐς τοὺς Βαρβάρους ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι: in quibus scribi mallet *Koenius* ἐπεί τε ἀνενειχθῇ, prout supra legitur lib. VIII. c. 22. VALCK. — At, cur mutata h. l. malimus vulgata verba, ἔπειτα ἀνενειχθέντα, nullam prorsus caussam exputare equidem possum. *S.*

CAP. XCIX. 17 *seq.* τοῖσι καὶ κατιδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι) Cuncta Persas cum spectent, de sermonis adsuetudine expectasses, τοὺς καὶ κατιδόκεον - - - ἐπιλαβομένους: quam etiam in sententiam *Diodorus* XI. 33. ac *Polyaenus* VII. 35. abierunt. *Valla* ad Ionas, res novas animo agitantes, adplicuit, quasi τοῖσι καὶ κατιδόκεε, *quibus videbatur;* sequacemque Cl. *Pavium* inpetravit. Equidem *Valckenario* calculum adposuerim, mancam arbitrato structuram, ope quidem ingenii, sed ob Msstorum taciturnitatem dubia, sanandam. Nol-

lem vero νέχαιον ἄν τι hic eo colore et cap. 105. fingi, quo νεοχμὸς semper in substantivis nominibus ponatur. {Neq pe ea *Reiskii* erat sententia.] Adesse mutaturo debuerat βασιλεὺς χώρας Κρέων ὁ Μενοικέως νεοχμός, h. e. νέος, νεωστὶ κατασταθεὶς, ut Critici in *Sophoclis* Antig. vs. 164. WESS.

Ibid. τοῖσι καὶ κατεδόκεον etc.) Aliud quid requi videtur, a quo pendeant isti dativi: forsan excidit vox o praecedentis similem terminationem. Dici, ni fallor, p tuit; τοῖσι καὶ κατεδόκεον ἐνεὸν νεοχμόν ἄν τι ποιέειν δυνάμι ἐπιλαβομένοισι: *quibus et inesse putabant, ut facultatem adep nova molirentur.* De Samiis et Milesiis, quos sibi suspect iusserint Persae τὰ τῆς Μυκάλης ἄκρα φυλάττειν, *Polyaen.* VII c. 45. VALCK. — In Attico scriptore utique non feren dum id esset, quod hic communi consensu libri omnes ex hibent: sed hanc veniam sibi *Herodotus* postulat. Verbun καταδοκεῖν alibi apud Nostrum, vel absolute positum, v cum accusativo et infinitivo, aut cum nudo accusativ constructum, non aliam fere vim, atque simplex δοκεῖν habet, *existimare.* Hoc loco κατὰ praepositio propriar quamdam vim verbo addit, ut significet *contra aliquem ex stimare,* i. e. vel *condemnare* vel saltem *suspectum habere* Atque hac notione videri quidem poterat cum genitiv casu iungendum id verbum: sed, quemadmodum pro eo quod καταγελᾶν τινὸς, et κατακρίνειν τινὸς vulgo dicitur, κα ταγελᾶν τινὶ usurpat Noster III. 37, 5. 38, 2. saepiusque alibi et κατακρίνειν τινὶ VII. 146, 7. (conf. Adn. ad VII. 9, 5. e Var. Lect. VII. 10, 71.) sic et καταδοκεῖν τινὶ usurpavit. *S.* [19 *seq.* συνεφόρησαν τὰ γέῤῥα) Conf. supra, c. 61, 13. 62 7. et infra c. 102, 7 seqq. *S.*]

CAP. C. 4. ἐπὶ τῆς κυματώγης) Verissime *Eusta thius,* ἐν ἀκτῇ, ἔνθα τὰ κύματα ἄγνυται; sive *littoris crepid ne, quam verberat unda maris.* Ex qua vocis notione egreg *Luciano* in Hermotim. c. 84. Celeb. *Graevius* subvenit, in iuria taxatus ab *Elsnero,* Schediasm. Critic. c. 1., *fluctus* uti hic *Valla,* seu *maris fluctuationes* intelligente. Quid tun de Homero, quem Vitae Auctor c. 19. καθήμενον ἐπὶ τῆς κυ ματωγῆς, et c. 34. ἐκοιμᾶτο ἐπὶ τῆς κυματωγῆς ἀδυνάτα ἔχων describit, censebimus? Nonne mortalium in stupi dissimis, sedente, et, corpore ex valetudine adfecto, de cumbente in *fluctuatione aestus marini?* cum citra maris ad

sperginem in sicco liceret. Vera atque elegans Democritea est observatio apud *Sextum Empir.* lib. VII. contra Mathem. p. 395. non aves duntaxat, quales columbae et graculi, aggregari, sed et res inanimatas, καθάπερ ὁρᾶν πάρεστι ἐπί τε τῶν κοσκινευομένων σπερμάτων καὶ ἐπὶ τῶν παρὰ ταῖς κυματωγαῖς ψηφίδων: ubi *fluctuationes maris* si volueris, risum debebis, neque emendabere, nisi iucundissimo placidi maris et elegantissimo congestarum concharum et calculorum in littoris crepidine adspectu. Quid multa? Redi ad lib. IV. 196. nec dubitabis. WESS. — Quid sit κυματωγή, docuit *Wess.* in Diss. Herod. p. 207. VALCK. — De accentu vocabuli vide in *Var. Lect.* notata. S.

4. ἡ δὲ φήμη διῆλθέ σφι) *Famam de victoria ad Plataeas a Graecis reportata*, quam divinitus ortam censuit *Herodotus*, a Leutychide rei ignaro prudenter confictam verius alii statuerunt. *Diodorus Sic.* XI. c. 35. οἱ περὶ τὸν Λεωτυχίδην, οὔπω μὲν πεπυσμένοι περὶ τῆς νίκης, ἀφ' ἑαυτῶν δὲ πλάττοντες τὴν εὐημερίαν, ἐφάνησαν στρατηγήματος ἕνεκεν τοῦτο πεποιημένοι. vid. *Casaubon.* ad *Polyaenum*, Spartiatae strategema commemorantem lib. I. cap. 33. VALCK.

7 sqq. τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτούσης τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι *etc.*) Inconcinna et inpedita videntur. Quid quaeso ἡμέρης συμπιπτούσης, et τῆς αὐτῆς inprimis? Non equidem obliviscor libri VIII. 15. συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας: sed disconvenit, uti adparet, sicuti quod sequetur mox c. 100. [c. 101, 1.] *Portus*, has verborum difficultates animadvertens, ex arbitratu accessiones adiunxit, quae fastidium movent. Iustior eiusdem admonitio, *Vallam* συμπίπτοντος aut συμπεσόντος legisse videri: vertisse quippe, *etsi tunc eodem die contigit utraque clades, ea, quae ad Plataeas* etc. Idem ego ambabus amplecterer. Belle distincta τῆς αὐτῆς ἡμέρης, συμπίπτοντος τοῦ τε — καὶ τοῦ ἐν Μυκ. μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος, φήμη τοῖσι etc. decurrent, atque *ad Plataeas acceptam et ad Mycalen futuram Persarum cladem, utramque eodem die* iungent. Qua loci in medela, sive malis coniectura, suffragatores viros doctissimos *Pavium* et *Reiskium* produco. Res autem ipsa suadet, neque *Diodorus* lib. XI. 35., aut *Polyaenus* lib. I. 33. infitiantur, *Leotychidae* in sparso de parta ad Plataeas victoria rumore imperatoriam eminuisse fraudem. WESS.

Ferendam videri consentientem librorum omnium scr pturam monui in *Var. Lect.* Quod si αὐτῆς abesset, nem nem turbatura erat haec locutio, *coincidente die utriusq cladis.* Ferenda vero etiam videtur vocis αὐτῆς abundanti est enim, quasi dixisset *in eumdem diem utraque clades coi cidit.* S.

CAP. CI. 3 *seq.* In istis, παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον. ο ἐστι ... ἡ μάχη, mihi quoque vocula οὐ ex syllaba vi detur praecedente nata, et delenda cum *Reiskio* et *Koeni* VALCK.

10. μηνός τε τοῦ αὐτοῦ) Mensis Attici Boëdromionis di tertio, teste *Plutarcho* in Camillo pag. 138. A. et de Glor Ath. p. 348. F., nec sibi tamen constante in Aristid. pag 330. E. *Aeliani* in sexto Thargelionis die error Var. lib. I [25, dudum castigatus est. WESS.

14. ἡ κληδὼν αὐτη σφι ἐσέπτατο) In praecedentibus ἰοῦσι δὲ σφι φήμη τε ἐσέπτατο. Eadem ergo φήμη ac κληδὼν, sive omen sicuti, lib. III. 153. et V. 72. Pertinent huc, admotaqu sunt a doctissimo *Berglero*, ex *Procopii Sophistae* Epist. LII οὐ γὰρ δὴ μόνον Ἡσίοδος θεὸν αὐτὴν ὀνομάζει, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχην αὐθημερὸν ἐγνωκότες, οὐκ ἀνεκτὸν ἔφασαν, εἰ μὴ θεὸν ἡγοῖντο τὴν Φήμην: valde tamen miraculum au gent, cum Athenis victoriam, eadem die, qua ad Mycalen reportata fuit, cognitam produnt. Deam Attica supersti tione habitam, Φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν ὡς θεῷ, testis *Aeschine* περὶ Παραπρ. p. 47. WESS.

CAP. CII. 1. καὶ τοῖσι προσεχέες etc.) Vir doctus: *aut προσεχέως legendum, aut delendum est τεταγμένοισι.* Nimis pro imperio. Amo lenia in adfectis remedia, si qua opus. Tale hic nihil: omnia enim Herodotei moris et obvia. Mox μέχρι κου ex schedis bene *Gronovius.* μάλιστά κου lib. VII. 21. et consimilia non latent. WESS.

[6. ἔτι καὶ δὴ) Vide *Var. Lect.* Quaenam vis particulae ἔτι insit needum potui exputare. Commode superioribus intertexta fuisset, ἐν ᾧ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔτι περιῄισαν, οὗτοι etc. S.]

17. συνεσέπιπτον) Quod praebuit Med. Codex, aliis etiam usitato more scribendi posuerant *Herod.* sive συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος: ut III. cap. 78. οἱ συνεσέπιπτον, nempe ἐς τὸν θάλαμον. Plura dedit Cl. *Abresch.* in Dilucid. Thu-

eyd. p. 656. Hic ante vulgatum [scil. ante Gron. vulgatum συνέπεσον] ter in eumdem sensum reperitur apud Polyaenum: II. cap. 35., οἱ δὲ κατόπιν ἑπόμενοι συμπεσόντες τῆς πόλεως ἐκράτησαν. III. c. 9; 45. συνηκολούθησεν αὐτοῖς καὶ συνέπεσεν εἰς τὴν πόλιν. VI. c. 1, 2. εἰσέδραμε πρὸς τὴν μητέρα, et duo iterum αὐτῷ συνέπεσον: hic συνεισέπεσον, Casaubonus; primo loco συνεισπεσόντες corrigebat Koenius. VALCK. — Sic Polyb. IV. 71, 12. συνέπεσον (sc. εἰς τὴν πόλιν) διὰ τῆς πύλης. Idem verbum frequentavit Appianus, cuius loca huc spectantia in Indice Graecitatis olim indicavi. S.

[20. κατ' ὀλίγους γινόμενοι, i. q. ὀλίγοι γινόμενοι. Vide Wess. ad VIII. 113, 14. S.]

20 seq. Ubi Persae ἐμάχοντο τοῦτο αἰεὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐσπιπτόντων Ἑλλήνων eleganter adhibetur αἰεὶ, ut saepius apud veteres. Vid. not. in pag. 353. [Adnot. ad IV. 162, 14.] VALCK.

CAP. CIII. 5. Περίλεως) Galeo probatum dabunt forte Codices Περίλεως: id ipsum Valla reperit, cui Sicyonius hic dicitur Perilaus. VALCK. — Vide Var. Lect. S.

8. ἑτεραλκέα τὴν μάχην) Nequidquam Codices quidam innovant. Vertitur pertinacior. Praeferrem, Stephano monitore, in alteram partem inclinantem; qualis Ἄρης ἑτεραλκής, sive νικοφόρος, uti scholia Aeschyli Pers. vs. 956. Sed relege observata eruditissimi viri [Valckenarii] ad lib. VIII. 11. WESS.

CAP. CIV. 1 seq. προσετέτακτο μὲν τῶν Περσέων) Superius c. 98. [cap. 99, 14.] Persae τὰς διόδους — — προσετετάχεσαν Μιλησίοισι φυλάσσειν. Ergo πρὸς τῶν Περσέων, nisi ex composito verbo pendere iubeas, praestiterit. Namque διόδους Περσέων quis iunxerit? WESS. — In istis, Μιλησίοισι δὲ προσετέτακτο μὲν τῶν Περσέων τὰς διόδους τηρεῖν, a praepositione verbi προσετέτακτο genitivus pendere videtur τῶν Περσέων: nisi scripserit, quo modo saepe solet, προσετέτακτο μὲν ἐκ τῶν Περσέων Milesiis iniunctum fuerat a Persis. Supra cap. 98. τὰς διόδους τὰς ἐς κορυφὰς τῆς Μυκάλης φερούσας προστάσσουσι τοῖσι Μιλησίοισι φυλάσσειν. VALCK. — Genitivus τῶν Περσέων a verbo προσετέτακτο pendere, mea quidem sententia, nullo pacto potest. Nec vero opus videtur, ut προσετέτ. ἐκ (aut πρὸς) Περσέων corrigendum suspicemur. Proprie

dicturus erat Scriptor, τοῖς Πέρσῃσι τὰς διόδους τηρεῖν: sed, quoniam alius adest dativus Μιλησίοισι, variandi causa nunc genitivum posuit, et τῶν Περσέων τὰς διόδους, *exitus Persarum*, dixit *exitus viarum quibus se Persae recipere possent.* S.

CAP. CV. 2. Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθύνου) Licuit semper in ambiguis, a forte fortuna oblatum arripere. Εὐθύνου, sed obscuri hominis, meminit *Aristoteles*, Rhetor. II. 19. p. 92. Δεινὸν εἶναι, inquiebat Isocrates, εἰ ὁ μὲν Εὔθυνος ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὑρεῖν. Neque ignotus Εὐθύνοος ex vetere responso, Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ i. e. *Cicerone* interpretante, *Euthynous potitur, fatorum numine, letho*, Disp. Tuscul. I. 49. *Hermolycum* παγκρατιαστὴν non *Pausanias* lib. I. 23. ignorat. WESS.

CAP. CVI. 8 seq. ὅπῃ χρεὼν εἴη) Dederunt plures manu exarati ὅπη lib. V. 87., pessum absque caussa a viro Celeberrimo datum. Iustum et ego κατοικίσαι iudico, iustissimum ἀπεῖναι. Quid autem προκατῆσθαι, [*lin.* 11.] apertum ex lib. VIII. 36. WESS.

15. τοῖσι ἐν τέλεϊ ἐοῦσι) Nemo de scripturae veritate dubitabit in posterum. Οἱ ἐν τέλει, *qui in magistratu sunt.* Sic lib. III. 18. τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας, *singulos civium magistratus.* Ismene in *Sophoclis* Antig. vs. 66. τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι: et Philoct. vs. 384. Οὐκ αἰτιῶμαι κεῖνον ὡς τοὺς ἐν τέλει. Sed abstineo. Vide tamen Schol. ad *Gregorii Nazianz.* Stelit. I. p. 13. WESS. — Scripsisse videtur, ut est in *Med.* Cod., Πελοποννησίων μὲν τοῖσι ἐν τέλεϊ ἐοῦσι, *Principibus civitatum Peloponnesi.* In Editione *Gronovii* memorati *magistratus Peloponnensium* nulli fuerunt: [nempe sic perperam scriptum in *Gronovii* Latinis, *Peloponnensium*, et mox iterum *Peloponnenses*, pro eo quod oportebat *Peloponnesiorum* et *Peloponnesii.* In eiusdem *Gronovii* Graecis temere servatum erat τέλεσι, et omissum verbum ἐοῦσι: de quibus corrigendis erratis in Notis monuit Editor.] *magistratus Lacedaemoniorum Vallae* nitebantur verbis *Schol. Thucyd.* p. 40, 97. [ad lib. I. c. 58.] quibus etiam plus semel abusus est *Meursius:* vere monuit Clar. *Duker.*, non Lacedaemoniorum tantum, sed et aliorum, *magistratus* τέλη fuisse dictos. Magistratus autem et viri principes, οἱ ἐν ἀξιώματι, saepius etiam dicuntur οἱ ἐν

τέλει ὄντες. Meminit *Thucyd.* V. 27. τῶν ἐν τέλει ὄντων Ἀργείων. Syracusanorum magistratus, οἱ ἐν τέλει ὄντες apud eumdem VII. 73. ubi paulo post vocantur ἄρχοντες. Hinc *Philoni Iudaeo* inter Aegyptios et Persas viri principes sunt Αἰγυπτίων οἱ ἐν τέλει, et οἱ ἐν τέλει Περσῶν, pag. 363. B. et pag. 778. B. Ut *Herodoto* Πελοποννησίων τοῖσι ἐν τέλεϊ, sic *Aeschylus* apud *Stobaeum* p. 63, 31., Κλύειν τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει. *Sophocl.* Phil. vs. 922, τῶν ἐν τέλει κλύειν. VALCK.

[18. οὐδὲ Πελοποννησίους περὶ τῶν σφετέρων ἀποικιέων βουλεύειν) Miratus sum, ad vulgatam ante nos scripturam Πελοποννησίοισι neminem interpretum adhaesisse, nihil certe ad hunc locum ab interpretibus adnotatum. Nam, quod vulgo interpretantur omnes, *neque Peloponnesiis de ipsorum* (nempe *Atheniensium*) *coloniis consultandum*, ea sententia, ut in *Var. Lect.* monui, Graecis verbis non inest, nisi aut ad dativum Πελοποννησίοισι intercidisse verbum κατήκειν, ἐξεῖναι, aliud-ve simile, statueremus, aut Πελοποννησίους corrigeremus, ubi quidem ad infinitivum βουλεύειν, ex pervulgato Graecorum usu, verbum δεῖν subintelligendum. Unam rationem video, qua vulgatum Πελοποννησίοισι defendi possit; si statuamus hos *Peloponnesios*, hic nominatos, opponi illis *Peloponnesiis* τοῖς ἐν τέλεϊ ἐοῦσι; unde haec prodiret sententia: *neque Peloponnesiis* (nempe *reliquis Peloponnesiis*) *placuit de coloniis Atheniensium consultare*. At huic interpretationi duo obstare momenta videntur: primum, quod in hanc sententiam dicturus haud dubie *Herodotus* fuisset τοῖσι ἄλλοισι Πελοποννησίοισι: alterum, quod deliberantium concilio non privati homines, sed soli οἱ ἐν τέλεϊ ἐόντες, interfuisse videantur. *S.*]

23. πίστι τε καταλαβόντες) Sive adsit, seu deficiat encliticа, parum intererit. Adest lib. III. 74., ubi vide. Statim ἐμμενεῖν aut ἐμμενέειν ob adiunctum μὴ ἀποστήσεσθαι aequius melius, quod *Portum* haud praeteriit. WESS. — Amat vero etiam Noster, ut formas, sic et tempora variare verborum. Caeterum vide *Var. Lect. S.*

CAP. CVII. 9. δεινὸς μέγιστός ἐστι) Explicatur ab *Eustathio* [ad Iliad. p. 537 extr. ed. Bas. p. 668. ed. Rom.] et Criticis ad *Sophoclis* Aiac. vs. 243., *Lycophronis*que Alex. vs. 774. Persarum illud convicium innuebatur cap. 20. huius Musae, et recentiorum eorundem abs *Theophylacto*

V 2

Hist. Mauric. lib. III. 8. Non requiretur, credo, simil aliarum nationum opprobrii virus. Quis Virgiliani obl viscitur, *O vere Phrygiae, neque enim Phryges*, Aeneid. I> 617. ubi de Persis *I. Lud. la Cerda* egregie. WESS.

12. *καί μιν ἐπιθέοντα Φρασθεὶς etc.*) Pristinum Φθὰς ser tentiae congruere, largior atque agnosco ultro. Sed enii tanta Codicum adparet consensio, iussus adeo urgens, u obedientiam relinquere abnuam. Φρασθεὶς, *advertens*: Φρο ζεσθαι et ἐπιφράζεσθαι cap. 19. et in *Porti* penu copiosissim sunt. Vicino ἁρπάζειν μέσον [*lin.* 15 *seq.*] *Livii respondet a ripit medium Servium*, lib. I. 48. et *Dionysii* in eadem histo ria, μετέωρον ἐξαρπάσας, *sublimem rapiens*. WESS.

12. ἐπιθέοντα Φθὰς) *Irruentem cernens, Valla*: no ille Φθὰς, sed legit in suo Cod. Φρασθεὶς, quod in *Arch.* e *Eton.* inventum exhibet etiam margo *Ed. Steph.* Φρασθεὶς ἐπιφρασθεὶς, et καταφρασθεὶς *Herodoto* in istum sensum adhi bentur; sed neque alterum Φθὰς hinc alienum est, ha etiam usurpatum structura: vid. ad Phoen. *Eurip.* vs. 98: Φθὰς si qui dant Codices, videri forte poterit utrumqu posuisse *Herodotus*: καί μιν, ἐπιθέοντα Φρασθεὶς, Φθὰς ξυναγόμ - - - ἁρπάζει μέσον, καὶ ἐξάρας παλιν ἐς τὴν γῆν: *quem, cum ac currentem cerneret, praevertens Xenagoras - - - medium arr pit, et sublatum in terram statuit*: ut apud *Terentium*, *subl mem medium arriperem, et capite pronum in terram statueren* συναρπάσας ἐξῆρε est in *Xenoph.* Κυρ. Παιδ. p. 35, 340. Ἀρ μετέωρον εἰς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ. *Aristoph.* Eq. 1359. VALCK

19 *seq.* πορευομένων, οὐδὲν ἔτι *etc.*) Dedi schedis *Gronovi* que, et βαρβάρων vocem in exilium egi; necessariam min me esse, praecedentia commonstrant. In sequentibus m nuendis modum excedit *Mediceus.* Vide superius lib. V 42. Verissimum [*lin.* 22.] ἐξ Ἀθηνέων. WESS.

CAP. CVIII. 2 *seq.* ὡς δέ οἱ προσπέμποντι) Quo s sensu capiendum hoc verbum, erudite docuit vir Cla in Miscell. Obs. Nov. T. III. p. 7. Ut λόγους προσπέμπειν, s προσενεγκεῖν λόγους περὶ συνουσίας dixit *Xenophon* Κυρ. Παιδ. V p. 91, 1. et *Lucian.* T. I. [Dial. Deor. VI. 2.] p. 217.; ubi πειρᾶν, in eundem sensum magis frequentatum, tracta Vir summus. *Amorem Xerxis*, fratris uxorem frustra so licitantis, hinc attigit *Tzetzes* Chiliad. II. vs. 6. Errat, saepius in historia, *Maximus Tyrius* XXVI. 7. ubi Xer

ἐπὶ Ἄμηστριν ἧκεν τὴν τοῦ παιδὸς γαμετήν: errorem correxerunt *D. Heins.* et *Io. Davis.*, quo vocat *Amestrin*, quae *Artaynte* fuerat ex *Herodoto* dicenda. VALCK.

4. βίην προσεφέρετο) Praestabilius videtur προσέφερε, uti in duobus Msstis; sic sane ἀναγκαίην προσφέρειν lib. VII. 172. *Tzetzes* haec ad *Lycophron.* excerpens p. 142. *Xerxes*, ait, εἰς ἔρωτα τῆς Μασιστίδος ἐμπέπτωκε γυναικός, confundens inperite Masistium et Masisten, regis fratrem, qui idem error Chiliad. II. 6. WESS. — Ferendum fortasse προσεφέρετο erat: quod quum, utpote ex rariore verbi usu, suspectum fuisset docto cuidam librario, facile credas in προσέφερε ab eodem fuisse mutatum. *S.*

7. πρήσσει τὸν γάμον τοῦτον etc.) Haec salebrosa doctis viris. *Reiskius* addit distinguitque πρήσσει τὸν γάμον τούτων, τῷ παιδὶ -- Δαρείῳ μνέεται θυγατέρα, *Abreschius* vero, πρήσσει τοῦτο, τὸν γάμον λαμβάνει τῷ παιδὶ -- θυγατέρος τῆς γυναικὸς ταύτης. Quorum auxilium manu descripti libri aversantur. Sentio, θυγατέρα τῆς γυναικὸς per adpositionem, quam vocant, aptanda ad τὸν γάμον, neque adeo sollicitanda esse. *Maximi Tyrii* (Orat. XXVI. pag. 317.) memoriae in his lapsum *D. Heinsius* et *Davisius* fecerunt manifestum. WESS.

CAP. CIX. 7 *seq.* τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε *etc.*) Ex vetere *Aldi* scriptura formabatur, τὴν δὲ, κακῶς --- εἶπαι. Recepta probior; neque ulla necessitudo, ut ἡ δὲ, κακῶς γὰρ ἔδεε --- εἶπε, fingatur. In formulae enim frequentissimo usu multiplex variatio, notata ad lib. I. 8. WESS. — Sic loqui amat *Herodotus*, cuius in sermone τῇ δὲ κακῶς γὰρ --- πρὸς ταῦτα εἶπε, idem valet ac si dixisset, ἡ δὲ (τῇ γὰρ πανοικίῃ ἔδεε κακῶς γενέσθαι) πρὸς ταῦτα εἶπε. *S.*

CAP. CX. 6 *seqq.* βασιλήϊον δεῖπνον *etc.*) Hinc attigit *Athenaeus* IV. pag. 146. B. describens Herodotea quae sequuntur; ubi similiter οὔνομα τῷ δείπνῳ Περσιστὶ fuisse dicitur τυκτά, Ἑλληνιστὶ δὲ τέλειον. VALCK.

8. ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεὺς) Intererit parum, sive praepositio [ἐν] accedat, seu tacita relinquatur. *Vallae* Latina, *die quo rex creatus est*, me arbitro, perperam. Et hinc manavit tamen docta Cl. *Relandi* (Dissert. de Vet. Ling. Pers. p. 257.) originatio vocis TYKTA, quasi coenae ἐνθρονισμοῦ, inque memoriam regiae inaugurationis celebratae.

Nisi errore, quod nolim, in devium exeo, *regis natali est dies.* Viam monstrat *Noster* lib. I. 133. quando de Persis, Ἡμέρην δὲ ἁπασέων μάλιστα ἐκείνην τιμᾶν νομίζουσι, τῇ ἕκαστος ἐγένετο, *qua eorum quisque natus fuit*: tum *Plato* Alcibiad. I. p. 121., exposito natali die, eoque festo, regii principis, εἶτα, adiungens, εἰς τὸν ἄλλον χρόνον ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βασιλέως γενέθλια πᾶσα θύει καὶ ἑορτάζει ἡ 'Ασία: quibus adprime adcommodis nihil adstruo. ΤΥΚΤΑ explicent, qui poterunt. WESS.

10. τὴν κεφαλὴν σμᾶται) Habet et σμᾶται *Athenaeus*: noster forte scripserat σμῆται. Si in nullo Codice legitur κατσμῆται, neque legisse videbitur illud *Valla*; cuius *ornatur* eam mihi moverat superius [Adnot. ad III. 148, 5.] memoratam coniecturam. *Casaubonum* σμᾶται hic explanantem sequitur *Gronovius*. VALCK. — Omnes ita; [nempe σμᾶται:] nec *Vallam* suspicor, etsi laxius expresserit, aliud ob oculos habuisse. Magnum *Athenaei* Animadversorem laudo vehementer, de *smegmate*, nisi *fragrantius oleum* praetuleris, quo regium caput fuerit delibutum et deinde defrictum, coniectantem. Omnium aptissima sunt, a Cl. *Gronovio* itidem signata, haec de lib. IV. 73., ubi Scythae, a funere recentes, σμησάμενοι τὰς κεφαλὰς καὶ ἐκπλυνάμενοι, utique capita, sive foedati antea, seu quomodocunque liti, defricantes atque abluentes. Huc referre mihi posse videor *Strabonis* verba, ὅταν δὲ βασιλεὺς, *Indorum rex*, λούῃ τὸν τρίχα, μεγάλην ἑορτὴν ἄγουσι, καὶ μεγάλα δῶρα πέμπουσι, lib. XV. p. 1046. A. [p. 718 med. ed. Cas.] habent certe quidem adfine aliquid. Porro [*lin.* 12.] δέεται τοῦ Ξέρξεω Codicis *Arch.* minime futile: plures idem si praeberent, in maiore versaretur honore. WESS. — Nunc, quum unus hic codex δέεται pro χρήζει habet, videtur istud ex scholio natum. *S.*

CAP. CXI. 14. κελεύων με γυναῖκα etc.) Proxime consequens ταύτην με κελεύεις hoc ad sanitatem revocat. Absentia vocis τρεῖς [*lin.* 15.] in tot bonae notae membranis considerationem meretur, siquidem sine ea filum sermonis cohaeret, et filiarum quoque nullus finitur numerus. Superat eius tamen praesentia scribarum captum, videturque adeo adprobanda. Rediit [*lin.* 18.] μετίεναι, cui dialectus favet, et Calliope c. 61. WESS. — Probatorum

complurium codicum reprobata consensu (quibuscum haud dubie alii etiam, si diligentius excutiantur, facere reperientur) vox τρεῖς a lectore quodam olim margini adiecta fuisse videtur, et dein temere a nonnemine in contextum adscita. Equidem prope absum ut abiiciendam censeam. *S.*

19. μέγα μὲν ποιεῦμαι) Ne hac in dictione Scriptor a se secederet, primas *Arch.* et *Vind.* concessi, qua super re ad lib. III. 42. WESS.

Ibid. μεγάλα μὲν ποιεῦμαι) Hic certe placet lectio *Arch.* μέγα μὲν ποιεῦμαι. In istiusmodi formulis μέγα ferme tantum reperitur; eâdem qua hic structurâ positum in *Xenophontis* Κυρ. Παιδ. V. p. 76., ἐγὼ μέγα ποιοῦμαι φίλον τοῦτο τὸ χωρίον τοῖς ἐνθάδε συμμάχοις καταλιπεῖν, ut est in Cod. MS. pro καταλιπεῖν. Ut μέγα ποιοῦμαι, frequentatur et μέγα ἡγοῦμαι, et μέγα τίθεμαι. Merito tamen dubitat vir Celeberr. probandum-ne sit apud *Herod.* III. c. 42., quod vulgatur μέγα ποιεύμενος ταῦτα, an, quod offerunt duo Codices, μεγάλα ποιεύμενος ταῦτα. VALCK. — Alia Nostri loca a *Wess.* ad III. 42, 12. citata, perquam probabile mihi faciunt, μεγάλα hic revera ab ipsius Scriptoris manu esse. Haud immerito vero mireris, duo illos codices *Arch.* et *Vind.* qui hic a cunctis aliis discedentes, μέγα pro illorum μεγάλα dant, eosdem lib. III. 42. μεγάλα dare, ubi reliqui omnes in μέγα consentiunt. Ac fieri quidem potest ut fallar, sed etiam atque etiam ego suspicor, eumdem eruditum illum sive lectorem sive librarium, cui multae debentur lectiones, quae commodiores videri poterant, quam hae in quas reliqui omnes consentiunt codices, et hoc loco μεγάλα, quod ei insolentius visum esset, suo arbitratu in μέγα mutasse, et III. 42. quum μέγα ποιεύμενος scripsisset *Herodotus*, μεγάλα posuisse, quod sequenti ταῦτα aptius respondere videretur. *S.*

CAP. CXII. 5. τούς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα) Dirum inpotentis matronae facinus! Geminum aliud, ex inpia eius religione susceptum, lib. VII. 114. Et illam tamen, adeo effraenata rabie inmanem, exsecrabilem, animo factisque consceleratam, doctorum haud pauci reginam *Estheram* esse, regis *Ahasueri* consortem tori (nominis quadam adfinitate, sicuti mihi videtur, delusi) censent.

Istud illi viderint; cum enim in caussam nunc non d
scendo: tu τοὺς τε μαστοὺς ubi volueris, aderit e scripi
facultas, modo ne adscripta lib. IV. 202. flocci fecer
WESS.

CAP. CXIII. 8 *seq.* ὥς ἐμοὶ δοκέειν) Formulae v
terem cultum membranae reddunt. Eadem lib. IV. 168
aliisque locis. Ἐμοὶ δοκεῖν *Sophocles*, *Thucydides*, *Philostr*
tus etc. Adi *Abreschium* Dilucid. *Thucydid.* p. 5. WESS.

14. τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου) Suspicor vocem στρατιὴ
ex proximis inhaerentem memoriae scribentis, alterius v
ce male fuisse repetitam. Qui Susis abierat cum liberi
καὶ δήκου τινὶ καὶ ἄλλοισι, quique necdum pervenerat a
suam praefecturam, is minus commode dici poterat ia
nunc secum habuisse *exercitum*. Multo mihi videretur a
commodatius, si a Xerxe missi in via dicerentur inte
fecisse αὐτόν τε ἐκεῖνον, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν θεράπ
πηΐην τὴν ἐκείνου, si hoc alicunde firmamentum acciperet
VALCK.

CAP. CXIV. 2. περὶ Λεκτόν) Idae promontorium
contra insulam Lesbon, in Scholiis ad *Nicandri* Alexiph
vs. 40. et elegantissima correctione *Casauboni* apud *Athen.*
lib. XIII. p. 598. c. Saepe illic navigaturos adversi mora
bantur venti. *Eumenes rex - - - adversis deinde ventis quum
aliquot diebus superare* Lecton *promontorium non potuisse*
etc. apud *Livium* lib. XXXVII. 37. In proximis, de abit
Spartanorum, et Atheniensium pertinace ad Persas inse
quendos perseverantiâ, nihil fere *Thucydides* lib. I. 89
discordat. WESS. — *Lectus* promontorium saepe *Strabon*
memoratum: et ibi quidem aliquoties acute scribitur Λ
κτὸς, quemadmodum Λεκτὸν acute pingitur in *Herodoti* li
bris scriptis editisque: rectius vero, quo proprium no
men ab adiectivo verbali λεκτὸς distinguatur, penacut
scribitur apud eumdem *Strabonem* lib. XIII. pag. 604. a
606. c. etc. ed. Casaub. et sic etiam apud *Athenaeum* l. c
correxit *Casaubonus*, ἴδιον εἶναι Λέκτον, ubi mendose λέκτρ
olim. *S.*

10. ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες) Διαβαλόντες, quod e
Arch. memorat *Galeus*, probarem ut aliquoties adhibi
tum *Herodoto* VI. 44. V. 33. et 34. In eumdem sensu
διαβάλλειν posuit *Thucydid.* II. 83. VI. cap. 30. *Aristides* T

III. p. 577., εἰς Φίλας διέβαλον. *Eunapius* in Proaeres. p. 120., διέβαλεν ἐξ Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην. VALCK. — Quod in *Var. Lect.* dixi, verbum διαβαλόντες h. l. cum *Arch.* nostrum etiam codicem F. tueri, id indictum velim: denuo inspiciens optimas hasce membranas, quarum usuram ad hunc usque diem illustris possessor liberaliter mihi concessit, video in illis διαβάντες scriptum, uti in aliis; atque id tenere debueram. Conf. *Wess.* Adn. ad IX. 89, 24. Quum verbum διαβάλλειν *traiiciendi* notione aliàs frequentet *Herodotus*, scriptura *Arch.* διαβαλόντας h. l. eiusdem docti olim hominis industriae deberi videtur, cui multa alia, quae ille codex (et qui eum presse sequitur *Vind.*) propria habet, accepta ferenda esse et saepius aliàs monui et proxime etiam ante observavi. *S.*

CAP. CXVI. 5. ἐξ Ἐλαιοῦντος ὑφελόμενος) Quum Xerxen circumvenit Artayetes, nondum dici poterat Protesilai τὰ χρήματα ὑφελόμενος: hoc itaque e sequentibus huc ab alia manu videtur illatum; ab *Herodoto* autem scriptum αἰτήσας, *Vallae* lectum, dat *Arch.* Nomen urbis Chersonesi Thraciae diverse scribitur Ἐλεοῦς et Ἐλαιοῦς, docente Clar. *Wesseling.* ad *Diodori* XIII. c. 39. Mihi quoque legitima scriptio videtur Ἐλαιοῦντος. Prope Elaeunta atque huius templi Protesilai reliquias, scenam constituit suorum Heroicorum *Philostratus*, de *Artaycte* nostro narrata respiciens p. 672., ubi templum memorat, ἐν ᾧ κατὰ τοὺς πατέρας ὁ Μῆδος ὕβριζε: iuxta *Herod.* spoliato templo quum Elaeunta veniret Artayctes, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. conf. VII. c. 33. VALCK. — De Aoristorum usu praecipiens *Hermannus*, quem in *Var. Lect.* etiam laudavi, recte monuit defendi h. l. ὑφελόμενος posse. Quare, quum in hanc scripturam veteres libri omnes, excepto *Arch.* eiusque sequacibus *Vind.* et *Vallae* exemplari, consentiant, horum αἰτήσας ex correctione parum necessaria eiusdem docti olim hominis, quem modo dixi, fuerit prognatum. *S.*

19. καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος) Indicatum superius ad lib. I. 4. Hinc audax fluxit et inportunum Artaxerxis, Persarum, victis Parthis, vindicis et regni instauratoris, cedere Imp. Alexandrum Romanosque omni Asia debere, ἐᾶσαι δὲ ἄρχειν Πέρσας μέχρις Ἰωνίας τε καὶ Καρίας - - - εἶναι γὰρ

αὐτὰ Περσῶν προγονικὰ κτήματα: esse enim Persarum hereditarias atque a maioribus acceptas possessiones, in *Herodiani* lib. VI. 3. Proximum καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε, [*lin. 20 seq.*] *fanumque sevit*, obscurius versum; nisi fanum, *locum effatum templo et sacratum* Laurentius *Livii* more et hic intellexerit. *τέμενος, ager exemtus et consecratus* iuxta Protesilai sepulchrum, sicuti *Noster* in praecedentibus. Inpendit et his operam Cl. *Olearius* ad *Philostrati* Heroic. c. 2. p. 672.; verum istiusmodi, ut noceat magis, quam prosit. WESS.

24. *ἀφύκτως δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον*) Litem primae voci schedae movent. Age, intueamur. Ἄφυκτον omne, *quod evitari quitum non est.* Ἄφυκτος θάνατος *Simonidi*, in Consol. ad Apollon. *Plutarchi* p. 107. B., ἄφυκτος ἀνάγκη Philosopho de Pythagorae schola apud *Stobaeum* Eclog. Phys. p. 8., τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον *Alciphroni* lib. I. Epist. 25. Sed Artayctes, modo provide et consulto egisset, aut vitare obsidionem, aut adparatu ad eam tolerandam sese potuerat instruere. Neutrum observavit; unde *ex inproviso*, uti *Valla*, ἀφυλάκτῳ (non ἀφυλάκτως) membranae *Arch.* et *Vind.*, supervenerunt. Simile *Polyaeni* VIII. 36. ἐπιθέσθαι τοῖς πολεμίοις -- καθεύδουσι καὶ ἀφυλάκτοις. *Plutarchi* T. II. p. 262. c. καὶ τὸν Ἀριστόδημον ἄοπλον καὶ ἀφύλακτον παρεισπεσόντες διαφθείρουσι. *Herodiani* VI. 5. οὕτω γὰρ ᾤετο -- ἀφυλάκτως καὶ ἀπροόπτως αὐτοῖς ἐπελεύσεσθαι. Quae cuncta ut vetustis libris paria faciam, a me inpetrant: alia opinatis praescribitur nihil. WESS. — Habet etiam ἀφυλάκτως διακεῖσθαι *Polybius* IV. 36, 4. Denique perapta utique huic loco scriptura ἀφυλάκτῳ videri poterat. Quod si tamen vulgatum olim ἀφύκτως posset defendi, in alteram scripturam eadem rursus suspicio caderet, qua alias codicum *Arch.* et *Vind.* quamlibet speciosas lectiones premi modo observavimus. Et quidni tueri locum suum ἀφύκτως possit? Non equidem ad *Hesychii* auctoritatem provocabo, ipsum hoc vocabulum in Lexico suo illustrantis: nam, quae ibi adiecta est interpretatio ἀνεξκλείπτως, satis ostendit non ibi *Herodoti* hunc locum respexisse Lexicographum. Sed, quamvis alibi, si ab hoc Nostri loco discedas, vix usquam hodie adverbium ἀφύκτως reperiatur, tamen, ut ἄφυκτον dicitur *quod effugere nemo potest*, sic nihil impedit, quo minus

ἀφύκτως αὐτῷ ἐπέπεσον dixisse *Herodotum* credamus, *ita de improviso eum adorti sunt Athenienses, ut effugi non potuerint*, id est, *ut ille et qui cum eo erant effugere non potuerint*: nempe, quod ex insequentibus intelligitur, et navibus urbem obsederunt, et exscensione facta eamdem a continente ita circumsederunt, ut effugere nemo posset. Atque haec lectio etiam significantior est: nam, ἀφύλακτον fuisse eum ab hostibus invasum satis iam superioribus verbis, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς τὸν πόλεμον, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας, declaratum est. Quare, uti nunc quidem stat sententia, vulgatam olim scripturam ἀφύκτως restituendam auctori censeo. *S.*

CAP. CXVII. 7. Istud ἔστεργον τὰ παρεόντα *H. Stephanum* in iucundissimo *Isocratis* ad Demoniac. p. 8. Στέργε μὲν τὰ παρόντα, ζήτει δὲ τὰ βελτίω, offendere non debuerat. Cautior in omni hoc genere *Th. Gatakerus* ad *Antonin.* VI. 44. WESS. — Quid sit quod *H. Stephanum* offendisse dicat Vir doctissimus haud satis video, nisi hoc spectavit quod ille in Thesaur. Graec. Ling. T. III. p. 1014. E. postquam *Isocratis* dictum adposuit στέργε τὰ παρόντα, *praesentibus acquiesce*, statim adiicit, verbum στέργειν hac notione usurpatum frequentius cum dativo casu construi; quum quidem haud minus frequenter accusativo casui iungatur, ut ostendunt exempla a *Gatakero* l. c. cumulata. *S.*

CAP. CXVIII. 1. Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη *etc.*) Interposita ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτεα, adprobata priscorum Codicum et *Gronovii* sententia, ablegavi unde venerant, quippe scribarum insiticium glossema. Porro τόνοι τῶν κλινέων *nervi, lectulis et sellis intendendis habiles*, quibus elixis et igne mollitis famem domare uitebantur miseri. Vide *Pollucem* X. 37. WESS.

7. οἱ Χερσονησῖται *etc.*) Vicem *Stephano Byz.*, qui toties auxilio nobis venit, reddemus. Excitaverat haec in Χεῤῥόνησος, sed latuerunt eruditos eius explanatores. Vulgatur, καὶ τὸν πολίτην (*Hecataeus*) Χεῤῥονήσιόν φησιν. Ἀψινθίοισι πρὸς μεσημβρίαν ὁμορέουσι Χεῤῥονησῖται, ἀπὸ τῶν πύργων ἐσημήναντο τοῖσιν Ἀθηναίοισι τὸ γεγονός: quae minime apta, sed luxata *L. Holstenius* cognovit. Ubi scripseris, Ἀψινθίοισι -- ὁμορέουσι Χεῤῥονήσιοι. Χεῤῥονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων *etc.*; redibit nexus et legitima verbis sententia. Deerit mentio *Herodoti*, quae

liberque eius IX. adiicietur commode. Ille quaedam aliter exarata hic animadvertit, Χειροτεχνῖται tamen Nostro VI. 39., et cap. 119. Calliopes: [IX. 120, 2.] nam Χειροτεχνιτέων vox exerrat. WESS.

CAP. CXIX. 3. ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ) Barbarum et crudele numen aliis relinquo, mihi manet ignotum: ignotum quoque, unde ὀλίγοι ἐόντες, quave auctoritate, in postremam venerint editionem. An de *Vallae* Latinis? nam de *Arch.* scriptura viro Celeb. notitia nulla. Pristinum ὀλίγον ἐόντες *ad viciniam Aegos fluminis, paullumque ultra id* progressos ducit. Paucos autem admodum fuisse, qui fugerunt, liquido haud paret. Satius erit, illibatum illud servare. Omnium praeclarissime ὑπὲρ Αἰγὸς ποταμῶν, quo de egregie prorsus *Oudendorpius* ad *Frontin.* II. 1, 18. WESS.

CAP. CXX. 4. καὶ ἔσπαιρον) Pati possem *Athenaei* et *Eustathii* ἤσπαιρον, si quae gravis urgeret causa. Simile *Apollodori*, Bibl. III. 13, 6. καὶ ἀσπαίροντα τὸν παῖδα ἰδὼν ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ἐβόησε. *Aeschyli* Pers. vs. 983., *Euripidis* Iph. Aul. 1587. Sed *Apollon. Rhod.* IV. 874. εἰσενόησε Παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός. Iunge *Valckenario* observata lib. VIII. 5. Ἰχθύες νεοάλωτοι reiecti ob vocabuli raritatem videntur. Opportunum adest *Dionis Cassii* lib. XLIX. p. 473. E. τῶν τε νεοαλώτων τινὲς καὶ Δαλμάται σὺν αὐτοῖς ἐπανέστησαν, *de recens captis.* WESS.

13 *seq.* ἐπάλλοντό τε καὶ ἔσπαιρον) Quam verbo formam induit VIII. c. 3., ἤσπαιρον hinc excitat *Eustath.* in Odyss. μ'. pag. 497, 30. Errorem in vicinis *Vallae Io. Hartungus* iam correxit, Locor. Memorab. III. cap. 7, 18. VALCK. — Quemnam *Vallae* in vicinis errorem correxerit *Hartungus*, cuius liber ad manus non est, nescio. Illud video, verba οἱ τάριχοι ἐπάλλοντο interpretatum *Vallam esse offa illa salsurae resiliit*, scilicet ex Ionum idiomate ἐπάλλοντο pro ἐφήλλοντο accipientem: cuius rationem sequens *Schulzius* in Indicem Graecitatis Herodoteae ex hoc ipso loco verbum Ἐπάλλεσθαι, *resilire*, retulit. At ἐφάλλομαι aut ἐπάλλομαι non tam *resilire*, quam *insilire* et *irruere in aliquem* significat. Iam olim autem *Sylburgius* in ora *Herodoti* latine Francof. 1595. editi monuerat, esse a verbo πάλλεσθαι, *vibrare* et *concuti* significante: recte vero. Sic sane VII. 140, 14. δείματι παλλόμενοι sunt *metu tremen-*

tes sive concussi. Sic apud Poëtam στήθεσι πάλλεται ἦτορ, *in pectore saliens vibrat cor*, Iliad. χ'. 452. Sic *Plutarch.* in Vita Cicer. iungit παλλόμενος καὶ τρέμων. Denique quid multa? ἰχθῦς παλλομένους perspicue memorat idem Noster I. 141, 10. *S.*

8-10. Portento, quo censebatur τὸ τάριχος ἀναβιῶναι, ut loquitur *Philostr.* in Heroic. p. 672., sibi significasse Protesilaum *Herodoti* narrat Artayctes, ὅτι καὶ τεθνεὼς καὶ τάριχος ἐὼν δύναμιν πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. Pro τίνεσθαι *Arch.* praebet σίνεσθαι: quod lectum *Eustathio* huius monstrat interpretatio, ὅτι Πρωτεσίλαος - - - δύναται βλάψαι τὸν ἀδικοῦντα. Suum hic τίνυσθαι, id est τιμωρεῖσθαι, probabiliter posuerat historicus. Huc spectans *Pausan.* III. [c. 4.] p. 213. Πρωτεσίλαος, ait, ἐν Ἐλαιοῦντι, οὐδὲν ἥρως Ἀργεῖων φανερώτερος, ἄνδρα Πέρσην ἐτιμωρήσατο Ἀρταΰκτην. VALCK. — Haereo, servem-ne τίνεσθαι, an σίνεσθαι praeoptem: hoc *Eustathium* vidisse, ipsius βλάψαι testificatur. Enimvero conspectius inter variantes, quas dicunt, exstet. WESS. — Hoc rursus loco vereor ne genuinam auctoris scripturam cum curiosi correctoris invento permutarim. Quemadmodum non modo τίνυσθαι, sed multo etiam frequentius τίσασθαί τινα, *ulcisci, poenam de aliquo sumere*, dixit Scriptor noster: sic constanti probatorum codicum testimonio credi poterat, etiam τίνεσθαι, praesentis temporis formâ, nunc eumdem scripsisse: quin et percommoda videri debebat formula τὸν ἀδικέοντα τίνεσθαι. Sed, quoniam nusquam alibi hoc verbum in praesenti tempore occurrit, suspectum fortasse idcirco fuit olim non nemini, et in σίνεσθαι aut σινέεσθαι temere mutatum. *S.*

11. ἄποινά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι) Vir eruditus *Corn. de Pauw* ἀποινά μοι τάδε etc. quoniam τίμημα ἐπιθεῖναι in *mulcta irroganda* teritur; qui mihi quidem oblitus inter coniectandum videtur, ἄποινα Nostro *praemia* esse, *quae pro capite penduntur*, lib. VI. 79. De Artayctae scelere et condigna poena *Philostratus* Heroic. cap. 2. p. 672. WESS. — Sunt utique ἄποινα *praemium* vel *pretium pro capite pensum*; sed *pendere* aut *solvere pretium* Graece non ἐπιτιθέναι, puto, sonat, verum διδόναι, aut ἐκτίνειν, ut est apud Nostrum VI. 79, 6. His adde quae in *Var. Lect.* observavimus. *S.*

20 seq. σανίδα προσπασσαλεύοντες) Cl. *Reiskius* σα-

νίδι. Frustra. *Noster* lib. VII. 33. ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν, quod geminum: considerandum enim, ἀνεκρέμασαν πρὸς σανίδα πασσαλεύσαντες. Vide ibi. WESS. — Conf. *Var. Lect. S.*

CAP. CXXII. 6. καὶ ταύτην τρηχέην) Paria de ingenio et habitu Persicae regionis *Plato* de Legib. III. p. 695. A. et *Herodoti* assectator *Arrianus* Exped. Alex. lib. V. 4. καὶ γὰρ καὶ Πέρσαι τότε πένητές τε ἦσαν καὶ χώρας τραχείας οἰκήτορες, nempe principio regni Cyri. In vicinis [*lin.* 10.] οἰκός, toties laudatum, ex *Arch.* remigravit. WESS.

16. μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι) Addita vox robur Cyri dicto conciliat. Observatio ipsa plerumque vera est, atque excellentissime ab *Hippocrate* illuminata, de Aër. Aq. et Loc. pag. 289.; in universum tamen fallax. *Fere imperia penes eos fuere populos, qui mitiore coelo utuntur: in frigora septentrionemque vergentibus inmansueta ingenia sunt, ut ait poëta, suoque simillima coelo*, dicto *Senecae* lib. II. de Ira c. 16. Quid olim quaeso suavius cultiusque Graecia? Quid Caesaris et Taciti aetate asperius et situ magis foedum Germania? At nunc utriusque faciem intuere. *Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit, Si modo culturae patientem conmodet aurem*, more oraculi *Horatius*. WESS.

17. οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι) Eamdem Cyri sententiam verbis diversis *Plutarchus* tradidit in Apophthegm. pag. 172. E. ubi *Persas Cyrus cupientes* ἀντὶ τῆς ἑαυτῶν, οὔσης ὀρεινῆς καὶ τραχείας, πεδιάδα καὶ μαλακὴν χώραν λαβεῖν, οὐκ εἴασεν, εἰπὼν ὅτι καὶ τῶν φυτῶν τὰ σπέρματα καὶ τῶν ἀνθρώπων οἱ βίοι ταῖς χώραις συνεξομοιοῦνται. Temporis itaque Cyri Persas velut τραχείας χώρας ἐκγόνους laudat *Plato* de Legib. p. 695. A. cui hac in parte convenit cum *Xenophonte* Κυρ. Παιδ. VII. p. 117, 5. Dantur Cyri dicto plurima veterum simillima, partim collecta *Th. Gatakero* ad *M. Antonin.* IV. 39., quorum nonnulla dederat et *Andr. Dounaeus* in *Demosth.* pag. 131. Unius ponam verba *Livii* ex lib. XXIX. c. 25. *Fertilissimus ager, eoque abundans omnium copia rerum est regio; et imbelles (quod plerumque in ubere agro evenit) barbari sunt.* Herodoti Cyrus, φιλέειν inquiebat, ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι. Herodotea non pauca *Livius* expressit imitando. VALCK.

AD LIBELLUM
DE VITA HOMERI
ADNOTATIONES WESSELINGII

QUIBUS NOSTRAE NONNULLAE ADSPERSAE.

(*Quae vel huiusmodi uncis* [ ] *intercepta sunt, vel literâ S. in fine distincta, ea nos adiecimus: reliqua omnia* WESSELINGIUM *habent auctorem.*)

CAP. I. 1. ʽΗΡΟΔΟΤΟΣ ὁ Ἁλικαρνασσεύς) *Herodoto*, cuius *Musas* hactenus iucundissime versavimus, Ἐξήγησιν hanc eruditissimi Viri *Io. Ger. Vossius*, *Tan. Faber*, *Th. Rykius*, *Io. Ionsius*, *Ez. Spanhemius*, *Steph. Berglerus*, aliique abiudicant; contra illi maximopere asserentes nituntur *Io. Alb. Fabricius*, *Ios. Barnesius*, *Bouherius*, quique eam ante hos decem annos Londini eleganter descriptam publicavit, *Io. Reinoldius*. Me, in partem cum sit eundum, priores trahunt. Dictionis sane tenor et filum vocabulaque conplura Herodotea non sunt. Abest Ionismi perpetua suavitas, nec de sola scribarum culpa; quod *Berglerus* in Praefatione ad *Homeri* Odysseam bene docuit, atque Herodoti studiosos fugere non potest. Adsunt opiniones praeterea, Herodoteis valide pugnantes. Et quis veterum, qualium de Homeri origine, patria, fatis, carminibusque conmemorantium magna utique corona, *Herodoto* contribuit unquam? Non nescio, sollertissimum *Fabricium* in medium collocasse *Tatianum*, Orat. ad Graec. c. 48. tradentem, περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασε sedulo Theagenem Rheginum, Stesimbrotum Thasium, Antimachum Colophonium, *Herodotumque Halicarnassensem* investigasse. At quid *Tatianus* contra tam pertinax priscorum et aequalium scriptorum silentium? Immo verba eius, ubi penitius inspexeris, tantummodo requirunt, ut Herodotus de Homeri aetate et tempore, quo vixerit, conmentatus fuerit; quod

eum in Euterpe c. 53. sedulo factitasse novimus. Primus, nisi valde fallor, *Vitam Homeri* obiter *Herodoto* attribuit *Stephanus Byzantinus*, tum *Suidas*, *Eustathius*, *Tzetzes*, omnes nimis seri. Laudant, fateor, suavem exordii huius simplicitatem et cum Clionis principio contendunt Celeb. *Fabricius* asseclaeque: sed aemulatio mera est, neque perfecta tamen. *Herodotus*, bene viri morem si teneo, [*lin.* 2.] τάδε ἀπηγήσατο, ἱστορήσας ἐπεξελθεῖν, quem et Vitae Auctor alibi amplectitur, maluisset. Ubi vero in Musis οὐ πολύφορτος, [quod hic, *lin.* 7.] *homo fortunae non amplae?* Memini πολύφορτον *multa sarcina gravem*, qualis *Moschi* πολύφορτος ἀπήνη: item ὁλκάδα μυριόφορτον *Libanii* T. II. p. 154. D. Si οὐ πολύφορτα - - - ἔχων optaveris ex manu scripto et naves intellexeris, nexus sermonis oberit. Ut ut est, libello addidi varietates scripturae ex *Codice Barocciano* a Cl. *Reinoldio* diligentissime excerptas, praeterea ex *Palatino Iungermanni* et *Amstelodamensi*. — Haec WESS.

Nos Varietatem Lectionis adiecimus ex *Cod. Reg. Paris.* MMMXX. ab eodem *Georgiade*, cui Musarum collationem debemus, nobiscum communicatam; quem codicem brevi nota *Pg.* insignivimus. Praeterea et alias huius libelli Editiones, et Editionem principem *Florentinam*, anno MCCCCLXXXVIII. cum Iliade et Odyssea typis excusam, passim consului, earumque Lectiones, ubi operae pretium videbatur, enotavi. *Borheckii* quidem novationes, omnia ad Ionicae dialecti normam praeter librorum auctoritatem refingentis, negligendas duxi. De *Barnesii* editione, qui hunc libellum Homero suo praefixit, monendus est Lector, quas ille discrepantes lectiones *Henr. Stephano* tribuit, non *Stephani* esse, sed *Iungermanni;* qui eas, e codice *Palatino* excerptas, in ora sui Herodoti exhibuit, unde deinde in editione Londinensi, quae *Galei* nomen praefert, repetitae sunt. Caeterum, quamquam et in Graeco huius libelli exemplo, praeeuntibus codicibus mstis, nonnihil passim aut mutandum aut adiiciendum censeam, et in Latina versione multa commodius efferri potuerint; tamen et Graeca et Latina, qualia a *Wesselingio* edita sunt, nihil mutans, repraesentavi. Graecorum versuum, qui frequentes inserti sunt, versionem Latinam paullo commodiorem, soluta oratione comprehensam, dedit *Ernesti* in ed. Homer. Vol. V. p. 213

seqq. cum Adnotationibus haud spernendis; cum quibus conferenda Addenda, in fine eiusdem voluminis pag. 48. Quod ad quaestionem de *Auctore libelli* adtinet, perspecto *Wesselingii* iudicio adiiciam duorum non minus magnorum Virorum auctoritatem. *Hemsterhusius*, ad *Thomam Mag.* voc. Ἐπίτεξ. p. 357. in mentionem auctoris huius libelli incidens, ait: *Herodotus, quicunque demum (non certe, ut quidem arbitror, Halicarnassensis) de Vita Homeri.* Apertius etiam *Valckenarius*, de eodem commentariolo loquens, (ad *Theocriti* Adoniaz. p. 247.) *Nugax libellus*, ait, *de Vita Homeri, sub Herodoti nomine vulgatus; sed, meâ quidem sententiâ, a Sophista quodam pauperculo scriptus ingenii exercendi caussâ.* Quorum illustrium Virorum in partes paucos hodie viros doctos esse puto qui non ultro concedant. *S.*

CAP. II. 11. ὁ δὲ Θησεὺς ἦν) *Io. Meursium* vide, Thes. cap. 1. ac iunge ista *Isidori*, Orig. lib. XV. 1. *Theseus vero Smyrnam construxit, quae Homero poëtae patria exstitit, et Smyrna vocata est, quod eius campos Ermus fluvius secat*; quae ridicula nominis inpositi ratio.

CAP. III. 3. ἤδη ἐπίτοκος οὖσα) Ionum est ἤδη ἐπίτεξ ἐοῦσα, Musae primae c. 108. et 111.

CAP. IV. 3. ὢν μονότροπος) ἐὼν μουνότροπος, in quo multisque aliis dialecti forma spernitur. Bene *solitarius* interpreti. *Euripides* Androm. vs. 281. βοτῆρά τ' ἀμφὶ μονότροπον νεανίαν. Alibi *asper et inmitis*, σκληρὸς καὶ δυσπειθὴς in *Casauboni* Animadv. in *Athen.* lib. VI. 12. WESS. — Animadv. T. III. p. 466. nostrae editionis. Conf. *Ruhnk.* ad Hymn. in Cer. p. 35. Interpretationem istam, *quum esset solitarius*, ex margine *H. Steph.* recepit *Gronov.* ubi ille posuerat *quum vitam solitariam degeret.* Olim ex *Heresbachii* versione erat, *quum citra uxorem viveret*; ne id quidem male. *S.*

6. πολλῷ κοσμίῳ) πολλῷ κόσμῳ. Clar. de *Pauw.* Praeferrem πολλῷ τῷ κοσμίῳ. Sophocles Electr. 873. τὸ κόσμιον μεθεῖσα, σὺν τάχει μολεῖν.

CAP. V. 11. ἐμπόριον γὰρ ἦν.) Prodigiosum urbis intra octodecim annos, nisi colonos in eam, habitatam prius, Cumaei deduxerint, incrementum. In proximis μὲν δὴ

Pavius maluit; [quod praefert noster cod. *Pg.*] alioqui αὐτόθι et ἐς αὐτὴν aptanda per redundantiam erunt.

CAP. VI. 9 *seq.* καταλύσας δὲ τὴν διδασκαλίαν) Varius in dictionis huius usu Scriptor videtur. Ludum litterarium et sponte quidem desertum innuit; institutum vero, διδασκαλίην κατεσκευάσατο c. 16. At c. 24. διδασκαλεῖον κατασκευασάμενος. Aliis, *qui artem desinit*, simpliciter καταλύει: uti meretricula καταλῦσαι θέλω in Poëtae fragmento apud *Stobaeum* Serm. VI. p. 80. et *Athenaeo* XIII. p. 581. c. *Lucillius*: πύκτης ὢν κατέλυσε Κλεόμβροτος, Anthol. lib. II. pag. 183. et p. 190. etc.

CAP. VII. 5. καταλιπεῖν ὁ Μέντης) Fluctuat structura. Aut καταλείπει oportuerat, aut certe κατέλιπεν, neque doctiores latuit. Licebit credo de maritimo hoc itinere ex Hispaniae, Italiae, Epirique vicinia in Ioniam addubitare. *Herodoto* alia stabat sententia lib. I. 163. et VIII. 132.

12. ἐξιστορῆσαι καὶ πυθέσθαι) Copulam Codices adstruunt: ceteroqui de *Pavii* voluntate ἐξιστορήσαντι πυθέσθαι. Supra Scriptor, καὶ ἱστορίων ἐπυνθάνετο. *Herodotus* autem VII. 195. τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξιστορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω στρατιῆς etc.

CAP. IX. 1. ἄπορος ἐὼν τοῦ βίου) Summopere *Ios. Barnesium*, recusantem [in Append. ad Odyss. p. 88.] illiditam latissime de Homeri paupertate famam, stupeo, et hunc tamen libellum, tanquam Herodoti foetum, amplexantem. [in Prolegom. ad Homer. pag. 1.] Insequens epigramma, cui talia adposuit, istiusmodi professionem redarguit, tum, ut plura silentio premam, ἐνδεὴς γὰρ ἦν τῶν ἀναγκαίων cap. 16. Quanto satius fuerat auctoritatem huic commentario deminuere, quam *Herodotum* mendacis fabellae auctorem ferre!

8. Κύμην Ἐριώπιδα κούρην) Idem *Barnesius* Ἐρατώπιδα κούρην, contra tabulas. Haec autem ad Neoteichenses poëta accinens, quomodo recentem eorum urbem Κύμην Ἐριώπιδα κούρην adpellare potuit? Namque in Νέον τεῖχος omnia quadrare, eiusdem positio ad montem Sardenen et amnem Hermum manifesto declarat. Cultissime doctissimus *de Pauw*, Κύμης ἐριώπιδα κούρην, *Cumae formosam filiam*; quippe matris eius coloniam, quemadmodum *Massilia*, *Graium*

filia apud *Paullinum Nolanum*, et Tyrus בת צידון, *filia Sidonis*, in summi divinique vatis *Esaiae* c. XXIII, 12.

15. *αἰτίοντα τυφλόν*) Sic melius. Cetera quae Codices liberali manu adspergunt, nec prava sunt, neque admodum necessaria, excepto *Barocc.* *μετέξειν*, quod Ionum. WESS. — Sed quum peropportuna huic loco sint verba, a tribus codd. msstis oblata, non video cur ea damnemus. *S.*

CAP. X. 3. *οἱ Νεοτειχεῖς*) *Stephanus Byz.* Τὸ ἐθνικὸν Νεοτειχίτης, ὡς Χωλοτειχίτης· ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρου βίῳ. Ergone eius hic tempore Νεοτειχῖται? Non puto. Optime *L. Holstenius* mutila *Stephani* farsit, ὡς Χωλοτειχίτης· καὶ Νεοτειχεύς, ὡς Ἡρόδοτος etc.

CAP. XI. 11. *δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ*) In ficto Homeri et Hesiodi Certamine τοῦ βασιλέως παῖδες, Ξάνθος καὶ Γόργος, παρακαλοῦσιν αὐτὸν ἐπίγραμμα ποιῆσαι: adeo sibi non constant fabulatores. Epigramma qui laudant, (laudant autem *Plato*, *Dio Chrysostomus*, *Longinus*, *Sextus* Philosophus,) auctorem eius Homerum non nominant. *Diogenes Laërt.* locuplete *Simonidis* testimonio vindicat *Cleobulo Lindio*: cui *Barnesius* frigida rescripsit, meliora *Bouherius* Diss. Herodot. c. 8. pag. 84., praecipue tamen libelli huius fide et auctoritate.

18. *καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν*) Haec manu exarati libri et priscorum plures non norunt. Addita a *Iungermanno*, sed versus modulum post habente, videntur. [Primus adiecit *H. Steph.* ut in *Var. Lect.* monui.] In *Diogene*, καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν. Apud alios καὶ ποταμοὶ πλήθωσιν, *Barnesio* probante. [in Append. ad Odysseam, p. 89.] Sequor *Diogenem.*

CAP. XII. 10. *καὶ αὐτοὶ παρήνιον*) Ad aures ingrata accidunt ob vicina καὶ αὐτοὶ ἵΦασαν: quam insuavitatem *Pavius* scribendo καὶ αὐτῷ παρήνιον inminutum ivit. Quo vero modo ἐλθὼν ἐπὶ τὸ βουλεῖον excusabitur? Βουλείαν de senatoria dignitate dextre *H. Valesius* ad *Harpocrat.* p. 105. illustravit. Ubi quaeso βουλεῖον pro *curia* et *senatorum concessu* in *Herodoto*?

CAP. XIII. [5. *τῇ χέρνῃ*) Hoc vocab. quod alibi nusquam occurrit, nisi mox iterum cap. 14. atque inde apud *Suidam*, *Archilocho* vindicatum ivit *Abresch.* Diluc. Thucyd. p. 778. laudante *Iacobs* ad Anthol. Vol. I. p. 160.

Sed videndum, ne apud *Stobaeum*, qui illam Archilochi eclogam Serm. CIII. servavit, veram scripturam χεήζων, quam ex coniectura *Gesnerus* commendaverat, firmet optimus codex Parisiensis, quem olim *Brunckius* cum Grotii Florilegio diligenter contulit. Certe in Brunckii collatione, quam ab illo mihi dono datam ob oculos habeo, ad verbum χεήζων, quod Grotius in hac ecloga posuit pag. 457. nihil adnotatum video, licet alioquin multae manifeste etiam vitiosae lectiones ex illo codice ab eodem Brunckio adnotatae sint. *S.*]

CAP. XIV. 3. ὁ ἐπιστάτης) Ex officio admissionis, ὁ ἐπὶ τῇ τιμῇ ταύτῃ καθεστώς, ut in senatum admitti cupidos duceret c. 12. Nota iterum mihi egregium vocabulorum novatorem, qui τὴν χρήμην et συμφοράζειν ne recentissimae quidem Graeciae adprobare valuit.

9. ἥν ποτ' ἐπύργωσαν) Vexat ista *Leo Allatius*, de Patria Homeri c. 12. *Quae enim erant illa* γούνατα μητρὸς αἰδοίης, genua matris reverendae; *in quibus Iuppiter* ἄταλλε, nutriebat; *quibus postea inconcinna sententia addit*, ἥν ποτ' ἐπύργωσαν λαοὶ Φρίκωνος, quam populi Phriconis aedificarunt. *Sane, quid sibi velit Auctor, non capio: quid debuisset dicere, iam percipio.* Hactenus ille. Vexatio cessabit fortasse leni medicina, Ἥι ποτ' ἐπύργωσαν, *ubi olim condiderunt*, formando. Λαοὶ Φρίκωνος Cumani, ex Locrensium monte Phricio, Φρικίῳ, (Poëta Φρίκωνα vocat,) prope Thermopylas, olim in Asiam progressi apud *Strabonem* XIII. p. 922. A. [pag. 621. A. ed. Casaub.] Consule *L. Holstenium* ad *Stephani Byz.* in Φρίκιον.

[18. ὃς σφιν etc.) „Hunc versum, ait *Ernestius*, (*Homer.* Vol. V. p. 115.) nec ipse intelligo, nec quisquam intelligat. Nec sine libris medela speranda." *S.*]

20. πλήσομαι ἀκράαντα φέρων) Optime. ἀκράαντον versus modum iugulabat, quod *Pavium Barnesium*que fugere non potuit. Praestat etiam prae vulgato δῆμον ἐς ἀλλοδαπῶν. Barnesiana inspice ad Iliad. Ω'. 481.

CAP. XVI. 4. Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω) Iliadem, quae nostris in manibus, τὴν μεγάλην vocat c. 28. Huius frequentior adpellatio Ἰλιάδος τῆς μικρᾶς. Fuerit-ne vero *Homeri*, atque eadem ac τὰ Κύπρια, magnum olim certamen. *Herodotus* Κύπρια ista Poëtae abiudicat lib. II. 117., itidem

alii. Egregiae hanc in rem observationes sunt *Th. Ryckii* in Dissertatione [adiecta Holstenii Notis ad Steph. Byz.] de Prim. Ital. Colon. c. 10. p. 446. et *Ti. Hemsterhusii* ad *Polluc.* X. 85.

8. τήν τε Φωκαΐδα) Si Cl. *Io. Alb. Fabricius* Bibl. Gr. lib. II. 2. scripserit, Φωκαῒς *Herodoto* c. 16., *sive legendum* Φωκαῒς *ex Ovidio* IV. *ex Ponto*, (quam illi coniecturam Eminentiss. Cardinalis *Quirini* criminatio Primord. Corcyr. c. 3. inputat) coniectando aberravit. Ego coniectionem istam adhuc quaero. De Phaeacide *Tuticani* praeclare *N. Heinsius* in lib. IV. Ep. ex Ponto XVI, 27.

CAP. XVII. 1. ἄνδρες Χῖοι ἔμποροι) Erunt fortasse, quibus ἔμπειροι arridebunt. Sed enim *Iungermannum* adi ad *Polluc.* VII. 7. commentantem. Sequens *Barocciani* ὠφέλημα κάρτα πολλόν, *Barnesius* ὠφέλημα καὶ κάρτα etc. *Reinoldius* ὠφέλημα κάρτα πολλὸν καὶ ἔπαινον ordinant atque augent. Equidem posteriori, modo accessione locus indigeret, calculum adponerem.

10. ἐπὶ ξύλου) Melius ἐπὶ ξύλον, uti c. 6. καταπεπλευκὼς ἐπὶ σῖτον. Vise Cl. *Valckenarii* scripta ad Polymn. c. 193.

CAP. XVIII. 2. τὴν αὔλιν ἐπὶ τῷ πλοίῳ ἐποιήσατο) *Herodoti* Musae dictionem aversantur. Praestabilior tamen est prae olim recepta. *Maximus* Philosophus περὶ Καταρχῶν vs. 343. Ἠὲ καὶ ἐν τεμένει κρυφίην ποιεύμενος αὔλιν.

CAP. XIX. 2. Οὐδὲν ἦν ἀπόστολον) Aliis πλοῖον adiungere mos est. Confer Clar. *Ruhnkenium* ad *Timaei* Lexic. p. 31. [p. 43. ed. sec.]

8. πτωκάσιν αἰθυίῃσι) *Pavidi* mergi sunt, πτωκάδες, non utique πτωχάδες sive *mendici*. Consimilis in scriptione, sicuti *Küsterus* animadvertit, variatio in *Sophoclis* Philoct. vs. 1121. WESS. — Vide Scholia Graeca ad l. c. qui est vs. 1093. ed. *Brunck.* Fortasse vero utraque notione perinde et πτωχὰς et πτωκὰς dicebatur: ab eodem fonte certe utrumque ducitur vocabulum. At πλωάσιν, *natabilibus*, apud Nostrum corrigendum censuit *Ernesti*, probante *Brunckio*, qui simillimam medelam *Sophocli* adhibere non dubitavit. *S.*

10. μέτ' ἔπις) Ineptum nullique rei μέτοπις. Belle *Parvius*, *Barnesius*, *Reinoldius*que disiunxerunt, μέτ' ὄπις, μετὰ vicem verbi μέτεστι fungente. *Küsteri* institutus ad *Sui-*

dam labor nimius est et exorbitat. WESS. — Equidem, μέτ' ἔπις utique probans, voculam μέτ' ex μετὰ decurtatam, et pro μετὰ ταῦτα vel μετόπισθεν (quod ex glossa *Suidas* habet) accipiendam censeam. *S.*

15. Ὑμᾶς, ὦ ξεῖνοι) Pedestri sermone ne *Homerus* loqueretur, fingere *Barnesio* libuit:

Ὑμέας, ὦ ξεῖνοι, ἄνεμος λάβεν ἀντίος ἐλθών·
ἀλλ' ἐμὲ νῦν δέξασθε, καὶ ὁ πλόος ἔσσεται ὔμμιν.

Quos ego versus illi redono. Vitae Auctori non illa fuit sapientia.

CAP. XX. 5 *seq.* ὃν δὴ μετεξέτεροι στρόβιλον) Prodit recentiorem aetatem Scriptor Ionica aemulatus. Prisci Graecorum *pini fructum* sive *nucem* constanter κῶνον, seriores στρόβιλον nuncuparunt. Testis isto in genere gravis *Galenus* Comment. IV. in *Hippocrat.* de Ration. Vict. Sect. 53. Ὁ μὲν γὰρ κόκκαλος ὑπ' αὐτοῦ λελεγμένος, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κῶνος μᾶλλον ὑπὸ τῶν παλαιῶν Ἑλλήνων ὀνομάζεται, καθάπερ ὑπὸ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν σχεδὸν ἁπάντων στρόβιλος. Et lib. II. de Aliment. Facult. c. 17. καλοῦσιν οἱ νῦν Ἕλληνες οὐ κώνους, ἀλλὰ στροβίλους αὐτούς. Quae quidem *Galeni* illustris *Ez. Spanhemius* Diss. VI. de Us. et Praest. Numism. pag. 309. significans, verissime adiunxit, *ut vel inde, etsi non alia id arguerent, longe recentiorem, quam vulgo etiam creditur, exstitisse liqueat Vitae illius* (Homeri) *Scriptorem* etc. WESS. — Conf. *Athenaeum* lib. II. cap. 49. *S.*

12. τὰ δὲ Κεβρήνια) Legenda *Holstenii* observatio in *Steph. Byz.* Κεβρηνία. Quid fiet autem Idaeis Dactylis, ferri repertoribus, si conditis demum Cebreniis ferrum ex Ida monte erui coeptum fuerit? Puto ex *Ephoro*, quem de hac Cumanorum colonia scripsisse *Harpocratio* testatur, haec propagata.

CAP. XXI. 4. ἐπέδραμεν ὀτραλέως) *Pavius*, quo nitidior sermo procederet, ἐπιδραμὼν ὀτραλέως. Quem in modum si plura huius ἐξηγήτεως, male apta, concinnanda forent, quis finis? Ὀτραλέως *Homeri* sibi Scriptor habeat, *Herodotus* usurpare noluit.

CAP. XXII. 4. Γλαῦκε πέπων, ἐπιὼν τὸ ἔπος) Maluit ob Codicem Lipsiensem Cl. *Berglerus* ἐπιών τοι ἔπος τὶ ἐνὶ φρεσὶ θήσω. Aliis alia placuerunt. Praeferrem ex *Suida*, praeclare a *Küstero* adiuto, Γλαῦκε, βοτῶν ἐπίοπτα, ἔπος τόδ'

ἐνὶ φρεσὶ θῆτω. [Recepit hoc *Ern.*] Erat enim *Glaucus* caprarum custos. *Barnesius* non dissentit.

CAP. XXIII. 6. πλησίον τοῦ χωρίου τούτου) *Pavius* πλησίον τοῦ Χίου τοῦτο, quod *Bolissus* haud procul Chio; me invito et minime laudante. Χωρίον *praedium* est; ubi Glaucus pecudum custodiae invigilabat.

11. καὶ τοὺς ἀναπήρους δεχομένου) *Coecos*, qualis Homerus. Atqui veteribus ἀνάπηρος plerumque ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος in *Pollucis* II. 61. Multa *Io. Iac. Wetstenius* de voce ad *S. Lucae* Euang. c. XIV, 13.

CAP. XXIV. 7 *seq.* παῖδας ἐν ἡλικίῃ) *Pueri* admodum et plane *impuberes*; quos prisca Graecia τοὺς τῆς ἡλικίης ἐντὸς γεγονότας dictitabat: namque οἱ ἐν ἡλικίῃ *adulti* sunt atque in aetate στρατιωτίμῳ, de iusta *Taylorii* doctrina ad *Lysiae* ἐπιτάφ. p. 55.

[10. καὶ Ἐπικιχλίδας) Duorum poëmatum titulos, καὶ Ψαρομαχίην, καὶ Ἑπταπακτικὴν, quos h. l. ante καὶ Ἐπικιχλ. insertos habet noster optimus *Codex Parisiensis*, eosdem in suo exemplo huius libelli repererat *Suidas*, quem vide in voc. Ὅμηρος, T. II. pag. 686. ed. Küst. ubi quidem alterius titulum Ἑπταπάκτιον dant hodie Suidae libri: quo de poëmatio consulendi *Fabric.* et *Harles.* in Bibl. Graec. lib. II. c. 2. §. XXIV. n°. 10. et 11. *S.*]

11. ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ) Paria his *Ephorus* apud Ethnicographum in Βολισσός. Non nunc attingo τὰ Παίγνια, quae dicuntur, *Homeri*. Abunde sollers Cl. *Io. Alb. Fabricii* (Bibl. Gr. II. 2.) diligentia cupidis satisfaciet. At enim socors Scriptoris negligentia ac taciturnitas est tangenda. Dubitabat *Herodotus*, essent-ne Ἐπίγονοι Homeri poëtae? Ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ἐόντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε: lib. IV. 32. Homo noster, si vir et bonae fuisset fidei, dubitationem istam amputare litemque dirimere in Ἐξηγήσει rerum et poëmatum Homeri, occasione praesertim oblata ultro, debuerat.

CAP. XXVI. 14. Φημίῳ, ὃς δὴ πολλὸν) Prae vulgato hoc arrisit. Unde versum autem Vitae auctor mutuatus fuerit, non dixero. Magis *Ios. Barnesium* demiror, *Homero* Odyss. A'. 154. inculcantem, tanquam genuinum, sed reapse nexum conturbantem. Cur porro καὶ πάλιν, cum versus iste praescriptis artissime adhaereat?

CAP. XXVII. 3. καὶ οἰκίων δὲ ἐν τῇ Χίῳ) Videntur absolute posita. Quis vero proxima [CAP. XXVIII. *lin.* 8. et 14.] laudibus feret, ἐμποιεῖ ἐς τὴν ποίησιν, ἐς μὲν Ἰλιάδα τὴν μεγάλην, tum ἐν Νεῶν καταλόγῳ? Censuit-ne lectores ignoraturos, Νεῶν κατάλογον partem Iliados absolvere? Prudentius et simplicius post pauca, Σαλαμινίους ἐν Νεῶν καταλόγῳ ἔταξεν. *Herodotus* semel duntaxat, neque absque disputatione ad eum modum, ἐπιμέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐν Διομήδεος ἀριστείῃ: lib. II. 116., ubi Cl. *Valckenarius*.

CAP. XXVIII. 11. τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς) Reiskius ἡγεμόνευεν *Barocciani* et priscorum editorum excellentius decernit. Receptum servo, quod et in Poëta.

17. στῆσε δ' ἄγων) Solonis commento, ut Salaminem civibus suis in nobili lite cum Megarensibus super insulae possessione vindicaret, versum παρεμβεβλημένον haud pauci prodiderunt, neque adeo Homereum esse. Rem declarant *Clarkii* notae ad *Iliad.* β'. 557. et L. *Küsteri* Histor. Crit. Homeri p. 104.

21. καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας) Haud reminiscor, qua ex ἐκδόσει ista fluxerint. Nostra aliter, nihil varietatis *Eustathio* adferente, *Odyss.* η. 81. In vicinis, Creophyli Samii, quem Homeri amicum et hospitem *Callimachi* epigramma celebrat, exspectasses mentionem. Videndus *Strabo* est lib. XIV. p. 946. A. [p. 638. D. ed. Cas.] WESS. — Quod in *Var. Lect.* ait *Wesselingius*, ἐς deesse *Heresbachio*; usus ille erat (ut ex eiusdem Praefat. ad Herodot. intellexi) editione Latina Herodoti, quae anno 1537. prodiit. Est vero mihi ad manus editio Paris. 1528, in qua legitur hoc loco ἐς, ut in ed. *Flor.* et in aliis omnibus edd. et msstis. Nempe in utraque istarum editionum, latine conversis versibus adiecti sunt graeci.

[*CAP. XXX.* 1. Κουροτρόφε) Κουροτρόφον *Apollinem* interpretatus est *Ernesti*. Rectius, puto, *Deae*, non *Dei* cognomen h. l. intelligetur. Nota est Κουροτρόφος Γῆ, *Alma Tellus*: estque et *Cereris* et *Dianae* cognomen. *Spanhemius* (in Notis ad Callim. H. in Delum vs. 2.) *Venerem* hoc nomine in versiculis, qui mox adponuntur, invocari censuit: cui *Clarkius* suffragatus est. *Larcherus* cum *Alex. Politō* eamdem deam intelligit, quam *Lucinam* Romani adpellarunt. *S.*]

4. ἐς θυμόν τι ἔβαλε τὸ ἐσθὲν) Non inprobo. *Herodotus* ἐς θυμὸν ἐβάλετο mavult lib. VII. 51. VIII. 68. etc.

11. ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλυνται) Ita verius, nisi ἀπημβλυνται praeponatur. Pristinum syllabae penultimae modulus recusat. *Suidae* vero et *Eustathii* ὧν οὐραὶ, *quorum caudae salaces*, διττογραφίαν sistunt; sicuti ὧν ἰσχὺς, uti *Athenaei* Codices, glossam. Fuisse olim, qui *Sophoclis*, admodum senis, epigramma perhiberent, esse tamen ἐκ τῶν εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένων, ex eodem *Athenaeo* discimus.

CAP. XXXI. 6. ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ) Minime absurdum in Certam. Homeri et Hesiodi, Ἵπποι δ' αὖ πεδίου κόσμος. Statim οἶκον ἀίξει ex schedis adscivi. Par *Barnesii* institutum. [9. Post illum versum,

Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι·

Barnesius ex Certam. Hom. et Hesiod. hunc adiiciendum putavit,

ἤματι χειμερίῳ, ὁπότ' ἂν νίφησι Κρονίων.

At apud fabulatorem nostrum nunc non de hyeme agitur, sed de epulo; nec frigebat Homerus, sed esuriebat. Itaque *domum* laudat in qua est *mensa bene instructa*, *lautasque* celebrat *epulas*; et hunc dixit *ignem in domo accensum*. Est enim τὸ πῦρ, εὐωχίας σημεῖον: unde tenues parcaeque epulae, ἄκαπνοι dicebantur θυσίαι: et parasitus Diphili comici (apud *Athenaeum* VI. p. 236. c.) *epularum*, quas captat, *lautitiem* ex *fumo* metitur *quem e camino copiose surgentem* conspicit. Conf. quae et a *Casaubono* et a nobis ad eiusdem *Athenaei* lib. I. p. 8. e. adnotata sunt. *S.*]

CAP. XXXII. 3. κεράμου λεπτοῦ) Tantum-ne in camino minutae fictiles ollae? Non arbitror, neque ut putem, sequens carmen patitur. An ergo ex Poëtae illa inprecatione, Πάντ' ἔντοσθ' αὐτῆς κεραμήϊα λεπτὰ ποιοῦσα? Fieri potuit. Carminis titulus infra Κάμινος est; in *Polluce*, qui incerti auctoris sed *Hesiodo* contributum monuit, Κεραμεῖς. Docte isthic *Hemsterhusius*.

10. τοῦ δὲ μελανθεῖεν) Interpres *Suidae* μαρανθεῖεν sequitur, non bene. Μαραίνεσθαι vasis fictilibus, in fornace excoquendis, vix convenit. Μελανθεῖεν, *nigrescant*, ferri poterit; quanquam commodius ex *Polluce* περανθεῖεν, *absolvantur probe*. [πιπρανθεῖεν coniectaverat *Ruhnk.* suffragante *Ern.*] In sequentibus variae doctorum fluctuationes. *Portus* μαλ'

ὑγρὰ ad *Suidam*, quorsum Latina vergunt: *Barnesius*, levi sed audace mutatione, μάλ' εὔρω. In vulgato acquiescunt, in versione discordes, *omnia sacra admodum* vasa, *Reinoldius*; *omnia eximia* vasa, *Pavius*. Equidem πάντα κάναστρα *Pollucis* unice laudo. Κάναστρα, quae docta *Hemsterhusii* ad *Pollucem* observatio, et ex vimine plectebantur, et vasa erant fictilia, forte ad canistrorum formam. Nihil certe his aptius. WESS. — κάναστρα recepit *Ern. S.*

13. ἧμιν δὲ δὴ ὥς σφι νοῆσαι) *Suidae* ὥς σφιν ἀεῖσαι *Barnesio*, tanquam modestum summi Poëtae votum, arrisit. In edito intelligi cum *Reinoldio* εἴη, vel ἔστω, vel δὸς, aut istiusmodi aliud, poterit.

16. Σύντριβ' ὁμῶς *etc.*) Fornacis turbatores turbas etiamnum cient. Posset *Suidae* συντρίψαι Σμάραγον, sine caussa in συντριβίην a *Barnesio* [in Append. ad Odyss. p. 94.] conversum, placere; ni ὁμῶς, cui constans in schedis sedes, officeret. *Pavii* acumen Σύντριβ' ὁμῶς, ficto, uti Σμαράγου et Ἀσβέτου, titulo, ex Συντρίψ procudit, *obtriturum* videlicet *vasa fictilia*; adprime, me quidem arbitro, eleganter. [Eodem modo interpretatus est *Ern.*] Idem, sicuti his paene absolutis animadverto, in mente *Peregrini Allii* fuit, primi omnium Ἐξηγήσεως huius interpretis; neque dissentit Clar. *Alexander Politus*, cuius nitida Libelli versio *Eustathii* in Homer. Commentario T. II. praefixa cernitur. Ἄσβετον *Barnesius* (quandoquidem inter Centauros, ab Hercule caesos, *Asbolus*) Ἄσβολον audacter, ut lenissime dicam, fingit. Ex σβίω, σβέσω, non incommode Ἄσβετος gignitur. *Suidae* Σαβάκτην repudiant scripti Codices, ἠδέ γ' Ἄβακτον repraesentantes: id vero cognomentum ex βάζω, ad figulorum ex fornacis incendio *stuporem*, cum verbum proloqui nullum possent, indicandum, *Reinoldius* derivavit. In re valde obscura *detestabilem* infelicitate mallem. *Hesychius*, Ἄβακτον καὶ Ἄβυκτον, τὸ μὴ μακαριστόν. *Cyrilli* Glossae mss. Ἄβακτον, τὸ μὴ μακαριστόν. Iunge Adnotationes Hesychianas Clarissimi et amicissimi *Io. Alberti*; cuius, dum haec scribo, mortem tristis accipio, ac vehementer, uti par est, doleo, lugebuntque boni omnes, iacturae ingentis memores, quam litterae et solidior et sine fuco Theologia faciunt.

19. Πέρθε πύρ' αἴθουσαν) Perplacet *Barnesii* emendatio.

Portus [in Lex. Ion. voc. Πεῖθε.] aeque eleganter, πρῆθε πῦρ' αἴθουσαν, *ure igne atrium*, laudante *Alex. Polito*. Fuit et in correctione docti viri Πεῖκε πῦρ' αἴθουσαν, facili ex πεῖθε metamorphosi. At ubi πεῖκειν de igne? WESS.— Quod, pro olim vulgato Πεῖκε, ex *Suida* Σεῖλαι citatur, id operarum errore accidit, ex edit. *Aemil. Porti* in *Küsterianam* propagato. Στεῖλαι habet *Suidae* editio princeps Mediolanensis, neque aliter ed. Frobeniana quae ex Aldina expressa est. *S.*

28. τύπτοιεν τάδε ἔργα) Ad *Suidam* πίπτοιεν L. *Küsterus*, mala caussa. Advocantur ad vasorum perniciem Centauri; neque incongruens τύπτοι δὲ κάμινον, nempe *Chiron* ipse. Habet tamen πίπτοι δὲ κάμινος suos sibi patronos, neque malos. [Hanc lectionem cum *H. Steph.* exhibens *Iungermanus*, nihil quidem varietatis e ms. *Palat.* adnotavit: sed nimirum ad totum hoc poëmation lectiones illius codicis adnotare ille neglexit.] Consequentia, περὶ τούτου πᾶν τὸ πρόσωπον φλεχθείη, Poëtae diris respondent. Voluit τούτου πᾶν τὸ πρόσωπον περιφλεχθείη. *Barnesius* inprudenter πυρὶ τούτου πᾶν.

CAP. XXXIII. 7. ὅς μέγα μὲν δύναται) Accusantur ταυτολογίας propter vicina ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο a *Küstero* ad *Suidam*. Absolvunt alii; et facile queunt excusari. *Suidae* αὐτεῖ alia venit aut ex ἐκδόσει aut correctione; neque, in αὐχεῖ uti abiret, opus erat.

11. κυρβαίη δ' αἰεὶ) *Suidas* Κυρκαίη. Neutrum obvium aut in aperto. Succurrebat *Barnesii* explicatio, ὅτι Κύρβεων δίκην ἦν τετράγωνος maza ista, sed arcessita et arbitraria. Placuit Cl. *Polito* aut Κυρβαίη, a *Cyrba*, urbe Pamphyliae apud *Stephanum*, ob mazarum istius loci praestantiam, qua de nemo: aut ἑκταίη, ut grandis sit maza, sex choenicum, opinione fallace admodum. Ingeniosior Clar. *de Pauw* ex *Suidae* vestigiis, Πῦρ καίῃ δ' αἰεὶ, κατὰ δόρπου ἔρπῃ μάζα, *Semper luculentus sit focus, atque ad coenam maza veniat.* Quae quidem, si non vera, vulgatum longissime exsuperat elegantiā. Poterit et ἕρπει, scriptis volentibus, manere, ut σπονδειάζων sit versus. WESS. — Consuluisse iuvabit quae ad istum versum *Ernestius* (p. 123.) adnotavit. Apud *Suidam* post eumdem legitur versus huiusmodi:

νῦν μὲν κριθαίην εὐώπιδα σηκαμόεσσαν. *S.*

12. κατὰ διφράδα) κατὰ δίφρακα auctoritate *Hesychii*

(Δίφραξ, θρόνος γυναικεῖος) *Barnesius*; favente quodammodo, ubi corrigatur, *Suida*. Nimium sane δίφρων ἐπιβήσεται *Küsteri* abit, etsi belle idem de Graecorum prisca consuetudine ex Grammatici Ζεῦγος ἡμιονικόν.

14. ἐπ' ἠλέκτρῳ βιβαυῖα) Interpretis, *Haec premat electrum pedibus*, velut inconcinna, vir egregius *Io. Matth. Gesnerus* Comment. Societ. Reg. Gotting. T. III. p. 85. repudiavit: *sedentem* enim *in sella* matronam et *telam detexentem* describi, idque βαίνειν saepiuscule dici; verissime, adfirmantque proxime iuncta.

18. Εἰ μέν τι δώσεις) Sudores *Pavii*, *Barnesii*, aliorumque, ut Heroico pede versus progrederentur, quid memorem? Iambi puri sunt, atque a praecedentibus, uti factum cernis, *Valckenario* primo omnium monstratore ad *Herodoti* VIII. 62. p. 646., seiungendi. [Apud *Athen.* VIII. p. 360. c. in cantilena hirundinaria habes, Εἰ μέν τι δώσεις· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἐάσομες.] Quae mox ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ, ex bonis Graecis mala Latina *Heresbachius* fecerat; emendavit [*Gronov.*] novissimus editor. Lege Ampl. *Gisb. Cuperi* Observ. III. 4.

CAP. XXXIV. 5. ἄρξασθαι μαλακῶς ἔχειν) Plura Herodoteo sermoni pugnantia, ac male concinnata, ne nimium Criticus Grammaticusque censerer, illibata transmisi. Enimvero ubi μαλακῶς ἔχειν de *graviter aegrotante?* et μαλακίη *morbus lethalis?* In mollibus, effeminatis, et animi mollitie talia apud seculum prius: recentiores aliter, etiam in gravi aegrotatione, sed parce. Nusquam *Herodotus.* Confer *Eustath.* in *Homer.* p. 1592, 22. WESS. — *Eustathii* locus, quem respexit Vir doctus, est pag. 1594. ed. Rom. ad Od. σ'. p. 305, 29 seq. ed. Bas. *S.*

CAP. XXXVI. 4. ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη) Gemina his *Strabo*, quamquam ex rumore, lib. X. p. 741. B. [p. 484. c. ed. Cas.] Denuo manum iniicit ac moratur ἐν διαλογῇ ἐγεγένηντο, [*lin.* 5 *seq.*] pro quo *Barnesius*, non molliens, sed sermonem asperans, ἐν διαλλαγῇ, de colloquii usu; et ἥτε ποίησις ἐξεπεπτώκει, *poësis publicata fuit.* Magno mercabor, ubi ea *Herodoto* asserentur.

CAP. XXXVII. 4. τῶν νομίμων, τῶν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις) Prave labuntur et turbide fluunt. Ne balbutiret Scriptor, τὰ νόμιμα, τὰ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις etc. *Pavius*; qualia iure exspectasses. *Reinoldius* autem: *ellipsis est vel prae-*

positionis ἐκ, *vel nominis* τινά. Iam quoniam suspicio libera est cuivis, suspicor iterum, ex *Ephoro*, qui Homerum Aeolensibus suis magno conatu vindicavit, testificante praeter alios *Plutarcho*, haec adscita videri.

13. Ἐν τούτοις ὑπὲρ ὀσφύος) Veritati conveniunt. Validane vero sint, ad Poëtam Smyrnaeis et Aeolensibus asserendum, res est diversior. *Leo Allatius*, Chii suae studiosissimus, callide infitiatur, rationibus in speciem non insulsis depugnans, Dissert. de Patr. Homeri c. 7.

CAP. XXXVIII. 8. καὶ Φρικῶτις) *Herodoto*, sicuti oportebat, Φρικωνὶς lib. I. 149. Eadem et vicina Larissa *Straboni* Φρικωνὶς, lib. XIII. pag. 922. B. [pag. 621 extr. et seq. ed. Casaub.] Ex *Tzetze* quidem in *Hesiodum* pag. 143. ed. Heins. *L. Holstenius* ad *Steph. Byz.* advocavit Κύμην, τὴν νῦν Φρικώτιδα καλουμένην, verissimeque Φρικωνίδα rescripsit. *Tzetzes* ipse Commentarii principio, καλεῖται δὲ νῦν Φρικωνίς. Idem et hic redire debet, aut Φρικωνῖτις, quod in Ethnicographi Κύμη.

11. ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια) Sententiam *Herodoti* de tempore, quo fuerit Homerus lib. II. 53., haec arietant validissime. Pugnam sedare illustr. *Scaliger* ad *Eusebii Chron.* Ann. MDXLVIII. pag. 102. scribendo ἔτεά ἐστι τετρακόσια εἴκοσι δύο, *anni quadringenti viginti duo sunt*, adnixus est. Quadrat ita numerorum ratio. Considera vero, quid consequi necesse sit. Homerus primam lucem anno ab Ilii clade CLXVIII. adspexit: inde ad Xerxis in Graecos expeditionem anni, si stabilis correctio manserit, CCCCXXII. Itaque rex Persa anno ab eversa Troia DXC. in Graecos movit; movit autem sub initium Olympiadis LXXV. Ergo prima Olympias Ilii ἁλώσει annis CCXCVI. posterior est. Atqui urbis eius excidium de *Apollodori*, *Eratosthenis* et aliorum calculis in *D. Petavii* Doct. Temp. IX. 29. annis ferme CCCCVIII. primam Olympiadem antevertit: neque istud Vir maximus, ad incommoda emendationis parum attentus, negavit. Durent proinde illi annorum numeri; nec termini, a Scriptore constituti, moveantur. Quam quoque in partem, aliis motus caussis, Ampl. *Boukerius* Diss. Herodot. c. XI. concessit; verum talia machinatus, unde *Herodoto*, quod monitum aliàs, illata vis fuit. Quid vero, inquies, Vitae Auctore, si *annis sexcentis et viginti*

duobus auctoritas adsit, fiet? Quid aliud? Quam temporum rationes ab Ilio everso ad Xerxis transitum in Graeciam aliter, ac prisci solebant Chronologi, iniisse eum, et ab *Herodoto* in Homeri signanda aetate vehementer discrepare, neque adeo, quod et aliunde adparuit, eundem videri ac Musarum iucundissimarum parentem. Atque haec hactenus. Plura hunc in Scriptorem minatur doctissimus iuvenis *A. Kluitius.*

FINIS ADNOTATIONUM

AD LIBELLUM DE VITA HOMERI.

GLOSSAE HERODOTEAE

SIVE

ΛΕΞΙΚΟΝ

ΤΩΝ ἩΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ.

Ex Codice Bibliothecae S. Germani

cum PETRI *W*ESSELINGII *Adnotationibus.*

CUM *Herodoti Musae* [sic praefatus est WESSELINGIUS] *alio sermone ac reliqui Graecorum fabulentur, non illi soliers Grammaticorum cura ad explanandum defuit.* Suidas *meminit* Ὑπομνημάτων εἰς Ἡρόδοτον Sallustii *Sophistae et* Heronis *Attici Rhetoris, argumenti, uti suspicor, critici et historici.* Philemonem *Grammaticum in* Συμμίκτοις *non dissimilem instituisse operam*, Porphyrio *Quaest. Homer. VIII. haud temere credimus.* Apollonii, *itidem Grammatici*, Ἐξηγήσεις γλωσσῶν Ἡροδότου *indicavit et exscripsit* Etymologus in Κωφὸς et Σοφιστής. *Quae quidem ad nostram si devenissent aetatem, flocci non facerem* Ἡροδότου Λέξεις, *ob oculos hic positas; quippe ieiunas, saepissime alienas, et non nunquam insulsas et absurdas. Memorantur in indice legati* Antonii Eparchi *T. I. Var. Sacr. pag.* 528. Steph. Monachii Λέξεις Ἡροδότου ἱστορικαὶ, *quas a nostris diversas dicere non audeo. Primus hoc* Lexicon *ex codice* Goldasti *vulgavit* G. Iungermannus, *digestum* κατὰ στοιχεῖον *sive litterarum ordinem, cuiusmodi exempla ex locupletissima Francorum regis bibliotheca et monasterii S. Remigii inter manus sunt. At aliud vir egregius* Montefalconius *ostentavit* Biblioth. Coislin. *p.* 484., *descriptum nulla* litterarum primorum serie, *sed* secundum Librorum, *in quorum olim marginibus istae glossae,* numerum. *Ex oris enim Codicum res clamat excerptas esse, et Schedae ostendunt Eminent. Cardinalis* Passionei. *Nactus illud*

ipsum sum Cl. Capperonerii *humanissima opera ex Biblioth.* S. Germani. *in quam Coislinianam migrasse notum est; dignumque censui hoc loco, tum quod in priore, ex codice* Goldasti, *voces ab aliis inperite avulsae cernantur, tum quoniam locupletius adparuerit, et* Suidae Hesychio*que plerumque conveniat: nam uterque, ille praecipue, simile* Λεξικὸν *usurparunt; neque eius usum recusavit* Timaeus *in suo Platonico, nedum praeter ceteros omnes* G. Corinthus, *sed saepe turpis socordiae reus. Non libet, nisi ubi quatuorviri in alia eunt, eos operose ad partes vocare. Sectiones librorum, ad quas scholia pertinere videntur, ut quaerendi labor amputaretur, adscripsi.*

Haec Wesselingius. Nobis, quoniam et in *Var. Lect.* et in *Adnotationibus* subinde ad *Glossas* hasce *Herodoteas* (quas ille *Adpendici ad* suum *Herodotum* p. 178. et seqq. inseruit) provocatur, easdem hoc loco Adnotationibus ad Scriptorem Nostrum continuo subiicere visum est. Quod autem ait idem Vir doctissimus, *primum Iungermanum* hoc Lexicon, κατὰ στοιχεῖον digestum, ex codice *Goldasti* vulgasse; id quidem, re paulo curatius investigata, sic se habere cognovi. Prolegomenis ad Herodotum suum anno MDCVIII. editum *Iungermannus* (sive, ut ipse nomen suum latine scribere consueverat, *Iungermanus*) Glossas istas pag. 35. et seq. hoc titulo inscriptas inseruit, ΛΕΞΙΚΟΝ ΤΩΝ ῾ΗΡΟΔΟΤΕΙΩΝ ΛΕΞΕΩΝ. *Ex ms. Codice Melchioris Haiminsfeldii Goldasti.* Quas glossas postquam *Th. Galeus* in Londinensi Herodoti editione multis aliis ex Galeno, Hesychio et Gregorio Corinthio congestis auxit et locupletavit; rursus solas easdem prorsus, quas olim *Iungermanus*, eodemque titulo inscriptas *Gronovius* in suo Herodoto pag. 745 seq. repetendas curavit. De eisdem Glossis idem *Iungermanus* in Praefatione ad Herodotum haec scripsit: „Nos adiecimus *Lexicon*, uti quidem ti- „tulus praescribitur, vel potius, ut mihi videtur, *Glos-* „*sas notabiliorum in Herodoto vocabulorum.* Misit id ad nos „ita transscriptum, quo exemplo edimus, vir nob. et „cl. *Melch. Haiminsfeldius Goldastus.* Quod coniecturae de „quibusdam incidit obiter, ad oram posui.“ Ex quo adparet, persuasum quidem fuisse *Iungermanum*, se primum omnium has glossas publici iuris fecisse. At, verum si

quaeris, sunt eaedem ipsae, quas iam anno MDLXIV. *Henr. Stephanus* in Dictionario Medico post Erotiani et Galeni Expositiones dictionum Hippocratis, p. 105-109. eodem titulo inscriptas, Λεξικὸν τῶν Ἡροδοτείων λέξεων, ediderat; quas porro easdem *Barth. Eustachius* Erotiani et Galeni Glossariis, anno MDLXVI. a se editis, adiecerat latina versione illustratas. Nec vero potest ovum ovo esse similius, quam sunt Glossae a Iungermano editae illis, quas primus Stephanus in lucem emiserat: ita quidem, ut eaedem prorsus fortuitae halucinationes in utroque pariter exemplo reperiantur; veluti, ἀντίξεν pro ἀντίξοον, ἀΦιδίας pro ἀμΦιδίας, (qui quidem error iam olim quoque in *Gregorii* libellum de Dial. ion. §. 125. est propagatus;) ἀπαρΦὴν pro ἀποΦορήν, ἀχαιεσίν pro ἀρχαιεσίη, similiaque alia; quae quo pacto corrigenda viderentur, perspecte *Iungermanus* in margine suae editionis docuit; cuius notulas *Gronovius* etiam in inferiore sui exempli ora adposuit. Paulo post operam ab *Henr. Stephano* libello huic praestitam, *Barth. Eustachius* easdem glossas, quasi ad *Hippocratem* spectantes et ab *Herodoto* quodam congestas, Erotiani et Galeni glossariis Hippocrateis, Venet. MDLXVI. editis, ita adiunxit, ut Graecis vocabulis, omissa interpretatione graeca, latinam adiiceret interpretationem: unde dein easdem *Hier. Mercurialis* in Adpendice sui Hippocratis repetiit, hoc titulo insignitas: *Herodoti Dictionarium vocum Hippocratis.*

Haec ante Iungermannum gesta sicut notitiam huius viri effugerunt, sic posteriores Hippocratis Editores latuisse videtur opera huic libello ab eodem Iungermano praestita, iudiciumque prudentissimum quod ille de hoc Lexico, ut vulgo inscribebatur, tulerat. Nam et in insigni editione Hippocratis Genevensi, quae anno M. DC. LVII. prodiit, libellus hic in Prolegomenis post Erotiani et Galeni glossaria, quasi et ipse ad Medicae artis patrem spectaret, exhibetur, ex *Henr. Stephani* exemplo repetitus: et in splendida Charteriana Hippocratis et Galeni editione, Parisiis anno M. DC. LXXIX. in lucem emissa, T. II. p. 140-144. graeca Henr. Stephani cum Eustachii latinis ita repetita sunt, ut non erubuerit Editor titulum praefigere huiusmodi: Ἡροδότου Λεξικὸν τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεών τινων. *Herodoti*

Dictionarium quarundam dictionum Hippocratis. Atque in hac Parisiensi editione, paululum quidem mutata est vocabulorum series, ut non modo (quemadmodum in Stephani exemplo) secundum literarum initialium ordinem collocata sint, sed etiam secundum legitimam illarum literarum seriem quae in quoque vocabulo primam literam sequuntur; hoc modo: Ἄβιος, ἄβρος, ἀγηλατέειν, αἰγὶς, etc. Caeterum et in hac et in Genevensi, quam dixi, editione eaedem vitiosae voces, quas Stephani exhibebat exemplum, ἀφιδίας, ἀποφρὴν, ἀχαιμεσὶη etc. fideliter repetuntur, nulla mentione facta verae scripturae ab Iungermano commendatae. Denique, recentiori etiam memoria, Lipsiae anno M. DCC. LXXX. *Franzius* Erotiani et Galeni Glossariis rursus easdem hasce Glossas, quasi *Herodoti cuiusdam Dictionarium vocum Hippocratis*, ita adiunxit, ut non modo Iungermani, sed et Wesselingii operam illis praestitam perinde ignorasse videatur: nam eis quidem vocabulis, de quibus vel H. Stephanus vel Camerarius in Prolegomenis ad Herodotum aliquid commentati erant, horum Virorum adnotationes subiecit; reliqua vero, et in his eadem ipsa quae foede corrupta legebantur, prorsus intacta reliquit, ne ullà quidem notulà adiectà.

Ita quum ex uno eodemque exemplo, eoque passim corrupto admodum, ductae sint omnes, quas adhuc commemoravi, *Editiones* harum *Glossarum secundum literarum seriem digestarum;* operae pretium facturus videtur si quis illas cum alio vetere exemplo, quod emendatius scriptum sit, voluerit conferre. Et fuerat olim tale exemplum optimo nostro *Codici F.* adiectum, eadem antiqua manu, qua ipsi novem Herodoti libri, descriptum: sed de illo, quod vehementer doleo, nonnisi minuta pars superest, folio verso, quo finis nonae Musae continetur, inscripta; et haec ipsa pars nonnihil etiam defecta, quum eiusdem folii pars vel lacera sit vel vetustate detrita. Quae supersunt, haec cum *H. Stephani* exemplo et cum Glossis secundum Musarum seriem a *Wesselingio* editis contuli: et, quid intersit, hoc loco adponendum duxi. Titulus nec adest, nec adfuerat olim ullus. Prima glossa, Ἀνέλῃ· χρήσῃ: quia ibi lacerum folium, non comparet. Proxima est Ἀνδρεὼν· μέγας οἶκος ἀνδρῶν: quae abest *H. Stephano*, habet

autem eamdem *Wess.* ex lib. I. 34. omissâ tamen voce ἀνδρῶν. In gl. Ἀναξυρίδας ex I. 71. desunt (ut apud *Stephanum*) verba ἢ τὰ νῦν βρακία λεγόμενα, quae habet *Wess.* Succedit Αὐλός· εἶδος ἀκολάστου σχήματος: quae glossa, ex vetere aliquo scholio tumultuarie et imperite excerpta, spectare mihi videbatur ad lascivam Hippoclidae saltationem, *Herod.* VI. 129. ubi etiam pro vulgato σχημάτια *lin.* 14. codex *Arch.* ex simili scholio ὀρχήματα σχημάτια legit. Merito vero ignorat absurdam glossam Codex *Sangerman.* recteque pro ea ex lib. VI. hanc habet, Ἐμμέλειαν· χορικὴν ὄρχησιν. Sed vide deinde *Wesselingii* notata ad voc. Ἱππικῆς, ex lib. I. cap. 17. In gl. Ἀνέγνωσεν ex I. 86. habet cod. *F.* ἀνέπεισεν, pro ἀνέπεισεν: utrum vero ἐδίδαξεν habuerit cum *Steph.* an ἀνεδίδαξεν cum *Wess.* in lacera folii parte haud adparet. Ἀντίξοον recte scribit *F.* non Ἀντίξον, ut *Steph.* Ἄρδις· Φαρέτρας scribit *F.* ut *Wess.* ex I. 215. non Φαρέτρα, ut *Steph.* Ignorat autem verba καὶ τὸ βέλος, quae adiecit *Steph.* Post Ἄρδις habet codex noster Αἱμασιά· τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον, ut *Wess.* ex I. 180. quam glossam ignorat *Steph.* Ἀμφιδίας utrum recte scriptum fuerit, an mendose Ἀφιδίας, in lacero folio non adparet. Sed recte Ἀποφορὴν habet *F.* sicut *Wess.* ex II. 109. non Ἀποφορὰν, ut *Steph.* Ἀπηλικέστερα scribit *F.* pro Ἀπηλικέστερον, ex III. 14. Ἀνδρόσφιγγας scribit *F.* non Ἀνδρόσφιγγα ut *Steph.* et *Wess.* deinde vero habet σύνθετον σῶμα - - - γεγονός, ut *Wess.* ex II. 175. non σύνθετον ἄνθρωπος καὶ σφὶγξ δημιούργημα, ut *Steph.* Sequitur Ἀτιμωρητί· εἶεν (ubi ἤγουν habet *Steph.*) καταφρονήσας: quae quo pertineat glossa, aut unde ducta sit, exputare equidem non potui; sed indicavit *Wesselingius* in Adnot. ad glossam Οὐ περιέψεσθαι ex libro tertio. Adnotavit adverbium Ἀτιμωρητὶ *H. Stephanus*, Thes. T. III. p. 1577. c. monens certam auctoritatem non habere. Proxima in *F.* glossa, Αἰγυπτιῶν· γυπῶν: deest *Steph.* sed habet eam *Wess.* ex III. 76. et evanuit quidem in nostro codice prius vocabulum Αἰγυπτιῶν, sed posterius γυπῶν perspicue adhuc comparet. Tum Ἀνδρόγυνος· ἄνανδρος καὶ ἑρμαφρόδιτος habet *F.* ut *Wess.* ex IV. 67. Duo verba ἄνανδρος καὶ desunt *Steph.* Hanc excipit illa, cuius evanidum quidem primum vocab. (Ἄρδιν) ἀκίνα (sic *F.* pro ἀκίδα) βέλους ἢ τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα, quam ignorat *Steph.* habet autem

Wess. ex IV. 81. In Αἰγίς ex IV. 189. scribitur φορέουσι in F. ubi φορεῦσι *Steph.* et *Wess.* In Ἀγηλατέειν desunt codici nostro verba φυγαδεύειν et ἐπιτάττειν, quae habent *Steph.* et *Wess.* ex V. 72. Ἀεθμία· φιλία: F. ut *Steph.* non Ἄρθμια· φίλια: ut *Wess.* ex *VI.* 83. Post Ἀναιρέομ. est gl. Ἀνακωχεύσαντες· ἀναχωρήσαντες: quae deest *Steph.* sed agnoscit *Wess.* ex VI. 116. Hanc excipit Ἀκανθόπληξ· ὁ πληττόμενος: quam eamdem *Steph.* habet, sed ignorat cod. *Sangerm.* Vide *Wess.* in fine Glossarum ex nona Musa. Proxime sequitur (Ἄβιος evanuit quidem hoc nomen, sed adsunt reliqua haec:) ἀντὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένος, ὥσπερ ἄξυλον τὸ πολύξυλον: ubi *Steph.* sic habet: Ἄβιος· ὁ πολύβιος· ὡς ἄξυλος, τὸ πολύξυλος. Eam glossam ignorat cod. *Sangerm.* sed mentionem eius fecit *Wess.* in fine glossarum ex libro IX. Tum Βαλανάγρας· κλεῖς: cod. *F.* sicut *Wess.* ex III. 115. non Βαλανάγρα· κλείς: ut *Steph.* Glossae ex lit. Γ. in cod. *F.* incipiunt a verbo Γνωσιμαχεῖν, ubi τὴν ἑαυτοῦ, non τὴν αὐτοῦ, ut apud *Steph.* et *Wess.* ex III. 25. Sequitur Γαυλοί· (sic male pro Γαυλός·) πλοῖον φοινίκιον, ut *Steph.* pro quo rectius φοινικικὸν *Wess.* ex III. 136. Et desunt *F.* verba καὶ φρέατος ἀντλητήριον, καὶ γαλακτοδόχον ἀγγεῖον, quae sunt in ed. *Steph.* quorum loco apud *Wess.* ex VI. 119. est Γαῦλος· φρέατος ἀντλητήρ. Proxime succedit Γοργύρη, ubi δεσμωτ. ὑπόγαιον *F.* ut *Wess.* ex III. 145. non ὑπόγεων, ut *Steph.* Mox in gl. Γυμνοπαιδίαι perperam abest vox χορούς, quam recte exhibet *Steph.* et *Wess.* ex VI. 67. Mox recte Δημιοεργοί scribit *F.* ut *Wess.* ex VII. 31. ubi perperam Δημοεργοί ed. *Steph.* et sequaces. Postrema glossa, in qua desinit noster Codex, ista est: Διφροφορευμένους· φορείοις φερομένους.

His praemissis ipsas subiicimus ἩΡΟΔΟΤΕΙΟΥΣ ΛΕΞΕΙΣ, sive *Glossas Herodoteas*, *secundum Literarum seriem digestas, ex Codice Manuscripto Bibliothecae S. Germani a Wesselingio editas, cum eiusdem Wesselingii Adnotationibus.*

Ἱστορίας Α'.

Ἀνέλῃ, χρήσῃ. [a] Lib. I. cap. 13.

Ἐξ ἠθέων. ἐκ τόπων, ἐν οἷς ἀναστρέφονται. 15.

Πηκτίς. ὄργανον, ψαλτήριον, [b] αὐλός. εἶδος ἀκολάστου σχήματος. 17.

Διθύραμβος. ὕμνος εἰς Διόνυσον. 23.

Σκευή. ὅπλισις καὶ στολή. 24.

Ἑδώλοισιν. ὑποστρώμασι νηὸς, ζυγαῖς, [c] καθέδραις. 24.

Ὄρθιον νόμον Θαμύρα. [d] ὁ κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας, ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. ἦσαν δὲ ζ'. ὧν εἷς ὁ ὄρθιος. 24.

a χρήσῃ) χρήσει apud *Suidam* aberrat. — [χρήσῃ recte *H. Steph.* dedit, quod et alii tenuere. Nihilo minus, quasi χρήσει esset, *Usui* interpretatus est *Eustachius*, idque et *Mercurialis* repetiit et *Franzius* nullâ adiectâ observatione. *S.*]

b ψαλτήριον, αὐλός etc.) Separatum sibi locum αὐλός et πηκτίς in priore Lexico occupabant. In Cod. *S. German.* ferme cohaerent. Itaque omnia artissime aptavi, motus auctoritate Scholiastae *Aristophanis* Thesmophor. vs. 1321., ubi Πηκτίδας, εἶδος ὀργάνου κιθαρῳδικοῦ, ἢ ἀκολάστου σχήματος. Gemina *Suidas* in Πηκτίς. — [Conf. quae de ista glossa, Αὐλός. εἶδος etc. paulo ante notavimus. *S.*]

c ζυγαῖς) Haec disiuncta quoque in eodem collocantur. Explicant, quod *Suidas* et *Etymologus* indicant, τὰ ἑδώλια, quo illi modo et praestantiores *Herodoti* MSS. vocem pingunt. Alibi *Suidas*, Ζυγοί· παρ' Ἡροδότῳ αἱ καθέδραι.

d Ὄρθιον νόμον Θαμύρα) *Suidas* in Voc. Νόμος et Ὄρθιος descripsit, verum de Thamyra nihil. Amplius scholion, unde hae reliquiae in schedis *S. German.*, Thamyrin sive Thamyram, celebrem olim in Thracibus Musicum apud *Diodor.* lib. III. 66., nomi Ὀρθίου inventorem, non Terpandrum, ut ceteri solent,

Ἀνακῶς. ἐπιμελῶς, φυλακτικῶς. 24.

Ξενίην συνεθήκατο. ἀντὶ τοῦ ὡς ξένιον e ἐδωρήσατο. 27.

Ἐπιστρεφέως. ἀπατητικῶς ἢ ἐπιμελῶς. 30.

Ἠκούσης. ἐχούσης. 30.

Σπερχθείς. ταραχθεὶς, θυμωθείς. 32.

Χρήματος. πράγματος. 33.

Ἀνδρεών. μέγας οἶκος. 34. ee

Ἐπίστιος. ἔποικος. 35. et 41.

Ἐξηρτυμένοι. κατεσκευασμένοι, ἡτοιμασμένοι. 43.

Ἡμεκτέων. f δυσφορῶν. 41.

Ἑταιρεῖος. ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν. 44.

Συνηλίζοντο. συνηθροίζοντο. 62.

Μετεξέτεροι. ἔνιοι, τινές. 63.

Ἐνωμοτία. g τάξις τὶς παρὰ Ἀττικοῖς. 65.

perhibuisse videtur. Legendus *Plutarch.* de Music. pag. 1132. B. D. et *Pollux* IV. 65. ubi septem illi modi.

e ὡς ξένιον) Sic et *Suidas.* Olim ξενίην, aut ξένον, ut MS. *S. Remigii.* Valde exorbitat *Corinthus*, cum ἀντὶ τοῦ ξενίην ἐδωρήσατο, ξενίην συνεθήκατο Ionum perhibet esse in sermone.

[*ee* Paulo plenius ms. *F.* μέγας οἶκος ἀνδρῶν. *S.*]

f Ἡμεκτέων) Conpositum περιημεκτέων ibi in Musa. Nec iusta tamen ex scholio suspicio, aliter olim obtinuisse. Est in glossatorum more simplex deponere, ubi conpositum in ipsa oratione. Tale χορδεύων lib. VI. 75. et αἰωρηθέντες ibid. 116., pluraque alia.

g Ἐνωμοτία) In schedis *S. Germ.* Συνωμοτία, unde *Suidas* Συνωμοσία, τάξις παρὰ Ἀττικοῖς, ubi postrema *Herodotum* si explanant, sicuti debent, absurda. Et ita tamen tres Lexici codices. Verius *Etymologus* Ἐνωμοτὶς, immo Ἐνωμοτία, τάξις τὶς στρατιωτικὴ παρὰ Λακεδαιμονίοις. Priores ergo, nisi si παρὰ τοῖς Τακτικοῖς

Τριηκάδας. δεῖπνα κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸς λ' ἀνδρῶν. ibidem.

Ἐλινύειν. ἡσυχάζειν. 67.

Ἐννώσας. διανοηθείς. 68.

Ἀναξυρίδας. τὰ βαθέα καὶ βασιλικὰ [h] τῶν ὑποδημάτων, ἢ τὰ νῦν βραχία λεγόμενα. 71.

Ἀβρόν. [hh] καλὸν, αὐθάδες, σεμνὸν, τρυφερόν. ibidem.

Ἀναισιμοῦν. δαπανᾶν, ἀναλίσκειν. 72.

Ἴλη. συστροφὴ, τάξις ὄχλου ἱππικὴ. [i] 73.

Εὐεστώ. εὐημερία, εὐετηρία. ἡ καλλίστη τῶν ἐτῶν διαγωγή. Διογενιανὸς ἄνευ τοῦ Σ' γράφει. 85.

cum Clar. *Ruhnkenio* ad *Timaeum* p. 77. malucris, in errore versantur. Mendosus etiam *Suidas* in proximo Τριηκάδας· παρ' Ἡροδότῳ, δεῖπνα, ἢ δήμους, ἢ ἀριθμὸν τριάκοντα ἡμερῶν: nihil enim, ut alia praeteream, isthic apud *Herodotum* de triginta diebus. Mendosior multo, ne quid asperius excidat, *G. Corinthus*, λέγουσι δὲ *Iones* καὶ τοὺς κατὰ δήμους καὶ ἀριθμὸν τῶν τριάκοντα ἀνδρῶν Δεῖπνα. I nunc et fide istiusmodi λογοθήραις. — [Commode *Steph.* καὶ ἀριθμοὺς ἀνδρῶν λ'. *S.*]

h καὶ βασιλικὰ) Eodem *Hesychii* explicatio tendit in Ἀναξυρίδες. *Suidas* autem et *Etymologus* καὶ ἄβατα ὑποδήματα: quae hinc propagata facile instaurabuntur. Ἄβατα ὑποδήματα equidem non recordor. Confer *Salmasium* ad *Lampridii* Alex. Sever. c. 40.

[*hh* Ἀβρόν) Recte Ἀβρόν membr. *F.* Spiritum non adposuit *Stephan.* Mox αὐθάδις scribit etiam *F.* sed αὔθαδες *Steph.* *S.*]

i ὄχλου ἱππικὴ) In *Suida* ὄχλου ἱππικοῦ: cui accedo. [*H. Steph.* τάξις ἱππικὴ, συστροφή. *S.*] Vicina Εὐεστώ, εὐετηρία etc. in MS. *S. Germ.* non leguntur. Quod nunc prostat, ex codice *S. Remig.* venit: antea εὐεστή· [sic *Steph.* et al.] εὐημερία· εὐετερία. *Diogenianus* [Grammaticus aetate Hadriani Imp.] vocabulo operam occasione *Antiphontis* Ἀειεστὼ inpendisse videtur. *Harpocrationem* adi illa in voce et

Ἀνέγνωσεν. ἀνέπεισεν, ἀνεδίδαξεν. ii 86.

Ἐπίδοξα. ἀντὶ τοῦ προσδόκιμα. 89.

Κνάφος. ἄκανθα ἕλκουσα ἱμάτια. 92.

Οὖροι. ὀροθεσία. 93.

Πεσσοί. ψῆφοι, ἐν αἷς ἔπαιζον. 94.

Φαρμάκοισι. βαφαῖς. 98.

Ἐλόχισεν. k εἰς λόχους κατέταξεν. 103.

Κατὰ τέλεα. τὰ ἀναλώματα καὶ τὰ συνέδρια τῶν ἐν τῇ ἀρχῇ, καὶ συντελεῖν εἰς τάγμα. ibidem.

Εὔτυκτα, ἕτοιμα, ῥάδια, εἰργασμένα. kk 119.

Ἐπιφορήματα. τραγήματα. 133.

Λευκή. [Λεύκη.] πάθος τὶ περὶ ὅλον τὸ σῶμα. 138.

Πρυτανεῖον. θεσμοθέσιον, l θόλος, καὶ ἡ τοῦ σίτου θήκη. 146.

Ἔπιπλα. ἡ μὴ ἐγγαία κτῆσις, m ἀλλ' ἐπιπόλαιος. ἔπιπλα καὶ τὰ ἐπάνω τῶν στρωμάτων. 150. 164.

Favorini Εὐεστώ. Proximum Ἐπίδοξα liber *S. Germ.* non novit.

ii ἀνεδίδαξεν) ἐπίδαξεν *F.* et *Steph. S.*]

k Ἐλόχισεν) Pauci *Herodoti* Codd. et *Suidas* ἐλοχήσει. Idem κατατέλεα iunctim recenset et scholiastae nostri verbis interpretatur. Agnoscit et *Hesychius* in Τέλεα, cuius καὶ τὸ συντέμνειν τάγμα ad nostri praescriptum reformandum. Explicatur λοχίζειν κατὰ τέλεα, cetera ab *Herodoti* mente et sententia longissime deflectunt.

[kk ῥάδια εἰργασμένα) ῥαδίως εἰργασμένα *Steph. S.*]

l θεσμοθέσιον) Eum in modum schedae: in *Suida* [et apud *Steph.*] θεσμοθέσιον, ubi *L. Küsterus* pronuntiat, *hoc nihil ad rem;* cui consentio. Scholiastes docere voluit, nonnunquam in *Prytaneo* legum et plebiscitorum tabulas asservari solitas. Multa ill. *Spanhemius* in Diatriba de Vesta et Prytan. p. 697. ed. Graev. Nihil tamen accommodatius verbis *Plutarchi* Sympos. VII. pag. 714. c. ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ ἐνθάδε πρυτανεῖον καὶ θεσμοθέσιον.

m ἐγγαία κτῆσις) Vulgo erat ἡ μὴ βεβαία κτῆσις. *Sui-*

Ἦθεα. τόποι, ἐν οἷς ἀναστρέφονται. 156.
Πρόχυσις. τὸ ἀποσπεῖσαι. 160.
Μύδρον. σίδηρον ἀργόν. 165.
Ἔμβολος. χάλκωμα περιτιθέμενον κατὰ πρῴραν ταῖς ναυσίν. 166.
Ἐναγίζειν. τὰς χοὰς ἐπιφέρειν, ἢ θύειν τοῖς κατοιχομένοις, ἢ τὸ διὰ πυρὸς δαπανᾶν. mm 167.
Ἡβηδόν. μετὰ ἰσχύος, n μετὰ ἀκολασίας. 178.
Ἀντίξοον. τὸ ἐναντιούμενον. 174.
Ταρσοὶ καλάμων. τρασιὰ o ἐν ᾗ ἐξήραινον τὴν πλίνθον. 179.
Φάρσος. τρύφος, κλάσμα, ἀκρωτήριον. 180.
Αἱμασιά. τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον ἄνευ πηλοῦ τειχίον, ὃ νῦν ἑρμακίας καλοῦσιν. p ibidem.

dae ἔγγειος, quod *Küsterus* rectissime explicuit, Msto accedit. *Bona* sunt *mobilia*. Commode *Isaeus* de Agn. Heredit. pag. 88. Κατέλιπεν ἔπιπλα, πρόβατα, κριθὰς, οἶνον, ὀπώρας. Ultima Scholii ex *Goldasti* aliisque sunt libris.

[*mm* Postrema ἢ τὸ διὰ etc. non novit *Steph. S.*]

n μετὰ ἰσχύος) *Suidae* in Ἡβηδὸν, ἀντὶ τοῦ μετ' αἰσχύνης, hinc vitiose traductum. Utrumque nihil ad *Herodotum*. Meliora dabit Cl. *L. Bos* Observ. cap. 6. Quod [apud *Steph.* et sequaces] adhaerebat ὀρχηδὸν, in Cod. *S. Germ.* recte desideratur; alienum enim. Ὀρχηδόν· ἡβηδὸν alibi sese offeret.

o τρασιὰ) Optime sic Ms. *S. Remig.* Ceteri, *Suidas*, *Corinthus*, πρασιά. Mendum et Scholiastae errorem Cl. *Salmasius* detexit ad *Solin.* pag. 869. Τρασιὰ *craticium textum* erat, super quo ficus et casei siccabantur, ut apud *Hesychium* in Voc.

p ὃ νῦν ἑρμακίας καλοῦσι) Voluit ἑρμακας. *Hesychius*, Ἕρμακες, αἱ ὕφαλοι πέτραι, ἢ αἱμασιαί: quibus gemina, ut docti viri monuerunt, Critici in *Nicandri* Ther. vs. 150. — [Totam glossam ignorat *Steph.* Postrema verba ὃ νῦν etc. desunt *F.*]

Λαῦραι. ῥύμαι, ἄμφοδοι. 180.
Ἔλυτρον. σκέπη, [q] θήκη, δέρμα. 185.
Συμψήσας. συντρίψας. 189.
Καταγωγή. πανδοκεῖον. 181.
Σχοινοτενές. μακρὸν, ὀρθόν. 189. 199.
Ψῆνες. κωνωπεῖα τὰ ἐν τοῖς ὀλύνθοις [r] γινόμενα. 193.
Ἀλεξομένους. ἀμυνομένους. 211.
Σαγάρεις. πελέκεις, τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα. 215.
Ἄρδις. φαρέτρας, βέλη. ibidem.
Φάλαρα. τὰ περὶ τὰς γνάθους σκεπάσματα. 215.

Ἱστορ. Β΄.

Κνυζημάτων. τῶν γοερῶν ἀποφθεγμάτων. II. 2.
Γεώπειναι. οἱ γῆς πεινῶντες καὶ ἀπορούμενοι. 6.
Ἀπίσας. ἱκανώσας. [s] 7.
Μυχοί. αἱ καταδύσεις, τὰ ἔνδον, λιμένες, [t] κοιλότητες, τὰ ἔσχατα, ἔσω. 11.

[q] Ἔλυτρον, σκέπη) Absurde *Suidas*: Σκέπη παρ' Ἡροδότῳ θήκη, δέρμα. Praetervidit τὸ Ἔλυτρον, cui explicando ista erant admota. Probior *Hesychius* in Ἔλυτρον. Confer *Th. Gatakerum* ad *Antonin.* lib. IX. 3. p. 266. — [Vocem θήκη non habet *Steph. S.*]

[r] ἐν τοῖς ὀλύνθοις) Addunt Λέξεις [ab *H. Steph.* et aliis] editae τοῖς ἄρτισι, quae duo Cod. *S. Germ.*, *Suidas* et *Hesychius* non adiungunt.

[s] Ἀπίσας, ἱκανώσας) Mira in prioris scriptura adparet discordia. Ἀπήσας Cod. *S. Remig.*, ἀπόσας habet *Montfauc.*, ἀπώσας in excerptis *S. Germ.* et *Corintho*. Propositum venit ex *Goldasti* Lexico. [Sic vero et *Steph.* et membr. *F.*] Videtur ad lib. II. 7., sicuti ibi monitum, referendum.

[t] τὰ ἔνδον, λιμένες) In schedis haec disiungebantur ita, ac si et Μυχοὶ et Λιμένες exponerentur. Iunxi artius, ut *Hesychius* et Grammaticorum alii nectunt. Iuvandus *Suidas* est, cum Μυχοί· παρὰ Ἡροδότῳ, καταδύσεις· τὰ ἔνδον.

Ἐπιεικεστάτη. μετρία, εὐγνώμων, καλῶς ἔχουσα. 22.

Βυσσός. βυθός. 28.

Χοιράδες. πέτραι λεῖαι ἐν θαλάσσῃ. 29.

Εὐμαρέη. ἀπόπατος. 35.

Πεσσόμενα. ὀπτώμενα. 37.

Βάρις. ναῦς. u ἡ λέξις σημαίνει καὶ τείχη καὶ πύργον, καὶ μεγίστας οἰκίας, καὶ σφαίρας καὶ αὐλὰς, καὶ στοὰς μεγάλας. 41.

Ὄσιρις. ὁ Διόνυσος λέγεται. 42.

Ἐγχρίψαι. ἐμπεσεῖν, v προσπελάσαι. 60.

Κορύνη. ξύλον ἐπικαμπές. 63.

Πρόπολος. νεωκόρος. μετὰ τοῦ Σ' x ὁ δοῦλος. 64.

Μελεδωνοί. φροντισταί. 65.

Ἀμφιδέας. ἀλύσεις. οἱ δὲ ψέλλια. 69.

Κρέξ. ὄρνεον δυσοιωνιστὸν τοῖς γαμοῦσιν. 76.

Σύρμαΐζειν. καθαίρειν πόματι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. 77.

Λίνον. ᾠδῆς ὄνομα ἢ λύρας χορδή. 79.

Θύσανοι. κόρυμβοι, κροσσοί. 81.

Ἐσηθήσαντες. ὑλίσαντες. 87.

— [*Steph.* nil aliud habet, nisi Μύχοι· καταδύσεις. *S.*]

u *ἡ λέξις σημαίνει etc.*) Haec ex Cod. *Passion.*, in quo καὶ σφύρας. *Etymologus* in Βάρις edita adprobat.

v *προσπελάσαι*) Liber *S. Germ.* παραπελάσαι, unde inquinatum *Suidae* παραπολαῦσαι in Ἐγχριμφθεῖσα. Idem ἐγχρίψαι: [ut *Steph.*] Codex *S. Germ.* ἐγχρίμψαι, quae et in *Herodoto* varietas.

x *μετὰ τοῦ Σ etc.*) Absunt a *Suida* et codice scripto, [habet autem *Steph.*] neque vera perpetuo sunt. *Eustathius* ad Homer. p. 642, 36. [pag. 502. ed. Bas.] consulendus est.

Κάπτοντες.[y] ἀποδεχόμενοι. 93.

Ῥιπίς.[z] πλέγμα. 96.

Καινοῦν. χρήσασθαι καινῷ λόγῳ. 100.

Ἀποφορήν. τὴν τελουμένην τιμὴν ὑπὸ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις. 109.

Ἤλυσιν. ἔφοδον, πορείαν. 123.

Συρμαίην.[a] λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. 125.

Ἐνηβητήρια· ἐνευωχητήρια. 133.

Ποινή. ἀντέκτισις, τίσις. 134.

Βουπόρους. ὀβελοὺς μεγάλους.[aa] 135.

Ἀμυρταίου. εἱμαρτοῦ.[b] 140.

Ὄχανα. ἀσπίδων πόρπακες καὶ οἱ δεσμοί. 141.

Τριφάσιοι. τριπλάσιοι καὶ τρίφωνοι. 156.

Ἀπεματαΐσεν. ἐματαιολόγησεν, ἐμώρανεν. 162.

y Κάπτοντες) Corinthus Aldinus κάμπτοντες et liber S. Remig. Uberior Hesychii glossa: Κάπτοντες, ἀποδεχόμενοι, ἐσθίοντες: cuius praecedens Κάπτει, καταπίνῃ, fuisse olim καταπίνει videtur. Hemsterhusii Nostri eadem divinatio ad Comici Plut. p. 316. Hic autem iterum simplex verbum vice ἀνακάπτουσι, quomodo Euterpe.

z Ῥιπὶς) Haud Suidas aliter in Ῥιπῖς. Lexicon Goldasti, [H. Steph.] Reg. Paris. et S. Remig. Ῥηπίς. Omnes prave. Confer G. Arnaldi Animadv. c. 30.

a Συρμαίην) Perperam Corinthus συρνίην, Hesychius Σύρμιον, λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικὸς, antea in Συρμαίαν verum amplexus.

[aa Rectius sic scribetur: Βουπόρους ὀβελοὺς, μεγάλους. S.]

b εἱμαρτοῦ) Quid commune huic cum proprio Ἀμυρταίου regis nomine? Est-ne eius veriloquium? An reconditum aliquid vetere fuit in scholio, quale Ἀμυρτὸν, ἱμάτιον· Κρῆτες Hesychii? — [Forsan nil aliud est Εἱμαρτοῦ, nisi depravatum ipsius Ἀμυρταίου nomen, in ora veteris alicuius codicis olim repertum. S.]

Ἀποτιμοτέρους. ἀτίμους. 167.

Ἀνδρέσφιγγας. c σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ σφιγγὸς ὑπὸ δημιουργοῦ γεγονός. 175.

Ἱστορ. Γ'.

Ἀπηλικέστερον. πρεσβύτερον. III. 14.

Ἐπάϊστος. Φανερός. 15

Εὐλέων. σκωλήκων. 16.

Φρενήρης. σώφρων. d 25. 30.

Γνωσιμαχεῖν. τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν, τήν τε τῶν ἐναντίων ἰσχύν. 25.

Οὐ καταπροΐξεσθαι. προῖκα ποιῆσαι, ἀτιμωρητὶ, e οἷον καταφρονήσας. 36.

Παταΐκοισι. θεοὶ οἱ Παταῖκοι Φοινικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρύμενοι. 37.

Ἐπίλαμπτος. f καταφανής. 69.

c Ἀνδρέσφιγγας) Sedabunt fortasse haec fluctus, quos Hesychiana, Ἀνδροφῆτες· σύνθετον σῶμα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ὑπὸ δημουργοῦ γεγονός, ciērunt: manarunt enim hoc fonte. In MS. S. Germ. γεγονότος legebatur. — [De hac glossa paullo ante nonnihil praefatus sum. S.]

d σώφρων) Adstruit his Corinthus, λαμβάνουσι δὲ τοῦτο Iones ἐπὶ τοῦ ἐναντίου, ut videlicet πάραφρων sit, sicuti praeter Saidam voluit Etymologus. Si οὐ φρενήρης, uti in Herodoto, ponatur; probe: alioquin fallent isti Grammatici.

e ἀτιμωρητὶ) Suam sibi et distinctam sedem in Goldasti Lexico et aliis possidebat vocab. Ἀτιμωρητί: continuatur a S. Germ. schedis, quas duces optavi. Consentiunt Hesychius et Suidas. — [Uterque in voc. Καταπροΐξεται. Stephanus nonnisi haec pauca habet: Οὐ καταπροίξεσθαι· (rectius καταπροΐξεσθαι· Iungerm.) προῖκα ποιῆσαι. S.]

f Ἐπίλαμπτος) Ex discorde ἐπίλαμπος et ἐπίλαπτος in membranis scriptura hoc effinxi. Herodotus atque ad eum adposita excusabunt audaciam. — [Ἐπίλαμπος habet Steph. S.]

Αἰγυπιῶν. γυπῶν. 76.

Ἀμύσσειν. ταράσσειν. g ἑλκοῦν, ξέειν. ibidem.

Φριμάξασθαι. Φρυάξασθαι, Φυσῆσαι. 87.

Φορμός. πλέγμα ὡς κόφινος. 98.

ΔιασΦάγες. αἱ διεστῶσαι πέτραι. 117.

Γαυλός. πλοῖον Φοινικικόν. 136.

Σκυτάλοις. ῥάβδοις. ibidem.

Γοργύρη. h δεσμωτήριον ὑπόγαιον. 145.

ΔιΦροΦορευμένους. Φορείοις Φερομένους. 146.

Βαλανάγρας. κλεῖς. 155.

Οὐ καταπροίξεται. προίκτης. ἡ πρὸ, ἀντὶ τῆς παρά. παρὰ τὸ προϊκνεῖσθαι. τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ ἴξεσθαι, ὅ ἐστι i δωρεάν τι λαβεῖν. Ἀρχίλοχος· Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροίξεται. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἐν Ἐπιμερισμοῖς παρὰ τὸ ἴσσω Φησὶ, ὡς καὶ Ἀρχίλοχος· Προτείνω χεῖρα καὶ προΐσσομαι. 156.

g ταράσσειν) Verum est *Iungermanni* σπαράσσειν. [Sic nempe pro ταράσσειν, quod et *Steph.* et cod. F. tenet, legendum videri monuerat *Iungerm.* in ora suae editionis.] *Hesychius* Ἀμύσσειν, ξέειν, σπαράσσειν. *Suidas* tamen, corruptum secutus exemplar, Ἀμύσσειν, ταράσσειν. Loco proximi Φυσῆσαι ille πεΦυσῆσθαι in voc. Φριμάξασθαι.

h Γοργύρη) Cod. S. Germ. Γοργύνη. Hinc *Suidae* Γοργύνη· δεσμωτήριον ὑπόγειον. Mox tamen veriorem scripturam amans. — [Recte Γοργύρη membr. F. cum *Steph.* *S.*]

i ὅ ἐστι δωρεάν τι λαβεῖν) In scripto ὥς ἐστι δωρεάν τι tantum: defectum ex *Suida* et Criticis ad Comici Equit. vs. 433., qui ambo eadem, explevi. Rectius hic in *Archilochi* fragmento Ἐμεῦ δ' ἐκεῖνος. Adi eruditam *Valckenarii* adnotationem in lib. III. *Herodoti*, c. 36. — [Totam hanc glossam sive scholion ignorat *Steph.* *S.*]

Ἱστορ. Δ'.

Λάξιν. λῆξιν, [k] μερισμὸν, κλῆρον. IV. 21.
Πλαάδας. λέγεται καὶ ἐκ τρυγὸς [l] πλάσματα. κυρίως δὲ ἡ τῶν συκῶν ἐπάλληλος θέσις. 23.
Ὀργίσας. [m] μαλάξας. 64.
Ἀνδρόγυνος. ἄνανδρος, ἑρμαφρόδιτος. 67.
Ἐνάρεες. [n] οἱ ὁπλῖται. ibidem.
Τέρμον. [o] τὸ τρῆμα καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό. 72.
Σῶστρα. σωτήρια, μήνυτρα, λύτρα. [p] 9.
Σώχουσι. τρίβουσι. 75.
Ἄρδιν. ἀκίδα βέλους, καὶ τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα. 81.

k Λάξιν, λῆξιν) *Suidas*, Λάξιν, μίξιν, μερισμὸν, Ἡρόδοτος, ex scripto glossarum vitioso exemplo, quale *S. Germ.* et *Reg. Paris.* Vulgatum [λῆξιν, quod dedit *Steph.*] bonum esse Clar. *Ruhnkenius* Epist. Crit. II. p. 14. conmonefecit. Ceterum in Msto *S. Germ.* haec et proxima ad Musam tertiam referebantur, non sine lapsu.

l καὶ ἐκ τρυγὸς πλάσματα) *L. Kiisterus* ad *Suidae* Πλαάδας coniicit τὰ ἐκ τυροῦ: cui valde obstant haec scholia, a *Suida* descripta. [τρυγὸς agnoscit etiam *Steph.*] Confer *Turnebum* ad *Theophrastum* de Odoribus p. 27. et *L. Bos* Animadvers. c. 44.

m Ὀργίσας) Sic omnes. At ὀργάσας, μαλάξας, *Hesychius*, *Timaeus* et *Suidas*. Editum ex Ὀργήσας nasci potuit.

n Ἐνάρεες) *Corinthus* exscripsit, quod ad *Herodotum* confert nihil. Scythicam vocem Grammatici ex Graecorum ἐνάροις et ἐναρίζειν frustra arcessiverunt.

o Τέρμον) Plerique τέρνιον. In *S. Germ.* schedis τόρνον, ad quarum similitudinem *Suidas* Τόρνος· - - τὸ τρῆμα, καὶ τὸ ἐνιέμενον εἰς αὐτό. Praescriptum habet *Herodotus*, et τόρνον diversiore notione alibi cap. 36. — [Mendosum Τέρνιον habet *Iungerm.* cum *Steph.* ubi ille in ora notavit: ἴσως Τέρμον. IV. 72. *S.*]

p λύτρα) Membranae *S. Germ.* μίτρα, absurde: verius aliae [et *Steph.*] cum *Suida*. Sequens σώχουσι frustra

Σισύρα. βαρβαρικὸς χιτών. 109.

Εὐμάρεια. ἡσυχία καὶ ἀπόπατος. [pp] 113.

Ὑβρίζοντες. σκιρτῶντες. 129.

Κομιδή. ἡ ἀνάσωσις, ἐπιμέλεια. 134.

Ἀμβολάδην. καθ' ὑπερβολήν. 181.

Οἴσπη. [q] ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια. 187.

Αἰγίς. ἣν Λίβυες φοροῦσι δοράν. 189.

Ἀνθερίκων. νῦν τοὺς καυλούς φησι τῶν ἀσφοδέλων. εἰσὶ δὲ εὔθραυστοι. 190.

Σχοίνου συμβολεῖς. [r] οἱ ψιαθοπλόκοι, καὶ σχοῖνος ἡ ψίαθος.

Περιφορητά. ἀκτά. 190.

Στρόφος. [s] τὸ περὶ τὴν κεφαλὴν στρόφιον, ὅ ἐστιν ἐρεοῦν. 60.

Κυματώγη. ὑπαγωγὴ, αἰγιαλός. 196.

quaeretur: Κατασώχουτι Scriptor.

[*pp* Pro καὶ ἀπόπατος, quae commode dedere *Wesselingii* codices, est εὐκολία in ed. *Steph.* *S.*]

q Οἴσπη) Ita cum *Suida* codex *S. Germ.*; in aliis Οἰσύπη, οἰσίπη, οἰστίπη. *Corinthus* de suo adiunxit, καὶ τὸ διαχώρημα τοῦ προβάτου. Adi et *Hesychii* Οἴσυπος et *Suidam* in Οἰσυπηρός. — [Οἰσύπη habet *Steph.* Dein idem ῥυπαρὰ, melius quam ῥυπαρῶν. *S.*]

r Σχοίνου συμβολεῖς) Eadem omnia *Suidas* et *Corinthus*. At frustrantur nos et circumscribunt; nihil enim istiusmodi apud Historiae patrem. Eremitis et Aegypti monachis congruit, quibus *segetes* sive ψιάθους per otium *texere* sollemne erat. Vide *Du Cangium* in Lexic. Med. ad Ψιάθιον et Σχοινοπλόκιον. Hoc credo in uberiore scholio, occasione σχοίνου c. 190. fuerat notatum: manserunt reliquiae, *Herodoto* nihil lucis adferentes, ut saepissime aliae parum prosunt. — [In ed. *Steph.* nil aliud est, nisi σχοίνου συμβολεῖς· οἱ ψιθοπλόκοι: ubi ψιαθοπλόκοι corrigendum monuit *Eustachius*, et sic edidit *Iungerm.* *S.*]

s Στρόφος) Et hoc alienum. [nempe ex uberiore quodam scholio, quod ad IV. 60, 5.

Ἱστορ. Ε'.

Φυλάξαντες. ἐπιτηρήσαντες. V. 12.

Νεοχμῶσαι. νεωστὶ κινῆσαι. t 19.

Σπαδίξας. ἐκδείρας. u σπάδιξ γὰρ, φλοιὸς ῥίζης πρινίνης· οἱ δὲ, φοίνικος ῥάβδον. σπάδακες δὲ, καὶ οἱ κύνες. καὶ σπάδιξ, ὄργανόν τι κιθαριστικόν. 25.

Φερέγγυος. βεβαιωτής. 30.

Παχέων. τῶν πλουσίων. ibidem et 77.

Ἔφεδρον. ἐπίκληρον. v 41.

Σταθμός. στρατιωτικὴ κατάλυσις. ὁδοῦ μέτρον. x κατάλυμα. 52.

spectabat, imperite excerptum. *S.*] In schedis *S. Germ.* huic praescribebatur vocabulo et sequentibus Ἱστορίας Δ'. [conf. supra; not. k.] quod re postulante inmutavi.

t νεωστὶ κινῆσαι) Voluisse primum glossae auctorem νέον τι opinor. *Suidas* vulgatum descripsit: *Corinthus* νεωστὶ κινῆσαί τι.

u Σπαδίξας. ἐκδείρας. *etc.*) Nihil horum in *S. Germ.* [Habet vero *Steph.*] Egregium scholium Cl. *Salmasius* illuminavit, *Hesychium*que in mendoso Σπᾶ eadem voluisse bene docuit ad *Solin.* p. 291. Σπάδιξ Musicum instrumentum a *Polluce* IV. 59. non praeteritur.

v ἐπίκληρον) Quid voluerit, intenderitque Scholiastes, ex *Hesychio* adparet: Ἔφεδρος, ταβλιστής, τρίτος ἐνεδρεύων, καὶ ὁ ὑφ' ἡμῶν ἐπίκληρος. Nimirum aleae lusorem, victis succedaneum, aut gladiatorem, secutoremque, qui sorte victis sufficiebatur et cum victoribus conparabatur. Hoc vero quid ad *Herodotum*? — [Nempe V. 41, 3. ἔφεδρος βασιλεὺς dicitur *designatus regni successor. S.*]

x ὁδοῦ μέτρον *etc.*) Venerunt ex *Goldasti*, [*Steph.*] et Codd. aliis. [Sed his absunt praecedentia verba, στρατιωτικὴ κατάλυσις.] *Suidas* et *S. Germ.* non adiungunt. Auctius etiam vicinum Ἀγηλατέειν, διώκειν est: siquidem accessoria *Corinthus* et *S. Germ.* reticent. — [Glossam Ἀγηλα ignorat *Steph.* et sequaces. *S.*]

Ἐπίστιον. ἔποικον κατάλυμα. 72.

Ἀγηλατέειν. διώκειν, φυγαδεύειν, ἐπιτάττειν, ὑβρίζειν. 72.

Λῆμα. ἀξία καὶ ἀνδρεία. 72.

Κληρούχους. γεωργούς. 77.

Σινάμωρον. κακόσχολον. 92, 7.

Κρησφύγετον. καταφυγὴ, ὀχύρωμα. 124.

Ἱστορ. στ'.

Ἰθαγενεῖς. οἱ γνήσιοι παῖδες. VI. 53.

Πρόξενοι. οἱ προστάται πόλεων καὶ φροντισταὶ καὶ ξένους ὑποδεχόμενοι. 57.

Ἀρχαιρεσίη. y τὸ πρὸς χάριν πολλοῖς ζῆν, καὶ τὸ ἐπιδόσεις χρημάτων ποιεῖσθαι. 58.

Ψῶσαν. θάλπουσαν. 61.

Ἔκνιζεν. ἔδακεν, ἀπὸ τῆς πόας. 62.

Οὐχ ἰκνευμένως. οὐ προσηκόντως, οὐ καθηκόντως. 65.

Γυμνοπαιδία. ἑορτὴ ἐν Σπάρτῃ, ἐν ᾗ γυμνοὶ χοροὺς ἱστᾶσιν. 67.

Λάσθη. αἰσχύνη. 67.

Χορδεύων. z τέμνων. 75.

y Ἀρχαιρεσίη) Quae subduntur, ἀρχαιρεσιάζειν ad *Hesychii* modum in Ἀρχαιρεσιάζειν explanant. [quem usum illius verbi *Harpocration* ex *Dinarcho* oratore adnotavit: conf. *Polyb.* XXVI. 10, 6. in Fragm. apud *Athen.* lib. V. p. 193. E. *S.*] Ambitiosorum artes, ut egregie ibi *L. Küsterus*, innuuntur, qui non vera via, sed donis et fallaciis ad honores contendunt. *Suidas*, quasi *Herodotea* haec forent, digna suo Lexico censuit. [Ex quo sicut ex aliis multis, perspicue adparet, sua talia *Suidam* non aliunde nisi ex ipsis hisce *Glossis Herodoteis* accepisse.] Sequens Ψῶσαν *Herodotus* καταψῶσαν scripsit.

z Χορδεύων) Καταχορδεύων

Καταγινέων. καταλύων. 75.
ᵛἌρθμια. Φίλια. 83.
Πολέμαρχος. ἄρχων, πρὸς ὃν κατηγγυῶντο τοὺς ξένους. [a] 109.
ᵛἌφλαστον. τὸ ἄκρον τῆς πρύμνης. 114.
Αἰωρηθέντες. μετεωρισθέντες. 116.
Ἀναιρεόμενον. τὸ ἐν γαστρὶ συλλαμβανόμενον. 69.
Ἀνακωχεύσαντες. [b] ἀναχωρήσαντες. 116.
Γαῦλος. Φρέατος ἀντλητήρ. 119.
Ἐμμέλειαν. χορικὴν ὄρχησιν. 129.
Ζάκορος. νεωκόρος, ἱερεύς. 134.
Πρόκα. εὐθὺς καὶ παραχρῆμα. ibidem.

Ἱστορ. Ζ'.

Ἐπικάρσιον. πλάγιον, οὐκ εὐθύ. VII. 36.
Ἐλῶν. ἐλάσας. 33.
Δημιοεργοί. οἱ εἰς τὸ δημόσιον κάμνοντες. 31
ᵛὌνος. [c] τὸ περὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπουν καὶ συστρεφόμενον. 36.
Χυτόν. χῶμα, καὶ ὁ ξεστὸς λίθος. 37.

Erato. Proximum Καταγινέων, καταλύων, *Suidae* haud est ignotum. Ambo verius κατάγων explicuissent. Confer *Hesychii* κατάγειν.

a Πρὸς ὃν κατηγγυῶντο etc.) *Suidas* eadem. At illa muneris *Polemarchi* exilis pars. Meliora in *Lysiae* Or. adv. Pancleonem, et *Harpocrationis* Πολέμαρχος cum *Valesii* adnotatis.

b Ἀνακωχεύσαντες) *Hesychius* ἀνακωχήσαντες, nullo nisi levi in scriptura discrimine: hinc tamen illa ad id Lexicon accessio.

c Ὄνος· τὸ περὶ etc.) Illis ipsis verbis *Suidas* et *Hesychius*, quanquam hic καὶ συστρεφόμενον ὡς κύαμος, sine ullo ad *Herodotum* emolumento.

Ῥηχίης. [d] Φραγμὸς, ἢ δεσμοὶ τῶν Φραγμάτων. ibidem.

Σαυρωτήρ. ξυστὸν, [e] δόρυ, ἢ στύραξ, ὃν ἔνιοι καλοῦσιν οὐρίαχον. 41.

Κυρβασίας. τιάρας. 64.

Ζειρά. [f] μίτρα, ταινία, διάδημα, ἱμάτιον, ζώνη, πορφυροῦν ἔνδυμα. 69. 75.

Κέρκουρος. νεὼς εἶδος. 97.

Ἱστία. [g] δεῖπνα. 135.

Ῥῆχος. Φραγμός. 142.

Ὀρχηδόν. ἡβηδόν. 144.

Καλλιερεῖσθαι. ἐπὶ τοῦ θύειν ἔντομα λέγεται. 134. 167.

Τέμπεα. τὰ στενὰ τῶν ὀρῶν, καὶ οἱ σύνδενδροι τόποι. 173.

d Ῥηχίης.) Apud *Suidam* Ῥαχίας, Φραγμὸς ἢ δέσμαι τῶν Φραγμάτων. Codices *Goldast.* [*Steph.*] *S. Remig.* et *Reg.* Φραγμοῦ ἢ δέσμης τῶν Φρ. Amplexus sum quod in *S. Germ.* Interpretamentum insulsum est, ῥῆχος, cui suus mox locus, illustrans. Ineptit et Scholiastes *Passion.*, cui lib. II. 11. Ῥηχίη, αὐχμὸς, ξηρότης.

e ξυστὸν, δόρυ) Membranae *S. Germ.* ξυστὸν δόρυ. Ceteri cum *Suida* ad editum belle conspirant.

f Ζειρά) Olim ex *Gold.* Εἶρα. Verissime libri alii; in eo plerique pravi, quod haec tres in portiones divulserint, ac si Ζειρά, Ζώνη et Ταινία exponendae forent. Recte *S. Germ.* connectit vocabula, τὴν ζειρὰν duntaxat explicantia. Liquida res est ex *Etymologo* in Ζειρά et *Hesychio*, ubi erudite Cl. *Io. Alberti.* *Suidas* tamen Ζώνη· πορφυροῦν ἱμάτιον. Ἡρόδοτος, sed deceptus. — [*Iungerm.* cum *Steph.* Εἰρα· (non Εἶρα·) μίτρα, ζώνη: nil amplius: ubi perspecte *Iungerm.* monuit, Ζειρά scriptum oportuisse ex *Herodot.* VII. 69. et 75. *S.*]

g Ἱστία. δεῖπνα) Omnes magno consensu. *Herodoti Mssti* ὅς σφεας, ξείνια προθέμενος, ἱστία h. e. ἐδείπνιζε. Boni viri ex verbo nomen substantivum procuderunt.

Ναυλόχιον. h λιμένα ἢ εὐδίαν. 189.

Ἱστορ. Η'.

Ταρσούς. ταρσὸς κυρίως τῶν ὀρνίθων ἡ πτέρωσις, ἀφ' οὗ καὶ ὁ τῶν κωπῶν ὅμοιος σχηματισμός. VIII. 12.

Ἐπαμησάμενος. ἀνακινήσας. 24.

Ἰακχάζουσιν. λέγουσι, φλυαροῦσι. i 65.

Ἱστορ. Θ'.

Εἰρήν. k παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ ὁ παῖς ῥωβίδας καλεῖται, τῷ δευτέρῳ προκομιζόμενος, τῷ τρίτῳ μικιζόμενος, τῷ τετάρτῳ πρόπαις, τῷ πέμπτῳ παῖς, τῷ ἕκτῳ μελείρην. Ἐφηβεύει δὲ παρ' αὐτοῖς ὁ παῖς ἀπὸ ἐτῶν ιδ' μέχρι καὶ κ'. Βαρυτόνως δὲ [τὸ *Steph.* et *Iung.*]

h Ναυλόχιον) Hoc adscripserunt ad *Herodoti* ναυλοχοῦντες. *Suidas* invenit ναύλοχος, in quo παρὰ δὲ Ἡροδότῳ λιμὴν ἢ εὐδία fuit et esse debet.

i Ἰακχάζουσιν) Quod additur φλυαροῦσι, est in *Gold.* [*Steph.*] *Reg. Paris.* et *S. Remig. Suidas* φυλάττουσι. Membrana *S. Germ.* φυλλολογοῦσι. Hinc *Hesychianum* Ἰακχάζει· φυλλολογεῖ, καταβοᾷ. Quae omnia, ut Ἰακχάζειν cognoscatur, incertissimum dimittunt, sicuti suo loco admonitum, lectorem.

k Εἰρήν) Ex libro IX. nihil in *S. Germ.*, ne ipsum quidem notabile hoc, quod in aliis [et in ed. *Steph.*] obvium negligere non debui, scholium. Praeposui Ἱστορίας Θ', arbitratus ad lib. IX. 85. adplicandum videri. Infantem autem subrumum Ῥωβίδαν Spartanorum fuisse dialecto, et secundi anni προκομιζόμενον, an alibi reperiatur, dubito. Si liceret, [et quidni liceat, immo cum plausu accipiatur?] προμικκιζόμενος et μικκιζόμενος ex Dorico μικκὸς, h. e. μικρὸς, mallem; quomodo πρόπαις et παῖς, quarti quintique anni puelli. Μελείρην, verius μελλείρην erit. *Plutarchus* Lycurg. pag. 50. d. Εἰρένας δὲ καλοῦσι, τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας. Μελλείρενας δὲ, τῶν

μελείρην, ὥσπερ πυθμὴν, ἀπύθμην· αὐχὴν, ὑψαύχην.

'Ακανθοπλήξ. ὁ πλησσόμενος. l

"Αβιος. m ὁ πολύβιος. ὡς ἄξυλος, ὁ πολύξυλος.

'Ερμίς. ὁ κλινόπους.

παίδων τοὺς πρεσβυτάτους. Quae his longe meliora sentio. *Küsteri* ad *Suidam* eadem sententia.

l 'Ακανθοπλήξ. πλησσόμενος) His quoque et sequentibus *S. German.* codex caret; nec divino, ubi sedem habuerint. Γνάφος lib. I. 92. de Scholiastae sententia ἄκανθα, ἕλκουσα ἱμάτια. An in uberiore supplicii eius descriptione insertum ἀκανθοπλὴξ olim? an ad Ulyssem spectat, fabulà *Sophoclis* 'Ακανθοπλῆγα celebratum? Ex *Eustathii* Msto., citato a *I. Iac. Wetstenio* ad *S. Lucae* Euang. cap. XIII, 9., Σοφοκλῆς ἐν 'Αγαθοπλῆγι prave: dederat 'Ακανθοπλῆγι: plenius Σοφοκλῆς 'Οδυσσεῖ 'Ακανθοπλῆγι semel iterumque apud *Hesychium*. Hoc certum, cetera in coniecturis. — ['Ακανθόπληξ penacute in membr. *F.* scribitur. *S.*]

m "Αβιος) Haud scio, adscriptum-ne fuerit libro IV. 46., ubi de Scytharum natione et moribus. Ad *Scythas* enim *Homeri* Iliad. N'. 6. 'Αβίους adplicabant et varie interpretabantur, uti *Nicolaus Damascenus* in *Stobaei* Serm. V. p. 70., cui *Harpocrationem* in "Αβιος iunge. — [Conf. *Villoisoni* Adnot. ad *Apollonii* Lexicon Homeric. Quae vero *Harpocration* habet: "ΑΒΙΟΣ. τὸν ἄβιον 'Αντιφῶν ἀντὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν. ὥσπερ "Ομηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον: eadem (ut supra vidimus) in membr. nostra *F.* verbotenus descripta leguntur, nisi quod ibi omissa est Auctorum mentio. Caeterum quod apud *Hesychium* scribitur, "Αβιος· πλούσιος, ὡς 'Αντιφῶν ἐν 'Αληθείᾳ, immerito videtur *Henr. Valesius* suspectam vocem πλούσιος habuisse, πολύβιος legendum censens. Perapte sane vox πλούσιος exprimit notionem quam isti ἄβιος *Antiphon* subiecerat: nisi fortasse utrumque vocabulum adposuerat Lexicographus, πολύβιος, πλούσιος: ut posterius explicaret quo sensu πολύβιος diceretur. Denique videndum, ne Glossa ista, quae inter *Herodoteas* legitur, ducta sit ex uberiore quodam scholio, quod ad verba τοῦ βίου εὖ ἥκοντι I. 30, 22. olim spectarit.

APPENDIX ADNOTATIONUM
ad Herodoti Musas.

Adnotationes nostrae ad Herodoti Musas iam ad finem erant perductae, typisque descriptae, quum Vir clarissimus Frid. Henr. Bothe (idem cuius Emendationes nonnullas ad Scriptorem nostrum spectantes, ex Eiusdem ad *Terentium* Notis, iam in Adnotationum nostrarum cursu commemoravi) misit ad me *Animadversiones ad Herodotum*, Manhemii nuperrime impressas, quae in Ipsius *Opusculis Criticis et Poëticis*, hoc ipso anno M.DCCC.XVI. Berolini in publicum emittendis, primum occupant locum. Quo in scripto quum alia multa et erudite et ingeniose observata aut coniectata insunt, tum haud pauca, in quibus mecum sentientem videre gravisus sum doctissimum Virum. Quare, praetermisso quidem hoc posteriore genere, si ex caeterarum numero Animadversionum notabiliores quasdam, in brevius quidem contractas, hîc adposuero, et gratiam mihi visus sum initurus a lectoribus nostri Herodoti, neque ingratum facturus erudito Animadversori.

Igitur Herodoti libro I. cap. 38, 7. in loco controverso, ubi equidem veterem lectionem ὥς δὴ ὦν revocavi, *Bothius* πρὸς δὴ τῶν legit, et dein ἐμοί γε, hanc in sententiam, *His vero* (aliis populis barbaris) *non magnopere aucti ne ipsi quidem mihi videntur Pelasgi, quamvis gens barbara.*

I. 68, 19. Inepte legi videtur *Bothio* τόν τε τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον, deletis coniunctionibus oportuisse τὸν τύπον τὸν ἀντίτυπον; adiectivum enim nomen esse ἀντίτυπον, sicut in oraculo c. 67, 17. ubi τύπος ἀντίτυπος.

III. 109, 16. καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ ἢ κατὰ τοῦτο legendum censet, *nusquam alibi quam illic.*

Male adfectum locum V. 27. ita sanandum existimat, ut *lin.* 6. legatur Αἰτίους δὲ τούτου ἤδη πάντας *etc.* istaque omnia, usque στρατηγήσας, proxime subiiciantur illis *lin.* 2. ἀνὰ χρόνον ἐκακώθησαν.

V. 43, 3. pro ἐκ τῶν Λαΐου χρησμῶν malit ἐκ παλαιῶν χρησμῶν.

V. 44, 14 *seq.* pro ὧν οὗτοι, ut iam olim in Notis ad *Terent.*, sic etiam nunc οἰκότα corrigit, monetque scripturam codicum *Brit.* οὐκ οὕτως, ex οἰκότως esse natam, glossemate illo quidem τοῦ οἰκότα.

VI. 35, 2. pro eo quod olim aliis ex codd. edebatur αὐτάρ ἐδυνάστευέ τε καὶ Μιλτιάδης, commode ἐδυνάστευέ τι corrigit.

Eiusdem libri VI. caput 40. inculcandum censet post duo sequentia, et verbum ἐληλύθει non *venerat* intelligendum, sed *redierat*.

Ad VI. 60, 5. ait: Nisi gravius subest ulcus, reponendum certe οὐδὲ κατὰ etc.

VI. 86, 25. pro καὶ διότι - - - τοὺς αὐτοὺς, legit καὶ δὴ ὅτι - - - σοὺς ἀστούς.

VII. 32, 5. pro ἐπὶ γῆς αἴτησιν corrigit ἐπὶ τὴν αἴτησιν, scil. γῆς τε καὶ ὕδατος, quae paulo ante memorantur.

VII. 89 extr. pro ἐσταλάδατο legit ἐστάλατο, ΔΑ natum censens ex syllaba ΑΑ male repetita.

VII. 140, 15. sic legit et distinguit: — κέχυται. Προΐδον κακότητος ἀνάγκας. *Praevidi* (atque adeo praedixi vobis) *miserias fatales.*

VII. 141, 15. Eiusdem Emendationem πεδήσας, pro πελάσας, iam ipse in *Var. Lect.* commendavi. *Lin.* 22. corrigit εἴ τοί ποτε ἀντίος ἔστη, *si tibi forte aliquando adversus stetit*, i. e. *si tibi obvius factus fuerit.*

VII. 146, 6. malit καὶ ἄλλοισι ἐγκεχρημένοι, ut utraeque partes belligerantes indicentur.

Eod. cap. extr. levatam difficultatem censet commate post Ἑλληνικῶν interposito, et intelligendo οὐδαμῶν ὄντων Ἑλληνικῶν.

VIII. 73, 12. pro δοκέουσι μοῦνοι εἶναι, Ἴωνες coniicit oportuisse δοκέουσι μὲν ὦν ἐξ αἰῶνος. Μοῦνοι, inquit, si quis retinere cupiat, is interpretabitur, *si qui alii*, vel *prae caeteris.*

VIII. 77, 3. pro πρήγματα, (inquit) quod alienum, lege προῤῥήματα.

Cap. 77, 8. coniicit ἅμα πάντα πατέεσθαι.

VIII. 108, 15. Frigida *Bothio* videtur locutio illa, περιῶντο ἂν ἡσυχίην μὴ ἄγειν: nec mihi ea satis placuit. Sed, quid lucremur si deletis cum Viro docto tribus verbis ἡσυχίην μὴ

ἄγειν, sic distinguamus orationem, εἰ γὰρ - - - ὁ Πέρσης, μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ πειρῷτο ἄν: exputare equidem non potui.

VIII. 129, 12. verba καὶ τῆς πλημμυρίδος non dubitat a glossatoris manu esse, qui primitus ἢ τῆς πλημμ. adscripsisset.

VIII. 144, 3 *seq.* Legendum censet τὸ μὲν δεῖσαι κάρτα ἀνθρώπειον ἦν, deletis mediis; ut a pronunciato generali ad singulare descendat oratio; esse enim absurdum, idem nunc dici ἀνθρώπειον, nunc αἰσχρόν.

IX. 2, 8. corrigit ὥσπερ καὶ πάρος ταῦτα ἐγίνωσκον, *sicut et antea hoc intellexissent Persae.*

IX. 6, 5. praefert Aldinum ἐς τὴν Βοιωτίην ἐλέγετο εἶναι.

Caput 16. libri IX. ab Herodoto conscriptum esse, non adducitur *Bothius*, ut credat; quippe nihil nisi ampullas continens, et Graeculi, eloquentiam ostentantis, affectationem minime Herodoteam.

IX. 41, 18. μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβ. mecum ad Graecos refert *Bothius*, itaque ἀνακινδυνεύσειν corrigit, quod et ego requisiveram, sed per vim obtrudere Herodoto nolui.

IV. 58, 10-13. ἐδέξαν - - - ὅτι - - ἐναπεδεικνύατο. Quis ita balbutientem, inquit, quemquam, nedum Herodotum, ferat? *ostenderunt, se ostendi.* Quod si vim verbi ἐναπεδεικνύατο curatius expenderit Vir doctissimus, (*prae caeteris ostentatos, celebratos fuisse*,) in vulgata constantique librorum omnium scriptura nihil porro desideraturus videtur.

IX. 71, 4. ὡς ὑπερεβάλλοντο legendum censet, et post Λακεδαιμόνιοι levius distinguendam orationem. Speciosa foret emendatio, nisi satis constaret, ἀσύνδετον subinde orationem amare Herodotum.

IX. 106, 18 *seq.* ad Πελοποννησίοισι, ait, intelligi quidem utcunque σὺν posse, praestare tamen Πελοποννησίους: nempe id ipsum quod nos, nostra de coniectura, in contextu posuimus.

IX. 111 extr. legit οὐ δή κού με ἀπολέσεις: *non me perdes:* effugiam enim, aut te ulciscar.

CORRIGENDA NONNULLA ET ADDENDA.

Quamvis multa in corrigendis speciminibus typographicis cura et a me ipso et a meo in hac parte laboris socio fuerit posita, caveri tamen non potuit, quin passim aut typothetae aliquod sphalma, aut mea in scribendo oscitantia, nostram praeteriret observationem. Ex his ea, quae interim animadverti, hic adnotare, et, qua ratione corrigenda sint, commodum duxi admonere. Reliqua aequus eruditusque Lector ultro corriget. Paucas easque breves interseram Notulas, in superioribus Adnotationibus praetermissas.

In Graeco Contextu.

LIBRO I. CAP. 1, 15. λέγουσι oportebat, non λέγουσιν. 17, 3. scribe τρόπῳ. 24, 26. τῇ. 39, 8. nescio quo pacto εἶχε irrepsit; corrige εἶπε. 82, 8. scr. χώρη. 91, 20. scr. Κύρου. 150, 10. pinge ἕνδεκα. 173, 18. scr. μητέρων.

LIB. II. CAP. 8, 13. corr. τεταμένον. 28, 20 *seq.* dele διὰ ante δίνας, et repone dein οὐκ δὲ ἐμβαλλ. Vide Adnott. 30, 11. scr. Ἀραβίων τε καὶ Συρ. In brevi notula cap. 32, 24. subiecta, pro Εἶπεν ὤν, corr. Εἶπον ὤν. 33, 15. in ora est 10, ubi 15. oportebat. 56, 13. corr. Φοινίκων. 63, 8. sic interpunge, ἔχοντες ξύλα καὶ οὗτοι, ἐπὶ etc. 75, 3. corr. χορίον, ubi male χωρίων. 78, 4. sic distingue, καὶ ἔργῳ μέγεθος etc. 100, 11. dele *comma* post περίμηκες. 116, 19. *comma* intersere post μεμιγμένα. 117, 1. Κατὰ scr. et *lin.* 2. repone δηλοῖ pro δῆλον, et conf. Adnot. ad h. l. 124, 19. pro ταύτης restitue ταύτῃ. conf. Adnot. p. 354 med. 139, 3. corr. ἰδόντα. 144. 7. post τοῦτον *comma* intersere. 148, 3. scribe maiusculà initio literà Κροκοδείλων.

LIB. III. CAP. 14, 24. corr. παρελθόντων. 19, 14. corr. Αἴγυπτον. 38, 3. corr. ἀνθρώποισι. 50, 16. pro περὶ scr. πέρι. 58, 1. Τοῦτον oportebat, maiusculà literà. 63, 13. corr. ἐπιθέμενον. 65, 27. corr. οἰκηϊωτάτων. 72, 29. pro δεικνύσθω scr. διαδεικνύσθω. 74, 13. corr. ποιήσειν: et *lin.* 17. πῦργον ἀγορεῦσαι. 84, 9. ἐξαίρετα scr. loco pravi ἐξαίρεται. 105, 12 *seq.* scr. Πέρσαι βασί. et dele *comma* post χώρῃ. 113, 12. πλάτος. 116, 2. πολλῷ τι, non τί. 148, 5. οἱ μὲν θεράπ.

LIB. IV. CAP. 35, 2. pone *comma* post παρθένους, et dele post Ὑπερβορ. 41, 6. ἰοῦσα. 43, 33. corr. κατίσχει. 45, 1. scr. Ἡ δὲ δὴ Εὐρώπη. 50, 17. dele *comma* post Ἴστρῳ. 55, 2. corr. ὁρμᾶται. 61, 4. scr. ἔχοντες λέβητας, et dele ἐς. 65, 2. ἀποπρίσας. 76, 6. lege πλέων δὲ Ἑλλήσπ. absque δὲ, et conf. Adnot. 79, 16. dele *comma* post καί. 165, 8. ἔδωκε.

LIB. V. CAP. 17, 7. ἐξ οὗ. 28, 6. scr. καὶ τῆς Ἰωνίης. 33, 11. dele *comma* post δῆσαι. 49, 23. sic distingue: τά, θυμῷ βουλομ. 66 extr. *comma* intersere post σύμμαχον: et cap. 67, 6. post ἀγωνίζεσθαι. 87, 16. ἄλλῳ scribe, pro ἄλλο. 123, 3. dele *comma* post Ἰωνίην.

LIB. VI. CAP. 13, 3. dele *comma* post Συλοσῶντος. 15, 10. corr. ἀπίβαλον τῶν. 31, 5. οἱ βάρβαροι, ἵσαγ. 40, 5. scr. Σκύθας ἔφευγε, non ἐκφεύγει. 126, 15. corr. παλαίστρην.

LIB. VII. CAP. 30, 10. corr. Κροίσου. 50, 12. in brevi nota sub contextu scr. *Libri omnes* πῶς χρὴ τὸ βεβ. 60, 1. *et* 2. pone *comma* post πλῆθος, et dele post ἀριθμόν. 75, 4. corr. πέδιλα. 100, 10. dele ὡς post ὁμοίως: et *lin.* 12. corr. αἰγιαλεῦ. 112, 2. ἑτέρῳ. 136, 11. τίσοντας." Λέγουσι *etc.* Sic refinge τίσοντας· " λέγουσι *etc.* 139, 3. post ἀνθρώπων paullo maior ponenda distinctio: ἀνθρώπων· ὅμως δὲ *etc.* 140, 2. corr. ἑτοῖμοι. 140, 13. scr. οἵ που νῦν ἱδρῶτι *etc.* 170, 4. pro σφι rectius σφε reponetur: conf. Adnotationem ad h. l. ubi adiici poterat: „Inde et *Hesych.* Σφέ· αὐτούς, αὐτάς, αὐτά." 184, 6. pro ὅμιλον, ἰόντα τεσσ. rescribe ἰόντα ὁμίλου τεσσ. 219, 3. pro ἔπειτεν scr. ἐπὶ δὲ. 225, 6. corr. σὺν Ἐπιάλτῃ.

LIB. VIII. CAP. 11, 5. post στόμα dele *punctum*, et scr. κατὰ στόμα ἐνταῦθα *etc.* 15, 6. pro τὰς ναυμ. scribe τάς τε ναυμαχίας. 26, 9. scr. οἱ δ' εἶπον τῆς ἐλαίης - - στέφανον deletis illis notis „ et " 68, 25. sub contextu adponenda brevis Nota: „LXVIII. 25. οὔτε αὐτούς. Verum fuerit οὔτε αὐτοῦ." 112, 4. delendum aut cancellis certe circumdandum vocab. λέγουσι.

LIB. IX. CAP. 10, 6. scr. εἰλώτων. 14, 5. repone ἐβουλεύετο, θέλων, εἴ κως *etc.* 29, 4. corr. ἑκατοντάδες. 74, 6 *seq.* verba sic distinguenda: ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι, ἐκπίπτοντες ἐκ τῆς τάξιος, μετακινῆσαι *etc.* 111, 23. corr. ἐμέ τε.

In Versione Latina.

LIB. I. Pag. 18. *lin.* 7. corr. *Cypseli.* *p.* 25. *l.* 5 *fin.* corr.

insidentem. p. 61, 10. *Pelasgicus.* p. 62. l. 4 *fin.* scr. *quae sunt alia Pelasgica oppida.* p. 117, 8. pro *populi* pone *plebis.* p. 137, 11. pro istis, *quum per totum diem parturiisset*, haec pone: *cuius partus in dies singulos exspectabatur.* p. 152, 7. *Te vero manente Rege*, corr. *Ex quo tu vero auspicatus es regnum.* 169, 4-6. *nam similiter - - commissam exercet*: versionem corrige ad Adnot. ad h. l. p. 179. l. 6 *fin.* *Cratis* corr. *Crathis.* p. 196. post l. 3. omissa adiice verba: *Navigabant autem non rotundis navibus, sed (longis) penteconteris.* p. 246, 6 *seq.* pro *quorum plerique* corr. *qui utplurimum*, vel, *qui longe plurima ex parte.*

LIB. II. pag. 275, 7. corr. *utrimque*, ubi prave *utrique.* 332, 4. pro *in templis* scr. *ex victimis.* 364, 2. pro *calice* scr. *calyce.* p. 377, 10. post *Colchorum.* omissa adiice haec verba: *Putare autem se aiebant Aegyptii, esse Colchos de exercitu Sesostris.* p. 393, 2. corr. *Menelaus.* p. 458 extr. pro *e vestigio* pone *palam.*

LIB. III. pag 138, 6. *frontibus*, corr. *frondibus.* p. 173 *penult.* pro *exercitumque contraxit* pone *traiicereque exercitum paravit.* p. 182, 7. pro *uxoribus* scr. *mulieribus.*

LIB. IV. p. 208, 2. post *persecuti*, adde, *donec Mediam sunt ingressi.* *pag.* 221. l. 5 *fin.* pro *quo* scr. *quod.* p. 227, 8. sic verba distingue: *atque Opin virgines, ex Hyperboreis itinere* etc. p. 230, 5. corr. *Myriandrico.* p. 260, 1. corr. *temone.* p. 337, l. 4 *fin.* corr. *Tisameni.* p. 339, 2. *habitaturus.* p. 348, 4 *fin.* ante *incubuit* adde *denuo.* p. 375, 8. post *exurat* adiice *atque perdat.* p. 393 *extr.* pro *Batti filia*, scribe *Batti uxor.*

LIB. V. pag. 415, 9 *seq.* pro *multi sunt remiges*, scribe *multum est ligni conficiendis remis idonei.* *pag.* 462, 7 *seq.* scribe: *quem, quamvis peregrinum, tamen ut vicinum et socium, adiecit.* p. 501 *penult.* pro *profecto* scr. *reiecto.* p. 502, 7. corr. *decertaverant.*

LIB. VII. pag. 169, 8. scr. *u t et ego.* p. 194 *extr.* corr. *naves.* p. 210, 4 *seq.* scribe: *M a g n a e enim r e s - - - confici p o s s u n t.* p. 265, 6. *absumto*, corr. *adsumto.* p. 341, 10. pro *naves o b l i q u a s nactus*, scr. *naves i n a l t o nactus.* p. 356, 4 *seq.* pro *cum delectis - - - viris*, scribe *cum delecto a se legitimo trecentorum virorum numero, et quidem quibus domi* etc. p. 389. l. 5 *fin.* post *memoravi.* adiice: *Resciverant autem mirabili quadam ratione.*

LIB. VIII. pag. 20, 7. *magnum discrimen*, scr. *maximum discr.* *p.* 66, 2. *illius sententiâ*, scr. *illius* i u d i c i o. *p.* 112, *l.* 3 *fin.* pro *At Carystii* etc. scribe: *At non idcirco dilata est Carystiorum calamitas.* *p.* 226. *l.* 6 *fin.* dele verba *et loricâ.* *p.* 228 *ult.* scribe: *omnes quocumque ipsum et quo cito gradu vidissent* etc. *p.* 242, 2. scribe *u l t r o suscipiat.*

In Varietate Lectionis.

LIB. I. Cap. 2, 13. paullo post mediam pag. 10. tria foeda vitia tres deinceps lineas deformant. *Vuldo* ubi *Vulgo* oportuisse quisque videt: τὸν Κόλχον *Βασ. Pa. F.* ubi Κόλχων legendum: denique *verbum*, ubi *verum.* *cap.* 73, 13. κείνησι. Corr. κεινῆσι *nostri omnes.* Paulo post, pro *conf.* III. 87. corr. III. 84, 7. *et* 10. *cap.* 104, 5. post *conf.* c. 110. adde: *et* IV. 37, 4. *et* 40, 2. *cap.* 114, 14. ubi περιέσπαισε *Arch.* scr. *Ask.* pro *Arch.* *pag.* 96 *ult.* pro *Pass.* scr. *Arch.* *pag.* 101. *l.* 6 *fin.* post *Pb. Pd.* adde: *conf.* VIII. 67, 11. *pag.* 128. *l.* 9. corr. ἦx, ἦxς, ἦε. *pag.* 131. *l.* 6 *fin. et seqq.* dele verba, *mihi vero - - - reperitur*: et vide Adnot. ad I. 186, 22. *pag.* 133 *med.* pro ἐθέλησι corr. ἐλαύνησι.

LIB. II. pag. 158. *l.* 5 *fin.* corrige: *In F.* διετὴς *a pr. m. dein adiectus etiam accentus super* ι. *In Pf. est* ὡς δὲ pro ὡς γάρ. *pag.* 164. *l.* 15. ubi τεταμμένος *ex Arch.* corrige τεταμμένον. *pag.* 167 *penult.* pro εἶμαι scr. εἶναι. *pag.* 173. *cap.* 19, 10. ubi est *Med. Ask. Arch.* pone *Med. Ask. Pass.* *pag.* 181 *med.* pro *qui casu an - - - caussam.* scribe: *qui Wesselingii monitum secuti sunt.* *pag.* 189. versus med. pro II. 41, 6. oportebat III. 41, 6. *pag.* 197 *med.* scribe: *Vulgo* οὐ μέντοι γε οἱ τε. *pag.* 198. *lin.* 10. corrige ἀναγκαίῃ. *pag.* 200. post medium, ubi ἐώθεε *Arch.* corrige ἐώθεε *Arch.* *pag.* 208, 4. corrige ἐπεζωσμέναι et ἐπεζωσμέναι. *pag.* 227. *CAP. LXVII.* corrige *CAP. CXVII.*

LIB. III. pag. 30 *sub fin.* pro δεδεσμένοι *Pb.* oportebat δεδεσμημένοι *Pb.* *pag.* 54 *med.* post *Vind. Arch. Rem.* adde *margo Steph.* Et paullo post, pro istis *Et* ἀλφίτων *delevit Schaef.* scribe: θύλακον, *a Gronov. receptum, abiecit rursus Schaef.* *pag.* 46. *l.* 13 *fin.* *In Edd.* μὴ μέν. corrige: *In Edd.* μὴ μέν. *pag.* 58, 2. συγκεύψ. *Arch.* corr. συγκρίψ. *Arch.* *pag.* 71, 7. τούσοισι. corr. τούτοισι. *pag.* 72, 9. corr. *Aristoph.* *pag.* 84. *l.* 12 *fin.* dele importuna verba: *Vulgo c.* 14.

LIB. IV. pag. 106. *l.* 14 *fin.* Corrige ἀντικαθιζόμενοι *Ald.*

pag. 107. versus med. scribe: *lin.* 12. ἐς τὴν Σκυθ.) ἐς γῆν τὴν Σκυθ. *Arch. Vind. Ibid.* καὶ τῶν) *Sic Arch.* pag. 108, 12. scribe: *Perperam* κατοικημένου *Pb. Pd.* pag. 123, 11. corrige: *est* Λακεδόκης. pag. 130. cap. 48, 4 *seq.* πόλλων. Corr. πολλῶν *utique* etc. pag. 139, 2. dele punctum post λέγεται. pag. 143 *med.* dele verba: *Puto et Paris.* Et paulo post corrige: *dein* Σκύλης *ed. Wess.* pag. 158 *extr.* pro *l.* 11. scribe *l.* 10. pag. 168, 4 *seq.* post *desunt Arch.* adde: *et Vind.* pag. 188 *med.* scribe: *Recte vero* ἔπλεν *mss.* F. etc. pag. 196. post med. ubi κέρα *Med.*, corrige: κέρεα *Med.* pag. 137. *l.* 4 *fin.* ubi *Mirab. c.* 159. scribe *c.* 169.

LIB. V. pag 228 *med.* corrige: *simplicissima.*

LIB. VI. pag. 39. *l.* 8 *fin.* ubi *Athen. lib. V.*, corrige: *Athen. lib. X.* pag. 58, 5. post *Ask.* adde *Pass.*

LIB. VII. pag. 77 *med.* corrige: *F. puto et Paris.* pag. 80, 15. pro *utique male*, scribe: *utique non male.* pag. 84, 5. μάθηι· Corrige μαθητ. *Ead. pag. l.* 9. *et* 8 *fin.* dele ista: *quod vitiosum - - - intellexerat.* pag. 102, 7. ubi πῶς χρὴ, corrige κῶς. pag. 114 *ult.* ubi *coll. c.* 122. corrige *coll. c.* 121 *extr.* pag. 115, 1. pro *Ald. scr. Arch.* pag. 167. *l.* 14 *fin.* dele ista: *contra quam - - Editor.* pag. 158. post med. dele verba: (*nescio quid spectans*). pag. 175. *l.* 10 *fin.* post Ἥγιος F. adde: *quod et ex Med. citat Gronov. in Notis.* pag. 178. ad cap. 109, 25. scribe: *Sic margo Steph. Pass. Ask.* etc. pag. 181. *l.* 9 *fin.* ad cap. 219, 3. post *Valla*, adde: *Ibid.* ἔπειτεν) *Sic Schaef. ex coniect.* ἐπεὶ δὲ *edd. ante Schaef. cum Msstis: pro quo* ἐπὶ δὲ *corrigendum recte monuerat Valck. Vide Adnot. ad h. l.* pag. 184. *l.* 8 *fin.* scribe: [*immo Paris. omnes, et F.*] pag. 185. cap. 225, 4. ubi ὑπεξέρυσαν *Med.* etc. Corrige ὑπεξερύσαν *Med.* et post *Paris. A.* adde: *et sic ed. Wess. cum Gron.* Dein, pro ὑπεξείρυσαν F. scribe ὑπεξείρυσαν F. pag. 185. *l.* 6 *fin.* ubi est p. 499, 24. scribe p. 497, 24.

LIB. VIII. pag. 9. *cap.* 15, 6. post *Vindob.* adde: *Ibid.* τὰς ναυμαχίας) Commodissime τὰς τε ναυμ. *Arch.* pag. 46, 5. *Strabo IV.* Corrige: *Strabo IX.* pag. 55. *l.* 8 *fin.* dele ista: *Puto autem* ἀνωρίῃ *hos debuisse.* pag. 70, 4. corrige: *ἡ l.* 11. ἀντίον) *Sic ed. Schaef. ex emend. Valck. Antea* αἴτιον *edd. cum msstis.*" pag. 71, 9. ubi est p. 62 *seq.* corrige p. 261. et 263. pag. 95. post med. ubi *tuetur Paris. omnes.* Corrige *tuentur.* pag. 99, 11. Ante *l.* 13. adde: *l.* 9. ἰδίλωμ)

ἴλωμι *Arch.* *pag.* 123. *l.* 15 *fin.* ubi *Et ἐγίνετο*, corrige: *Et ἐγένετο.* *pag.* 135, 13. dele ista verba: *quod etiam noster codex F. tuetur.* *Ibid. l.* 11 *fin.* ubi ἐξαπάτησε, corrige ἐξηπάτησε.

In Adnotationibus.

Adnot. ad *LIB. I. cap.* 56, 7. *p.* 67. *l.* 3 *fin.* pro *per Wesselingium* corrige *ad Wess.*

Ad *I.* 74, 24. *p.* 89, 9. post *relinquamus.* adde: *Caeterum conf. Valckenar. ad* IV. 70, 1.

I. 86, 17. *p.* 101, 2. pro II. 27. corrige II. 28.

Ad *I.* 179, 11. post *continuatas.* adde: Sed, ut apud *Plutarch.* de Pueror. Educ. cap. 9 extr. (aliis II. 7.) μονόκωλος λόγος idem est ac μονῳδὸς et οὐ ποικίλος, sic h. l. μονόκωλα οἰκήματα dici videntur *domunculae uniformes, simillimam cunctae frontem praeferentes.*

I. 191, 33. *p.* 191 *med.* pro *nona c.* 101. corr. *nona c.* 102.

Adnot. ad *LIB. II. cap.* 19. *p.* 234. *l.* 13 *fin.* post πληρώσας. adde: *conf.* IV. 181, 21.

II. 46. *p.* 263. *l.* 4 *fin.* ante *Est praeterea* etc. adde: *In bovino genere τὸ κόλον γένος memoravit Noster* IV. 29, 1. ubi vide *Wess.*

II. 86. *p.* 308. *l.* 7 *fin.* post *consentaneum est.* adde: *conf. omnino* IV. 72, 7 *seq.*

Adnot. ad *LIB. IV. cap.* 128, 6 *seqq. p.* 287. post νωμᾷ. WESS. haec adde: — *Vallae* latina, paucis mutatis, tenens *Gronovius* locum istum sic converterat: *At ipsorum illis, qui relinquebantur, visum fuit non amplius errare Persas, sed assidue commeatu erepto insidias tendere. Distributis igitur illis, qui copiis Darii frumenta auferrent, quae decreta erant exequebantur.* Equidem, *Wesselingii* interpretationem sequutus, tamen in dictionis illius significatu, σῖτα ἀναιρεῖσθαι, haeseram aliquantisper. Nuperrime mihi Vir celeberr. Ioh. Henr. Voss, is cui *Homerum* Germania debet germanico ore carmina canentem, per literas significavit, tractari a se in Notis ad Homericum hymnum in Cererem hunc *Herodoti* locum; in eoque quum σῖτα ἀναιρεομένους (fere ut *Valla* et *Gronov.*) *cibaria auferentes*, et νωμᾷν (cum eisdem) *distribuere* intelligat, leviter corrupta censere verba ista, νωμῶντις - - - τοὺς Δαρείου, nempe in hunc modum refingenda, νωμῶντος ὦν σῖτα ἀναιρεομένους τοῦ Δαρείου, hac sententia: *quum Darius distribueret* (passim dimitteret)

homines, qui cibaria auferrent. Iamque ego, perpensis denuo Scriptoris nostri verbis, qualia ex constanti codicum consensu leguntur, reperio, rectissime sententiae summam, quae illis continetur, a doctissimo Viro perceptam esse expositamque. Nempe. non *cibum capientes* Persas, sed *frumentantes*, *cibaria avehentes*, *asportantes*, de improviso adgredi Scythae statuerant. Quae interpretatio, ut aliequi multo commodior probabiliorque debuit videri, sic verbis, quae hic leguntur, unice consentanea est. Nam *cibum sumere*, *cibum capere*, graece dicitur σῖτον αἱρεῖσθαι, non ἀναιρεῖσθαι: compositum hoc verbum ista notione ignorat graeci sermonis usus: nec opportunus hic locus esse videtur particulae ἂν, si diviso verbo cum *Abreschio* ἂν αἱρεομ. legere velles, ea voculae ἂν notione, quam et alibi apud Nostrum et III. 119, 12. locum habere vidimus; quae ipsa notio h. l. voce ἑκάστοτε disertius expressa est. Denique, etiam si simplex verbum hic positum esset, tamen αἱρεῖσθαι σῖτα graece non minus incongrue dictum foret, quam si latine *cibaria* (aut *frumentum*) *capere*, pro *cibum capere* diceres: sunt enim σῖτα, *frumentum*, et *cibaria quaelibet*, *annona*, *commeatus*, quum apud alios scriptores, tum apud Nostrum V. 34, 5. 65, 4. Sed, quod ad verbum νωμῶντες spectat, nec sollicitari illius terminatio, nec *distribuendi* notio eidem tribui debet. Peraptus huic loco significatus est *observandi*, et abunde firmatus citatis a *Wesselingio* testimoniis; quibus, si opus esset, adiici poterat illud *Euripidis*; quod *Schneiderus* in Lexico crit. adposuit ex Phoeniss. vs. 1262. ed. *Barn.* (1271. ed. *Pors.*) ubi ἐνώμων veteres Grammatici παρετήρουν et ἐσκόπουν interpretantur.

Ad *VII.* 61, 6. adde Adnotationem: ὑπὸ δὲ, φαρετρεῶνας ἐκρέμαντο) In latinis posui: *A tergo suspensas habebant pharetras*: quae graecis non satis respondent; id enim graece foret ὄπισθεν δὲ etc. Artius haec cohaerent cum praecedentibus: ἀντὶ δὲ ἀσπίδων γέῤῥα· ὑπὸ δὲ, scil. ὑπὸ τοῖς γέῤῥοις. Quare recte *Valla* dederat: *pro clypeis gerra*, *pharetris subter pendentibus.* Nempe in itinere, de quo hic agitur, gerra a tergo gerebant suspensa, adeoque pharetrae sub gerris erant.

FINIS.